



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>





9  
54



















# CL. CLAUDIANI OPERA

QUÆ EXTANT,

INTERPRETATIONE ET ANNOTATIONIBUS

ILLUSTRAVIT :

GULIELMUS PYRRHO,  
*in Academiâ Cadomensi Doctor Eloquentiæ,  
Consiliariusque & Professor Regius:*

IUSSU CHRISTIANISSIMI

REGIS,

IN USUM SERENISSIMI

DELPHINI.



PARISIIS,

Apud FREDERICUM LEONARD Typographum Regis,  
Serenissimi Delphini, & Cleri Gallicani, via Jacobæâ.


M. DC. LXXVII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.









# SERENISSIMO DELPHINO

GULIELMUS PYRRHO.



*ATALIS Ægypti & Alexandria, in quâ olim  
vigeat, delicias relinquit  
Poëta Claudianus, SERE-  
NISSIME DELPHINE, eo pro-  
posito, ut in Galliâ & felicius renas-  
catur, & diem videat nitidiorem, quàm  
tum, cum floreret, videbat. Quod qui-*  
a iij



## EPISTOLA.

*dem tam jucundum ipsi est, quàm quod  
jucundissimum esse queat homini cogi-  
tanti, in Imperium felix ac fortuna-  
tum, continuisque triumphorum palmis  
florentissimum, se receptum iri.*

*Non enim est, quòd ætatis, quâ  
THEODOSIUS MAGNUS impe-  
rabat, desiderio teneatur; si uti confi-  
dit, reviviscat in sæculo LUDOVICI  
MAGNI, qui tantum nomen longè  
pluribus ac majoribus implet virtuti-  
bus, quàm unquam Theodosius implevit.  
Quippe Augusti illius invictique Prin-  
cipis tam longè latèque diffusa laus;  
ipsius, ut sapientiæ, moderationis, ma-  
gnificentiae, fortitudinis, totque parta-  
rum mari & terrâ victoriarum fama  
remotissimas quasque regiones pervae-  
serit.*

## EPISTOLA.

*Neque verò etiam est, quòd Poëta  
noster illa tempora, quibus, ut Ho-  
norio aliàs perplaceret, ipsi contigit,  
nunc requirat; siquidem ea illi spes  
ostenditur, ut tibi non displiceat, SE-  
RÉNISIME DELPHINE, quip-  
pe qui fiduciam habeat, non à superbiâ  
inductam, sed ab ipsâ conscientiâ, &  
virtutis suæ, & præstantis tui ingenii,  
ac Regiæ planè indolis, quibus mirè ex-  
citatus præclarissimarum rerum studio  
tam duceris, quàm qui maxime. Ex-  
celso nempe & illustri loco sita de te  
fama, quæ nec obscuro nec vario ser-  
mone, sed clarissimâ & unâ omnium  
voce percrebuit, nemini dubiam relin-  
quit nobilem illam animi contentionem,  
quam ad assenquendam optimarum ar-  
tium intelligentiam ita adhibes; ut,*



## EPISTOLA.

*quod in tali fortuna novum est atque admirabile, quantum generis & dignitatis splendore tuis aequalibus, tantum ingenii & doctrinae ornamentis antecellas.*

*Et quidem, etiamsi mentis tuae rerum omnium capacis facilitas & magnitudo non ea esset, ut non tam feliciter, sicuti facis, proficeres, curis tamen & consiliis sapientissimi tui Rectoris, qui nihil habet antiquius, quam ut ad virtutes maximas te ultro altiora petentem provebat, provehi potuisses. At verò divina Providentia, quæ te ad regnandum tulit, ipsius curas adjuvit mirificè, erexit, recreavit, cum te eximiis omnibus corporis & animi dotibus, quæ firma esse possint adjumenta sustinenda olim imperatoriae personæ, tam*

## EPISTOLA.

*tam instructum esse voluit, ut in toto orbe habeas parem neminem.*

*Ac re quidem ipsâ, natus es eâ formæ dignitate, ut corpus nec ipsæ Charities pulchrius ad venustatem; nec, pro tuâ ætate, Mars ipse vegetius ad firmitatem, & ad suscipienda ac toleranda belli munia fingere potuerit. Qui enim vultûs decor? quæ frontis gratia simul & Majestas? quàm vividus Martiûsque color? qui nitor vigôrque oculorum, & quàm animosa regalisque species; omnium amoris non solum conciliatrix, sed etiam venerationis. His accedit firma valetudo, & mira naturæ agilitas, ac denique pulchro corpore longè pulchrior ac generosior animus, mênisque rebus atque artibus, quascunque expetiveris, tam apta, tam habilis,*

## EPISTOLA.

*iis ut natus esse videaris.*

*Nam si ad avocandum à studiis gravioribus animum, venatui indulgendum est, quis te expeditior in equo per campos patentes fertur? quis te propius cursum ferarum premit? quis ictu certiore aves volantes licet, dejicit? Si enses retusi vibrandi sunt; quâ vi, quâ corporis agilitate id facis? si quid ex iis rebus, quæ ad bella campumque Martis, & urbium munimenta pertinent, adumbrandum est, rem tantâ solertiâ exprimis, ut in tuo opere non inficiandas sibi rerum imagines Mars ipse fateatur. Iam, si Arma tractanda sunt, & milites quibusdam veluti pugnae simulacbris, quò vera deinde certamina prudentius fortiûsque committant, assuefaciendi, eos ad quasunque militaris*

## E P I S T O L A.

*exercitationis formas , ad quaecunque  
prælia ludicra sic vertis ac torques , ut  
vel belli Duces præstantissimi ; quam  
tam alacriter & generosè sustines , eam  
non majore industria personam sustine-  
rent. Si denique domandus est , alter  
aliquis Bucephalus , ne Alexander qui-  
dem ipse eum licet ferocitate exultantem  
aut agat callidiùs ; aut , si ita videatur ,  
ipsius spumantis armos stimulis auden-  
tioribus fodiat , aut cursus recursisq[ue]  
melius ineat , orbèsq[ue] orbibus sagaciùs  
impediat. Quæ quidem prima illa rudi-  
menta & incunabula virtutis satis pro-  
bant , quàm magna habeas à natura at-  
que etiam ab exercitatione , cùm etas  
mox feret , subsidia bellorum gerendo-  
rum ; quàmque magnis passibus , quam  
in gloria consequenda Heroës inierunt ,*  
é ij

## E P I S T O L A.

*eam sis viam initurus.*

*Sed quanquam illa tibi innata ad  
venatum, equos, arma, & alia, qua  
tua cum aetate, tum fortuna decora sunt,  
propensio te tam vehementer rapit,  
quàm non ullum Principem unquam;  
ex his tamen animum lubenter revocas,  
ad artium ingenuarum, quas in deliciis  
habes, studia recolenda. Vnde in Clau-  
diani nostri animo inest velut quoddam  
augurium gloriae sibi acquirenda, cum  
mente cernit, quibus curis ad cultum  
multò elegantiorum splendidiorumque,  
quàm fuit antea, restituitur, eas curas  
tibi tanto Principi acceptas referri oportere.  
Quin & exultat letitiâ, triumphat-  
que gaudio, memor se in tuas manus esse  
venturum, tecum graves de rebus ma-  
gnis sermones esse collaturum; & moni-*

## E P I S T O L A.

*ta, quæ ad virtutes morales, militares ac politicas pertineant, esse traditurum.*

*Et certe poëta nemo est, qui ad Principum congressum colloquiûmque dignius pervenire posse videatur? Quis enim in describendis belli pacisque artibus præstantior? Quis in extollendis Heroibus sublimior? Quis in depri-  
mendis pravis Regnorum administris satyricus vehementior? Quis in investi-  
gandis naturæ mysteriis, quibus ducun-  
tur & ipsi Imperatores, Philosophus solertior? Quis in fundendis elegis mollior? Quis ludendis epigrammatis acutior? Quid plura? Fabulas, ejus car-  
mina novis illecebris adornant, histo-  
rias novâ pulchritudine adumbrant, totam antiquitatem pulchriori facie il-  
lustrant. Styli ipsius majestas præclare*

## EPISTOLA.

*cogitatis assurgit, floret sententiis, admirabili rerum varietate distinguitur.*

*His fretus virtutibus ad solium tuum accedit, SERENISIME DELPHINE, & ut adeptus jam aliquid concupitum, latitiâ effertur, quòd tempus faustum illucescat, quo non solum in quasdam velut partes Regiæ tuæ institutionis venire, sed & consilia quædam ad amplitudinem & gloriam tuam, populorûmque olim tibi regendorum felicitatem possit impertiri; quoties, qui tuus est in homines doctissimos amor, suorum Poëmatum lectione delectaberis.*

*Vtere, hoc interim spatio, PRINCEPS MAGNE, flore ætatis tuæ ad colligendos Parnassi fœtus immortales, & ad fovendas illas doctrinarum ac virtutis parentes Musas, easque in regium splen-*

## EPISTOLA.

*dorem restituendas. Non erunt illæ, non erunt tanti facti unquam immemores: te loquentur, te celebrabunt, te sequentur, quocunque ieris; & cum mox invitum Patrem comitaberis, quò Mars vocabit, ipsæ aderunt, tuasque lauros canent, ut Achillis, ut Alexandri, ut Caesaris cecinere. His enim Heroibus, cum ingenio, facundiâ, studiisque & artibus, quæ Principem decent, sis jam major, quàm illi erant id ætatis, quâ nunc ipse es, spem magnam habemus, te tali satum Parente, tali indole præditum, iisdem & heroicâ fortitudine, & Armorum felicitate, aut fore majorem, aut nihil esse cessurum. Cadomi Kal. Ianuar. anno Dom. M. DC. LXXVII.*







# P R Æ F A T I O



CTO anni sunt, quum LUDOVICUS  
MAGNUS Regum Sapientissimus,  
SERENISSIMUM DELPHINUM;  
in quo suas Regnique spes repo-  
nit, instituendum, & dignis per-  
fecto Principe moribus informan-  
dum commisit virtuti fideique Illustrissimi Viri CA-  
ROLI SANCTA-MAURÆI MONTAUSERII  
DUCIS, quem ex tot Regni Primoribus elegerat,  
ut belli pacisque artibus non solum, sed etiam omni  
eruditione præstantissimum. Tum Dux ille inclytus  
quo tali delectui se parem præberet, contemplatus  
vias omnes breviores facilioresque, quibus creditum  
sibi Principem Regiâ certè indole præditum ad vete-  
rum linguæ latinæ Autorum intelligentiam, in quâ  
ad bonos mores non leve momentum positum esse  
sciebat, perduceret; pensitatis rebus omnibus,  
posthabitâque illâ Interpretum levia & communia  
spernentium, aut ingenti commentariorum mole vel  
otiosos obruentium consuetudine, hanc Autorum  
explicandorum rationem prætulit, quæ Notas cum

## P R Æ F A T I O.

interpretatione conjunctas haberet: quod & Principi, quem moderabatur, utilius fore putavit, & ad restituendum literarum splendorem convenientius.

Quantus inde fructus sperandus sit, jam in Alumno Regali feliciter expertus est Magnus ille MONTAUSERIUS. Expertus est Illustrissimus Condomensis Episcopus JACOBUS BENIGNUS BOSSÜETIUS, Præsul, certè meritis gravis, qui propter pietatem, prudentiam, cæterasq; virtutes; qui propter eloquentiam admirabilem, scientiæque omnis & humanæ & divinæ absolutam cognitionem vitæ sanctimoniâ, ac morum candore ornatam, tam carus est hodie LUDOVICO MAGNO, quàm Claudiani nostri temporibus Theodosio MAGNO carus fuit Ambrosius. Expertus denique est, qui in earumdem curarum partem est adscitus Nobilissimus Vir PETRUS DANIEL HUETIUS humanitate eximiâ & omni doctrinarum vel reconditorum genere plenissimus, verbo dicam, Pico Mirandulæ par, uti de eo elegantissimè cecinit ipsius Præceptor ANTONIUS HALLÆUS Academia nostræ seculique sui decus, Vir apprimè candidus & eruditus & egregius ingeniorum spectator, quique per diuturnam consuetudinem hanc eximiæ mentis præstantiam probè perspectam habuit.

Ergo, cùm literarum gloria præcipua sit ille Princeps, jam id ætatis maximus; cùmque & ipsâ hortante naturâ & præclaris præceptis excitatus Autorum veterum notitiam, ita hac ratione assequatur, ut jam doctis ipsis sit admirationi, eadem via, quæ ipsi teritur tam facili, tamque felici exitu, cæteris

## P R Æ F A T I O.

adoleſcentibus in hac noſtrâ Claudiani explicatio-  
ne terenda proponitur. Etenim hunc Poëtam & In-  
terpretatione & Annotationibus illuſtravi: interpre-  
tatione quidem, eâque verbis totidem ſolutum nu-  
mero poëtico verſuum ſenſum referentibus, & ſim-  
plici ordine continuatâ, ut & verborum copia com-  
paretur, & difficilia quædam, quæ primâ fronte fa-  
cilia videri poſſint, non omittantur: Annotationi-  
bus verò, ut ſi quid in Interpretatione obſcurius  
remaneret, id illuminaretur fuſius quidem, ſed ita  
tamen, ut brevitatis ratio haberetur & perſpicuitatis.

Laborioſum certè id nobis fuit: nam, licet per-  
multi (quos refert Nicolaus Heinfius Præf. in Clau-  
dianum) ſe in hunc Poëtam aut Commentaria aut  
Notas poſteris relicturos eſſe promiſerint, pauci ta-  
men reliquerunt; & qui id præſtitère, nihil penſi pror-  
ſus habuerunt, modò luculentas ſuas obſervatio-  
nes memoriæ proderent, ſicque ſuæ gloriæ velifica-  
rentur: qui verò rudiora adoleſcentum hominum  
ingenia adjuvare, ut nos facere conamur, eôſque  
velut tenui filio, & ex primo illo, ut ita loquar,  
latinitatis anfractu & labyrintho pueris inextrica-  
bili ad faciles bonôſque exitus deducere curaret,  
liquidò conſtat hætenus inventum eſſe neminem.

Alii Autorum antiquorum verſus verſibus, ſenten-  
tias ſententiis accumulantes, multa ad pompam &  
oſtentionem congeſſerunt: alii velut per tranſen-  
nam opus omni doctrinâ refertum, quod totum homi-  
nem requirebat, aggreſſi ſunt: hi velut aliud agendo,  
ita ad rem accēſſere, aliis ut in rebus ſeſe occupatos  
eſſe jactarēt: illi viris tantum, non pueris ſcripſerunt.

## P R Æ F A T I O.

Janus Parrhasius, *Vir eruditus & ingeniosus* (ut Heinſius ait) qui commentationes in tres libros de Raptu Proſerpinæ meditatꝯ eſt, & pueris ſcripſit & viris; ſed ut hos magnâ fabularum & antiquitatis indagatiōe allicit, ita illos doctrinâ reconditiore; &, id quod etiam viris tædium parit, nimis longâ multarum rerum narratione deterret.

Martinus Antonius Delrius, ex Claverio, *Vir pietate, literis ac geſtis honoribus inſignis*; ut ipſe de ſe confitetur, *eam diligentiam adhibuit, qualem juris ſtudia, in quæ toto animo incumbibat, permiferunt, ſucſiſſimis nonnunquam horis, ſeu quod verius eſt, horarum exiguis partibus*: Notas tamen exaravit, plenas quidem bonæ frugis, ſed breviffimas.

Stephanus Claverius Vir certè magnâ eruditione ornatus, Annotationes doctas reliquit, ſed viris, non adoleſcentibus, quorum præſertim utilitati conſulimus.

Gaspar Barthius, Vir multæ literaturæ, primas & ſecundas in Claudianum curas vario animi impetu effudit, adeo ut nunc brevior, nunc longior, ingenio ſuo & felici, de quâ gloriatur, memoriæ non parum indulſerit. Quippe de Claudiano modò cogitabat; modò, ut ipſe dicit, *ſex aut ſeptem dies non ræreſſenter alia meditabatur*, ut pote qui ſeveriora ſtudia ex animo quaſi ſola coleret, præſertim quæ ad ſacram ſcientiam divinæ pietatis faciunt, ac ſi quid intercurreret hujus generis adoleſcentis animi luſuum, id ipſe primus maximè contemnere ſoleret.

Nicolaus Heinſius, Vir ſanè doctiffimus, conſiſtitis magnâ curâ ac perlectis quadraginta ferè, cūm

## P R Æ F A T I O.

manuscriptis Codicibus, tum antiquis editionibus, Claudianum admirabili diligentia recensuit, & Notis lectissimis ornavit. Hujus tanti viri editionem secutus sum, huicque in illustrando Claudiano multum me debere profiteor, sicut & illustri Huetio; quem, (ut ipse mihi, quæ erat ejus in me benevolentia, indulserat) si qua difficultas occurreret, ut non rarò occurrebat, consulere solebam, & ex cujus fœcundo penu, tanquam ab inexhausto eruditionis fonte præclara multa hauriebam, quibus hoc nostrum opus qualecunque uberius aspergerem.

Quæ quidem de Huetio, Heinsioque ad grati animi testificationem commemoro: de aliis verò non elevandi, aut ex eorum reprehensione gloriæ captandæ studio: iis enim potius meo judicio grates referendæ sunt; quòd, cum multa doctè & ingeniosè observarint, nobis ad agendum, id quod agimus, facem prætulerrint; danda venia, quòd suas observationes ad captum puerilem non accommodarint. Enim verò nil tale ab iis expectandum, qui nil tale promiserant. Quin & habenda ratio temporis, quòd usus invaluerat, ut iis maximè commentarii scriberentur, qui propter doctrinam commentariis non indigerent. At hunc scientiæ jactandæ fastum elatiorem compressit Dux ille MONTAUSERIUS, hujus ætatis Mecænas; qui, cum Interpretationem simplicem, Notasque perspicuas ab uno quoque Interpretum exegerit, iis maximè consultum esse voluit, quibus propter ingenii tenuioris infantiam id erat necessarium maximè.

Quod quidem inventum utile, fructuosum, ad-

## PRÆFATIO.

mirabile præsens ætas jam comprobavit : sed & veniet illud tempus , & illucescet illa dies ; quum posteri , si quis ipsis futurus est boni rectique sensus , tantum MONTAUSERII beneficium gratâ memoriâ toties prosequuntur , quoties nova sibi & facilia ad discendum præsidia hac ratione sentient esse comparata.

Igitur ex tanti Ducis instituto unis adolescentum commodis infervimus ; huic uni rei per totum hocce quadriennium studuimus ; & tantum abest , ut quotidiana illa docendi dicendiq; exercitatio , in quâ à septemdecim annis versamur nobis obstiterit , ut potius non mediocre adjumentum fuerit ad facilius nitidiûsque opus adornandum.

Quâ in re quid ego profecerim , qui alios Interpretes evolverint , ii profectò intelligent. Certè , quantum in me situm fuit , perfeci , ne quid notatu dignum omitteretur , explicatis etiam multis rebus , quæ ad Historiam , Philosophiam , Jurisprudentiam , Geographiam , Theologiam , fabularum , aliarumque rerum notitiam pertinent. Si quibusdam in locis aut argumentis , longior , quàm par est , cuiquam videbor , ut in Nilo , Græcis epigrammatis , aliisque rebus , is sciet , illud à me consultò factum , quòd hæc aut ab aliis neglecta , aut penitus intacta & intentata fuerint.

Quod spectat versus obscænos , quibus aliquando Poëta noster nequiter & malitiosè scatet ; eos lacunis cum multiplici arterisco suffectis omittendos esse judicavi. Nec abs re quidem ; si enim ex Cicerone & Juvenali licet Paganis , *maxima debetur*

## PRÆFATIO.

*puero reverentia*, Oratorque debet *præstare ingenuitatem & ruborem suum verborum turpitudine*, & *rerum obscœnitate vitandâ*, nobis certè, quibus Evangelicæ lucis splendor purissimus affulsit, multò major cautio adhibenda est, ne Christiano lectori fœdas rerum ingeramus imagines; multò autem maxima & religiosissima, ne serenissimos Principis Christianissimo Rege fari, cui curas nostras consecramus, oculos vel minimâ obscœnitatis umbrâ violemus. Ne quid tamen in authore nostro requiratur; naturam, quæ pudenda occultat, imitati, has obscœnitates ad libri calcem rejiciendas esse putavimus.

Præterea, ut indices copiosi & accurati sunt quasi quædam librorum animæ, ne pars illa, quæ in Claudiano semper desiderata est, desideretur ampliùs, duos indices vocabulorum omnium, cùm Latinorum, tum Græcorum, quæ in hoc Poëta reperiuntur, eosque, quàm potuimus accuratissimos adjunximus, addito etiam altero indice vocum obscœnarum, quæ in indice generali prætermisæ fuerant. Quin & versus Græcos, quos in Claudiano legimus, nemini antea explicatos, strictâ solutâque oratione, & Notis quàm clarissimis fieri potuit, explicuimus.

Felicem me, si quid elaborare potuerim non indignum planè doctis SERENISSIMI DELPHINI oculis, summorumque Virorum judicio, qui mihi quanquam immerenti, id Claudiani explicandi munus demandatum esse voluerunt. Sed & felices adolescentes, quibus jam non per senticeta tortuosis ambagibus horrida, sed per viam



## PRÆFATIO.

rectam, facilem, amœnam, regiam Delphino gloriose calcatam licebit Parnassum conscendere.

Ex quo etiam intelligere est, quam tantus Princeps futuræ suæ magnitudinis expectationem in omnium animis concitet, qui hoc fato natus est, ut vel à tenerâ ætate suis jam prodesse incipiat; & non modò suis, sed etiam aliis populis, imò & venturis omnium Regnorum ætatúmque nepotibus, ad artium liberalium culmen assequendum viam sternat faciliorem.

Faxit Deus, cujus *in manu est cor Regum*, pergat eo pede, quo cœpit, dignúmque se reddat Augusto Parente, cujus in bello, in pace, in consiliis omnibus virtus & sapientia propè divina est, cui semper est, sempérque fuit, *ad amplitudinem & gloriam & ad res magnas bene gerendas divinitus adjuncta fortuna*: qui in instituendo Regni post homines natos florentissimi hærede, curâ plusquam paternâ invigilans, privatorum ejus studiorum adjumenta publica esse voluit, sicque Orbi universo & posteris omnibus utilitatem parere omni Oratorum omnium oratione majorem.

Deus Optimus Maximus tanto Principi det ætatem, quam meretur; servet animum, quem dedit, in doctos liberalem, benevolum in subditos, in hostes formidandum, ubique magnum, ubique victorem, sapientiâ, justitiâ, magnificentiâ, fortitudine, & omnibus Heroïcis virtutibus cumulatissimum.

# CL. CLAUDIANI VITA.



L. CLAUDIANUS, felicitis Poëta ingenii, quo anno natus sit, incertum est; at Theodosii Magni, & hujus filiorum Arcadii & Honorii temporibus floruisse certissimum.

Viri famâ effectum est, ut ipsi simile quiddam contigerit, quod Homero: ut enim ex Cicerone hunc *Colophonii civem esse dicunt suum: Chii suum vendicant: Salaminii repetunt, Smyrnai vero suum esse confirmant*, ita & populi plerique de patriâ Claudiani, dubiâ diu victoriâ contenderunt.

Fuerunt nempe, ut testatur Claverius, qui Galliâ oriundum esse jactarent: id certè maximè vellem, & nisi à veritate abhorreret, tam illustrem alumnum Galliæ nostræ lubens gratularer. Fuêre, qui Hispanum esse dicerent, quòd fortè Hispaniam miris extulerit laudibus, sed hac conjecturâ quid levius dici potest? Franciscus Petrarcha, Landinus, Collutius, & regionis amore ductus Angelus Politianus hunc scripserunt fuisse genere Florentinum, natumque Mercatore Florentino, qui bellis Italiæ prementibus in Ægyptum secesserit, ibique Claudianum filium suscepit.

Meliùs sentire mihi videntur, qui Claudianum aiunt fuisse genere Ægyptium, civemque Alexandrinum. Ita sentit Suidas, Κλαυδιανός, inquit, Αλεξανδρῶς ἐποποιὸς νεώτερος γέγονεν ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀρκαδίου καὶ Ὁνορίου, quod sic interpretatur Parrhasius, *Claudianus recenti memoriâ versificator Alexandrinus Arcadii Honoriique principatu floruit*. Benè si Poëtam epicum pro versificatore posuisset; namque hoc nomen, teste Scaligero, convenit propriè iis, qui *simplices tantum narrationes meditantur*.

Sidonio Apollinari Claudianus dicitur *Pelusiaco satas Canopo*, id est, in Ægypto, quæ designatur per Canopum & Pelu-

sum ostia Nili urbésque Ægyptiās, ex quarum primā ortum Claudianum nonnulli scriptores hac fortē Sidonii autoritate nixi scripserunt. Sed quid aliorum testimonia recensemus? Claudianus ipse satis testatur se esse Ægyptium, se esse Alexandrinum, se esse Niliacum: id vel me tacente ejus carmina evincent,

Carm. xviii. *Nilusne meatu  
Devius, & nostri tentat jam transfuga mundi  
Se rubro miscere mari?*

*Nostri mundi*, id est, nostræ Ægypti, vel nostræ Alexandriae, parte sumptā pro toto, ut apud Virgilium, *Formosissimus annus*, de Vere dicitur, quæ pars anni est formosissima. His adde versum ad Gennadium,

Carm. xliii. *Graiorum populis & nostro cognite Nilo.*

Quo quid clarius ad demonstrandam Claudiani patriam Niliacam? sed & se civem Alexandrinum esse satis innuit hoc hemistichio, *Conditor hic patria*,

Carm. xxxix. ad Adrianum, quem verbis læsum, verbis mitigare conatur; quod ut consequatur facilius, ipsi ad imitandum proponit patriæ communis, scilicet Alexandriae conditorem Alexandrum, cujus erat præter cæteros nobilitata clementia. Idem quoque probat his versibus:

*\*Irruat in miseros cognata potentia cives!  
Audiat hoc commune solum, longæque carinis*

Carm. xxxix. *Nota Pharos, flentemque attollens gurgite vultum,  
Nostra gemat Nilus numerosis funera ripis.*

Porrò ut hoc quoque ad Alexandriae Claudiani patriæ laudem obiter ex Parrhasio adjungamus; *Inde prodierunt, ut inquit Hirtius, homines ingeniosissimi atque acutissimi non in Medicinā tantum Galeni confessione, sed in omnibus ingenuis artibus eminentissimi, qui orbem disciplinarum, quem Graeci vocant ἑρμηνεύματα è seculo fugientem restituerunt.*

Claverius ait Claudianum seniore præstanti à naturâ præditum ingenio, inter Alexandriae Professores fuisse nominatissimum; Claudianique nostri patrem, fratres habuisse illustres Maximum & Nymphidianum, quorum alter Epistolarum Græcarum Magister fuerit sub Imperatore Juliano;

quod quidem non leve est ad probandam generis ipsius claritatem argumentum. Non tamen divitiis abundavit, ut ipse de se testatur

*Scilicet insignes de pampere vate triumphos, &  
tua littera nobis,*

Carm. xxxix

*Et pecus, & segetes, & domus ampla fuit.*

*Inflexit soceros, & majestate petendi*

*Texit pauperiem nominis umbra tui.*

Carm. xl

Nisi fortè primum scripsit *σιερινός*; alterum modestiæ causâ, & ad magis extollendum, id quod à Reginâ Serenâ beneficium acceperat, cujus Epistola commendatitiâ cohonestatus puellam ditissimam in matrimonium duxerit.

Ex laudato Claverio, Fano Serapidis Dei Ægyptiorum everso, Claudianus primò Constantinopolin, deinde Romanam petiit, quo tempore Theodosius ad opprimendum Eugenium Alpes superavit anno Domini circiter 395. Tum Probinus & Olybrii fratrum illustrium Consulatum ornavit Latinis versibus; ad quos, his autoribus, posthabitâ Poësi Græcâ, cujus amore tenebatur, animum feliciter applicuit. Id quod sic ipse Claudianus expressit ad Probinum scribens, *Romanos bibimus primum, te Consule, fontes.*

Claverius tamen putat, *multa opuscula eidem meditata & composita, priusquam auderet hoc carmen publicè recitare.* Sed ut hoc suspicari facile est, ita & probare difficile.

Carm. xli

Sub idem ferè tempus Rufinum militari tumultu vel instigante Stilichone oppressum duobus libris infectatus est. Annis circiter 396. & 398. Consulatum Honorii & tertium & quartum celebravit. Hinc Augustas nuptias, bellumque Gildonicum cecinit, ut conjicere est ex his versibus.

*Connubii necdum festivos Regia cantus*

*Sopierat, cecinit fuso Gildone triumphos,*

*Et calidis thalami successit laurea fertis,*

*Sumeret ut pariter princeps, noménque mariti*

*Victorisque decus, &c.*

Carm. xlii

Anno sequente Mallius Theodorus Consul fuit in Occidente, & Collegam habuit Eutropium in Oriente. Fascibus & vitâ spoliatum Eutropium, ejusque fortunam duobus libris mirè deprecissit, Mallium mirè extulit. Quæ quidem opera

tantâ excellentis ingenii ubertate fudit, ut nemo non obstupescat. Unde fit certè, ut cum tot veneres, tot lepores, tantâque vim & dicendi venustatem in ejus scriptis intueor, eum quidem magis demirer, quòd iis temporibus natus sit, quibus illa, quæ Augusto Imperante, & ut ita dicam, Reipub. literaræ seculum aureum constituyente, nituerat Romanæ Latinitatis pulcherrima facies, in metallum pejus tum degeneraverat.

Anno 400. Stilicho Consulatum primum iniit; & paulò post alterum. Hunc ut Heroem præcipuum, dignumque, cui vigilias suas, suosque labores consecraret, quacunque datâ occasione laudavit impensius; ac præterea, quæ ipse domi forisque præclare gesserat, tribus libris complexus est. Hinc bellum Geticum, seu insignem Stilichonis de Alarico victoriam prædicavit, ad quod opus suscipiendum, bienni quiete animum relaxavit. Unde ipse cecinit,

*Post resides annos longo velut excita somno,*

*Carm. xv.*

*Romanis fruitur nostra Thalia choris.*

Ex eodem Claverio, anno Domini 404. Honorius Imperator sextò Consul creatus est, ideòque sextum hunc Consulatum Poëta noster exornavit. Postea Serenæ laudes, quas *tanto tempore distulerat*, & Palladii ac Celerinæ Epithalamium, ut ex ipso operum præcedentium ordine judicare possis, aggreffus est.

Quod pertinet ad tres libros de raptu Proserpinæ, satis ostendit Poëta eos se post parva Poëmata elucubrasse, variisque intervallis adhibitis; id quod satis arguunt hæc verba ad Florentinum virum belli pacisque artibus illustrem, cujus hortatu cantus Poëticos aliquandiu intermissos videtur esse persecutus,

*Carm. xxxii.*

*Antræque Musarum longo torpentia somno*

*Car. xxxiv.*

*Excitis, & placidos ducis in orbe choros.*

Gigantomachiam, Epistolas, Idyllia, & Epigrammata quo tempore scripserit, non liquet.

Magnâ veneratione coluit Mallium Theodorum & Genadium, quos scriptis decoravit; primum tamen postea, ut somniculosum taxavit: coluit Probum patrem, Probinumque & Olybrium fratres, eosque Consulares ornatissimos, ad quos

ejus extant Panegyris & Epistolæ. Mirè placuit Florentino, viro clarissimo, & insigni eruditione commendando, ad quem libros de Raptu misit velut monumentum & pignus suæ erga illum benevolentia; nam cum eo arctissimâ familiaritate conjunctus vixit. Sed quid moramur? Stilicho Dux inclytus, ipsorumque Imperatorum Rector, & Serena ejus conjux, virum hunc in magno numero ponendum esse censuerunt: imò & Senatus universus, Arcadiusque & Honorius Imperatores tanti fecerunt, eum ut magnis jam antè cohonestatum muneribus, statuâ ahenâ in foro Divi Trajani cohonestandum esse judicaverint, cum hac inscriptione. *Cl. Claudiano V. C. Tribuno & Notario inter ceteras ingentes artes prægloriosissimo Poëtarum, licet ad memoriam sempiternam carmina ab eodem scripta sufficiant, attamen testimonii gratiâ ob judicii sui fidem DD. NN. Arcadius & Honorius felicissimi & doctissimi Imperatores, Senatu petente, statuam in foro divi Trajani erigi collocarique jusserunt.* Ubi & hoc disticum Græcum repertum est.

Εἰν ἐνὶ Βιργίλιοιο νόον καὶ μῦσαν Ὀμήρου,  
Κλαυδιανὸν Ρώμῃ καὶ βασιλεῖς ἔδειξαν.

Quod sic ad verbum interpreteramur, *Roma & Reges seu Imperatores posuerunt Claudianum seu statuam Claudiani habentis in se uno Virgilii mentem & Musam Homeri*; hoc est, hujus fecunditatem & illius judicium. Ne quis verò de hac statuâ dubitet, audiat Claudianum ipsum sic de se loquentem, *Sed prior effigiem tribuit successus ænam,*

Caes. xxy.

*Orâque Patricius nostra dicavit honas.*

Quâ quidem & statuâ & statuæ inscriptione nihil meo judicio honorificentius est; & Virgilius ipse, licet Imperatoris Augusti literis dignatus, nihil unquam simile adeptus est.

Sunt qui per literas V. C. in statuæ basi marmoreâ inscriptas *virum Consularem* intelligant, eumque ideo Consulatu functum esse contendant; sed alii per V. C. *quintæ cohortis Tribunum* explicant: id quod Janus Parrhasius damnat inscitia; quòd, ut opinor, passim legamus, *Tribunos militum*, at cohortis Tribunos non ita legamus. \* Gutherius tamen refert *Tribunos minorum cohortium*: ubi etiam hoc legitur, *Inter milites clarissimorum honore potiuntur Tribuni, &c.*

\* Lib. 1. cap. 15. de Officiis Domus Augustæ,

Certum autem est Claudianum secutum esse militiam, sicut

ante illum Ennius , Ovidius , Horatius fecerant. Id Claudianus ipse de se testificatur , Musam suam alloquens.

Carm. xvi. *An tibi continuis crevit fiducia castris ,*

*Totâque jam vatis pectora miles habet ?*

Meruit autem sub Stilichone , unde hi versus.

Carm. xxx. *Carmen amor generi , soceri reverentia poscit ,*

*Officio vatus , militis obsequio.*

Et in Epistola ad Adrianum.

Car. xxxix. *Eripe calcatis non prospera cingula Musis ,*

*Eripe militiam , &c.*

Id quod significare potest , eripe mihi balteum & militaria privilegia.

Eum etiam Senatorem fuisse judicare possumus ex his verbis

*Certius in nobis aestimat Imperium.*

Carm. xvi. Nam loquitur de Principe , qui satis judicat ex amplissimo Senatorum confesso , quantum sit Imperium ; inter Senatores autem seipsum Claudianus agnoscere videtur hoc vocabulo , *in nobis*. Ita sentit & Barthius.

Quod ad Notariorum dignitatem attinet ; alii erant majores , alii minores. Majores in magno honore ponebantur : hos Vopiscus appellat *Secretorum Imperatoris Notarios*.

Porrò Christiana opuscula , quæ ad Claudiani operum finem adjiciuntur , an reverà Claudiano tribuenda sint , scriptores inter se disputant. Joannes Camers , Christophorus Landinus , Ludovicus Vives , & Stephanus Claverius ea Claudiano asserunt ; & certè est in his versibus elegantia Claudiano non indigna. At Gaspar Barthius , Nicolaus Heinsius , Gerardus Joannes Vossius contra sentiunt.

Disputant quoque , an Christianæ militiæ vexilla secutus sit Claudianus , nec-ne ? Landinus ait eum paganicæ superstitionis tenebris involutum fuisse , sed dissipatâ feliciter hacce caligine ad lucem Evangelicam oculos & animum piè ac fideliter convertisse. Id autem probat , quòd Christum , Christi que miracula suis carminibus prædicanda suscepit. Hæc enim apud ipsum est homine Christiano digna sententia , *ô nimium dilecte Deo , cui militat æther* , in gratiam Honorii ; & in gratiam Marci Antonini , sub quo Christianarum cohortium preces , coactis repentè nubibus , imbrem in suos ad sitim

extinguendam, fulmina in hostes, ad ipsos proterendos excussere.

*Tunc contenta polo, mortalis nescia teli,  
Pugna fuit: Chaldaea Mago seu carmina ritu  
Armavere Deos; seu, quod reor, omne Tonantis  
Obsequium Marci mores potuere mereri.*

Car. xxviii.

Etenim primò Claudianus Magicis incantamentis victoriam tribuere videtur; sed statim palinodiam canit, dictumque corrigit, ostenditque Deum bonis Principibus in angustiis afferre praesidium. Quæ quidem rationes eò Claverium perpulerunt, ut \* *nihil contra Claudianum pronuntiare ausus sit*. At Ludovicus Vives credit propensio rem virum fuisse ad superstitionem, & tametsi de Christo extat Carmen, ejus nomine inscriptum, ab eo in Honorii gratiam esse compositum, ut fuit assentator maximus. Sic & sequente seculo (Suidâ referente) Tribonianus à Christianâ fide alienissimus, ut Justiniano placeret, de Christo & Trinitate, admiranda scripsit.

\* In Misc.  
cap. 18.

Huc accedit, quòd Landini conjecturam evertunt. S. Augustinus, & Paulus Orosius, qui cùm Claudiani temporibus vixerint, ejus fidei testes longè sunt certiores. S. Augustinus hæc scripsit, cùm \* *ageret & de fide & pietate Theodosii*, Claudianus quamvis à Christi nomine alienus, in ejus tamen laudibus dixit, *ô nimium dilecte Deo, &c.* At \* Orosius sic ait, *unus ex ipsis Poëta quidam eximius, sed paganus pervicacissimus, hujusmodi versibus, & Deo & homini testimonium tulit, quibus ait, ô nimium dilecte Deo, &c.*

\* Lib. 5. de  
civ. Dei cap.  
26.

\* Lib. 7. cap.  
23.

In eadè sententiâ versatus est Paulus Diaconus, dum sic \* *loquitur, Ad cujus laudem, ob insignem victoriam Poëta quidam eximius, sed infidelis, inter cetera hos persiculos cecinit; ô nimium dilecte Deo, &c.*

\* Lib. 12.

Præterea contra Claverium & alios negat Heinsius laudata de Christo opuscula Claudiano esse tribuenda. Barthius ea tribuit Damaso Papæ; cujus, Petri Criniti judicio, *laudatur ingenium atque eruditio in faciendis carminibus, cùm ab aliis multis, tum præcipuè ab Hieronymo, qui complura opera à se composita huic Damaso dicavit.*

Gerardus Joannes Vossius hæc de Christo Carmina Claudiani Mamerci esse putat, quanquam in quibusdam libris,



Damasi Papæ nomine ipsa inscripta legerit.

Cæterum de obitu ipsius Claudiani, nihil à Veteribus memoriæ proditum est. Scimus quidem, trucidato Stilichone, ejus amicos ab Honorio, Olympii ( qui Stilichonianæ cædis autor fuit ) suasu indignè esse oppressos ; an verò cum iis Claudianus noster Stilichoni multò gratissimus oppressus fuerit, nescimus.

De Poëtis  
Lat. cap. 5.


Fuit & alter Claudianus Mamercus seu Mamertus ex Galliâ nostrâ, Viennensis Episcopus, quem ut omni Poëtices & Philosophiæ studio virum excellentissimum magnopere extollit Sidonius Apollinaris. *Claruit autem Zenone Imperante* : ut ait \* Gerardus Joannes Vossius, *et si Bellarminus in scriptoribus Ecclesiasticis sub Valentiniano III. & Theodosio I. juniore censeat vixisse. Præter præclarum trium librorum opus de statu animæ, carmen reliquit contra vanos Poëtas. Hujus quoque videntur esse Carmina de Christo, quæ in Claudiano leguntur. Nam ille Theodosiani ævi scriptor gentilis fuit, ut ex Augustino, Orofio, atque aliis constat : Qui si tandem factus esset Christianus, verbo hoc tetigissent. Et hæc de utroque Claudiano dicta sint ; nunc, ne quid desit ; ad varia Autorum de Claudiano nostro & judiciz & testimonia veniendum est.*



CENSURA



C E N S U R A  
E T  
TESTIMONIA VARIORUM,  
DE CLAUDIANO,  
E T  
CLAUDIANI SCRIPTIS.



T suos quoque Claudianus expertus est censores & Aristarchos; nec miror, siquidem aliàs homines inventi sunt, qui ex Poëtarum divinorum reprehensione famam captantes, Homerum & Virgilium libris conscriptis ausi sint reprehendere.

Fuere nimirum, qui non alio, quàm de Raptu Proserpinæ opere, Claudianum Poëtæ nomen sibi comparasse jactarent, causati Poëtæ totos esse in fingendo debere; hunc verò præter laudatum opus, sermones Panegyricos & Historias contexuisse. Lepidos certè censores, & graves rerum æstimatorum, qui non recordentur in Claudiano nullum fere esse librum, cui sua non sit fictio. Hinc enim in Consulatu Proбини, Roma petit Consulatum à Theodosio, Tibrisque de eodem Consulatu lætatus flavios indigenas ad convivium invitat: inde in libris Rufinianis Aleæto exultat immisso in orbem Rufino; at postea Justitia vicissim gaudet vindictam videns reo imminentem, quem reum torquent judices Inferorum. Hinc in Consulatibus Honorianis, quàm pulchrè Theodosius pater filium docet Honorium! inde in bello Gildonico uterque Theodosius adeunt geminos fratres & ad concordiam excitant, atque hortantur. Hinc Justitia Malliam Theodorum ambit, inde in nuptiis Augustis Venus & Amores triumphant. Quid plura? ut ingenuè fatear, quod sentio; ut arguebatur ille, qui nimis atticisabat, ita & Claudianus, si quæ in re taxari potest, in eo fortasse, quòd nimis fingat, hoc est, quòd Poëta nimis bonus esse videatur.

Sed & qui ista proferunt; sciant *summum & ingeniosum Poëtam* à

Ciceronē Ennium appellari, Variūque ut magnum Poētā Horatio & aliis esse celebratum, etiam si ambo, præter res tragicas, annales quoque & historias conscripserint.

\*Lib. 1. & 6.  
Poët.

Idem etiam Lucano objecerant Grammatici, eum ex numero Poëtarum eradentes, quod historiam versu condiderit; at eos nugari censet Julius Cæsar \* Scaliger, fateriūque in illo esse *ingenium magnum, etiam plusquam Poëticum*, ac *Livium potius Poëta nomen meruisse, quam Lucanum amisisse* contendit. Nos autem multo potiori jure Claudiano, Poëtæ titulum adscribendum esse judicamus, quod non unā aut alterā fictione, ut Lucanus, sed omnia sua Poëmata ingeniosis fictionibus exhilararit. Huc accedit, quod laudatus à nobis divinus ille Scaliger eum multis in rebus Ovidio præferendum esse cū censuerit, hac de re aut disputare amplius, aut dubitare nefas esse existimem.

Nonnulli Claudianum dicunt,

*Projicere ampullas & sesquipedalia verba.*

An verò, quod apud hunc legimus,

*Continuit claustris indignantemque revinxit, &*

*Belorophontæas indignaretur habenas.*

Et alia ejusmodi benè multa, quæ curiosis consuetari & hunc in locum congerere nimis longum foret. At quis Poëta bonus, ut ut sobrius ac moderatus sit, pro rerum varietate & magnitudine similia non usurpavit? Si quis est, qui dubitet, ne Statium & Silium Italicum verbis grandibus assurgentes numerem, audiat Virgilium, Ovidiūque, quos ampullis tumere nemo hætenus homo dixit. Ovidius enim sic cecinit, *Thermodontiacâ malles cecidisse bipenni.*

Virgilius autem

*Luctantes ventos, tempestatēque sonoras, &*

*Nimborūque facis tempestivūque potentem, &*

*Amphitryoniades armenta, abiumque pararet, &c.*

Quod si per ampullas intelligitur tumor ille, qui non est in sono tantum, sed in sententiis abditis, & figuris inusitatis, nimis que sonoro versuum ambitu, ut intelligi debet; certè quidem negare non ausim Claudianum Metaphoras hyperbolāque vagas & audaces consuetari, & nimis tereti ac fastidiosā versuum volubilitate delectari consuevisse; adeo ut etiam sæpius vitaverit ipsum vocalium concursum; qui, modò ne sit frequentior, tantū abest, ut displiceat, ut potiùs instar fluvii leviter ad saxa susurrantis aures mirā voluptate titillet. Et quanquam Auctores antiqui vocales more Græcorum elidebant, sic ut eas omitterent, suffectā ad latus virgulā; ut, *Conticuēr omnes intentiq' ora tenebant*, tamen scribendi & pronuntiandi ratio non desinebat in auribus delicatis relinquere speciem quandam hiatus non injucundi, qui modò ne sit crebrior & asperior, cætera commendat, & vitatā consuetatione magis naturam imitatur: id quod tamen multis in occasionibus nimis scrupulosè Claudianus effugit.

Unde etiam fortasse Lilius Gregorius Gytaldus Claudianum arguit; quòd *minimè numeros & lineamenta variet*, idèmq; *sit ubique*, quòd *eius flaccescat inventio*; nam *cum primo animi impetu pulchrè materiem apparet*, & *animosius feratur*, inquit, *mox tanquàm ventus hominem deficit*, *nec principiis satis postrema respondent*. Quæ quidem autoritas magni momenti mihi esse videtur, profecta à tali viro, quem Alciatus *seculi sui Varronem*; quem Josephus Scaliger, parvus alioqui laudator, *virum eruditissimum* vocat. Et quidem cum ipso fatendum est, in Claudiano non semper admirabilem illam numerorum varietatem reperiri, quæ elucet in Virgilio; qui, *cum semper sit sublimi spiritu, & generosa oratione*, nusquam tamen est *sui similis*, ait Scaliger. Sed tamen an Claudianus *instar venti* procedendo *flaccescat*, & *eius principiis postrema non respondeant*, disputandum est. Videamus igitur quid hac de re statuendum sit. Quod ut clariùs explicetur, sciendum est Gyraldum, cum ait *initii non respondere postrema*, vel intelligere ipsum corpus Poëmatum non satis respondere capiti, ut docti multi volunt; vel ipsas Poëmatum clausulas initiis non satis respondere, ut Barthius & alii censuerunt.

Si primum, non inficior Claudianum non semper hæcere huic Horatii præcepto,

*Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?*

Etenim in multis principiis, plus promittit, quàm Homerus aut Virgilius, & tamen non ita fidem implet; quippe totum corpus seu tota series ipsius operis non ita in omni parte respondet initiis propositis, iisque grandibus, ut non aliquando tantillum degeneret.

Sin verò Gyraldus Poëmatum clausulas intellexit; *Principiis postrema non respondere*, non ita confitendum est. Nam ut ille, qui, Philippo dormiente, causâ ceciderat, ad Philippum vigilantem provocabat; ita, & qui veritatis amicus est, ad ipsum Gyraldum diligentius Claudiani Poëmatum exitus excutientem provocare poterit. Si quis enim præter libros, in quibus finis desideratur, omnia Claudiani opera attentè animi cogitatione contempletur, eorum certè finem non ventis vires eundo deperdentibus, sed fluviis vires eundo acquirentibus similem inveniet.

Et reverà in Consulatu Probini quid hoc fine floridius,

*Te cuncta loquetur*

*Tellus, te variis scribing in floribus Hora,*

*Longaque perpetui ducent in secula Fasti.*

Nec minùs floridus est primi in Rufinum libri finis: at finis libri secundi, & finis librorum in Eutropium vim habent & dignitatem. In tertio autem Consulatu Honorii,

*Vobis mætra dabunt pretiosas æquora conchas,*

*Indus ebur, ramos Panchaia, vellera Seres.*

In quarto ejusdem Honorii Consulatu.

*Ultima fraternas horrebunt Bactra secures.*

Quid utroque hoc fine fortius, quid magnificentius? Sed ne sim longior

In Nuptiis Honorii & Mariæ ;  
*Parvus Honoriades genibus confidat avitis.*  
 In laudibus Stilichonis ,  
*Hæc omnes veterum revocavit adorea laurus ;*  
*Restituit Stilicho cunctos tibi , Roma , triumphos.*  
 In belli Getici fine  
*Hic Cimbro fortēsq; Getas Stilichone preëmptos ,*  
*Et Mario , clavis ducibus , tegit Itala tellus ?*  
*Discite vesana Romam non temere gentes.*

Quid triplici hoc fine animosius ; quid vel Gyrardo iudice , sublimius ab ipsâ Calliope dici potest ? Hinc , Barthii iudicio , doctissimus Casaubonus hoc dictum Gyraldi ejus viri benè dictis dissimillimum esse statuebat ; & laudatus antea Josephus Scaliger , teste eodem Barthio , hæc in re Gyraldum pessimè judicasse pronuntiabat. Hinc etiam , ut Alcibiadem puerum meliùs seipso judicare in quadam occasione probavit olim Pericles vir alioqui præstantissimus ; ita & Picum etsi tunc temporis puerum ; qui Claudiani , cujus à primis usque annis studiosus fuerat , carmen non sonorum modò & elegans , sed & floridum , esse judicabat , ipsi Gyrardo , qui etiam ab imitando hoc Poëta lectores deterebat , hæc in parte non putarem esse postponendum.

Sed esto Poëta noster assurgat altiùs ; & in illo , ut ita dicam , lubrico ac præcipiti non ubique steterit æqualiter. At hoc ipsi commune est cum Homero , Archilochō , Pindaro , Sophocle , magnis Poëtis ; quorum , ut sentit vir amplissimus καὶ κενότατος Longinus , vel cùm tonant , & si fas ita loqui , cùm fulmīnant , igneus ille ardor subito relanguescit. Quod sanè tribuendum est illi Poëtico furori , aut divino stimulo ( ἰνδυναμὸν vocant ) quo ita rapiuntur , eum ut ad nutum regere acvertere non semper faciliè queant.

Unde & censorium supercilium severiùs distingere mihi videntur ii , qui Claudianum aiunt luxuriare , & declamatorum instar , Historias Historiis , Fabulas Fabulis accumulando , exipariari liberiùs. Id enim non tam styli luxuries dici debet , quàm fecundioris ingenii jugis felixque copia , quæ ex eodem ignei vigoris fonte derivatur. Cicero ex Platone & Democrito dixit , cæterarum rerum studia & doctrinâ & præceptis & arte constare : Poëtam naturâ ipsâ valere & mentis viribus excitari , & quasi divino quodam spiritu afflari : Et alibi ; Poëtam bonum neminem sine inflammatione animorum existere posse , & sine quodam afflatu quasi furoris ; quæ quidem inflammatio , qui furor Poëticus ita Claudianum abripuit , vix ut se tenere posset. Neque tamen adeo damnandus est , nisi Homerus & alii supra laudati Poëtæ , imò nisi Platones & Demosthenes multis in rebus ἰνδυναμὸν simul condemnentur , quibus etsi aliquâ in re lapsis , Longini iudicio , si tamen spectetur orationis majestas & sublime dicendi genus , Lyfiam & Hyperidem oratores jucundissimos & nullâ in re lapsos nemo sanæ mentis præferendos esse censerebit.

At verò si concederem vitia illa, quæ in Homero, Pindaro, & aliis reperiuntur, esse vitia humanæ naturæ, quorum immunis est nemo homo, ut volunt viri eruditissimi; in Claudiano autem esse vitia personæ satis sibi non moderantis: si concederem in ipso harmoniam esse nimis studiosè conquistam, nec satis variatam, aut rebus ipsis respondentem: si concederem denique in eo non copiam esse, sed luxuriam, sed vitium; concedatur mihi oportet illud ingenii ditioris atque uberioris esse dulce vitium; quod tamen cum vitiis aliis (quæ ut tueamur, non quasi pro aris focisque pugnamus) multis certè iisque præclarissimis virtutibus compensatur; ut ex gravissimis locupletissimisque virorum doctissimorum testimoniis mox ipsâ luce clariùs patebit.

## TESTIMONIA.

### ROMÆ TABULA MARMOREA.

STATUÆ à nobis laudatæ basis Marmorea in foro Trajani inter ruinas \* effossa. Claudiano fuit honorificentissima. Hanc, ex Clave-  
rio, Pomponius Latius visui Quintilianus possedit atque in honore habuit. Anno 1493.  
Hujus tale fuit elogium; Cl. Claudiano V. C. Tribuno & Notario inter  
ceteras ingentes artes prægloriosissimo Poëtarum, licet ad memoriam sempi-  
ternam carmina ab eodem scripta sufficiant, attamen testimonii gratiâ ob  
judicii sui fidem D D. N N. Arcadius & Honorius felicissimi & do-  
ctissimi Imperatores, Senatu petente, statuam in foro Divi Trajani erigi  
collocarique jusserunt. Ubi & hoc Distichum Græcum repertum est. D D. N N.  
Domini no-  
stri.

Εἰν ἐν Βερύλλιοις τόφῳ, καὶ μῦθον Ὀμήρου  
Κλαυδιανόν, Ρώμῃ καὶ βασιλεῖς ἔθεσαν.

Quod sic ad verbum suprâ interpretati sumus. Roma & Reges seu Im-  
peratores posuerunt Claudianum, seu statuam Claudiani habentis in so-  
mo Virgilii mentem & Musam Homeri, hoc est hujus fecunditatem &  
illius judicium. Quid autem majus, quàm in uno & eodem Poëtâ Clau-  
diano agnoscere Virgilii judicium, & Musam seu ubertatem atque ἰνθυ-  
σιασμόν Homeri, unde Maro ipse materiam petere, quàm ingenio suo  
præstantissimo confidere maluit. Quod spectat literas V. C. has cum ipso  
elogio in vita Claudiani explicuimus. Cæterùm hac & statuâ & statuæ  
inscriptione ab Imperatoribus, & petente Senatu, datâ nihil meo judicio  
honorificentius fingi potest; & Virgilius ipse, ad quem dignatus Casar  
scripsisse, nihil unquam simile adeptus est,

**S. Augustinus, lib. 5. de Civ. Dei, cap. 16.**

*Unde & Poëta Claudianus, quamvis à Christi nomine alienus, in  
ejus tamen laudibus dixit,  
O nimum dilecte Deo, cui militat ether,  
Et conjurati veniunt ad classica venti.*

**Suidas.**

*Κλαυδιανὸς Ἀλεξανδρεὺς ἐποποιὸς νέωτερος ἦν τοῦ ἡρώτων Ἀρκαδίου  
& Ουοελύ τοῦ βασιλέως. Claudianus Alexandrinus Poëta epicus recen-  
tior exiitit, aut floruit temporibus Arcadii & Honorii Regum seu  
Imperatorum.*

**Paulus Orosius lib. 7. cap. 23. De Claudiano loquens.**

*Unus ex ipsis Poëta quidam eximius, sed paganus pervicacissimus, hu-  
jusm di versibus & Deo & homini testimonium tulit, quibus ait  
O nimum dilecte Deo, &c.*

**Paulus Diaconus, lib. 12.**

*Ad cujus laudem ob insignem victoriam, Poëta quidam eximius, sed  
infidelis, inter cetera hos versiculos cecinit;  
O nimum dilecte Deo, &c.*

**Sidonius Apollinaris ad magnum Felicem, Carm. 19. v. 271.**

*Non Pelusiaco satus Canopo,  
Qui ferruginei thoros maris,  
Et Musâ canis inferos supernâ.*

**Prosper Aquitanicus in Chronico Consulari, secundum  
Editionem Scaligeri.**

*Anno 11. Honorii & Arcadii Claudianus Poëta admiratione dignus  
habetur.*

**Cassiodorus Chronico, sub Consulatu Proбини & Olybrii.**

*Hoc tempore Claudianus Poëta insignis habetur.*

**Jovianus Pontanus.**

*Poëtam versus aliquot è Proserpinâ Claudiani Poëta, tum summi qui-  
dem studii, tum magni etiam exercitatie ingenii.*

*Philippus Beroaldus vocat Claudianum luculentum Poëtam; Joannes  
Pierius Valerianus luculentissimum; J. B. Pius, utrinque lingua con-  
sultissimum; Durantius, disertissimum, Casaubonus, facundissimum;  
Muretus, optimum avisui Poëtam; P. Faber, clarissimum elegantem  
& politum; Bucananus, summo ingenio, summâque doctrinâ Poëtam;  
Junius, recondito & minime vulgari usu verborum gaudentem; Fr. Mo-  
dius, ingeniosum & tersum; B. Rhenanus, cultissimum; Vincentius  
Contarenus, Poëtam bonum & grandem; Hieronymus Cagnolus Jure-  
consultus, quædam Claudiani, Carm. na literis aureis putavit inscribenda.*

*Hæc omnia testimonia brevitatæ causâ congestimus, sed qui sequen-  
tes autores omitti queant?*

**Petrus Crinitus**, lib. 5. de Poëtis Latinis cap. 85.

*Cl. Claudianus Poëta insignis Arcadii & Theodosii temporibus, floruit.... ingenio excellenti fuit, maximèque apto ad carmen componendum. Nam & assurgit feliciter, variisque figuris ac sententiis mirifice delectat; ut videatur à naturâ ipsâ instructus ad Poëticam facultatem. Verisimile est eum Roma diu versatum, multasque Italia urbes peragrasse, quod cum alia multa testantur, tum hi versus, quos de balneis Aponi composuit. Opera illius satis nota sunt: sed præcipuam laudem sibi, multorum iudicio vindicat, his carminibus; quibus principes viros summis laudationibus seu Panegyricis extulit.... Augustinus & alii veteres plurimum commendaverunt ingenium atque eruditionem Claudiani.*

**J. Vadianus.**

*Item Raptus Proserpina adeo insignibus montium, urbium, lacuum, amnium locis refertus est, ut piaculum mihi videatur, si quis Geographia expertus tam eruditum Poëma attingat, nedum evolvat, profiteatur... Quem alium, quàm Geographum Claudianum dixeris. Transio encomia in Stilichonem, ob hoc maximè erudita, quod locis Geographiæ explicandis referta sunt.*

**Zazius Jureconsultus,**

*Quam totam rem Claudianus ad Honorium elegantissimo, imò aureo carmine complexus est. Quàm benè haberet, si celeberrima hujusmodi carmina divino ingenio scripta Principibus Romanis tam operose ingererentur.*

**Ludovicus Vives**, lib. 3. De Tradendis Disciplinis.

*Ausonius Gallus ubique argutus & exaltans, nec lectorem finit dormire. Claudianus melior, ac ingenii & spiritus planè Poëtici.*

**Idem in Comm. ad S. Augustinum**, lib. 5. de Civ. Dei, cap. 26.

*Claudianus ad carmen natus fuit, quod elegantissimè scripsit Poëtico vir ingenio.*

**Janus Parrhasius Neapolitanus in vitâ Claudiani.**

*Si nihil aliud ad claritatem sui nominis Alexandria protulisset, illustraretur, Hercule, vel uno Claudiano; qui præter ingenii monumenta, qua de se prædicant, in vitâ tantus fuit, ut Arcadio Honorioque gratus, amplissimis ab utrô ne muneriis honestaretur & statuâ, &c.*

**Piso & Picus puer apud Gyraldum,**

*Istius ego Poëta à primis usque annis studius fui: ejus enim mihi carmen non sonorum modo & elegans, sed & floridum semper visum est. idem dicere velle videbatur puer Picus.*

**Stephanus Claverius in Præf. Ad Claudiani Annot.**

*Claudianus Poëta, qui non injuriâ maximus, altus & animosus auctor.... Poëta, quem in osculis habebat Jacobus ille Cujacius Jureconsultorum aquila,*



Justus Lipsius, lib. 1. cap. 2. De Magnitudine Romanâ.  
*Habes plerâque versibus iis ab alto & animoso Poëta ( talis fuit Claudianus ) inserta.*

Joannes Borcholten & Vinnius Jurisconsulti.

*Huc pertinent elegantissimi & antiquitatis pleni versus Claudiani in quarto Consulatû Honori, Adspice mox latum &c.* Sed idem Borcholten malè tribuit Aufonio hoc Distichum, *Direptas quid plangis opes &c.* Nam Claudiani nostri est, cui ex Vinnio Jurisperito, *lepidi joci* in Eutropium materiam tribuit parentis appellatio.

Julius Cæsar Scaliger, lib. 6. Poët. cap. 5.

*Maximus Poëta Claudianus, solo argumento ignobiliore oppressus; addit de ingenio, quantum deest materia. Felix in eo calor, cultus non invisus, temperatum iudicium, dictio candida, numeri non adfectati, acutè dicta multa sine ambitione... Libri de Raptu Proserpinae sunt candidi, culti, tersi, numerosi.*

Idem, lib. 5. cap. 6.

Idem ait quædam Claudiani carmina, *speciosiora esse quàm Ovidiana... Cereris currum tam Claudianus, quàm Ovidius descripsit: verum hic levissimè, non suo more; ille ambitiosus, &c.*

Josephus Scaliger.

*Claudianus in eruditissimo carmine ad Manlium.*

Idem de fratribus Catanæis.

*Claudianus, qui eos egregio carmine celebravit.*

Angelus Politianus.

*Aut Pelusiaci missum de plebe Canopi...*

*Gaudentem Stygio Dominam junxisse marito.*

Ex Petro Collutio.

Claudianus cecinit,

*Infernos raptus Cereris pugnâsq; Deorum,  
Cæsareas laudes, necnon Stilichonis honores,  
Natalis Comes, &c.*

Natalis Comes Myth. lib. 2. cap. 9.

*Claudianus rem totam de Plutone elegantissimo carmine complexus est.*

Gaspar Barthius.

Barthius, qui plurima nobis suppeditavit testimonia, inter alias laudes Claudianum vocat, *Nobilissimum, & literatissimum ex omni fere antiquitate Poëtam, & ingenio ad omnia summa nato.*

Idem de Panegyri Mallii Theodori.

*Eruditissimum, eloquentissimum, tantumque non divinum hunc librum humana sapientia mysteria magnam partem indicantem si enarrare ex merito velis, Gratia Latiusque penetrabilia omnia, necesse erit, ut excutias.*

Nicolaus

## Nicolaus Heinſius de Claudiano.

*Muſarum ocellus, ſummus artifex ſandi,  
Salubribuſque plenus ora præceptis,  
Quo Nil alumna nil venuſtus jactat,  
Lagea tellus, civitaſque Alexandri,  
Sive arma verbis, atque adorceas magni  
Herois æquat, inque laude virtutis,  
Pulchra occupatus, tollit indolem Auguſti,  
Infantis altam, &c.*

Gerardus Joannes Voſſius, de Poëtis Latinis, cap. 4.

*Claudianus Poëta magni ſpirituſ, ab Arcadio & Honorio ſtatuum  
mervit in Foro Romano.*

Malherbæus & Hallæus, Cadomi & Literariæ Reipub.  
clariffimima lumina.

Malherbæum illum Lyricorum Galliæ noſtræ Poëtarum facilè principem dicere ſolitum accepimus, ſe crebrâ Claudiani lectione delectari, ſæpe ex hoc Poëtâ, tanquam ex uberrimo fonte ſemper haurire aliquid conſueviſſe, unde præclare cogitatis foret fecundior. Id à nobiliſſimo, Malherbæo ſæpiuſ ſe audiviſſe diſcitabat, idemque ſentiebat vir clariffimus Antoniuſ Hallæuſ, ſummus & Poëta & Orator, & dum viveret, noſtri lux prima Lycei. Talium virorum illuſtre teſtimonium pro coronide adjiciemus, idque omiſſiſſe piaculum eſſe duceremus.

Sequuntur Inſcriptiones duæ honori Stilichoni poſitæ, quarum in noſtris Annotationibus mentio facta eſt.

Prima Inſcriptio reperta Romæ in baſi Marmoreâ prægrandi. Fl. Stilichoni, V. \* C.

*Fl. Stilichoni illuſtriſſimo viro, Magiſtro equitum, peditumque comiti,  
Domesticorum Tribuno Prætorio, & ab ineunte ætate per gradus clariffima militiæ,  
ad columen gloriæ ſempiternæ & Regiæ adſinitatiſ eveſto,  
Progenere Divi Theodoſii Auguſti in omnibus bellis atque victoriis, &  
ab eo in adſinitatem Regiam cooptrato, itémque ſocero D. N. Honorii Auguſti,  
Africâ Conſiliis ejus & proviſione liberatâ, ex S. C.*

\* Viro Conſulari.

D. N. Domini noſtri.

Secunda Inſcriptio ibidem reperta in baſi Marmoreâ ſuperne fractâ.

S. C. Ex Senatuſconſulto.

*Viro bis Conſuli, ordinario Magiſtro utruſque militiæ, Comiti Domesticorum & ſtabuli ſacri, atque ab ineunte ætate per gradus clariffimæ militiæ ad columen Regiæ adſinitatiſ eveſto, ſocio bellorum omnium & victoriarum, adſini etiam Divi Theodoſii Auguſti, itémque ſocero Domini noſtri Honorii Auguſti, Populuſ Romanuſ pro ſingulari ejus circa ſe amore atque providentiâ ſtatuum ex ære argentoque in Roſtris ad memoriæ gloriæ ſempiternæ conlocandam decrevit. Exequenti Fl. Piſidio Romulo V. C. Præſecto urbi.*

# INDEX OPERUM

## CL. CLAUDIANI.

<p><b>C</b>ONSULATUS Probrini &amp; Oly- brii, pag. 1. Liber I. in Rufinum, 22 Liber II. in Rufinum, 33 Tertius Consulatus Honorii, 90 Quartus Consulatus Honorii, 100 Epithalamium in nuptias Honorii &amp; Mariz, 160 Fescennina, 184 Bellum Gildonicum, 192 Consulatus Mallii Theodori, 231 Liber I. in Eutropium, 256 Lib. II. in Eutropium, 286 Liber I. de Laudibus Stilichonis, 326 Lib. II. de Laudibus Stilichonis, 349 Lib. III. de Laudibus Stilichonis, 377 Bellum Geticum, 402 Sextus Consulatus Honorii, 447 Laus Serenæ Reginz, 492 Epithalamium in nuptias Palladii &amp; Ce- lerinæ, 508 Liber I. de Raptu Proserpinæ, 519 Lib. II. de Raptu Proserp., 546 Lib. III. de Raptu Proserp., 578 Gigantomachia cum Fragmento Gra- co, 610 &amp; 618</p> <p style="text-align: center;"><b>EPISTOLÆ.</b></p> <p>Ad Adrianum, 620 Ad Serenam, 624 Ad Olybrium, 629 Ad Probrinum, 631 Ad Gennadium, 633</p> <p style="text-align: center;"><b>EIDYLLIA.</b></p> <p>Phoenix, 634 Hyltrix, 641 Torpedo, 644 Nilus, 646 Magnes, 650 Aponius, 654 Ei fratres, 660</p> <p style="text-align: center;"><b>EPIGRAMMATA.</b></p> <p>De Mulabus Gallicis, 664 De Sene Veronensi, 665 De Apro &amp; Leone, 667 Descriptio Armenti, 667</p>	<p>De Conchâ, 668 De Crytallo, 669 &amp; seqq. De Crytallo Græca, Epigrammata, 673 &amp; seqq. Eic μυστὰ γρηγοῦμαι, 675 Eic δέλον τιμῆς ἵνα παρ' αὐτῶν, 676 In Sphæram Archimedis, 677 De Polycastæ &amp; Perdiccâ, 679 De Zonâ equi Regii missâ Honorio, 679 De Zonâ missâ Arcadio, 680 De Chlamyde &amp; tranis, 681 De Phaleris &amp; cingulo, 682 Deprecatio ad Alethium, 683 In Curetium, 684 In eundem, 665 In Jacobum Magistrum equitum, 686 De Theodoro &amp; Adriano, 688</p> <p style="text-align: center;"><b>ALIA DE QUIBUS DUBITATUR,</b> an Claudiani sint?</p> <p>In Podagrum, 682 Rimanti telum ira facit, 687 Ad Æternalem, 688 Ad Maximum, 689 De Locustâ, 689 De Balneis Quintianis, 689 Descriptio portus Smyrnenfis, 690 Est in conspectu longo locus, 690 De Quadrigâ marmoreâ, 691 Fragmentum, 661 De Paupere amante duo Epigrammata, 692 De Sepulchro speciosæ, 692 De Birro &amp; Castoreo, 693 De Hippopotamo, &amp;c., 693 De Sardoniche lapide, 694 Carmen Paschale, 695 Eic τὴν αὐτῆς, 697 Eic τὴν ἀπὸ τῆς χεῖρος, 699 Laus Christi, 699 Miracula Christi, 701 In Sirenas, 703 Laus Herculis, 704</p> <p style="text-align: right;"><b>FINIS.</b></p>
---	--



## PRIVILEGE DU ROY.



**L**'OUI PAR LA GRACE DE DIEU ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE. A nos Amés & Feux Conseillers, les Gens tenans nos Cours de Parlement, grand Conseil, Requestes de nostre Hôtel, & de nostre Palais à Paris, Baillifs, Seneschaux, Prevosts, leurs Lientenans, & à tous autres nos Justiciers qu'il appartiendra; SALUT. Ayant fait choix de nostre bien amé FREDERIC LEONARD nostre Imprimeur, pour mettre sous la Presse les anciens Auteurs Latins, Historiens, Poëtes, & autres, sur lesquels on a fait des Commentaires & des Notes pour l'instruction de nostre fils le Dauphin, desquels Auteurs le Terence, le Plaute, le Phedre, le Salluste, le Florus, le Tite-Live, le Cornelius Nepos, le Velleius Paterculus, le Justin, le CLAUDIAN & le Quinte-Curse sont en estat d'estre imprimez: Et ledit LEONARD Nous ayant fait tres-humblement remontrer le prejudice qu'il recevroit, si après les grands frais qu'il doit faire pour l'impression de ces Livres, d'autres entreprennent de les contrefaire, ce qui pourroit arriver si Nous ne luy accordions nos Lettres de Privilege sur ce necessaires. A CES CAUSES, desirant traiter favorablement ledit LEONARD, & empescher qu'il ne soit frustré de son labeur, & des grandes dépenses qu'il luy convient supporter pour lesdites impressions; Nous luy avons permis & accordé, permettons & accordons d'imprimer ou faire imprimer, vendre & debiter lesdits Livres dans tous les lieux de nostre obeïssance, en telles Marges, Volumes & Caracteres qu'il voudra, pendant le temps & espace de vingt années, à compter du jour que chacun d'iceux sera achevé d'imprimer pour la premiere fois: faisant tres-expresses inhibitions & défenses à tous Marchands Libraires, Imprimeurs, & à tous autres de quelque qualité & condition qu'ils soient, d'imprimer ou faire imprimer, contrefaire, ou alterer lesdits Livres, les vendre ny les distribuer par toutes les Terres & Seigneuries de nostre obeïssance, d'autre impression que de celle dudit Exposant, à peine de trois mille livres d'amende applicable, un tiers à Nous, un tiers à l'Hospital General, & l'autre tiers audit Exposant; de confiscation des Exemplaires contrefaits, & de tous dépens, dommages & interêts: A la charge de mettre deux Exemplaires de chacun desdits Livres en nostre Bibliotheque publique, un en celle du Cabinet de nos Livres de nostre Chasteau du Louvre, & un en celle de nostre tres-cher & feal le sieur d'Aligre Chevalier, Chancelier de France, avant que de les exposer en vente,

à peine de nullité des Présentes. Si vous mandons que du contenu en icelles vous fassiez & souffriez jouir & user pleinement & paisiblement ledit L E O N A R D, & ceux qui auront droit de luy, sans souffrir qu'il leur soit donné aucun empêchement. V O U L O N S qu'en mettant au commencement ou à la fin desdits Livres Copie des Présentes, ou un Extrait d'icelles, elles soient tenues pour bien & dûement signifiées, & que foy y soit adjoutée, & aux Copies collationnées par l'un de nos amez & feaux Conseillers & Secretaires, comme à l'Original. M A N D O N S au premier nostre Huissier ou Sergent sur ce requis, faire pour l'exécution des Présentes tous Exploits, saisies, & autres actes requis & nécessaires, sans demander aucune autre permission, nonobstant toutes oppositions ou appellations quelconques, clameur de Haro, Charte Normande, Prise à partie, & Lettres à ce contraires, dont Nous nous reservons la connoissance, & à nostre Conseil ; C A R T E L EST NOSTRE PLAISIR. D O N N E' à Versailles le vingtième jour d'Aoust, l'An de grace, mil six cens soixante-quatorze ; & de nostre Regne le trente-deuxième. Signé, Par le Roy en son Conseil, D E S V I E U X.

*Registré sur le Livre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris le 10. Septembre 1674. suivant l'Arrest du Parlement du 8. Avril 1653. & celuy du Conseil Privé du Roy du sixième Fevrier 1665. Signé, T H I E R R Y Syndic.*

Achevé d'imprimer pour la premiere fois le 24. Mars 1677.

CL. GLAUDIANI,



# CL. CLAUDIANI

I N

PROBINI ET OLYBRII

FRATRUM

CONSULATUM \*PANEGYRIS.

---

## ARGUMENTUM LIBRI.



OL invitatur ad aperiendum annum lætiores sub Consulatu duorum Fratrum, quibus id munus debetur ob generis nobilitatem, ob illustrem Patrem eorum Probum, quem Filii superant. Quibus Roma ipsa petit Consulatam à Theodosio, & propter eorum virtutem & doctrinam obtinet: Ergo Proba Mater, Heroïnarum instar, parat vestes Consulares, plaudit Cælum, exultat Tiberis, fluvios indigenas ad convivium invitat, annus fortunatus potenditur.

### ANNOTATIO.

\* PANEGYRIS. ] Est elogium in cœtu omnis populi pronuntiatum: Et-  
cœtum  $\pi\alpha\eta\gamma\eta\rho\iota\varsigma$  significat omne,  $\alpha\gamma\eta\eta\rho\iota\varsigma$  cœ-  
tum; & simul  $\pi\alpha\eta\gamma\eta\rho\iota\varsigma$ , cœtum  
populi universi: aut laudationem cèle-  
bratam in cœtu populi universi.



A



## CARMEN I.

**S**OL, qui flammigeris mundum complexus habenis  
 Volvis inexhausto redeuntia secula motu,  
 Sparge diem meliore comâ, crinemque repexi  
 Blandius elato surgant temone jugales,  
 5 Efflantes roseum frânis spumantibus ignem.  
 Jam nova germanis vestigia torqucat annus  
 Consulibus, lætique petant exordia menses.  
 Scis genus Auchenium, nec te latuère potentes  
 Anniadæ: nam sæpe soles ductoribus illis  
 10 Instaurare vias, & cursibus addere nomen.  
 His neque per dubium pendet Fortuna favorem;

## INTERPRETATIO.

**S**OL, qui circumcingens mundum habenu igneis, ducis annos revertentes cursu perpetuo, sparge lucem radiis nitidioribus, & tui equi jubâ repexâ surgant sublato jucundius curru, emittentes flammam rubentem ore spumante. Jam novus annus vertat novos passus pro Fratribus Consulibus, & grati menses capiant principum. Cognoscis, ô Sol, Aucheniorum gentem, nec tu ignoras potentiam Anniorum: etenim sæpe consuevisti, illis Consulibus, renovare annos, & dare nomen curriculo eorum. Fortuna horum Anniorum non pendet à favore incerto,

## ANNOTATIONES.

1. *SOL.*] Solem invocat, ut principem astrorum, patrémque lucis, idque ex vetere superstitione: veteres quippe lætiora omnia fore ex cœli serenitate sperabant: Et præterea quidam populi, præsertim Poëtæ, Solem ut numen aliquod præcipuum venerabantur, & in laudandis Principibus, serenitatem diei, rem non levis momenti esse judicabant.

*Mundum complexus.*] Universam rerum naturam sol complectitur luce, radiis, fulgore. Nullus enim locus est, quod non ista penetrent.

2. *Redeuntia secula.*] Optimè exprimit anni in se redeuntis vicissitudinem; & hinc annus dictus, quasi annulus, quia redit in se. Virgilius:

*Atque in se sua per vestigia voluitur annus.*

3. *Comâ.*] Id est, radiis: radii enim solis sunt ejus comæ, seu crines.

5. *Roseum ignem.*] Rubentem instar rosarum, qualis solet esse Auroræ aspectus.

6. *Vestigia.*] Alii legunt, *fastigia*, id est, annus torqucat fastigia, seu annus sese torquendo ac volvendo, det Consulatum seu supremi honoris fastigia duobus Fratribus.

8. *Auchenium.*] Auchenium & Anicium genus unum & idem esse Heinsius probat; Probinus autem & Olybrius Consules orti erant ex gente Aniciorum.

9. *Anniadæ.*] Anniorum gens illustris fuit Romæ, & cum Aniciorum familiâ matrimoniorum affinitate conjuncta simul coaluit.

*Ductoribus.*] Ducibus, regentibusque Consulibus, anni renovabantur sub novis titulis.

10. *Cursibus addere nomen.*] Sol facit annos, Consules dabant ipsis nomina; seu potius anni numerabantur per Consules atque nominabantur. Dicebatur quippe hoc anno, *Probindo & Olybrio consulibus.*

Nec novit mutare vices; sed fixus in omnes  
Cognatos procedit honos. quemcumque requires  
Hâc de stirpe virum, certum est de Consule nasci.  
15 Per fasces numerantur avi, semperque renatâ  
Nobilitate virent, & prolem fata sequuntur,  
Continuum simili servantia lege tenorem:  
Nec quisquam procerum tentat, licet ære vetusto  
Floreat, & claro cingatur Roma Senatu,  
20 Se jactare parem: sed, primâ sede relictâ  
Auchenis, de jure licet certare secundo.  
Haud secus ac tacitam Lunâ regnante per Arcton

INTERPRETATIO.

*Et nescit pati inconstantiam; sed dignitates stabiles transeunt ad omnes cognatos. Quemcumque virum quæres ortum ex hac familiâ, constat eum nasci ex aliquo Consule. In hac gente Avi numerantur per Consulatus, & illi semper florent natâ novâ nobilitate; & fata servantia seriem perpetuam pari ordine favent nepotibus. Ac nullus optimatum quamvis illustretur antiquis imaginibus æreis, & Roma compleatur Senatoribus illustribus, audent gloriari se esse æqualem: at permittitur his contendere de secundâ dignitate, primo gradu concesso Auchenis. Quemadmodum ignes stellarum cedunt Lunâ dominantanti per tranquillam Septentrionem,*

ANNOTATIONES.

12. *Fixus honos.*] Honores velut fato fixi & stabiles, ordine non interrupto transeunt ad omnes cognatos hujus gentis. *Fixus procedit.*, acumen est in verbo, quodd scilicet & procedat ad cognatos, & fixus remaneat in familiâ cognatorum.

15. *Fasces.*] Fasces duodeni à lictoribus ferebantur ante Consules, velut insignia Consularis: unde & pro ipso Consulatu sumuntur, signum pro re signatâ.

*Semperque renatâ nobilitate virent.*] Iisdem Consulatu titulis identidem redeuntibus, ac velut nascentibus, novus quidam nobilitatis splendor renascitur atque elucet: novus quidam ramus additur, atque in dies revirescit. Et re ipsâ ab initio principatus Constantini Magni, multum effloruit familia Proborum, ex quâ orti sunt Probinus & Olybrius.

16. *Et prolem fata sequuntur.*] Eadem scilicet fata sequuntur prolem, hoc est, Anniorum posterii habent eadem fata, eandem felicitatem.

18. *Procerum.*] Proceres sunt trabium capita in ædificiis eminentia: inde sic appellati Principes civitatis, quod emineant in civitate.

*Ære vetusto floreant.*] Antiquis imaginibus æreis: nam imagines apud antiquos fiebant ex cerâ, sed fiebant etiam ex ære, Statius:

*Quid referam veteres ceræve arisve figuræ?*

*Si quid Apellæ gaudent animasse colores?*  
Et Juvenalis:

*Tota licet veteres exornent undique cera Atria, id est cerâ imagines.*

19. *Floreant.*] Statuæ dicantur illustrioribus viris, qui inter alios, florum instar, enumerant.

*Cingatur Roma Senatu.*] Roma abundet clarissimis atque amplissimis Senatoribus, qui cum variis urbis partes habitent, compleantque, eam veluti cingere dici queant.

22. *Haud secus.*] Similitudo duas habet partes; ut, sicut sol semper lucet, ita & virtus. At Poëtæ unam partem sæpe reticent, ut in hac comparatione, quæ integra sic breviter institui potest. Sicut alia sidera cedunt Lunæ tanquam Reginæ: sic cæteræ familiæ cedunt genti Aucheniæ tanquam primariæ.

*Tacitam per Arcton.*] Intelligit partem mundi Septentrionalem, in quâ est Ar-



Sidereæ cedunt acies, cùm fratre retuso  
Æmulus adversis flagraverit ignibus orbis.

- 25 Tunc jubar Arcturi languet: tunc fulva Leonis  
Ira perit: Plauastro jam rara intermicat Arctos  
Indignata tegi: jam caligantibus armis  
Debilis Orion dextram miratur inermem.  
Quem prius aggrediar? veteris quis facta Probinus  
30 Nesciat, aut nimias laudes ignoret Olybri?  
Vivit adhuc, completque vagis sermonibus aures  
Gloria fusa Probi, quam nec ventura silebunt  
Lustra, nec ignotâ rapiet sub nube vetustas.

## I N T E R P R E T A T I O.

cùm ejus orbis velut æqualis illuminatur primò suscipiam laudare? Quis nesciat  
flammis oppositis solis percussis: Tunc lux actiones natu majoris Probinus, aut igno-  
Arcturi deficit: Tunc furor Leonis fulvi ret laudes infinitas Olybri? Fama Probi  
evanescit: Jam stellæ Ursæ recusantes sparsa vivit adhuc. & replet aures ver-  
occultari, variis per intervalla lucent in bis diffusis; fama, quam anni futuri  
Plauastro: Jam Orion languidus super ma- non tacebunt, nec Antiquitas sepeliet  
num exarmatam telis obscuratis. Quem sub tenebris obscuris oblivionis.

## A N N O T A T I O N E S.

Arctos seu Ursæ, signum cœleste. Dicitur autem Arctos tacita, cùm Cœlum serenum est, & venti silent.

Lunâ regnante. ] In Septentrione Luna lucidior apparet, ideòque ibi regnum illustrius habere, seu magis regnare dicitur, quòd magis accedat ad nostrum Zenith.

23. Siderea cedunt acies. ] Cedunt Lunæ velut Réginæ, ordines stellarum; aut, acies, intelligi debet fulgor ille acuminatus, qui in sideribus apparet.

Fratre retuso. ] Id est, Sole percussio: Etenim radii Solis contra Lunæ corpus retunduntur atque reperiuntur, & ab hoc radiorum percussu Luna, instar speculi, verberata, emittit lucem reflexam, minusque vivam, quàm Solis, quia radii retusi sunt atque debilitati.

24. Æmulus orbis. ] Quasi parem splendorem dignitatèque affectaret: & tum plena Luna intelligenda est.

25. Arcturi. ] Dicitur ἀρκτου οὐρά, Ursæ cauda; est enim Arcturus pars caudæ majoris Ursæ.

Leonis. ] Est signum cœleste in Zodiaco, aliàs Leo Nemeæus victus ab Hercule,

26. Plauastro. ] Hoc est signum itidem cœleste, & dicitur Ursæ, cujus stellæ septem ita dispositæ sunt, ut Plaustri speciem quodammodo referant: adde quod illæ stellæ septem dictæ sunt Triones, aut Tertriones rustico vocabulo, id est boves; & inde Arctophylax, sive Custos Ursæ; dictus etiam βούτης, id est Bubulcus; & inde quoque Septentrionis appellatio manavit.

26. Arctos. ] Id est, stellæ majoris Ursæ. Arctos fuit olim Calisto Lycaonis filia, à Jove amata, à Junone in Ursam mutata, & ab eodem Jove relata inter sidera.

28. Orion. ] Eum nonnulli dicunt contra Scorpionem fortissimè pugnantes in Cœlum cum armis translatus esse: alii alia sentiunt, ut de re fabulis involutâ: quicquid sit, semper armatus fingitur.

30. Nimias. ] Immenfas, infinitas.

31. Vagis sermonibus. ] Qui sparguntur ab iis, qui ultro citroque vagantur.

32. Probi. ] Is erat pater Probinus & Olybrii, & ad summas pervenerat dignitates, & iis optimè functus erat in regendâ Africâ aliisque provinciis.

- Illum fama vehit trans æquora, trānsque remotas  
 35 Tethyos ambages, Atlanteosque recessus.  
 Audiit, & gelido si quem Mæotica pascit  
 Sub Jove, vel calido si quis conjunctus in axe  
 Nascentem te, Nile, bibit. virtutibus ille  
 Fortunam domuit: nunquāque levantibus altè  
 40 Intumuit rebus: sed mens circumflua luxu  
 Noverat intactum vitio servare rigorem.  
 Hic non divitias nigrantibus abdidit antris,  
 Nec tenebris damnavit opes: sed largior imbre  
 Sueverat innumeras hominum ditare catervas.  
 45 Quippe velut denfos currentia munera nimbos  
 Cernere semper erat: populis undare Penates:  
 Assiduos intrare inopes: remeare beatos.

INTERPRETATIO.

<p><i>Fama fert illum Probum trans maria, &amp; trans circuitus ultimos Tethyos, ac latebras Atlantis. Ille etiam audit, si quem terra Mæotica alit sub aëre frigido, vel si quis vicinus Zona torrida, bibit te orientem, ò Nile. Ille Probus superavit fortunam virtutibus suis: &amp; nunquam superbivit prosperitatibus attollentibus homines altè. Sed animus ejus cinctus divitiis sciebat conserva-</i></p>	<p><i>re severitatem puram à crimine. Hic Probus non occultavit nummos in cavernis nigris, nec condemnavit divitias latere in tenebris: sed abundantius pluviam solebat locupletare multos cætus hominum. Nam facile erat semper videre dona volantia, quasi nubes copiosas: domum ejus repleri populis: homines pauperes continuo intrare in eam, &amp; exire divites.</i></p>
--	---

ANNOTATIONES.

- |   |   |
|---|---|
| <p>35. <i>Tethyos ambages.</i> ] Quà longius Tethys, seu mare per varios circuitus flexusque evagatur, Tethys est conjux Neptuni, Mater Nympharum maris, at hic ponitur pro ipso mari.<br/> <i>Atlanteosque recessus.</i> ] Atlas est Mons Mauritaniz in Africā.<br/>         36. <i>Mæotica.</i> ] Terra est vicina Paludi Mæotidi, quæ Europam ab Asiā separat.<br/> <i>Gelido sub Jove.</i> ] Id est, sub aëre frigido; terra enim illa est frigoris obnoxia.<br/>         38. <i>Nascentem te, Nile.</i> ] Fons Nili quondam incognitus; (<i>Et gens si qua latet nascens confusa Nilo:</i>) Hodie detectus est: oritur nempe ex fonte duplici ultra lacum Dambea in extremis Æthiopum finibus, ad Lunæ montes.<br/>         40. <i>Mens circumflua.</i> ] Animus licet</p> | <p>cinctus deliciis circumfluentibus, erat tamen rigidi servator honesti. Ammianus Marcellinus aliter tamen sentit de hoc Probo.<br/>         43. <i>Tenebris damnavit.</i> ] Probus non imitatus est avaros, qui ita damnant divitias tenebris, ut inde nunquam eas exire patiantur.<br/> <i>Largior imbre.</i> ] Alludit ad Imperatores, qui largā manu nummos spangebant; appellant Missilia.<br/>         46. <i>Undare penates.</i> ] Id est, domum Probi ita plenam esse populis, ut velut exundet, nec eos capere possit.<br/>         47. <i>Beatos.</i> ] Naturaliter bona ex eo dicantur, quod beant, hoc est beatos faciunt: beare est prodesse. Ulpianus Jurisc. l. 49. D. de verb. signif.</p> |
|---|---|

- Præceps illa manus fluvios superabat Iberos  
 Aurea dona vomens. sic quis tellure revulsâ  
 50 Sollicitis fodiens rimatur collibus aurum :  
 Quantum stagna Tagi rudibus stillantia venis  
 Effluxere decus : quanto pretiosa metallo  
 Hermi ripa micat : quantas per Lydia culta  
 Despumat rutilas dives Pactolus arenas.  
 55 Non , mihi centenis resonent si vocibus ora ,  
 Multifidusque ruat centum per pectora Phæbus ,  
 Acta Probi narrare queam , quot in ordine gentes  
 Rexerit , ad summi quoties fastigia juris  
 Venerit , Italiæ latè cum fræna teneret ,  
 60 Illyricosque sinus , & quos arat Africa campos.

## I N T E R P R E T A T I O .

*Illa manus prodiga Probi spargens munera aurea , superabat fluvios Hispanos ; ita aliquis effodiens , terrâ proficiscâ , quarit aurum in montibus molestis ; quantas divitias fluvius Tagus fluens rivis impolitis effundit : quanto metallo ripa dives Hermi nitet : quantas arenas radiantes Pactolus locuples evomit per agros Lydia. Si os meum* *emittat centum voces , & Apollo multiplex exeat mihi ex centum pectoribus , non possem numerare facta Probi ; quot gubernaverit prudentiâ suâ populos , quoties ascenderit ad culmen suprema dignitatis , cum moderaretur habenas Italia , & oras maris Illyrici , & terras quas Africa colit.*

## A N N O T A T I O N E S .

48. *Præceps.* ] Ita liberalis erat Probus , ut ejus manus prodiga ad dandum motu celeri ac præcipiti ferretur.

49. *Sic quis.* ] Manus Probi prodiga spargit tantum auri , quantum aliquis invenit fodiens in collibus ; quantum Tagus , Hermus , &c.

50. *Sollicitis collibus.* ] Id est , molestis : nam multæ sunt devorandæ molestiæ in auro effodiendo , ob labores gravissimos , aëremque pestilentem. Vel , *sollicitis* , id est , anxium & sollicitum reddentibus hominem.

50. *Rimatur.* ] Id est quærit , investigat : alii legunt , *miratur* , nec malè : & sensus est. Nos admiramur manum Probi dona spargentem , & tantum auri , quantum aliquis fodiens in collibus admiratur , &c.

51. *Tagi.* ] Tagus est fluvius Hispaniæ ; Hermus , Afrix minoris ; & Pactolus Lydiæ , omnes auriferi , Pactolus ideo auri-

fer , quia ex fabulis Midas totus auratus , & omnia in aurum vertens , hinc ablatus est.

*Rudibus venis.* ] Id est , ramentis impolitis , sine ornatu , ut nata sunt.

54. *Despumat.* ] Spumando volvit atque emittit.

55. *Non mihi centenis.* ] Familiare est Poëtis optare sibi centum ora in rebus magnis. Virgilius :

*Non mihi si voces centum sint oraque centum.*

*Ferreæ vox , &c.*

57. *Ordine.* ] Rexit gentes ordine , id est , vel prudentiâ suâ , vel servato quodam ordine , ut alias post alias regeret , successione continuâ , & hic foret perpetuus Rector populorum.

58. *Summi juris.* ] Id est , Consulatus , qui est summa potestas.

59. *Fræna teneret.* ] Id est , regeret Italiam.

60. *Illyricosque sinus.* ] Teneret , regeret.

# PROB. ET OLYBR. CARMEN I.

- Sed nati vicere patrem, solique merentur  
 Victores audire Probi. non contigit illi  
 Talis honor, primâ cum parte virefceret ævi.  
 Non consul cum fratre fuit. vos nulla fatigat  
 65 Cura, diu majora petens: non anxia mentem  
 Spes agit, & longo tendit præcordia voto.  
 Cœpistis, quâ finis erat. primordia vestra  
 Vix pauci meruere senes: metâsque tenetis  
 Antè, genas dulces quàm flos juvenilis inumbret;  
 70 Orâque ridenti lanugine vestiat ætas.  
 Tu, precor, ignarum doceas, Parnassia, vatem;  
 Quis Deus ambobus tanti sit muneris auctor?  
 Postquam fulmineis impellens viribus hostem  
 Belliger Augustus trepidas laxaverat Alpes,  
 75 Roma Probo cupiens dignas persolvere grates,  
 Sedula pro natis dominum flexurâ rogando  
 Ire parat. famuli currum junxere volantem

## INTERPRETATIO.

*Sed filii superaverunt Patrem. & soli merentur reputari victores ipsius Probi. Talis dignitas Consularis non accidit illi Probo, cum floreret primâ parte atatis, non Consul fuit cum Fratre, Nulla cura aspirans diu ad altiora vos cruciat: Spes sollicita non agit animum vestrum, nec suspendit corda vestra longo desiderio. Incipistis, ubi finis erat aliorum; senes pauci vix habuerunt principia vestra: & attingitis terminum, priusquam flos adolescentia tegat genas teneras. & ætas prima cingat mentum vestrum barbâ gratâ. O Musa, rogo te, ut tu doceas Poëtam imperitum, qui Deus auctor fuerit duobus fratribus tanti doni? Postquam Augustus bellicus fugans hostem manu fulminante aperuisset Alpes timentes. Roma exoptans agere gratias dignas Probo, parat ire diligenter evictura Principem precando pro filiis suis. Servi junxerunt currum celerem, qui servi*

## ANNOTATIONES.

61. *Nati vicere.* ] Optabile gratumque est parentibus se vinci à filiis suis.

93. *Virefceret.* ] Prima ætas dicitur viridis, instar arborum aut fructuum; altera deinde ætas dicitur matura.

66. *Tendit.* ] Spes sollicita non diu suspensos tenet animos vestros longis desideriis, aut non diu tenet intentos & expectantes.

69. *Inumbret.* ] Flos juvenilis seu lanugo sunt prima barba, quæ obumbrat genas.

71. *Parnassia.* ] Id est, Musa Parnassi, Calliope scilicet, quæ præest Poëtis Heroas canentibus.

74. *Augustus.* ] Theodosius Magnus, pater Honorii & Arcadii, Augusti nomen Octavio primum à Senatu tributum est,

ductum ab eo, quod loca, in quibus auguratò quid consecratur, Augusta nominantur: alii Augustum ab augendo Imperio dictum putant: post Octavium Augustum, cæteri Imperatores Augusti appellati sunt.

*Trepidæ Alpes.* ] Non quod trepidæ essent Alpes, sed quod trepidi essent accolæ Alpium.

76. *Dominum.* ] Antiqui Imperatores parçè appellabantur Domini: hoc nomen Augustus ut maledictum exhorruit; sed post, glisciente adulatione, crebrius usurpatum est in gratiam Imperatorum.

77. *Famulis.* ] Impetus & Metus sunt famuli Martis; hos tribuit Romæ, quæ à Romulo Martis filio condita est.

- Impetus, horribilisque Metus, qui semper agentes  
Prælia cum fremitu Romam comitantur anhelò,  
80 Sive petat Parthos, seu cuspide turbet Hydaspem.  
Hic ligat axe rotas: hic sub juga ferrea mittit  
Cornipedes, rigidisque docet servire lupatis.  
Ipsa, triumphatis quæ possidet æthera regnis,  
Affilit, innuptæ ritus imitata Minervæ.  
85 Nam neque cæsariem crinali stringere cultu,  
Colla nec ornatu patitur mollire retorto;  
Dextrum nuda latus, niveos exserta lacertos,  
Audacem reteggit mammam, laxumque coërcens  
Mordet gemma sinum. nodus, qui subleuat ensẽm,  
90 Album puniceo pectus discriminat ostro.  
Miscetur decori virtus, pulcérque severo  
Armatur terrore pudor, galeæque minaci  
Flava cruentarum prætenditur umbra jubarum.  
Et formidato clypeus Titana laceffit  
95 Lumine, quem totâ variarat Mulciber arte.

INTERPRETATIO.

sunt Impetus & Timor terribilis, qui mo-  
ventes semper bella comitantur cum gravi  
anhelitu Romam, seu aggrediatur Par-  
thos, seu serreat Hydaspem armis. Hic  
Impetus alligat rotas axi: ille, Metus  
jungit equos iugo ferreo, & docet obedire  
frangis duris. Ipsa Roma, quæ parte oc-  
cupat aërem, subactis imperiis, exultat  
imitans ornatum Palladis innupta. Nam  
non patitur comas compressas ornamento  
crinali, nec collum cinctu torque torrili; ha-  
bēs nudum latus dextrum, & nuda brachia  
candida. Fibula gemmea detegit mammam  
generosam, & nectit vestem laxam, constrin-  
gens illam. Baltheus qui astollit ensẽm, il-  
luminat pectus candidum purpurâ rubrâ.  
Virtus miscetur pulchritudini, & modesta  
verecundia armatur severitate timendâ;  
& galea terribilis præfert umbram horri-  
bilem cristarum sanguinearum; acclypeus,  
quem Vulcanus variaverat omni artifi-  
cio, provocat solem fulgore formidabili.

ANNOTATIONES.

80. *Cuspide.* ] Alludit ad imaginem ur-  
bis Romæ, quæ hastata pingebatur.  
*Hydaspem.* ] Id est regiones, quas alluit  
Hydaspes, fluvius Asiæ, qui per Parthos  
Medosque fluit.  
84. *Ritus.* ] Habitum, cultum, arma-  
turam Palladis imitatur Roma.  
86. *Ornatu retorto.* ] Satis indicat esse  
monile seu torquem; torquis enim est  
ornamentum colli tortum.  
87. *Nuda latus.* ] Talis erat imago Ro-  
mæ; talis Amazonum; talis Heroïna-  
rum in pugnam euntium.  
90. *Puniceo.* ] Id est rubenti. Purpura  
tingebatur Tyri apud Phœnicas, qui &  
dicti Pœni, unde Punicus & Punicus.  
92. *Armatur.* ] Ea figura maximè con-  
venit Palladi, ut pulchra sit simulque ter-  
ribilis.  
*Galea minaci.* ] Nam monstra in galeis  
infixa, Dracones, Lupi, minari videntur.  
93. *Prætenditur umbra.* ] Non Galea  
præfert umbras, sed præfert cristas quæ  
faciunt umbras; & sic effectus ponitur pro  
causâ. Virgilius: *Falce feces umbras,*  
id est, frondes quæ faciunt umbram.  
94. *Titana.* ] Clypei fulgor imitatur ful-  
gorem Titanis seu solis; Sol filius Hype-  
rionis, qui unus fuit è Titanibus.  
95. *Mulciber.* ] Sic dictus à mulcendo, quia  
mulcet molliorque ferrum & alia metalla  
Vulcanus, & vertit ad quos voluerit usus.

Hic,

# PROB. ET OLYBR. CARMEN I.

Hic, patrius Mavortis amor, fœtusque norantur  
 Romulei : pius amnis inest, & bellua nutrix.  
 Electro Tiberis, pueri formantur in auro.  
 Fingunt æra lupam. Mavors adamante coruscat.  
 100 Jam simul emissis rapido velocior Euro  
 Fertur equis. stridunt Zephyri, cursuque rotarum  
 Saucia dividuis clarescunt nubila fulcis :  
 Nec traxere moras, sed lapsu protinus uno,  
 Quem poscunt, tetigere locum; quâ sine sub imo  
 105 Angustant aditum curvis anfractibus Alpes,  
 Claustraq; coniectis scopulis durissima tendunt,  
 Non aliâ referanda manu, sed pervia tantum  
 Augusto, geminisque fidem mentita tyrannis.  
 Semirutæ turres, avulsæque mœnia fumant.

## INTERPRETATIO.

In hoc clypeo amor Martis patris, & filii ejus designantur Romulus & Remus: flavius pius inest pictus, & lupa nutrix. Tiberis pingitur in Electro, pueri in auro: Lupa ex ære fingitur: Mars fulget adamante. Jam subitò Roma trahitur equis laxatis, promptior vento levi: Zephyri flant, & aer sectus vestigio rotarum. Splendet velux fulcis separatis: nec equi tardaverunt cursum; sed statim uno impetu attingunt locum, quem petunt; quâ paste Alpes arctant aditum, vario circuitu, in extremo angulo, & opponunt obstacula asperissima saxis cumulatiss; obstacula non aperienda manu alterius, sed patentia Augusto soli, postquam non servarunt fidem duobus Tyrannis. Turres eversa, & urbes incensa fumant:

## ANNOTATIONES.

96. Patrius Mavortis amor. ] In hoc nempe clypeo pingitur Mars amans Rheam Sylviam: pinguntur & Romulus, & Remus pueri Marte sati.

97. Pius amnis. ] Tiberis, qui quasi pius fuerit in pueros expositos, retraxisse aquas dicitur, ut iis parceret.

Bellua nutrix. ] Lupa scilicet, quæ Remum & Romulum aluisse dicitur. Hos verd aluit Acca Laurentia meretrix, Faustini Pastoris uxor. Meretrices autem diæ sunt Lupæ. Id quod fabulæ dedit occasionem. Porro Lupam Poëtæ puero-rum nutricem fingere maluerunt, quod Heroas à feris educatos inducere non displiceret: sic Cyrus à Cane nutritus: sic Achilles medullâ Leonis pastus, & illi fortissimi evaserunt.

98. Electro. ] Electrum vel est succinum, vel metallum aureum, in quo miscetur quinta pars argenti.

101. Zephyri. ] Notum omnibus Deos

ferri, ventis afflantibus.

105. Alpes. ] Montes sunt altissimi inter Galliam & Italiam, & utrique regioni velut communia claustra, atque repagula variis rupibus salebrosa. Hos montes, ruptis igne & aceto saxis, superavit Annibal.

108. Augusto. ] Theodosio: vide vers. 74. suprâ.

Geminis fidem mentita tyrannis. ] Quæ claustra Alpium, fefellerunt duos Tyrannos, Maximum, & Eugenium à Grammatico ab Arbogaste factum exercitus Imperatorem. Illi, cum Alpes perpigisse quodammodo viderentur ipsis facilem transitum esse concessuras, re verâ admissi sunt quasi fide datâ, sed non transmissi, ideoque contra fidem & spem decepti, & simul oppressi sunt à Theodosio.

189. Semirutæ. ] Describuntur breviter eæ, quæ vel Romæ vel Theodosii fulminantis currum sequuntur, incendia scilicet, sanguis, strages, &c.

B

- 110 Crescunt in cumulum strages, vallémque profundam  
 Equavère jugis. stagnant immersa cruore  
 Corpora. turbantur permisto funere manes.  
 Haud procul exacto latus certamine victor  
 Cespite gramineo confederat, arbore fultus  
 115 Acclines humeros. dominum gavisâ coronat  
 Terra suum, surguntque toris majoribus herbæ.  
 Sudor adhuc per membra calet, crebérque recurrit  
 Halitus, & placidi radiant in casside vultus.  
 Qualis letiferâ populatus cæde Gelonos  
 120 Procubat horrendum Getico Gradivus in Hæmo.  
 Exuvias Bellona levat, Bellona repentes  
 Pulvere solvit equos, immensaque cornus in hastam  
 Porrigitur, tremulisque ferit splendoribus Hebrum.

## INTERPRETATIO.

*cadavera surgunt per acervos, & adaquant  
 vallem curvam monti: corpora mersa san-  
 guine natant: Dii inferi turbantur infinitâ  
 clade. Non longè Theodosius victor latus  
 bello perfectio, fœderat in cespite viridi,  
 fulciens arbore humeros inclinantes. Terra  
 latata coronat Principem suum, & lecti  
 herbarum crescunt aliores. Sudor calet*

*adhuc per corpus, & anhelitus repetitus  
 redit, & vultus lenis nixet sub galeâ. Si-  
 cut Mars, postquam vastavit clade mor-  
 tali Gelonos, quiescit horribili modo, in  
 Hæmo Getico: Bellona attollit spolia: Bel-  
 lona liberat equos pulvere prælii calentes;  
 & cornus altissima assurgit in hastam.  
 & verberat Hebrum fulgore tremente.*

## ANNOTATIONES.

112. *Turbantur.* ] Tam immensa est ca-  
 daverum simul permixtorum multitudo,  
 ut cum tumultuariâ sepulturâ captim,  
 acervatimque congerantur, ipsi turben-  
 tur terreanturque manes.

114. *Cespite gramineo.* ] More veterum  
 Heroum sellas spernentium, & in cespite  
 sedentium, Duces olim in terrâ aut gra-  
 mine, in antro aut specu saxo impen-  
 dentè, ac regente dormiebant. Sic Pli-  
 nius de Trajano.

115. *Dominum.* ] Quasi terra agnoscat  
 eum esse suum Principem legitimum,  
 eumque natum esse, ut dominetur, ut  
 terræ imperet universæ: quod coronandi  
 aut flores fundendi officium à Poëtis ter-  
 ræ ascribitur, in gratiam Principum.

*Quicquid calcaverit hic rosa fiat.* Persius.

118. *Placidi.* ] Briam dum galeam gerit,  
 spiratque bella Theodosius, præfert in  
 vultu lenitatem atque clementiam.

119. *Qualis.* ] Talis sedet Theodosius,  
 qualis Mars.

*Gelonos.* ] Hi sunt Scythiarum populi, qui

faciem in prælio ad terrorem pingebant,  
 & sanguinem equinum cum lacte per-  
 mistum, premene siti, bibebant.

120. *Gradivus.* ] Sic Mars vocatur, vel à  
*κατάβην, κατάβην, vibrare*; vel à  
 gramine, cujus corona in bello honorifi-  
 ca; vel à gradiendo, quod gradum infe-  
 rant, qui pugnant; vel inapigrè gradian-  
 tur, ex Servio; vel quod bellum à parvis  
 initiis ortum, velut per gradus assurgat.

*Getico Hæmo.* ] Hæmus mons est inter  
 Thraciam & Thessaliam, Getis vicinus: in  
 cujus vertice Martis erat domicilium: ibi  
 quippe post bella quiescere solebat.

121. *Bellona.* ] Belli Dea, & Martis soror.

122. *In hastam.* ] Alii legunt, in *astam*,  
 nec male; Id est, hasta ex corno arbore  
 facta extenditur in astam, seu ripam flu-  
 minis. Virgilius:

*At procul in solâ secreta Troades astâ.*  
 Id est, in litore.

123. *Hebrum.* ] Hic fluvius est Thraciæ  
 aurifer, & ideo fulgore haste magis re-  
 percutitur.

Ur stetit ante ducem discussas Roma per auras,  
 125 Conscia ter sonuit rupes, & inhorruit atrum  
 Majestate nemus. prior hic, O numen amicum;  
 Dux ait, & legum genitrix, longæque regendo  
 Circumfusa polo, consors adjuncta Tonanti,  
 Dic agetum, quæ caussa viæ? cur deferis arces  
 130 Ausonias, cœlumque tuum? dic, maxima rerum.  
 Non ego vel Libycos cesssem tolerare vapores,  
 Sarmaticolve pati medio sub frigore Coros,  
 Si tu, Roma, velis. pro te quascumque per oras  
 Ibimus, & nullâ sub tempestate timentes  
 135 Solstitio Meroën, brumâ tentabimus Istrum.  
 Tum regina refert; Non me latet, inclyte rector;  
 Quam tua pro Latio victricia castra laborent,  
 Nec quodd servitium rursus, Furiaque rebelles

INTERPRETATIO.

Statim atque Roma stetit ante Principem, per aerem dissipatum: saxum conscium ter resonuit, & sylva nigra reverita est majestatem. Primus hic Princeps dixit, o Roma, numen gratum, & mater legum, & cincta latè cælo gubernando, addita focia Jovi, dic ergo, quæ causa est via tua: cur relinquis urbes Italas. & sedem tuam, dic, Regina mundi. Non ego desinam vel perferre calores Libya, vel pati ventos Sarmaticos sub hyeme mediâ, si tu, Roma, optes; pro te ibimus per omnes regiones, & per nullum timentes tempus, aggrediemur Meroën aestate; Danubium hyeme. Tum Regina Roma respondet: haud ignoro, Princeps illustri, quantum tuus victor exercitus labores pro Italiâ: nec ignoro, quodd iterum servitus & furia rebelles

ANNOTATIONES.

124. Ducem. ] Imperatorem Theodosium.

Per auras. ] Familiare Diis erat nebulis regi. Horatius:

Nube candentes humeros amictus

— Augur Apollo.

125. Conscia, &c. inhorruit. Rupes ter resonuit, quasi sciret & cognosceret adventum Romæ; & sylva inhorruit, ac reverita est tanti numinis accessum.

128. Circumfusa. ] Hoc ex fastu Romanorum, qui consortem Jovi Romam faciebant ad regendum Mundum; & ideo conjunctum cum Jovis templo Templum Roma habebat in monte Palatino.

130. Cælumque tuum. ] Id est, tuum templum, in quo ut numen cœlestis habitas: vel tuam urbem, ex quâ velut ex cœlo, regis Orbem terrarum.

131. Libycos. ] Libya est regio Africa, maximis caloribus adusta.

132. Sarmaticos. ] Sarmatia est regio

frigidissima, eaque partim in Asiâ, partim in Europâ.

Coros. ] Corus sive Caurus, semper spirans frigora, fiat ab occasu solstitiali.

135. Solstitio. ] Solstitium dicitur quasi Solis statio; quod Sol non accedat ad nos amplius, id quod fit, ubi attingit Tropicum Cancræ, & tunc est dies anni longissimus.

Meroën. ] Meroë, vulgo *Gueguere*, est Insula, quam facit Nilus, & maximis est obnoxia caloribus.

Brumâ. ] Dies est anni brevissimus, qui fit, cum Sol attingit Tropicum Capricorni.

Istrum. ] Danubium, qui fluvius Europæ maximus in Pontum Euxinum se exonerat.

138. Servitium. ] Quod servitium minabantur, instar furiarum, Eugenius & dux ejus Arbogastes Gallus audacissimus, qui sub Eugenii nomine imperium se recturum esse pollicebatur.

B ij



- Edomitæ paribus sub te cecidère triumphis.  
 140 Sed precor, hoc donum cum libertate recenti  
 Adjicias, si vera manet reverentia nostri.  
 Sunt mihi pubentes alto de semine fratres,  
 Pignora cara Probi, festâ quos luce creatos  
 Ipsa meo fovi gremio. cunabula parvis  
 145 Ipsa dedi, cùm matris onus Lucina beatum  
 Solveret, & magnos proferrent sidera partus.  
 His ego nec Decios pulcros, fortésve Metellos  
 Prætulerim: non qui Pœnum domuère ferocem  
 Scipiadas, Gallisque genus fatale Camillos.  
 150 Pieriis pollent studiis, multoque redundant  
 Eloquio. nec desidiis, dapibúsve paratis  
 Indulgere juvat: nec tanta licentia vitæ

## INTERPRETATIO.

*epurata ceciderunt sub te, simili victoriâ, sed rogo te, ut addas hoc munus cum libertate novâ, si est tibi verus amor nostri. Fratres juvenes illustri de gente, filii dulces Probi, quos complexa sum in sinu meo genitos die felici: ipsa dedi cunas infantibus, cùm Lucina liberaret matrem ab onere felici, & astra* | *producerent ingentes filios. Ego non antepono his Decios sortes, aut Metellos generosos: non Scipiones, qui superaverunt Carthaginenses crudeles; non Camillos, prolem funestam Gallis. Illi Fratres excellent disciplinis Pieriis, & abundant multâ eloquentiâ: nec delectantur vacare otio & conviviiis magnificis: nec talis libertas vita*

## ANNOTATIONES.

139. *Paribus triumphis.* ] Quia simul devicti sunt Eugenius & Arbogastes.  
 140. *Libertate.* ] Quasi reddita sit libertas, quam crepturus videbatur Arbogastes.  
 141. *Pubentes.* ] Seu puberes, id est, juvenes, adolescentes, vigentes.  
 143. *Pignora.* ] Filii, qui dicuntur pignora, quia re verâ sunt quædam pignora amoris, fideique conjugalis.  
*Festâ luce.* ] Id est, fortunato die: erant enim dies nonnulli, quos felices putabant, & ex quibus bene ominabantur veteres.  
 144. *Fovi.* ] Parentes liberos recens natos sinu complectebantur: id quod Roma ait se fecisse.  
 145. *Lucina.* ] Dea parientium præses, quæ & Juno & Diana dicitur.  
 146. *Proferrens sidera partus.* ] Pueros illustres, velut de cœlo demissum munus veteres aspiciabant, Virgilius: *Jam nova progenies cœlo demittitur alto.*  
 147. *Decios pulcros.* ] Id est, fortes. Virgilius: *Satus Herculo pulchro.*  
*Pulcher Aventinus.* Id est, fortis, &c.  
 Decii autem se pro patriâ devoverunt: pater bello Latino, filius bello Hetrusco. Nepos bello Tarentino, & omnes suâ morte Romanis victoriam pepererunt.  
*Metellos.* ] Metelli fuere illustres; inter hos Macedonicus, Numidicus, Celticus, à devictis Provinciis sic appellati.  
 147. *Scipiadas.* ] Scipiones multi fuere; at illustriores Africanus major, & Africanus minor, à devictâ Africâ, deletisque Carthaginensibus.  
*Camillos.* ] Camillus Romam à Gallis liberavit, unde & alter Romulus dictus est.  
 150. *Pieriis.* ] Pieria est urbs mœnisque Bœotiz, Musis sacer: vel Pieria est regio Macedoniz, in quâ Musæ ex Jove & Mnemosyne, seu Memorîâ natæ sunt: hinc Pierius, pertinens ad Musas.  
*Pieriis pollent studiis.* ] Excellunt cognitione artium, quas docent Musæ Pieriæ, hoc est, artium ingeniarum.  
 151. *Dapibus paratis.* ] Conviviis magno apparatu extructis.

# PROB. ET OLYB. CARMEN I.

7

- Abripit, aut mores ætas lasciva relaxat:  
Sed gravibus curis animum sortita senilem  
155 Ignea longævo frænatur corde juvenus.  
Illis, quam propriam ducunt ab origine, sortem  
Oramus præbere velis, annique futurum  
Devoveas venientis iter. non improba posco.  
Non insueta dabis. domus hoc de more requirit.  
160 Annue. sic nobis Scythicus famuletur Araxes,  
Sic Rhénus per utrumque latus: Medisque subactis  
Nostra Semiramidæ timeant insignia turre;  
Sic fluat attonitus Romana per oppida Ganges.

## INTERPRETATIO.

trahit hos, aut adolescentia effranta remittit mores: sed juvenus fervida nacta mentem maturam pro magnis negotiis, retinetur sapientiâ senilis. Rogamus te, ô Theodoli, ut digneris dare illis fratribus munus, quod velut debitum trahunt à gente sua, & destines illis cursum venturum anni sequentis: non peto injusta: non dabis extraordinaria: familia postulat hoc munus ex consuetudine. Concede. Sic Araxes Scythia serviat nobis: sic Rhénus per ripam geminam serviat. Et Medus superatus arces Babylonis metuant signa nostra: sic Ganges admirans fluat per urbem Romanam.

## ANNOTATIONES.

153. *Mores atque lasciva relaxet.* ] Ætas juvenilis lascivæ jocisque obnoxia non relaxat eorum mores severos, & ad virtutem intentos.

155. *Longævo corde.* ] Cor sumitur pro sapientiâ; quia veterum nonnulli ejus sedem in corde esse reputabant. Unde egregiè cordatus homo, id est, sapiens. Ennius. *Longævo corde*, id est, sapientiâ, qualem habet longævus, seu senex. Illi itaque erant juvenes-senes, quia in ætate juvenili senilem prudentiam habebant.

*Frænatur.* ] Egregium est fervidæ ætatis frænum sapientiæ, sine quâ ruit atque perfundatur hæc ætas.

156. *Sortem.* ] Consulatum, qui velut sorte ita proprius atque debitus est genti Proborum, ut illi nascentes, ab ipsâ origine ducere videantur felicitatem hæreditariam tantæ dignitatis adipiscendæ. Unde S. Hieronymus: *Nunc mihi Proborum & Olybriorum repetenda sunt nomina, & illustre Anicii sanguinis genus: in quo aut nullus, aut rarus erit, qui non meruerit Consulatum.*

158. *Devoveas venientis iter.* ] Designes hos futuros Consules, simulque duces ac

rectores anni sequentis.

159. *Domus.* ] Familia Proborum ea est, ut hoc ipsi munus debeat, quod Probi pro more, tantâ cum laude gerere consueverunt.

160. *Sic nobis famuletur Araxes.* ] In gratiam ejus muneris, quod Probi concedes, optamus, ut adjiciantur imperio ex omnes regiones remotæ, quas alluit Araxes, quas alluit Rhénus, &c.

*Scythicus Araxes.* ] Araxes est fluvius Armeniæ, vicinus Scythiæ, & ideo dicitur Scythicus. Rhénus est ingens Europæ fluvius, magnam Germaniæ partem, & Belgium alluens.

161. *Medisque.* ] Medi sunt populi Asiæ, apud quos est Babylon Parthorum Metropolis, quam ex Ovidio dicitur olim Coëtilibus muru cinxisse Semiramis urbem.

*Semiramia* autem, id est conditæ à Semiramide.

163. *Ganges.* ] Est fluvius aurifer Indorum: fluvios depictos in triumphum ferri jubebant Imperatores; ideòque sic fluat, id est fluens feratur in triumphum, quod designaret Indos victos.

B iiij

- Ductor ad hæc: Optata jubes, ultróque volentem;  
 165 Diva, rogas: non hæc precibus tentanda fuissent.  
 Usqueadeone meam condunt oblivia mentem,  
 Ut pigeat meminisse Probi, quo vindice totam  
 Vidimus Hesperiam fessâque resurgere gentes?  
 Ante dabunt hyemes Nilum; per flumina damæ  
 170 Errabunt, glaciéque niger damnabitur Indus;  
 Ante Thyesteis iterum conterrita mensis  
 Intercisa dies refugos verteretur in ortus,  
 Quàm Probus à nostro possit discedere sensu.  
 Dixerat, & velox jam nuntius advolat urbem.  
 175 Extemplò strepuère chori, collésque canoris  
 Plausibus impulsî septenâ voce resultant.  
 Latatur veneranda parens, & pollice docto

## INTERPRETATIO.

*Princeps respondit ad illa: Imperas, quod opto, ô Dea, & precaris me cupientem id sponte. Non preces adhibenda fuissent ad illas res. An oblivio sepelit meum animum usque adeò, ut nolim recordari Probi, quo liberatore, aspeximus omnem Italiam, & populos afflictos recreari? Prius regiones Nili patientur Hyemem: prius dama vagabuntur per fluvios, &* *Indus niger constringetur gelu; prius Sol denuò territus convulsus Thyesteus, interruptum redibit ad Orientem resurgentem, quàm Probus possit removeri ab animo nostro. Sic locutus erat; & statim nuntius celer accurrit Romam. Statim cæsus plausère, & colles agitati acclamationibus sonoris remittunt septem voces. Mater Proborum venerabilis gaudet,*

## ANNOTATIONES.

167. *Vindice.* ] Barthius legit (*judice*) id est, præfecto; quia Probus Præfectus erat Prætorio in Italiâ, & severis judiciis populos regebat; vel *vindice*, id est liberatore, quod Italiam vindicavit, seu liberaverit à moribus pravis.

168. *Hesperiam.* ] Sic dicitur ab Hespero, Stellâ occidentali, quia Italia Græcis qui eam dixerunt Hesperiam, est occidentalis: Hesperiam magnam vocat Virgilius, quia Hispania dicitur quoque Hesperia.

169. *Antè dabunt.* ] Id est, prius regiones Nilo finitimæ, obnoxierunt hyemi, seu Aquiloni hybernas tempestates ferent. Hypallage. Antè Nilus emittet Aquilonem & hyemem: vel, prius per hyemem exundabit Nilus. *Quod factum*, quia semper æstate exundat.

170. *Glaciéque niger.* ] Heinsius præfert, *glaciéque piger*, constringetur atque damnabitur, vel *Niger Indus* dicitur propter Indos coloratos seu nigros.

*Indus.* ] Fluvius est maximus in Indiâ.

171. *Thyesteis.* ] Atreus constupratam à fratre Thyeste uxorem indignans, ejus ipsi filium dedit epulandum: quod convivium Thyesteum ne Sol videret, retrorsus cæsum convertisse dicitur.

174. *Dixerat.* ] Dixerat talia Theodosius Imperator, & statim nuntius equitatus advolat in urbem Romam, qui Probino & Olybrio deferret insignia Consulatus.

*Urbem.* ] Cùm Urbs dicitur, intelligitur Roma per excellentiam.

175. *Strepuère chori.* ] Chori Nympharum plausère, quasi Probino & Olybrio delatum honorem gratularentur.

176. *Plausibus.* ] Univerſæ urbis acclamationibus, septem Romæ colles resonant, & ideo septem remittunt voces.

177. *Parens.* ] Mater Probini & Olybrii, quæ filiis parat vestes ex prisco more, quæ matres filiis Heroibus vestimenta concinabant. Succellus Liberatorum, parentum læticia est.

Jam parat auratas trabeas, cinētisque micantes  
 Stamine : quod molli tondent de stipite Seres ,  
 180 Frondea lanigeræ carpentes vellera Sylva :  
 Et longum tenues tractus producit in aurum ,  
 Filæque concreto cogit squalere metallo.  
 Qualis purpureas præbebat candida vestes  
 Numinibus Latona suis , cū sacra redirent  
 185 Ad loca nutricis jam non errantia Deli.  
 Illa feros saltus & desolata relinquens  
 Mænala , lassato certis venatibus arcu ,  
 Phœbus adhuc nigris rorantia tela venenis  
 Exstincto Pythono ferens. tunc insula notos  
 190 Lambit amica pedes , ridetque Ægeus alumnis  
 Lenior , & blando testatur gaudia fluctu.

INTERPRETATIO.

¶ jam parat peritâ manu trabeas regionem sacratam Deli alivricis, non jam  
 textas auro, ac vestes nictentes vellere, fluctuantem. Illa Diana deserens sylvas  
 quod Seres depectunt ex trunco molliculo, savas & Mænala direpta, sagittâ fatigatâ  
 colligentes in foliis vellera nemoru lanigeri, venationibus certis. Apollo potens adhuc  
 Ac mater protendit laminas subtile jacula stillantia tabe mortiferâ, Pythono  
 in filum aureum longum, & cogit fila occiso: tum Delos insula grata volvitur  
 rigescere metallo conglutinato. Quemadmodum pulchra Latona dabat vestimenta ad pedes cognitos Numinum, & Ægeus  
 Diis ex se natis, cū reverterentur ad mitior adulatur alumnis suis, ac signi-  
 ficat lætitiâ suam undis blandientibus.

ANNOTATIONES.

178. *Trabeas.* ] Trabea est vestis Con-  
 sularis.

179. *Molli tondent de stipite Seres.* ] Hi  
 populi ad Orientem habitant supra Sinen-  
 ses; persusam aquâ depectentes frondium  
 canitium. Plinius. Unde molli de stipite,  
 quia materia stipiti hærens aquâ mollic-  
 batur.

182. *Filæque concreto.* ] Fila serica ita in-  
 volvit filis aureis, ut utrumque simul con-  
 crevisse videatur.

183. *Qualis.* ] Qualis est Latona, talis  
 est Proba: sicut Latona dat vestes filiis  
 suis Apollini & Dianæ; sic Proba vestes  
 parat filiis suis Probino & Olybrio.

184. *Numinibus suis.* ] Diis ex se natis;  
 nam Apollo & Diana ab ipso ortu Dii  
 erant.

185. *Ad loca sacra Deli.* ] In Insulâ Delo  
 Latona peperit Dianam & Apollinem:  
 Apollo insulam fluctuantem antea atque  
 Errantem Mycone ciliâ Gyarogæ re-

vinxit,

Immotamque colli dedit, & contemnere  
 ventos, Virgilius.

187. *Mænala.* ] Mœnalus, Arcadiæ  
 mons est, Dianæ Sacer, ejusque venatio-  
 nibus notus.

*Lassato certis venatibus arcu.* ] Id est,  
 arcu certo, qui semper prædam certè fe-  
 rit, fatigato in venatibus.

189. *Pythono.* ] Vide Carm. II. in Ruf.

190. *Lambit.* ] Insula, velut canis blan-  
 diens, lambit pedes Numinum redeun-  
 tium.

*Ægeus.* ] Neptunus Ægeus, qui sic ap-  
 pellatur à Virgilio & aliis, quod Æge  
 Euboicæ sint urbs, ubi templum est Ne-  
 ptuni; vel Ægeus dicitur à scopulo prope  
 Tenedum insulam, quæ Capræ, a 205,  
 speciem refert. Alii alias afferunt etymo-  
 logias, de quibus nos alibi.

*Alumnis.* ] Dianæ & Apollini, qui nati  
 & educati in Delo Insulâ maris Ægæi.

Sic Proba præcipuo natos exornat amictu ;  
 Quæ decorat Mundum : cujus Romana potestas  
 Fœtibus augetur. credas ex æthere lapsam  
 195 Stare Pudicitiam , vel sacro thure vocatam  
 Junonem Inachiis oculos advertere templis.  
 Talem nulla refert antiquis pagina libris ,  
 Nec Latine cecinere tubæ , nec Græca vetustas :  
 Conjuge digna Probo : nam tantum cœtibus exstat  
 200 Fœmineis , quantum supereminet ille maritos :  
 Cui sibi certantes , sexus quid possit uterque ,  
 Hunc legere torum. taceat Nereïda nuptam  
 Pelion. ô duplici fœcundam Consule matrem :  
 Felicemque uterum , qui nomina parturit annis !  
 205 Ut sceptrum gelsere manu , membrisque rigentes

## INTERPRETATIO.

*Ita Proba decorat filios veste singulari :* est Probo marito : nam tantum superas  
*Proba qua ornat Orbem ; cujus Probæ* choros muliebres , quantum ille su-  
*fœcunditate potentia Romana amplifica-* perat viros : quasi uterque sexus pu-  
*tur. Putes Pudicitiam ex cœlo demis-* gnans , quid valeat , elegit sibi hunc  
*sam adesse , vel Junonem invocatam* thalamum. Pelion mons sileat Thetida  
*thure sacro convertere oculos in delu-* nuptam. O matrem fœcundam duobus  
*bria Inachia. Nulla monumenta , in* Consulibus , ventremque fortunatum , qui  
*scriptis veteribus tulerunt talem ma-* peperit Consules annum nominantes ! Po-  
*trêm , neque Musa Italica laudave-* steaquam Probinus & Olybrius tulerunt  
*runt , neque antiquitas Græca. Digna* manu sceptrum , & induerunt corpus

## ANNOTATIONES.

192. *Proba.* ] Hæc mater Probinus & Olybrii , nobilitate , doctrinâ atque castitate fuit insignis , ut altera Cornelia.  
*Præcipuo amictu.* ] Veste Consulari , quæ singularis & præcipua erat.  
 193. *Decorat.* ] Proba dedit nova mundo ornamenta , dum peperit geminos Consules , cœsque illustres.  
*Romana potestas.* ] Consulatus.  
 194. *Augetur.* ] Amplificatur , ornatur.  
 195. *Pudicitiam stare.* ] Adstare præsentem , & ex cœlo descendisse : cœlum enim petierat , abominata cædes , raptus , &c.  
 196. *Junonem.* ] Hæc Saturni & Opis filia , Jovis soror & conjux , Dea regnorum divitiarumque habita.  
*Inachiis.* ] Juno post spretam à Paride formam , Græciam sæpius frequentabat , & potissimum Inachium , seu Argos Hippium in Peloponneso , Plinius.  
*Oculos advertere.* ] Aspectus Deorum , mortalium est felicitas.  
 197. *Talem.* ] Non legimus apud antiquos talem exstitisse , qualis Proba est.  
 198. *Tubæ.* ] Vel Musæ , quæ tubas citatharæque animant ; vel tubæ , idest , versus vatium Heroicorum non cecinerunt talem , qualis est Proba.  
 201. *Sexus quid possit uterque.* ] Quasi sexus uterque pugnarit , hoc ut Probi Probæque matrimonium celebraretur.  
 202. *Nereïda.* ] Thetidem matrem Achillis , quæ in Pelio Thessaliæ monte , Peleo nupsit.  
 204. *Nomina parturit annis.* ] Diximus supra Consules nomen annis dare solitos.  
 205. *Sceptrum.* ] Statim atque Probinus & Olybrius inceperunt gestare sceptrum eburneum , seu insigne majestatis Consularis , cui scepro infidens Aquila , Romanæ virtutis index , depicta erat.

Aptavêrê

- Apravère rogas, signum dat summus hiulcâ  
 Nube pater, gratamque facem per inane rotantes  
 Prospera vibrati tonuerunt omina nimbi.  
 Accepit sonitus curvis Tiberinus in antris,  
 210 Imâ valle sedens, arrectisque auribus hæsit,  
 Unde repentinus cæli fragor. ilicet herbis  
 Pallentes thalamos, & structa cubilia musco  
 Deferit, ac Nymphis urnam commendat herilem.  
 Illi glauca nitent hirsuto lumina vultu,  
 215 Cæruleis infecta notis, reddentia patrem  
 Oceanum: crispo denfantur gramine colla.  
 Vertice luxuriat toto crinalis arundo:  
 Quam neque fas Zephyris frangi, nec Sole perustam  
 Æstivo candore mori: sed vivida frondet  
 220 Æquævum complexa caput. taurina levantur  
 Cornua temporibus raucos sudantia rivos.  
 Distillant per pectus aquæ. frons hispida manat  
 Imbribus. in liquidos fontes se barba repectit.  
 Palla graves humeros velat, quam neverat uxor  
 225 Ilia, percurrens vitreas sub gurgite telas.

INTERPRETATIO.

vestibus concretis auro, Jupiter supremus mittit signum, nubibus dehiscen-  
 bus, & poli voluentes lumen jucundum,  
 concussi, tonando emiserunt auguria fe-  
 licia. Tiberis auditur murmur in carver-  
 nâ curvatâ, Tiberis sedens in profundâ  
 valle, & auribus erectis obstupuit, unde  
 sonitus subitus cæli proveniret, statim  
 relinquit alveum squallentem graminibus,  
 & lectum stratum musco, atque tra-  
 dit Nymphis urnam dominam. Oculi cæ-  
 rulei, facie hispida, distincti maculis  
 viridibus, similes parenti Oceano fulgent  
 in ipso Tiberi: habet cervicem crispam  
 tam herbis spissis. In toto capite Tibris  
 canna pro crispibus, quam cannam rum-  
 pere non licet ventis, nec Soli extinguere  
 cam adustam calore æstatis: at illa vi-  
 gens frondescit, cingens verticem coævum:  
 cornua Tauri cornibus similia attollun-  
 tur effundentia ex temporibus fluviis so-  
 noros: aqua fluunt per sinum: frons hir-  
 suta stillat pluviis: barba se componit in  
 fontes claros: pallium tegit humeros ingen-  
 tes, quod pallium conjux Ilia texuerat,  
 conficiens telas crystallinas sub vortice suo.

ANNOTATIONES.

206. *Dat signum.*] Dat emititque ful-  
 men secundum, seu prosperum, ex quo  
 omnia fortunata fore credantur.  
 209. *Tiberinus.*] Fluvius scilicet Romam  
 alluens, qui & Tibris & Tiberis dicitur.  
 210. *Arrectis auribus hæsit.*] Attentius  
 audit, observavit: homines non eri-  
 gunt aures audituri, sed erigunt caput in  
 quo sunt aures.  
 211. *Urnâ herilem.*] Ipse Tiberis,  
 qui Herus seu Dominus est, commendat  
 urnam suam Nymphis. Urna, cubile,  
 barba, & alia ejusmodi, fluviis tribuuntur.  
 221. *Cornua.*] Hæc tribuuntur fluviis,  
 vel ob fremitum aquarum mugientium,  
 vel quia finduntur aliquando in cornua.  
*Temporibus sudantia.*] Emitterentia ri-  
 vos ex utroque capitis latere.  
 225. *Ilia.*] Romuli mater, uxor Tiberis,  
 qui ideo ab Horatio dicitur,  
*Uxoribus amnis.*  
*Neverat.*] Ex more matronarum ve-  
 terum, quæ vestes maritis conficiebant.

Est in Romuleo procumbens insula Tibri,  
 Quà medius geminas interfuit alveus urbes  
 Discretas subeunte freto, pariterque minantes  
 Ardua turrigeræ surgunt in culmina ripæ.  
 230 Hic stetit, & subitum prospexit ab aggere votum  
 Unanimes fratres, juncto stipante Senatu  
 Ire forum, strictasque procul radiare secures,  
 Atque uno bijuges tolli de limine fasces.  
 Obstupuit visu, suspensaque gaudia vocem  
 235 Oppressam tenuere diu; mox inchoat ore.  
 Respice, si tales jactas aluisse fluentis,  
 Eurota Spartane, tuis. quid protulit æquum  
 Falsus olor, valido quamvis decernere cæstu

## I N T E R P R E T A T I O.

*Insula est sita in Tibri Romuleo, quâ fluvius interpositus irrigat velut duas urbes separatas aquis interfuentibus, & littora excelsa aequaliter, & turrita attolluntur in moles altas. Constitit hic Tibris, & ex colle aspexit statim desiderium suum, fratres scilicet amicissimos, incidere in forum, Senatum conjuncto comitante, ac longè secures distinctas fulgescere, & fasces geminatos afferri ex unâ domo: admiratus est videns, & latitia incerta cohibuit longum vocem compressam; tum incipit loqui: O Eurota Lacedæmonensis, vide an gloriæ tulisse similes viros prope fluvium tuum, Cycnus simulatus quid a quale edidit? Et si filii ejus scias pugnare castu*

## A N N O T A T I O N E S.

226. *Romuleo.*] Tibris dicitur Romuleus præsertim, quia Maritus Iliæ, quæ mater erat Romuli; & quia, Romulo & Remo expositis, dicitur aquas retraxisse, ne pueris noceret.

*Procumbens.*] In planitiem porrecta insula; sic apparet ob fretum arcum.

*Insula.*] Tarquinius ejectis, populus furens eorum segetes in campo Martio avulsas in Tiberim coniecit: inde nata insula in carinæ formam coaluit, quæ sacrata est Æsculapio, & quæ serpentis Epidaurii appulsu famosa est.

227. *Geminæ urbes.*] Tiberis ita permeat Romam, ut inde velut duas urbes efficere videatur.

228. *Minantes.*] Res altiores minari dicuntur à Poëtis, Virgilius:

*Geminique minantur*

*In cælum scopuli.*

229. *Culmina.*] Villæ nimirum seu prætorii amœnissima turres altius attollunt ad ripam utramque Tiberis,

230. *Votum.*] Aspexit fratres unanimes, qui erant causa votorum suorum, seu desiderii sui.

232. *Secures, &c. fasces, &c.*] Sunt insignia Consulatus, quæ à lictoribus ante Consules gestabantur.

233. *Bijuges.*] Fasces geminatos; sex scilicet pro uno Consule, & sex pro altero, qui tamen ex unâ domo attollebantur, quod rarum.

234. *Suspensa gaudia.*] Incerta, res enim tanta tamque singularis erat, ut dubitaret an re verâ duo fratres essent simul Cōsules.

237. *Eurota.*] Hic notus est Laconiz fluvius, quem Tiberis alloquitur, fluvius fluvium; Romanus Græcum.

238. *Falsus olor.*] Jupiter in Olorem conversus cum Leda Tyndari conjuge concubuit, & inde nati Helena & Polux frater Castoris, qui inde Ledæi dicuntur.

*Decernere castu nomine.*] Castor & Polux, qui magni pugiles erant.

Norint, & ratibus sævas arcere procellas?  
 140 En nova Ledæis soboles fulgentior astris.  
 Ecce mei cives: quorum jam Signifer optat  
 Adventum, stellisque parat convexa futuris.  
 Jam per noctivagos nominetur Olybrius axes  
 Pro Polluce rubens, pro Castore flamma Probini.  
 145 Ipsi vela regent. ipsis donantibus auras  
 Navita tranquillo moderabitur æquore pinum.  
 Nunc pateras libare Deis, nunc solvere multo  
 Nectare corda liber. niveos jam pandite cœtus,  
 Naïdes, & totum violis prætexite fontem.  
 150 Mella ferant sylvæ. jam profluat ebrius amnis  
 Mutatis in vina vadis. jam sponte per agros  
 Sudent irriguæ spirantia balsama venæ.  
 Currat, qui sociæ roget in convivia mensæ  
 Indigenas fluvios, Italis quicumque suberrant  
 255 Montibus, Alpinisque bibunt de more pruinas:

INTERPRETATIO.

*daro, & removere tempestates perniciosas a navibus: ecce proles recens, clarior sideribus Ledæis. en cives mei; quorum adventum jam capit Zodiacus, & preparat cœlum us futuris sideribus. Nunc Olybrius regnet per Cælum noctu velatum, pro Polluce fulgens, & ignis Probini pro Castore. Illi fratres gubernabunt naves: illis dantibus ventos, nauta roget navim maris placido. Jam juvat sacrificare vina Diis,* jam liberare animos vino copioso: & Naïdes explicat nunc choros candidos, & cingite fontem totum floribus. Sylva producant mella: fluvius nunc currat faciens ebrios aquis conversis in vinum: nunc per campos rivi limpidi emittant balsama odorifera. Aliquis currat qui invitet ad pulas mensa amica flumina: hic nata, quacumque vagantur sub collibus Italia, & potant pro consuetudine nives Alpium.

ANNOTATIONES.

239. *Ratibus arcere procellas.* ] Nonnunquam in mari apparent duo ignes, qui vocantur Castor & Pollux, & inde nautæ præfagiunt tempestates sedatum iri.

240. *Ledæis astris.* ] Castore & Polluce Ledæ filius, qui inter astra relati sunt, dicunturq; gemini, quibus Tiberis ait illustriores esse Probinum & Olybrium suos cives.

241. *Signifer.* ] Zodiacus qui fert signa duodecim,

*Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo.*

*Libraque, Scorpium, Arcitenens, Capricornus, Amphora, Pisces.*

Zodiacus porro dicitur, ἀπὸ τοῦ ζῶον, ab animalibus, quia signa omnia, exceptâ Librâ, speciem gerunt alicujus animalis.

242. *Convexa.* ] Id est, Cælum parat, ut choris Astroorum Probinus & Olybrius ad-

scribantur. Cæterum non cœli convexa, sed concava videmus, verum Poëtæ non concava, sed convexa dicunt.

243. *Per noctivagos axes.* ] Per cœlestes orbes, qui diu noctuque voluntur.

247. *Solvere.* ] Liberare, recreare animum a curis, unde Bacchus dicitur Lyæus, ἀπὸ τοῦ λύειν, solvere, quod exsolvat animum curis.

248. ] *Niveos.* ] Candidos, quasi ob restitutam libertatem; quin & dies festos lætissimæque Romani colebant togis candidis.

249. *Naïdes.* ] Nymphæ aquarum, ἀπὸ τοῦ ναίειν, fluere.

250. *Mella ferant sylvæ.* ] Quasi sæculum aureum renovetur, Consulibus Probino & Olybrio, quæ magna certè laus est.

254. *Indigenas fluvios.* ] In eadem terrâ, scilicet Italiâ, natos, vel Italiam alluentes.



- Vulturnusque rapax, & Nar vitiatus odoro  
 Sulfure, tardatusque suis erroribus Ufens:  
 Et Phaëthontæ perpeffus damna ruinæ  
 Eridanus, flavæque terens querceta Maricę  
 260 Liris, & OEbalicę qui temperat arva Galefus.  
 Semper honoratus nostris celebrabitur undis  
 Iste dies: semper dapibus recoletur opimis.  
 Sic ait, & Nymphę patris præcepta secutę  
 Tefta parant peplis: oſtroque infecta corufco  
 265 Humida gemmiferis illuxit regia menfis.  
 O bene signatum fraterno nomine tempus!  
 O conſanguineis felix auctioribus anne!  
 Incipe quadriduum Phœbi torquere laborem.  
 Prima tibi procedat hyems, non frigore torpens,  
 270 Non canas veſtita nives, non aspera ventis,  
 Sed tepido calefacta Noto. ver inde ſerenum  
 Protinus, & liquidi clementior aura Favoni  
 Pratis te croceis pingat. te meſſibus æſtas  
 Induat, autumnusque madentibus ambiat uvis.

## INTERPRETATIO.

& Vulturnus rapidus, & Nar infectus sulphure maleolenti, & Ufens retardatus flexibus suis; & Padus passus mala casus Phaëthontis, & Liris proculeans querceta Marica flaventis, & Galefus qui alluit agros Tarentinos. Ille dies semper cultus honorabitur aquis nostris: usque renovabitur convivii laetis. Ita loquitur, & Nympha obedientes imperio patris Tiberis, præparant domum convivio, & Palatium nudum, ornatum purpureâ nitenti refulsit mensis gemmatis, O tempus feliciter designatum nominibus fratrum! ô anne fortunate, auctoribus fratribus, aggredere volvere opus quadripartitum Solis. Hyems prior effluat tibi non rigens glacie, non cincta nivibus albis, non infestata ventis, sed calens Austro tepentis. Inde Ver tranquillum statim, & flatus lenior Zephyri sereni illustret te in pratis floridis, Æstas vestiât te frugibus, & Autumnus tingat racemis vino fluentibus.

## ANNOTATIONES.

256. *Vulturnus.*] Campaniæ fluvius.  
*Nar.*] Fluvius Umbriz. Virgilius,  
*Sulphureâ Nar albus aqua.*  
 257. *Ufens.*] Fluvius prope Tarracinam,  
 fluens per Pontinas paludes.  
 259. *Eridanus.*] Seu Padus, fluvius in  
 Italiâ Cisalpinâ, in quem Phaëthon ful-  
 minis ictu dejectus est.  
*Marica.*] Hæc Nympha fuit uxor Fauni.  
 260. *Liris.*] Fluvius Campaniæ.  
*OEbalia qui temperat arva Galefus.*] *OE-*  
*balia* est fluvius agri Tarentini in Ita-  
 liâ, Tarentum dicitur autem esse in OE-  
 baliâ, quia conditum est à viris qui ex  
 OEbalia, seu Laconiâ, duce Phalanto, pro-  
 fecti erant.  
 266. *O bene signatum.*] Tempus anno-  
 rum designabatur per Consules.  
 267. *Conſanguineis autoribus.*] Fratri-  
 bus, quibus autoribus, atque ducibus,  
 annus procedit, atque denominatur.  
 271. *Noto.*] Ventus est, qui flat à Me-  
 ridie.  
 273. *Croceis.*] Pulchris, picturatis. Cro-  
 ceum vocant Poëtæ quod est grati aspe-  
 ctus.

# PROB. ET OLYB. CARMEN I.

21

275 Omni nobilior lustro, tibi gloria soli  
Contigit, exactum numquam memorata per ævum;  
Germanos habuisse duces: te cuncta loquetur  
Tellus, te variis scribent in floribus Hore,  
Longaque perpetui ducent in secula fasti.

## INTERPRETATIO.

*Honos clarior toto quinquennio; honos  
nusquam narratus per annos præteritos  
accidit tibi uni habuisse duces fratres.  
terra universa celebrabit te, Hora depin-*

*gent te in frondibus diversis, & historia  
sempiterna deducet te in ætatem ven-*  
*turam.*

## ANNOTATIONES.

275. *Lustro.*] Lustrum hic significat spa-  
tium quinque annorum; quia quinto quo-  
que anno, sacrificiis urbs lustrabatur at-  
que purgabatur.


277. *Germanos habuisse duces.*] Poëticè,  
nam & alii fratres fuere Consules; quan-

quam & mirum certe illud est, duos fra-  
tres simul Consules extitisse.

278. *Hora.*] Hæ virgines esse sangebatur,  
temporum moderatrices.

279. *Fasti.* Erant libri, in quibus descri-  
bebantur Consules, & eorum acta.





# CL. CLAUDIANI

## IN \* RUFINUM.

### LIBER PRIMUS.

#### ARGUMENTVM PRÆFATIONIS.

UT post occisum ab Apolline Pythonem , Parnasso liberiore,  
Dii Poëtas audire dignati sunt : sic post Rufinum ab Impe-  
ratore interemptum, Claudianum audiunt Romani Proceres.

#### PRÆFATIO.

PHOEBO domitus Python cùm decidit arcu,  
Membræque Cirrhæo fudit anhelæ jugo :  
Qui spiris tegeter montes , hauriret hiatu

#### INTERPRETATIO.

CUM Python victus arcu Phœbo de-  
jectus est , & extendit artus expi-  
rantes in monte Cirrhæo : qui Python  
operiret montes flexibus , absorberet

#### ANNOTATIONES.

\* IN RUFINUM.] Rufinus ex Galliâ Aquitanicâ oriundus , gratiâ adeo valuit apud Theodosium Imperatorem , ut & præfectus prætorii factus fuerit , & Consul , & tutor Arcadii à Theodosio patre designatus. Hic Alaricum Gothorum Regem ad arma capienda sollicitavit , ut aut bello , aut dolo Arcadium pupillum tolleret , Orientisque Imperium occuparet. Stilicho ab eodem Theodosio Honorii alterius filii tutor relictus , fraudem detexit , Rufinum cum sociis factionis oppressit , ejusque caput hæc affigi jussit.

1. Python.] Serpens erat immanis , natus post diluvium Deucalionem ; totum orbem infestabat , sed sagittis Apollinis confossus est , & ideo ludi Pythii ab ipso instituti in victoriæ monumentum. Python δὲ τὸ πῆλιν , putrefacere , designat putredinem quandam natam ex aquis diluvii , terrâsque infestantem , sed quæ radiis Solis dissipata evanuit.

2. Cirrhæo.] Cirrha , unde Cirrhæus , est urbs Phocidis ad radicem Parnassi , ad quam stratus est famosus ille Python.

3. Spiris.] Tractibus atque voluminibus sinuosa caudæ , totiusque corporis.

Flumina, sanguineis tangeret astra jubis:

5 Jam liber Parnassus erat, nexúque soluto  
Cœperat erectâ surgere fronde nemus.  
Concussæque diu spatiosis tractibus orni  
Securas ventis explicuere comas.

Et qui vipereo spumavit sæpe veneno

10 Cephissos liquidis purior ibat aquis.  
Omnis, iô Pæan, regio sonat: omnia Phœbum  
Rura canunt. Tripodas plenior aura rotat.  
Auditóque procul Musarum carmine ducti,  
Ad Themidis coeunt antra severa Dei.

15 Nunc alio Domini telis Pythone perempto

## INTERPRETATIO.

fluvios hianti guttore, attingeret Cœlum  
crisis rubicundis. Parnassus jam erat li-  
beratus, & vinculis remotis, sylvam ince-  
perat assurgere foliis elatis, & orni quas-  
sata jamdudum longis tractibus serpentis,  
porrexerunt ventis frondes tutas. Ac Ce-  
phissus, qui sæpe exundavit veneno Dra-

conis, fluebat nitidior aquis limpidis. To-  
tus tractus resonat, iô Pæan: omnes agri  
cantant Apollinem: ventus liberior agitat  
Tripodas. Et Dii impulsî cantibus Musarum  
longè exauditis, conveniunt ad ca-  
vernâ asperam Astræ. Rufino velut  
aliæ Pythone occiso sagittis Imperatoris,

## ANNOTATIONES.

4. *Sanguineis.* ] Coloris rubri, & sangui-  
nem imitantis.

*Jubis.* ] Crisis, quas Poëtæ, imò & Ora-  
tores, serpentibus tribuunt. *Jubatus Draco,*  
dicitur à Cicerone.

5. *Parnassus.* ] Mons Phocidis, Apollini  
& Musis sacer, quem serpens ille vexabat.

*Nexûque soluto.* ] Dissolutis ac remotis  
serpentis morte flexibus, quibus velut  
vinculis pestiferisque nexibus implicabat,  
& vitiabat arbores.

8. *Ventis explicuere.* ] Porrexerunt fron-  
des liberius atque patentius per aërem.

*Comas.* ] Frondes comantes, quæ in ar-  
boribus videntur habere similitudinem co-  
marum.

10. *Cephissos.* ] Græcè, qui & Cephissus  
dicitur latinâ terminatione, est fluvius  
Bœotiz, fatidicas habens aquas, propter  
Oraculum Themidis. Est & Cephissus  
fluvius Phocidis, de quo hic loquitur  
Poëta.

*Purior.* ] Nam antè nigræ erant aquæ,  
quod eas bibendo scædaret Python.

11. *Iô Pæan.* ] Iô, interjectio, quæ ali-  
quando indicat tristitiam, aliquando gau-  
dium, ut in hoc loco. Pæan est hymnus in  
laudem Apollinis ob devictum serpentem;

nonnunquam accipitur pro ipso Apolline.  
12. *Tripodas.* ] Sacerdos seu Phœbas va-  
tinationura sedebat super Tripodem, qui  
inde dictus fatidicus.

*Plenior aura.* ] Liberior ventus, cui ob-  
stabat serpens, redit, agitaturque Tripodem,  
& Sacerdotem desuper infidentem. Ni-  
mirum ex Justino, In Delphica rupis an-  
fractu, planities exigua est, atque in eâ  
profundum terra foramen, quod in oracula  
patet: ex quo frigidas spiritus vi quædam,  
velut vento, in sublime expulsi mentes  
vatum in recordiam vertit, impletaque  
Deo, responsa consulentibus dare cogit.

13. *Musarum.* ] Quæ conticuerant pro-  
pter metum Pythonis.

14. *Themidis.* ] Themis seu Astræa in  
urbe Delphis ante Apollinem colebatur.

15. *Domini.* ] Imperatores. Domini ap-  
pellationem ut maledictum & opprobrium  
semper exhorruit Augustus; sequentes  
Imperatores, etiam boni, receperunt.

*Python.* ] Rufino, qui ut alter Python  
omnia infestabat, neque novum est ho-  
minem pessimum comparare serpenti.  
Cicero de Vatino: *Te, tanquam, serpens à  
latibulis, oculis eminentibus, infuso collo,  
tumidis cervicibus intulisti.*

Convenit ad nostram sacra caterva lyram.  
 Qui stabilem servant Augustis fratribus orbem,  
 Justitiâ pacem, viribus arma regunt.

## INTERPRETATIO.

*cætus sacratus* procerum *confluit ad can-* | *dum firmum, fratribus Imperatoribus, &*  
*tus nostros, qui proceres conservant mun-* | *regunt pacem aequitate, bella fortitudine.*

## ANNOTATIONES.

16. *Sacra caterva.*] Procerum, Senatûs | qui pupilli relictî fuerât à Theodosio patre,  
 scilicet, qui canenti Claudiano favent. | *Augustis fratribus.*] Arcadio & Hono-  
 17. *Qui stabilem servant, &c.*] Proce- | rio, Octavius Cæsar primus Augustus vo-  
 res Senatûs conservant Orbem, veluti tu- | catus, ab eo cæteri omnes Imperatores  
 tores Imperatorum Arcadii & Honorii, | Augusti sunt appellati.

\*\*\*

## ARGUMENTUM.

**P**ROSPERITAS improborum Claudianum inducebat de Provi-  
 dentiâ divinâ dubitare, vetuit pœna Rufini. Hujus hæc origo  
 Poëticè describitur. Aleæto, convocatis sororibus, indignatur de Orbis  
 tranquillitate. Furia assentiunt; Megæra promittit monstrum se di-  
 gnum, Rufinum scilicet, hominem teterrimum. Ergo ipsa in se-  
 nem conversa, hunc evocat ex Galliâ, immittit in Palatium Theo-  
 dosii. Hic exercet ambitionem, fraudes, avaritiam, luxum, cru-  
 delitatem & omnia scelera. At monstrum invadit Stilicho, Marte  
 fretus, & illud accitis licet barbaris munitum profligat. Megæra  
 ejus sceleribus exultans, insultat Justitiæ; hæc vicissim Megæram  
 irridet, prævidens monstrum mox esse mactandum, & inde sæculum  
 aureum promittit.

## CARMEN III.

**S**Æpe mihi dubiam traxit sententia mentem,  
 Curarent Superi terras, an nullus inesset  
 Rector, & incerto fluereut mortalia casu.

## INTERPRETATIO.

**F**Requenter dubitatio tenuit animum | *mundum, an nullus gubernator foret, &*  
*meum ancipitem, an Dii regerent* | *res humana moverentur fortunâ dubiâ.*

## ANNOTATIONES.

1. *Dubiam.*] Pagani bonos cùm affligi | 3. *Fluerent.*] Incerto atque dubio casu  
 videbant, de Deo divinâque providentiâ | hinc atque inde ferrentur, aquæ fluen-  
 impiè dubitabant, Lucanus: | tis instar, quæ has, illâsq; ripas alluit,  
*Cum cæco rapiantur singula casu,* | Manilius. *Hinc & opes & regna fluunt.*  
*Mentimur regnare Jovem.*

Nam

- Nam cùm dispositi quæsissem fœdera mundi,  
 5 Præscriptosque mari fines, annisque meatus,  
 Et lucis noctisque vices: tunc omnia rebar  
 Consilio firmata Dei, qui lege moveri  
 Sidera, qui fruges diverso tempore nasci,  
 Qui variam Phœben alieno jussit igni  
 10 Compleri, Solémque suo: porrexerit undis  
 Litora: tellurem medio libraverit axe.  
 Sed cùm res hominum tantâ caligine volvi  
 Adspicerem, lætosque diu florere nocentes,  
 Vexarique pios: rursus labefacta cadebāt  
 15 Relligio, causæque viam non sponte sequebar  
 Alterius, vacuo quæ currere semina motu  
 Affirmat, magnūque novas per inane figuras  
 Fortunâ, non arte, regi: quæ Numina sensu  
 Ambiguo, vel nulla putat, vel nescia nostri.  
 20 Abstulit hunc tandem Rufini pœna tumultum,

## INTERPRETATIO.

Etenim cùm perpensissem ordinem Mundi constituti, & terminos mari præfixos, & cursus datos annis, & vicissitudines diei atque noctis, tum cogitabam omnia esse constituta providentiâ divinâ, qua voluerit astra volvi certo cursu; qua voluerit messes provenire variis temporibus; qua voluerit Lunam instabilem lucere alieno lumine, & Solem suo: extenderit litora aquis, suspendere terram in orbe medio. At cùm res humanas vi-

derem involvi tantâ obscuritate, & improbos longum fortunatos vigere, & probos affligi; opinio de Diis iterum eversa ruebat, & invitius consectabar vestigia opinionis alterius, qua ait principia moveri cursu inani, & formas rudes per vacuum amplum, gubernari casu, non sapientiâ: opinionis, qua ancipiti ratione, vel existimat nullos esse Deos, vel non sollicitos pro nobis. Supplicium Rufini tandem liberavit me ab hac confusione mentis,

## ANNOTATIONES.

4. Fœdera.] Illam rerum ordinem, quo partes omnes inter sese, velut quodam fœdere, vinciuntur.

6. Vices.] Vicissitudinem, quâ lux & nox sibi invicem succedunt. Minutius Felix: Quid tenebrarum & luminum dicam recurrentes vices, ut sit nobis operis & quietis alterna reparatio.

7. Lege.] Certo constitutoque cursu, qui lex dicitur; nam In cœlo nihil fortuitum, nihil temerarium provenit, sed universa illis divinis legibus, & statâ ratione procedunt. Macrobius.

9. Variam Phœben.] Lunam toties corpora mutantem,

11. Caligine.] Quæ non finit rerum ordinem videri humanæ mentis acumine.

17. Per inane figuras.] Atomos, seu tenuissimas particulas, quæ secari nequeunt, quarum turbulentâ concursione Mundus coalescit, & casu regitur, secundum Epicurum. Atomus autem dicitur ab α sine, & τμήνω seco, quia secari non potest.

19. Nescia nostri.] Sic & Epicurus credebatur Deos non curare res humanas.

20. Tumultum.] Supplicium Rufini abstulit hunc tumultum, id est hanc pugnam dissidentium cogitationum, quibus modò putabam deos esse, nunc non esse.

D

Absolvitque Deos. jam non ad culmina rerum  
Injustos crevisse queror. tolluntur in altum,  
Ut lapsu graviore ruant. vos pandite vari  
Pierides, quo tanta lues eruperit ortu?

25 Invidiæ quondam stimulis incanduit arrox  
Alecto, placidas latè cùm cerneret urbes.  
Protinus infernas ad limina tetra sorores  
Consilium deforme vocat. glomerantur in unum  
Innumera pestes Erebi, quascumque sinistro

30 Nox genuit fœtu: nutrix Discordia belli,  
Imperiosa Fames, leto vicina Senectus,  
Impatiensque sui Morbus, Livorque secundis  
Anxius, & scisso mœrens velamine Luctus,  
Et Timor, & cæco præcep Audacia vultu,

35 Et Luxus populator opum, quem semper adhærens  
Infelix humili gressu comitatur Egestas,  
Fœdæque Avaritiæ complexa pectora matris  
Insomnes longo veniunt examine Curæ.

## INTERPRETATIO.

& absolvit Deos. Nunc non conqueror  
improbos ascendisse ad dignitates Mundi:  
illi evolvuntur in altum, ut cadant rui-  
nâ majore. Vos ô Musa, aperite Pœ-  
ta, ex quo loco tanta pestis emerferit.  
Olim Alecto crudelis exarsit furore ze-  
lotypia, cùm aspiceret undique urbes pa-  
casas. Statim illa advocat cœtum tur-  
pem sororum Tartarearum in aulam ni-  
gram: furia innumerabiles congregantur  
simul: quas Nox conjux Erebi peperit

partu infelici: Discordia alitrix belli, Fa-  
mes dominatrix, Senectus propinqua  
morti, Morbus morosus in se, Invidia  
inimica prosperitatis, & Luctus tristis  
vestibus laceratis, & Timor, & Au-  
dacia temeraria, facie cacatâ, & Luxus  
prædator divitiarum, quem egestas in-  
fausta perpetuè ipsi affixa, sequitur pedibus  
supplicibus, & Cura pervigiles ample-  
ctentes sinum turpem Avaritia parentis  
luz, conveniunt longâ cœterâ.

## ANNOTATIONES.

21. Absolvitque Deos. ] Quos ego meo  
judicio condemnassem, veluti humana  
non curantes, nisi Rufinum punissent.

24. Pierides. ] Musæ sic dictæ, vel à Pie-  
riâ regione Macedoniæ, vel a monte Pie-  
rio amœnissimo, quem illæ habitabant.

Lues. ] Peltis: nam homo improbus  
lævit instar morbi perniciosi.

Eruperit. ] Instar vomitæ, quæ ex cor-  
pore egroto erumpit.

25. Stimulis incanduit. ] Ut furiosa be-  
stia calcæribus accensa.

26. Alecto. ] Una ex furiis, sic dicta ab,  
α, sine & ληγω, cesso, quod sit sine quie-  
te, quodque non cesset vexare homines.

Placidus. ] Nam placidis ac lætis suc-  
cessibus Alecto offenditur, gaudetque ad-  
versis.

29. Erebi. ] Erebus, obscurior infero-  
rum locus, est conjux Noctis. Dignum  
patella opertulum. Ex hoc conjugio natæ  
Furiæ, & pestes omnes, quæ genus hu-  
manum infestant.

32. Impatiensque sui Morbus. ) Qui tam  
morosos ac difficiles reddit egrotantes, ut  
se vix pati possint.

33. Anxius. ] Nam Invidus alterius mar-  
cescit rebus optimis.

34. Scisso velamine. ] Antiqui in luctu  
lacerabant vestes.

- Complentur vario ferrata sedilia cœtu,  
 40 Torvæque collectis stipatur Curia monstis.  
 Alec̃to stetit in mediis. vulgusque tacere  
 Jussit, & obstantes in tergum reppulit hydros,  
 Përque humeros errare dedit: tum corde sub imo  
 Inclusam rabidis patefecit vocibus iram.  
 45 Siccine tranquillo produci secula cursu,  
 Sic fortunatas patiemur vivere gentes?  
 Quò nova corrumpit nostros clementia mores?  
 Quò rabies innata perit? quid inania profunt  
 Verbera? quid facibus nequicquam cingimur atris?  
 50 Heu nimis ignavæ, quas Jupiter arcet Olympo,  
 Theodosius terris. en aurea nascitur ætas.  
 En proles antiqua redivit. Concordia, Virtus,  
 Cùmque Fide Pietas altâ cervice vagantur,  
 Insignemque canunt nostrâ de plebe triumphum.  
 55 Prò dolor, ipsa mihi liquidas delapsa per aëras  
 Justitia insultat, vitiisq̃ue à stirpe recisis  
 Elicit oppressas tenebroso carcere leges.

## INTERPRETATIO.

*Sedes ferrea replentur catervâ diversâ, & aula densatur congregatis portentis crudelibus. Alec̃to media stetit, & imperavit plebem silere, atque rejectis post dorsum serpentes officientes sibi, ac permisit in vagari per humeros: tunc ostendit verbis insanis furorem clausum sub alto pectore. An ita sinemus annos elabi motu placido? Ita sinemus populos vivere felices? quorsum indulgentia assuevit depravare nostros animos? quorsum feritas naturalis desinit? quid flagella vana profunt? cur frustra armamur tadis nigris? ah! nimium inertes sumus, quas Juppiter expellit ex cœlo, Theodosius ex terris: Ecce saculum aureum oritur: ecce priscum genus revertitur, Concordia, Virtus & Pietas cum Fide incedunt erecto capite, & cantant victoriam illustrem de catervis nostris. O tristitiam! Justitia ipsa descendens per aërem serenum illudit mihi, & criminibus revulsis à radice, educit ex ergastulis obscuris jura obruta.*

## ANNOTATIONES.

39. *Ferrata.*] Inferorum habitacula ferrea sunt, Virgilius:

*Ferreique Eumenidum thalami.*

Id quod fingitur, quia nihil non durum in inferis.

40. *Torva curia.*] Non quod torva sit Aula, sed quia continet monstra torva atque crudelia.

41. *Vulgus.*] Parvas pestes, ex plebē ipsa Alec̃to tanquam Imperatrix tacere jussit.

42. *Hydros.*] Quos Furiz habent pro erinibus. Furiis autem tribuuntur serpentes, ob consilia pestifera, quæ suggerere finguntur.

46. *Sic fortunatas.*] Dolent Furiz, cūm populos vident felicem vitam agere.

49. *Verbera.*] Credebantur Furiz verberibus agitare homines consceleratos. Id quod designat conscientiz stimulos.

50. *Olympo.*] Olympus est mons Theſſalix altissimus, qui pro Cœlo sumitur.

51. *Theodosius.*] Sub principatu Theodosii reſloruit reſp. Romana.

54. *Canunt triumphum.*] Propter voces acclamantium. Ovidius:

*Miles io, magnâ voce, triumpho canet.*

D ij



- At nos indecores longo torpebimus ævo ,  
 Omnibus ejectæ regnis ? agnoscite tandem  
 60 Quid Furias deceat , consuetas sumite vires ;  
 Conventûque nefas tanto decernite dignum.  
 Jam cupio Stygiis invadere nubibus astra ,  
 Jam flatu violare diem , laxare profundo  
 Fræna mari , ruptis fluvios immittere ripis ,  
 65 Et rerum vexare fidem. sic fata , cruentum  
 Mugit , & totos serpentum erexit hiatus ,  
 Noxiâque effudit concusso crine venena.  
 Anceps motus erat , vulgi pars maxima bellum  
 Indicit Superis : pars Ditis jura tuentur.  
 70 Dissensûque alitur rumor. ceu murmurat alti  
 Impacata quies pelagi , cum flamine fracto  
 Durat adhuc sævitque tumor , dubiûmque per æstum  
 Lassa recedentis fluitant vestigia venti.  
 Improba mox surgit tristi de sede Megæra ,  
 75 Quam penes infani fremitus , animique profanus  
 Error , & undantes spumis furialibus iræ.

## INTERPRETATIO.

*Sed nos degeneres cessabimus tam longo tempore, expulsa imperiis cunctis? Discite tandem quid dignum sit Furiis? accipite robur solitum, & statuite crimen conveniens tanto cæui. Jam desidero occupare cælum tenebris infernis, jam polluer lucem anhelitu, immittere habenas alto mari, emittere flumina littoribus abruptis, atque turbare ordinem mundi. Alecto ita locuta reboavit crudeliter, & extulit Dracones omnes hiantes, atque excusâ comâ, sparsit virus pestiferum.* | *Fremitus plebis erat dubius: pars maxima infert bellum Diis: pars conservat leges Plutonis, & murmur augetur dissensione sententiarum: quemadmodum requies turbata maris profundi strepitat: cum, ventis positis, æstus remanet adhuc & furit, ac reliquia fatigata tempestatis abeuntis agitantur per fluctus accipites. Statim Megæra scelerata exsurgit ex folio horrendos in cuius Megeræ potestate sunt ira vesana, & vecordia impia mentis, ac furores exundantes spumis rabidis.*

## ANNOTATIONES.

62. *Stygiis.* ] Styx fons est veneno frigidissimo scatens in Arcadiâ, fluvius est Inferorum δὸν τῶ στυγίου, odisse, horrere, quod sit fluvius odii atque horroris. Inde Stygius, id est Infernus.  
 65. *Vexare fidem.* ] Vexare, turbare ordinem, qui tanto consensu res omnes vincit atque colligat, ut fidem dedisse putes, se eo ordine esse remansuras.  
 66. *Mugit.* ] Reboavit, clamavit, fremitu atrociter instat tauri furentis.  
 68. *Anceps motus erat vulgi.* ] Quia aliis alia placebant.  
 69. *Pars ditis jura tuentur.* ] Quia sub ejus imperio vis Furiarum constat: Dis, | autem dicitur Latine, & Pluton, Græcè δὸν πλάτου; utrumque à divitiis, quibus, quia in terræ visceribus includuntur, præfidet Pluton.  
 70. *Dissensûque alitur rumor.* ] Sonus quidam tumultuosus nutritur & augetur varietate sententiarum.  
 72. *Tumor.* ] Reliquæ tempestatis in immenso æquore habent adhuc aliquid sævitæ murmurantis,  
 74. *Megæra.* ] Furia dicta, δὸν τῶ μεγάρου, inviderc.  
 75. *Animique profanus error.* ] Insania animi furentis, qui nihil sanctum habet, sed omnia spectat, facitque ut profana

- Non nisi quæsitam cognatâ cæde cruorem,  
 Illicitumve bibit, patrius quem fuderit ensis;  
 Quem dederint fratres. hæc terruit Herculis ora;  
 80 Et defensores terrarum polluit arcus:  
 Hæc Athamanthea direxit spicula dextræ:  
 Hæc Agamemnonios inter bacchata penates  
 Alternis lussit jugulis: hæc auspice tedæ  
 OEdipoden matri, natæ junxere Thyesten.  
 85 Quæ tunc horrifonis effatur talia dictis.  
 Signa quidem, ô sociæ, Divos attollere contra  
 Nec fas est, nec posse reor: sed lædere Mundum

## INTERPRETATIO.

*Illa non sorbet sanguinem, nisi prohibitum & manantem ex strage cognatorum; quem sanguine gladius paternus sparserit, quem fratres effuderint. Hæc Megæra perterritum vulnrum Hercules, & infecit sagittas liberatrix orbis: hæc direxit tela manus Athamantæ: hæc furens in Regiâ Agamemnonia, lascivius jugulando alterna gustura: hæc duce faces copulaverunt Oedipoden matri ipsius, copulaverunt Thyesten filia ipsius: qua Megæra tum dixit hæc verba voce terribili. O Comites Furia, haud certè licet efferre vexilla contra Deos, neque puto nos posse: at si placet vobis vexare orbem.*

## ANNOTATIONES.

77. *Cruorem illicitum bibit.* ] Non hostilem bibit cruorem, sed patrum, filiorum, fratrum, amicorum, sese invicem occidentium.  
 79. *Terruit Herculis ora.* ] Cum eum vertit in tantum furorem, ut se rogis ardentibus injecerit.  
 80. *Defensores terrarum arcus.* ] Nam Hercules purgavit orbem monstris.  
*Polluit.* ] Parricidio; quod admisit in suos, occidendo uxorem & liberos.  
 81. *Athamantæa.* ] Athamas Rex Thebarum, Learchum filium interfecit.  
 82. *Bacchata.* ] Furens more Bacchanium.  
*Penates.* ] Sunt Dii domestici: accipiuntur pro domo.  
 83. *Lussit.* ] Ed adducens Ægisthum adulterum, & Clytæmnestram, ut conjugem Agamemnonem ex bello Trojano redeuntem occiderent: ed adducens Orestem, ut Agamemnonis patris cædem ulturus, Matrem Clytæmnestram mactaret: & sic Megæra horum scelerum causa, lussit, jugulando alternos conjuges.  
*Auspice.* ] Nefas olim erat contrahere nuptias, nisi prius exploraretur Deorum voluntas: ideo primâ luce Auspices auguria captabant, seu aves observabant, ut rescire conarentur, an gratæ nuptiæ forent Diis. Auspex dicitur ab avium inspectione. Ast, *hæc auspice*, id est, hæc duce.  
*Tedæ.* ] Hæ ex spinâ albâ factæ præferri solebant in novis nuptiis. Hic sumuntur pro ipso conjugio.  
 84. *OEdipoden.* ] Laius Rex Thebarum, cum ex Oraculo didicisset se à filio occisum iri, eum pastori dedit perimendum: pastor, perforatis pueri plantis, ideoque tumentibus (unde Oedipi nomen, οἰδῖν tumeo, & ποῦς, pes) ex arbore suspendit: Phorbus pastor eum invenit, deditque uxori Polybii Corinthiorum Regis: crescit, adolescit; discit ex oraculo in Phocide se patrem inventurum, hic & reperit, & nato jurgio insciens occidit, matrêmque Jocastam insciens quoque ducit uxorem.  
*Thyesten.* ] Qui Pelopeam filiam constupravit, & uxorem fratris sui Atrei.  
 87. *Fas.* ] Apud Furias nullum fas, seu jus: imò omnia contra fas & justitiam: sed hic *non fas*, id est, non licet.

- Si libet, & populis commune intendere letum,  
 Est mihi prodigium cunctis immanius hydri,  
 90 Tigride mobilius fœtâ, violentius Austri  
 Acribus; Euripi refluus incertius undis,  
 Rufinus. quem prima meo de matre cadentem  
 Suscepi gremio. reptavit parvus in isto  
 Sæpe sinu, teneroque per ardua colla volutus  
 95 Ubra quæsiuit fœtu, linguisque trifulcis  
 Molli lambentes sinxerunt ora cerasæ.  
 Mèque etiam tradente dolos, artémque nocendi  
 Et didicit simulare fidem, sensûsque minaces  
 Protegere, & blando fraudem prætexere risu,  
 100 Plenus sævitæ, lucrique cupidine fervens.  
 Non Tartessiacis illum satiarit arenis  
 Tempestas pretiosa Tagi, non stagna rubentis  
 Aurea Pactoli: totumque exhauserit Hermum,

## INTERPRETATIO.

- atque immittere mortem generalem hominibus, habeo monstrum crudelius serpentibus omnibus, celerius Tigride enixa, turbulentius Notis inquietu, instantius aquas reciprocantibus Euripi; & monstrum illud est Rufinus, quem ego prior recepi in sinu meo nascentem ex matre: ille insans reptavit frequenter in hoc gremio, atque vagitu molli repens per cervicem altam vestigavit mammæ, & serpentes adulantes ipsi linguis trifidis formaverunt os tenellum. Et præterea dicit fraudes, modoque malefaciendi, docente me: didicit fingere sinceritatem, ac tegere minas cogitatas, atque velare dolos facie serenâ: repletus crudelitate, & ardens cupiditate auri. Exundatio dives Tagi non satiare illum arenis Tartessiacis: non aqua aurea Pactoli micantis: si absorbeat Hermum integrum, uretur desiderio

## ANNOTATIONES.

90. *Mobilis.* ] Celerius ad rapinam & perniciem miserorum.  
*Austri.* ] Auster, fiat à meridie. ventus floribus inimicus. Alii legunt, *acrius* Harpyiis rapacibus, &c. Virgilius:  
*Floribus austrum*  
*Perditus, & liquidis immixtis fontibus*  
*Apros.*  
 91. *Euripi.* ] Euripus est fretum inter Bœotiam & Eubœam, septies die, ac nocte, fluctibus invicem versis, tam rapidè fluens, ut navigia ventis repugnantibus abripiat. Hinc dicitur *Euripus homo*, id est inconstans.  
 92. *De matre cadentem.* ] Infans natus humi deponebatur, mox tollebatur manu patris, aut matris, quod signum erat legitime prolis. Sic Megæra ait Rufinum suam esse prolem legitimam.  
 95. *Ubra quæsiuit.* ] Alii legunt, *oscula*, nec malè.  
 96. *Sinxerunt.* ] Urforum instar, qui lambendo rumpunt pelliculas, quæ catulos involvunt.  
*Cerasæ.* ] Genus serpentum, qui sic dicti sunt à quadrigeminis cornibus quæ exerunt, *κέρας*, *αὐτός*, *cornu*.  
 100. *Lucrique cupidino.* ] Rufinus reverà fuit insigniter avarus.  
 101. *Non Tartessiacis.* ] Exundatio, seu imber copiosus, Tagi fluvii auriferi non illum satiare omnibus arenis pretiosis, quæ fluunt non procul à Tartesso urbe Hispaniæ.  
 103. *Pactoli.* ] Hic est fluvius Lydiæ aurifer, sicut & *Hermus*, aut *turbidus*, in Asiâ minore.

# IN RUF. CARMEN III.

Ardebit majore siti, quàm fallere mentes  
 105 Doctus : & unanimes odiis turbare sodales ;  
 Talem progenies hominum si prisca tulisset ;  
 Pirithoum fugeret Theseus ; offensus Orestem  
 Desereret Pylades ; odisset Castora Pollux.  
 Ipsa quidem fateor vinci rabidòque magistram  
 110 Prævenit ingenio : nec plus sermone morabor.  
 Solus habet, quidquid scelerum possedimus omnes.  
 Hunc ego, si vestra res est accommoda turbæ,  
 Regalem ad summi producam principis aulam.  
 Sit licet ille Numà gravior, sit denique Minos ;  
 115 Cedit, & insidiis nostri flectetur alumni.  
 Orantem sequitur clamor, cunctæque profanas  
 Porrexere manus, inventaque tristia laudant.  
 Illa, ubi cæruleo vestes connexuit angue,

## INTERPRETATIO.

avidior, quàm peritus est decipere ani-  
 mos, & miscere odia inter amicos concor-  
 des. Si proles antiqua hominum produxisset  
 similem ; Theseus aversaretur Piri-  
 thoum : Pylades lasus perelinqweret Ore-  
 stem : Pollux abhorreret Castorem. Ego  
 ipsa confiteor me superari ; & ille vin-  
 cit me magistram indole rapaci. Neque  
 destinebo vos amplius hac oratione. Ille  
 solus complectitur ea omnia crimina, qua  
 omnes unquam habuimus. Si res est utilis  
 cæui vestro, ego introducam illum in pala-  
 tium Imperatoris supremi, etiam si Impera-  
 tor ille fuerit sapientior Numà ; etiam si tan-  
 dem fuerit Minos alter, indulgebit, & vin-  
 cetur dolis alumni nostri. Acclamatio secuta  
 est loquentem Megaram, & omnes pestes  
 extenderunt manus impias, & probant in-  
 ventionem deservendam. Illa Megara, post-  
 quam colligavit vestimenta serpente nigro.

## ANNOTATIONES.

105. *Unanimes.* ] Qui ita vivunt, ut una  
 tantum anima videantur esse in duobus  
 corporibus.

106. *Progenies prisca.* ] Id est, antiqua  
 sæcula.

107. *Pirithoum fugeret Theseus.* ] Hi  
 fuisse arctissimo conjuncti amicitiae vin-  
 culo, adeo ut Pirithous secutus sit The-  
 seum ad inferos, nec unquam avelli po-  
 tuerit. Unde eorum disjunctio non tri-  
 buitur nisi pessimis ingeniis. Martialis :

*Te fugiente nefas Pyladen odisses Orestes,  
 Thea Pirithoi destituisse amor.*

*Orestem desereret Pylades.* ] Pylades O-  
 resti fugienti ob matrem Clytemnestram  
 interfecit, sese comitem perpetuum  
 adjunxit : tantæque inter se amicitia con-  
 juncti sunt, ut alter pro altero mori non  
 recusaret.

108. *Castora Pollux.* ] Hi fratres ami-

cissimi.

109. *Rapido.* ] Ingenio rapaci, vel præ-  
 cipiti atque audaci.

113. *Principis.* ] Theodosii magni.

114. *Numà.* ] Numà Pompilio secundo  
 Romanorum Rege, cujus fuit magna  
 gravitas, magna vitæ sanctitas.

*Minos.* ] Cretenisium Rex, aded justus,  
 ut post obitum creditus sit unus esse ex  
 judicibus Inferorum.

115. *Alumni.* ] Rufini.

116. *Clamor.* ] Qui signum est acclama-  
 tionis & approbationis.

117. *Porrexere manus.* ] Olim porrige-  
 bant manus ad petendum silentium ; ad  
 testandam approbationem ; ad offeren-  
 dum auxilium, &c.

118. *Connexuit angue.* ] Implicavit ve-  
 stes variis flexibus unius à suis serpen-  
 tibus.

- Nodavitque adamante comas, Plegethonta sonorum  
 120 Poscit, & ambusto flagrantis ab aggere ripæ  
 Ingentem piceo succendit gurgite pinum,  
 Pigræque veloces per Tartara concutit alas.  
 Est locus, extremum quæ pandit Gallia litus,  
 Oceani prætentus aquis, ubi fertur Ulysses  
 125 Sanguine libato populum movisse silentem.  
 Illic umbrarum tenui stridore volantium  
 Flebilis auditur questus. simulacra coloni  
 Pallida defunctæque vident migrare figuras.  
 Hinc Dea profiliit, Phœbique egressa Ierenos  
 130 Infecit radios, ululatûque æthera rupit  
 Terrifico. sensit ferale Britannia murmur,  
 Et Senonum quatit arva fragor, revolutæque Tethys  
 Substitit, & Rhenus projectâ torpuit urnâ.

## INTERPRETATIO.

& nexuit crines adamante, petis Phlegethontem mugientem, & ex tumulo ardentis litoris fumantis accendit tadam magnam in fluvio atro, ac movet pennas celeres per Inferos inertes. Terra jacet, quâ parte Gallia porrigit litus ultimum; terra cincta undis Oceani: ubi Ulysses dicitur evocasse umbras latentes errore gustato. Hic querela tristis animarum volitantum murmure levi exauditur: agricola vident spectra pallentia, & imagines defunctorum evolare. Inde Dea Megæra exiliit, & exiens tolluit vultum clarum Solis, & commovit aërem clamore terribili. Anglia audiit sonum funestum; & clamor concussit campos Senonum, atque mare regressum stetit, ac Rhenus stupuit urnâ abjectâ.

## ANNOTATIONES.

119. Nodavitque adamante comas. ] Crines rejecit in tergum, ne obtarent, & rejectos adamante colligavit, hoc est fibulâ seu tzeniâ, quæ ornata erat adamante.  
 Phlegethonta. ] Fluvium inferorum: φλεγεθων, ardeo, quasi fluvius ille sit fluvius ignis.  
 121. Pinum. ] Tædam factam ex pinu.  
 122. Pigræque veloces. ] Poëtæ non raro contraria jungunt, Tartara autem altissimus inferorum locus, dicuntur pigra, quia sunt plena umbris pigris, inertibus.  
 123. Gallia. ] Ex quâ Rufinus oriundus.  
 124. Ulysses. ] Fabula apud veteres vulgata, Ulysseni excisâ Trojâ in Oceanum Occidentalem advenisse.  
 125. Sanguine libato. ] Hausto, gustato, id quod necessarium erat ad evocationem umbrarum.  
 Populum silentem. ] Umbras inferorum.  
 127. Simulachra pallida. ] Umbras pallentes mortuorum.  
 128. Migrare. ] Alii, *mugire*, id est, *gemere*.  
 131. Britannia. ] Major scilicet, quæ opposita est Galliæ Aquitanicæ.  
 132. Senonum. ] Senones sunt populi Galliæ; at hic ponitur pars pro toto.  
 Revolutæque Tethys. ] Mare retroactum contra ælitum. Tethys, Tethys est mater Nympharum maris, & hic ponitur pro mari, at Thetis Thetidos, est Nympha maris, mater Achillis.  
 133. Urnâ. ] Fluvii urnæ tribuuntur, ex quibus aquas effundunt.

Tunc

- Tunc in canitiem mutatis sponte colubris  
 135 Longævum mentita senem, rugisque severas  
 Persulcata genas, & ficto languida passu,  
 Invadit muros Elusæ, notissima dudum  
 Tecta petens: oculisque diu liventibus hæsit,  
 Pejorem mirata virum. tunc talia fatur.  
 140 Oria te, Rufine, juvant? frustraque juventæ  
 Consumis florem patriis inglorius arvis?  
 Heu nescis quid fata tibi, quid sidera donent,  
 Quid fortuna pareat: toti dominabere mundo,  
 Si parère velis. artus ne sperne seniles.  
 145 Namque mihi magicæ vires, ævique futuri  
 Præscius ardor inest. novi quo Thessala cantu  
 Eripiat lunare jubar, quid signa sagacis  
 Ægypti valeant, quæ gens Chaldæa vocatis

## INTERPRETATIO.

Tum Megæta conversus ultro serpentibus  
 in canos crines, fingens senem anæsum,  
 & habens frontem aratam rugis tri-  
 stibus, & debilis gressu simulato, intrat  
 mœnia Elusæ, adiens domum cognitam  
 sibi jampridem, atque longum consistit  
 oculis invidentibus admirans Rufinum  
 hominem tetriorem, quàm putarat: tum  
 dicit hæc verba. O Rufine, an requies  
 tibi placet? Et perdis inutiliter sine glo-  
 riâ florem ætatis in agris patria tuæ?  
 Ah! ignoras quid fata dent tibi, quid  
 cælum, quid fortuna præparet? Impera-  
 bu Orbi universo, si velis obedire. Ne  
 contempnas corpus debile senis. Etenim  
 artes Magica sunt mihi? & ignis divi-  
 nus cognoscens res futuras. Cognovi qui-  
 bus incantamenti Saga deducat Lunam  
 micantem? Quid prosint characteres Ægy-  
 pti solerti? Quâ ratione natio Chaldaea

## ANNOTATIONES.

134. *Mutatis sponte colubris.* ] Quasi  
 serpentes ultro sese mutaverint in crines,  
 ut res facilius fieret.  
 135. *Rugis severis.* ] Senilibus: nam  
 senex severus, difficilis, querulus.  
 136. *Ficto languida passu.* ] Fingens se  
 obrepere debilitatis pedibus, instar senis.  
 137. *Elusæ.* ] Urbs olim florentissima,  
 Claudiani temporibus, vulgò (*Euse en*  
*Gascogne.*)  
 141. *Sidera.* ] Numina quæ cælum  
 habitant sideribus distinctum. Cæterum  
 Poëta ea attulit omnia, ex quibus Phi-  
 losophi judicant de rerum eventu. Stoici  
 fati, Academici astris, Epicurei fortunæ  
 tribuunt rerum omnium causas.  
 144. *Si parère velis.* ] Alii legunt, *ser-  
 vire*, nec malè: *Servilia nempe omnia  
 pro dominatione.* Tacitus.  
 146. *Præscius ardor.* ] Quædam par-  
 ticula mihi est ignis divini, quæ facit ut  
 præsciam res futuras.  
*Thessala.* ] Saga, à Thessaliâ, quæ sœ-  
 cunda Magis, herbisque veneficis.  
 147. *Eripiat.* ] Detrahat, avellâtque  
 Lunam ex cælo. Vetus est Antiquorum  
 error credentium Lunam posse deduci in-  
 cantamenti, atque avelli Cælo, ideò-  
 que ut tanto malo occurrerent, adhibe-  
 bant tinnitus sonòsque æris.  
*Signa.* ] Characteres Magici, aut notæ  
 Hieroglyphicæ, quæ varia rerum indicia  
 continebant.  
*Sagacis.* ] Ægyptus sagax, seu docta  
 appellatur, quia illa diu floruit velut ma-  
 ter omnium disciplinarum.  
 148. *Gens Chaldæa.* ] Magicis sacrificiis  
 insignes olim Chaldæi.

E

- Imperet arte Deis. nec me latuere fluentes  
 150 Arboribus succi, funestarumque potestas  
 Herbarum, quidquid letali gramine pollens  
 Caucasus, & Scythica vernant in carmina rupes,  
 Quas lægit Medea ferox, & callida Circe.  
 Sæpius horrendos Manes sacrisque citavi  
 155 Nocturnis Hecaten, & condita funera traxi  
 Carminibus victura meis, multosque canendo,  
 Quamvis Parcarum restarent fila, peremi.  
 Ire vagas quercus, & fulmen stare coëgi,  
 Versaque non prono curvavi flumina lapsu  
 160 In fontes reditura suos. neu vana locutum  
 Me fortasse putes, mutatos cerne Penates.  
 Dixerat? & niveæ (mirum) cœpere columnæ

## INTERPRETATIO.

*dominetur Diis evocatis? Neque ignoro liquores stillantes ex arboribus, & vires perniciosas herbarum, quas cumque Caucasus alit turgentes semine mortifero; & quas saxa Scythica fundunt herbas, quas Medea crudelis collegit, & Circe astuta. Ego frequentius evocaui Manes horribiles, & Hecaten in sacrificiis nocturnis, & reduxi figuras mortuorum sepultas, revictu-*

*ras incantamentis meis: atque interfeci plurimos cantando, etsi stamina Parcarum nenda superessent. Ego coëgi quercus errabundas currere, & fulmen consistere; ac retroëgi fluvios mutatos, cursu averso, re- versuros in caput suum, & ne credas forsitan me dixisse inania, vide domum mutatam. Senex sic locutus fuerat; & columna candida, rem admirabilem! inceperunt*

## ANNOTATIONES.

149. *Imperet Deos.* ] Evocet Deos, qui veniunt, tanquam obediant evocantibus.  
 150. *Succi.* ] Funesti ac pestiferi liquores ex arboribus manantes.  
 152. *Caucasus.* ] Mons Asiae versus Septentrionem, Magicis herbis abundans; efficacissima porro ad veneficium gramina montium. Et duplex est Magia, una sit per Carmina, altera per herbas: utramque sæpius Poëtae conjungunt.  
*Scythica rupes.* ] Rupes Scythiae, regio in Asia; sed & Scythia est Europa.  
 153. *Medea.* ] Filia Aëtae Regis Colchorum; foemina Magicis artibus, & liberorum cæde infamis.  
*Circe.* ] Solis & Perseis Nymphæ filia, & Aëtae Colchorum Regis soror, veneficiorum peritissima.  
 154. *Manes.* ] Deos Inferorum horribiles visu.  
 155. *Hecaten.* ] Tergeminam, quæ nocturnis sacrificiis evocabatur ex Inferis,  
 Hecaten, Dianam, & Lunam eandem esse putant, tergeminamque faciunt ob tres varias Lunæ facies.  
*Condita funera.* ] Condita funera & sepulta cadavera in lucem reducere; id quod per incantamenta fieri posse credebant. Sic funus ponitur pro cadavere, quod funere effertur.  
 157. *Quamvis Parcarum restarent fila.* ] Fila nenda scilicet; hoc est etsi Parcae nondum consumpsissent omnia vitæ fila, tamen homines occidi contra fati ordinem, tempusque vitæ præfixum.  
 159. *Non prono lapsu.* ] Cursu averso, contrario, qui non pronus seu declivis eat, sed redeat versus fontem.  
*Curvavi.* ] Frænavi, reflexi, retroëgi versus fontem.  
 162. *Dixerat.* ] Megæra in senem conversa, sic locuta erat.  
*Nivea.* ] Candida instar nivis,

- Dirari, subitòque trabes lucere metallo.  
 Illecebris capitur, nimiumque elatus avaro  
 165 Pascitur intuitu. sic Rex ad prima tumebat  
 Mæonius, pulcro cum verteret omnia tactu.  
 Sed postquam riguisse dapes, fulvâque revinctos;  
 In glaciem vidit latices; tum munus acerbum  
 Sensit, & inviso votum damnavit in auro.  
 170 Ergo animi victus, Sequimur quodcumque vocâris,  
 Seu tu vir, seu Numen, ait: patriâque relictâ  
 Eoas jussu Furia tendebat ad arces,  
 Instabilisque olim Symplegadas, & freta remis  
 Incluta Thessalicis qua celsâ Bosphorus urbe  
 175 Splendet, & Odrysiis Asiam determinat oris.

## INTERPRETATIO.

*locupletari.* & *laquearia fulgere auro re-* *in auro odioſo. Igitur Rufinus, mente*  
*penitino. Rufinus vincitur his lenociniis,* *superatâ, inquit, imus quò jufferis, ſive*  
*& nimis inflatus alitur affectu cupido.* *tu es homo, ſive Deus. Et Patria dereli-*  
*Ita Midas Rex Lydia ſuperbiebat ad* *ctâ Rufinus imperio Furia properabat ad*  
*dona prima, cum mutaret cuncta attâ* *urbes Orientis, & Symplegadas quon-*  
*ctu pretioſo; at poſtquam conſpexit cibos* *dam inſtantes, atque maria cele-*  
*induruiſſe, & vinum conſtrictum in gelu* *brata navigationibus Theſſalicis: quâ*  
*ſlavum; tunc animadvertit donum eſſe* *parte Boſphorus reſulget ob urbem al-*  
*moleſtum, & condemnavit deſideria ſua* *iam, & ſeparat Aſiam à ſinibus Thracia.*

## ANNOTATIONES.

163. *Metallo.* ] Auro κατ' ἄλλω, per  
 excellentiam.  
 164. *Illecebris capitur.* ] Delinitur, vin-  
 citurque his magnificentiæ illecebris.  
*Avaro pascitur intuitu.* ] Pascitur af-  
 fectu rerum avaritiæ suæ placentium.  
 165. *Rex Mæonius.* ] Lydius Midas:  
 Lydia quippe & Mæonia promiscuè usur-  
 pantur.  
 166. *Pulcro tactu.* ] Tactu res pulchras  
 efficiente, aureas scilicet.  
 167. *Riguisse dapes.* ] Nam Midas quic-  
 quid tangebatur, vertebatur in aurum: &  
 sic ex Ovid.  
*Copia nulla famem relevat, sitis arida*  
*guttur*  
*Urit, & inviso meritis torquetur ab*  
*auro.*  
 170. *Animi victus.* ] Virtute scilicet,  
 seu mente animi victus; ἀρετῆς θυμὸν  
 Arist. Impotens animi, qui resistere non  
 potest.  
 172. *Eoas ad arces.* ] Orientis urbes,  
 versus Auroram: ἠώς, vel ἑως, Aurora:  
 ἰώος, pertinens ad Orientem.  
 173. *Instabilisque olim Symplegadas.* ]  
 Cyaneos scopulos trans Bosphorum Thra-  
 cium, instabiles dictos, quod inter se col-  
 lidi viderentur: unde Symplegadas vo-  
 cantur, ὅτι τὰ συμπληνόμενα, collidi,  
 concurrere.  
*Freta remis incluta Thessalicis.* ] Ma-  
 ria celebrata navigationibus Minyarum  
 seu Argonautarum, cujus expeditionis  
 Dux Jason erat Thessalus.  
 174. *Bosphorus.* ] Thracius, qui sic di-  
 citur à bovis meabili transitu, seu quod  
 bos hoc fretum transire possit: βούρ-  
 βοσ, πόρος, transitus, περὶ βόας, vado-  
 eo; unde & dici deberet potius, Bosphorus.  
*Urbe.* ] Byzantie, Constantinopoli,  
 quæ sedes erat Imperii Orientis, non pro-  
 cul à Bosphoro Thracio.  
 175. *Odrysiis.* ] Thraciis, ab Odrysiis  
 populis Thraciæ.



- Ut longum permenſus iter, ductuſque maligno  
 Stamine fatorum claram ſubrepiſit in aulam,  
 Illicet ambitio naſci, diſcedere rectum;  
 Venum cuncta dari. profert arcana, clientes  
 180 Fallit, & ambitos à principe vendit honores.  
 Ingeminat crimen, commoti pectoris ignem  
 Nutrit, & exiguum ſtimulando vulnus acerbat,  
 Ac velut innumeros amnes accedere Nereus  
 Neſcit, & undantem quamvis hinc hauriat Iſtrum;  
 185 Hinc bibat æſtium ſepteno gurgite Nilum,  
 Par ſemper, ſimiliſque meat: ſic fluctibus auri  
 Expleri calor ille nequit. Cuicumque monile  
 Contextum gemmis, aut prædia culta fuiſſent;  
 Ruſino populandus erat, dominoque parabat  
 190 Exitium fœcundus ager; metuenda colonis

## INTERPRETATIO.

Postquam Ruſinus peragrata longâ viâ, ptinus ignorat fluvios infinitos ad ſe ve-  
 & conductus ſilopeſſimo fatorum, inſinuavit nire. & licet hinc ſorbeat Danubium  
 ſe in Regiam illuſtrem, ſtatim ambitio exundantem, inde per aſtatem poſet Ni-  
 oriri, aſquitas recedere; omnia vendi cœ- lum, cum ſeptem alveis, remanet uſque  
 perunt. Divulgat ſecreta, decipit clien- idem, & equalis: iſa ſiſis illa Ruſini  
 tes, & vendit dignitates petitas ab Im- non poſeſt ſatiari undis aureis. Cuicumque  
 peratore: duplicat ſcelera; alit flammam torquis erat ornatus lapillis, aut agri ube-  
 cordis iracundi, & aſſerit plagam par- res, ille ſpoliandus erat Ruſino: & cam-  
 vam excitando. Et quemadmodum Ne- pus fertilis pariſbat perniciem domino ſuo:

## ANNOTATIONES.

176. *Ductuſque maligno ſtamine fa-*  
*torum.* ] Quasi fata mala cum ſilo dedu-  
 xiffent in Aulam Theodoſii: alludit ad  
 ſilum Theſeo datum ab Ariadne.

177. *Subrepiſit.* ] Malis artibus.

179. *Venum cuncta dari.* ] Venundari  
 cuncta: id quod ſit ambitione ingruente.  
*Profert arcana.* ] Pecuniâ corruptus  
 vulgat ſecreta ſibi commiſſa, fallit clien-  
 tes, &c.

181. *Ingeminat crimen.* ] Apud Prin-  
 cipem delator improbus crimen exagge-  
 rat, duplicat ſuis mendaciis.

*Ignem nutrit.* ] Alit iracundiam Theo-  
 doſii Principis ad iram propenſi.

182. *Exiguum ſtimulando vulnus acerb-*  
*bat.* ] Exiguum vulnus, id eſt, parvum  
 malum reddit acerbius, Principem ma-  
 lis ſtimulis excitando.

183. *Nereus neſcit.* ] Deus maris, non

ſentit accedere tot fluvios.

184. *Iſtrum.* ] Danubium maximum  
 Europæ fluvium, orientem ex vico Vittem-  
 bergenſi, & ſe exonerantem in Pontum  
 Euxinum.

185. *Æſtium Nilum.* ] Fluvium Afri-  
 cæ celebratiſſimum. Oritur ex duobus par-  
 vis fontibus trans lacum (*Dambea*): al-  
 luit & fœcundat Ægyptum, ſolutis mon-  
 tium nivibus exundans, menſibus Junio  
 & Julio.

*Septeno gurgite.* ] Septenis oſtiis in ma-  
 re Mediterraneum ſe olim exonerabat,  
 unde ſeptemgeminus dicitur.

186. *Similiſque manet.* ] Magnitudine;  
 & figurâ.

187. *Calor.* ] Ardor ſceleratorum habendi,  
 nullis undis aureis reſtingui poſeſt.

*Monile.* ] Sordida proſus avaritia, quæ  
 vel mulierum ornamentis non parceret.

Fertilitas. Laribus pellit, detrudit avitis  
 Finibus, aut aufert vivis, aut occupat hæres.  
 Congestæ cumulantur opes, orbisque rapinas  
 Accipit una domus. populi servire coacti,  
 195 Plenæque privato succumbunt oppida regno.  
 Quo vesane ruis? teneas utrumque licebit  
 Oceanum, laxet rutilos tibi Lydia fontes,  
 Jungantur solium Cræsi, Cyrique tiara:  
 Nunquam dives eris, nunquam satiabere quæstu.  
 200 Semper inops, quicumque cupit. contentus honesto  
 Fabricius parvo spernebat munera Regum,  
 Sudabâtque gravi Consul Serranus aratro,  
 Et casa pugnaces Curios angusta tegebat.

## INTERPRETATIO.

*fecunditas erat timenda agricolis. Ejici eos domo; deturbat fundus patrii; vel eripit viventibus iis; aut hares invadit. Congregantur divitiae immensa, & domicilium unicum recipis furta servatum: gentes coacta sunt servire, & arbes distissima cedunt imperio hominis privati. Quid raperis, insane Rufine? Quamvis possideas geminum Oceanum,* licet Lydia aperiat tibi fontes aureo solium Cræsi & tiara Cyri jungantur, nunquam eris locuples, nunquam satiaberis pecuniâ. Semper pauper est, quicumque desiderat. Fabricius contentus exiguis opibus & honestis, contemnebat dona Regum, & Serranus Consul laborabat affixus duro vomeri, & parva domus operiebat Curios generosos.

## ANNOTATIONES.

191. *Laribus.* ] Lares sunt Dii domestici: hic ponuntur pro domo.

192. *Occupat hares.* ] Rufinus hares in testamento scriptus vel verè vel falsò, invadit bona. Porro miserum olim erat istud adulandi genus, quo moribundi, Principem virisque potentes partim hæredes scribebant, ut illi reliqua bona suis liberis conservarent.

194. *Una domus.* ] Rufini, quæ erat velut spelunca latrocinii.

*Populi servire coacti.* ] Redacti in servitutem, & velut venditi à Rufino, qui præfecturas vendebat Provinciarum præsidibus. Hi ideo ita vexabant, & obruebant vestigalibus populos, ut velut servi gemerent oppressi.

195. *Plenæque.* ] Plenæ urbes divitiis vedunt Rufino dominanti.

196. *Utrumque Oceanum.* ] Opes utriusque Oceani Eoi & Occidentalis.

197. *Lydia.* ] Minoris Asia regio, in qua

Pactolus aurifer fluit.

198. *Cræsi.* ] Qui Rex erat Lydiæ, & Regum ditissimus.

*Tiara.* ] Ornamentum capitis, Persicarum prius mulierum; sed quo postea usi sunt Reges Persarum, & Sacerdotes.

201. *Fabricius.* ] Civis Romanus fortissimus, frugalitate conspicuus, tenuissimo censu contentus vivebat, & Samnitum & Pyrrhi Epirotarum Regis dona repudiabat.

202. *Serranus.* ] Civis Romanus sic dictus à serendo: quidam putant eum esse Cincinnatum, qui ab aratro ad Consulatum, deinde ad Dictaturam vocatus est.

203. *Curios.* ] Curius Dentatus, vir etiam notæ frugalitatis, fortitudinisque, Samnitum aurum contempsit, dicens eum qui rapis vesci posset (nam rapas in foco torcebat) auro non indigere: Romanisque malle Imperare aurum habentibus, quam aurum habere.

E iij

- Hæc mihi paupertas opulentior: hæc mihi recta  
 205 Culminibus majora tuis. tibi quærit inanes  
 Luxuries nocitura cibos. mihi donar inemtas  
 Terra dapes. rapiunt Tyrios ibi vellera fucos,  
 Et picturata saturantur murice vestes:  
 Hic radiant flores, & prati viva voluptas  
 210 Ingenio variata suo. fulgentibus illic  
 Surgunt strata toris: hic mollis panditur herba,  
 Sollicitum curis non abruptura soporem.  
 Turba salutantum latas ibi perstrepat ædes:  
 Hic avium cantus, labentis murmura rivi.  
 215 Vivitur exiguo melius. natura beatis  
 Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.  
 Hæc si nota forent, frueremur simplice cultu:  
 Classica non fremerent: non stridula fraxinus iret:  
 Non ventus quateret puppes, non machina muros.

## INTERPRETATIO.

*Hæc pauperies, ò Rufine, affluentior videtur mihi: hæc domus videtur mihi magnificentior turribus tuis: luxus perniciosus consecratur tibi dapes inutiles: terra dat mihi liberaliter cibos, illic lana sorbet liquares Tyri, & vestimenta picta tinguntur purpurâ: hic flores micant, atque delicia naturales pratorum, distincta suapte naturâ: illic cubilia attolluntur leætis nitentibus; hic gramina tenera premuntur, non turbatura somnum anxium sollicitudinibus; illic cæterva clientum personas domum spatiosam: hic contentus volucrum, susurri fluvii fluentis me delectant. Vivitur ex parvis bonis placidiùs: natura concessit cunctis esse felicibus, si aliquis sciat bene uti bonis. Hæc si essent cognita, contenti essemus victu tenui; tuba non clangerent, sagitta sonantes non vibrarentur, venti non everterent naves, non tormèta bellica everterent urbes.*

## ANNOTATIONES.

204. *Opulentior.* ] Alii legunt, *augustior*; sanctior, venerabilior, splendidior, felicior. Autor Panegyrici ad Pisonem, *Ipsaque possessa mens est opulentior auro.*  
 205. *Culminibus.* ] Turribus, donibus excelsis atque magnificis.  
*Quærit.* ] Magno labore consecratur.  
 206. *Luxuries nocitura.* ] Ex luxu quippe, & epularum varietate morbi creantur: *Ipsæ voluptates in tormenta vertuntur* Seneca.  
 207. *Rapiunt Tyrios tibi vellera fucos.* ] Lana tingitur purpurâ Tyriâ, seu qualis est Tyri incolatum. Fucus est id quo lana mutatur, atque fucatur. Tyrus est urbs Phœniciz, nota purpurâ.  
 208. *Picturata.* ] Variis picturis distinctæ; acu pictæ.  
*Murice.* ] Murex est genus piscis, quo utebantur ad tingendam purpuram, sicque ponitur pro purpurâ. Alii dixerunt Muricem esse Florem ad eisdem usus aptissimum, & inventum à cane Herculis.  
 209. *Viva voluptas.* ] Vivus dicitur quicquid est nativum, nec fūco inquinatur.  
 210. *Ingenio suo.* ] Naturali venustate, suapte naturâ.  
 212. *Sollicitum.* ] Somnum habere vacuum curis & sollicitudinibus, magnæ est felicitatis.  
 218. *Fraxinus.* ] Tela facta ex fraxino.  
 119. *Non ventus quateret puppes.* ] Navigando, id quod fit avaritiâ impellente, quæ avaritiâ reposita est inter pestes humanæ felicitatis inimicas.  
*Non machina muros.* ] Non essent bella hominum quietem turbantia.

- 120 Crescebat scelerata sitis, prædæque recentis  
Incestus flagrabat amor, nullusque petendi  
Cogendive pudor, crebris perjuria nectit  
Blanditiis: sociat perituro fœdere dextras.  
Si semel è tantis poscenti quisque negasset,  
125 Effera prætumido quatiebat corda furore.  
Quæ sic Gætuli jaculo percussa læna,  
Aut Hyrcana premens raptorem bellua Parthum,  
Aut serpens calcata furit: jurata Deorum  
Majestas teritur: nusquam reverentia mensæ,  
130 Non conjux, non ipse simul; non pignora cæsa  
Sufficiunt odiis: non extinxisse propinquos,  
Non notos egisse sat est. excindere cives  
Funditus, & nomen gentis delere laborat.  
Nec ceteri mittit leto: crudelibus antè

## INTERPRETATIO.

*Avaritia improba augebatur in Rufino, & cupiditas impia nova pecunia ardebat; nulla erat moderatio poscendi & exigendi aurum, implicat perjuria multis lenociniis: conjungit manum jurejurando furili. Si aliquando aliquis dnegasset petenti quiddam ex tot rebus, accendebat pectus crudele rabie turgida. Quæ læna ista telo venatoris Gætuli, vel fera Hyrcana persequens Parthum* predatorem, vel serpens attrita, ita sa-  
vit? Majestas Deorum juramento de-  
cepta violatur: veneratio mensæ nun-  
quam redditur: haud uxor, haud mari-  
tus ipse unà, haud liberi interfecti sa-  
tis faciunt furori: haud sufficit occidisse co-  
gnatos, haud expulisse amicos: tentat  
destruere penitus cives, & abolere no-  
men nationis. Neque Rufinus occidit  
eos morte promptâ: delectatur prius

## ANNOTATIONES.

120. *Sitis.* ] Impia & abhorrens à com-  
muni vitâ cupiditas pecuniæ habendæ.

121. *Incestus.* ] Sacrilegus, profanus,  
impius amor, quod impellat ad sacrile-  
gia, ad templa expilandas, ad violandas  
res omnes sacratissimas.

122. *Cogendi.* ] Exigendi à populis.

124. *Perjuria nectit blanditiis.* ] Pro-  
mittit, quæ non facturus esset, sicque pe-  
jerat, sed miscet blanditias, ut facilius  
decipiat.

*Socias dextras.* ] Dat fidem, promittit,  
sed jurejurando futuri, inutili futuro; ma-  
nus olim jungebant in fide dandâ, seu  
promittendo.

126. *Gætuli.* ] Gætulia regio est Africa,  
sævis Leonibus insignis. Alii legunt, *Gen-  
tili jaculo*, id est, jaculo populari, seu  
popularium venatorum, ejusdem regionis.

*Læna.* ] Sæviore lænæ, quàm Leo-  
nes esse creduntur.

127. *Bellua Hyrcana.* ] Tigris est, Mar-  
tialis: *Tigris ab Hyrcano gloria rara iugo.*

*Raptorem.* ] Eum qui rapuit catulos.

128. *Furata.* ] Rufinus jurat per Deorum  
majestatem, moxque eam contemnit ac  
violat.

129. *Nusquam reverentia mensæ.* ] Ru-  
finus non retinetur veneratione mensæ  
debitâ, quin allectos etiam jurato numi-  
ne in mensam homines, cum liberis, &  
uxoribus occidat, eos ut spoliaret bonis,  
quod immane est, nam post templa arâ-  
que, magnus mensæ cultus deferabatur.

130. *Pignora.* ] Filii, qui sunt pignora  
fidei conjugalit.

132. *Notos egisse.* ] Ejecisse in exilium  
notos, amicos scilicet & clientes.

- 235 Suppliciis fruitur. cruciatus, vincla, tenebras  
Dilato mucrone parat. prò savior ense  
Parcendi rabies, concessaque vita dolori!  
Mors adeone parum? causis fallacibus instat:  
Arguit attonitos se iudice. cætera legnis,  
240 Ad facinus velox: penitus regione remotas  
Impiger ire vias. non illum Sirius ardens,  
Brumave Rhipæo stridens Aquilone retardat.  
Effera torquebant avidæ præcordia curæ,  
Effugeret ne quis gladios, neu perderet ullum  
245 Augusto miserante, nefas. non flectitur annis:  
Non ætate labat. juvenum rorantia colla

## INTERPRETATIO.

*cruciatus immanibus: differens gladium, ab hoc tractu. Sirius calidissimus, aut præparat tormenta, catenas, carcerem. frigus sibilans ob Boream Thracium. O furor ignoscendi crudelior ferro, haud retinet illum. Sollicitudines cupida vexabant cor Rufini barbarum, ne aliquis evitaret enses; neve amitteret aliquod scelus, commiseratione Imperatoris. Non tangitur quoad alia, promptus ad crimen; diligens est adire regiones distantes longè senectute. Cervices stillantes adolescentum*

## ANNOTATIONES.

235. *Tenebras.* ] Carcerem obscurum ac tenebrososum, Supra v. 57.

*Oppressus tenebroso carcere leges.*

236. *Dilato mucrone.* ] Differens supremum supplicium, quod gladii mucrone seu cuspide jubet peragi.

237. *Parcendi rabies.* ] Dum vitæ parcat ad tempus, crudelior est ac furiosior, quam si vitam adimeret.

238. *Mors adeone parum est.* ] An mors Rufino videtur esse tam leve supplicium?

*Causis fallacibus.* ] Per delatores, qui scelera commentitia objiciant, persequitur innocentes, ut videri possint jure spoliari.

239. *Attonitos se iudice.* ] Arguit innocentes, qui cum sciant sibi periculum creati, Rufino iudice, attonitis percelluntur animis.

240. *Ad facinus velox.* ] Promptus ad scelus patrandum, Proverb. 6. *Odit Dominus pedes veloces ad currendum in malum.*

*Penitus.* ] Quidam alii legunt, *penitè regione*, id est longinquâ. Plautus:

*Ex Arabia penitissimâ.*

241. *Sirius.* ] Stella in ore Caniculæ, quæ æstus duplicare olim credita est.

242. *Bruma.* ] Est dies anni brevissimus; hic ponitur pro frigore.

*Rhipæo.* ] Thracio, nam Rhiphæi montes sunt in Thraciâ, & in iis domum Aquilonis reponunt Poëtæ. Alii legunt Rhipzo, *ῥίππος* à *vi statuum*.

*Aquilone.* ] Ventus qui fiat à Septentrione.

*Retardat.* ] Nec æstas, nec hyems, nec venti impediunt avarum Rufinum, quominus vel mediâ hyeme properet, quodcunque lucrum vocat.

243. *Curæ avidæ.* ] Cupiditas pecuniarum & sanguinis ac cædis, quod facilius pecunia raperetur.

244. *Ne perderet ullum.* ] Scelus, quasi scelera & cædes in lucro ponerentur à Rufino.

245. *Augusto miserante.* ] Arcadio Imperatore; nam post Cæsarem Octavianum Augustum, cæteri Imperatores Augusti dicti sunt.

246. *Non ætate labat.* ] Non dubitat ob ætatem senilem, an parcere debeat?

Ante

Ante patrum vultus strictâ cecidere securi.  
 Ibat grandævus nato moriente superstes  
 Post trabeas exul. quis prodere tanta relatu  
 250 Funera, quis cædes possit deslere nefandas?  
 Quid tale immanes umquam gessisse feruntur  
 Vel Sinis Isthmiacâ pinu, vel rupe profundâ  
 Sciron, vel Phalaris tauro, vel carcere Sulla?  
 O mites Diomedis equi: Busiridis aræ  
 255 Clementes. jam Cinna pius, jam Spartace lenis

## INTERPRETATIO.

*abscissa sunt bipennis distractâ, coram oculis parentum. Senex remanens, filio occiso, progrediebatur in exilium post consulatum suum. Ecquis valeat narrare mortes tam miserabiles dictu? Ecquis valeat lugere strages impias? An tortores crudeles dicuntur aliquando fecisse aliquid simile, aut Sinis cum arbore in Isthmo Corinthio, aut Sciron ex saxo alto, aut Phalaris cum bove, aut Sylla cum ergastulis? O equi Diomedis mansueti! ô altaria Busiridis mitia! Nunc Cinna est religiosus, nunc tu ô Spartace, comparaturus*

## ANNOTATIONES.

247. *Ante patrum vultus.* ] Patrum vultus filiorum sanguine fœdare, erat ultimæ inhumanitatis: Sic Priamus Pyrrhum detestatur, apud Virgilium:

*Dii debita reddant*

*Pramia, qui natorum me cernere lethum*

*Fecisti, & patrios fœdasti sanguine vultus.*

248. *Nato moriente superstes.* ] Sceleratissimum habebatur, filium trucidare, vivente patre; nam sic filius rapiebatur, in contumeliam factorum, turbato ordine mortalitatis.

249. *Post trabeas.* ] Post consulatum; signum pro re signatâ: nam trabea primò fuit Regum, & Augurum; at fuit & Consulum, imò & equitum.

252. *Sinis vel Scinis.* ] Latro in Isthmo Corinthiaco habitans, qui arborum ramos vi magnâ curvabat; usque curvatis hominum captorum brachia, & pedes alligabat, ut iisdem ramis sursum nitentibus atque redeuntibus, alligati homines crudelissimè discerperentur: ipse supplicio quod invenerat, à Theseo & cruciatus & sublatu est.

*Pinu.* ] Pro qualibet arbore.

253. *Sciron.* ] Latro qui proximis Megaræ scopulis insidens, raptos viatores præcipites agebat; ipse à Theseo præceps

actus est, & ejus ossa in mare jacta, in saxa versa esse dicuntur à Poëtis. Id quod fictum est ob importunam latronis hujusce duritiem.

*Phalaris.* ] Agrigentinarum in Sicilia tyrannus, qui taurum habuit æreum, in quem immissi damnati, igneque subjecto, bovis mugitum edere videbantur. Ipse Phalaris aut saxo obrutus est, aut, æreo tauro inclusus, instar Perilli artificis, *Docuit suum mugire juvencum.* Claudianus.

*Sulla.* ] Crudelissimus Romanorum civis, qui proscriptionibus & cædibus Romam infestavit, & eorum etiam, quos occiderat, filios eiecit.

254. *Diomedis equi.* ] Diomedes Rex Thraciæ, equos carne humanâ alebat, sed ab Hercule victus, & iisdem equis traditus est devorandus.

*Busiris.* ] Egyptiorum tyrannus, qui hospites Jovi immolabat.

255. *Cinna.* ] Civis Romæ immanissimus, qui Romam proscriptionibus & cædibus etiam implevit.

*Spartace.* ] Spartacus gladiator Thracius, qui effracto Lentuli ludo cum septuaginta gladiatoribus Capuâ erupit, & Campaniam populans, falces rapiens, ferro flammæque cuncta vastavit: à Crasso victus est; obiit tamen fortiter dimicans.

F

Rufino collatus eris. deiecerat amens  
Occultis odiis terror, tacitique sepultos  
Suspirant gemitus, indignarique verentur.

At non magnanimi virtus Stilichonis eodem

260 Fracta metu : medio solus sed turbine rerum  
Contra lethiferos rictus, contraque rapacem  
Movit tela feram, , volucris non præpete cursu  
Vectus equi, non Pagaseis adjutus habenis.

Hic cunctis optata quies, hic sola pericli

265 Turris erat, clypeusque truncem porrectus in hostem,  
Hic profugis sedes, adversaque signa furori,  
Servandis hic castra bonis : hucusque minatus  
Hætebat, retrorque fugâ cedebat inerti,

#### INTERPRETATIO.

Rufino, eris clemens. Timor insanus conficitaverat homines ob secreta odia: & silentes suffocant suspiria oppressa, ac metuunt irasci. Verùm fortitudo Stilichonis generosi haud dejecta est timore simili: at ille unus in ipsâ calamitate Reip. cepit arma adversus hiatus mortiferos, & adversus belluam avidissimam, non invidius celeri fugâ equi alati, non subla-

tus frans Pegasi. Hic Stilichon erat omnibus requies expetita; hic erat praesidium unicum contra discrimina, & tutela parata contra inimicum crudelem. Hic erat perfugium exulibus; hic erat ceu vexillum oppositum rabiei: hic erat ceu vallum probris tutandis. Rufinus intentans minas hucusque coerceratur, & refugiebat retrorsum effugio ignavo.

#### ANNOTATIONES.

256. *Amens terror.* ] Qui turbat homines, & reddit velut mente captos, & amantes.

257. *Occultis odiis.* ] Timebant homines versutiam belluæ, occultissimè odia sua gerentis.

*Tacitque sepultos suspirant gemitus.* ] Suspirant suos gemitus esse sepultos atque oppressos; seu suspirant dolentque vehementer, quod sibi non liceat gemere atque suspirare.

258. *Indignarique verentur.* ] Metuant, ne videantur irasci. Alii legunt, *indignari*; secum indignati in pectore verentur, ne quis sit intus cogitationum declator.

259. *At non magnanimi.* ] Rufini timor invaserat omnes, præter unum Stilichonem. Hic ad altissimos honores ascendit, adeo ut Imperatoris Honorii socer extiterit, & Rector Occidentis: sed tandem Honorii ab Olympio Stilicho-

nis inimico impulsu iussu obtruncatus est. 260. *Turbine rerum.* ] calamitate publicâ, quæ velut turba tot miseros quatiebat.

261. *Rictus.* ] Quasi contra guttur immane belluæ, quæ omnium bona rapiebat.

262. *Pagaseis habenis.* ] Cursu Pegasi, equi aligeri, qui natus est ex sanguine Medusæ, dicitur, δῶκε τῷ πῶγι, à fonte, quod natus sit prope fontem; vel quod ungulâ fontem Castalium Musis sacrum fuderit.

264. *Optata quies.* ] Stilichon omnibus pariebat quietem, & velut turris ac clypeus erat, velut perfugium, asylum. vexillum contra improbos.

267. *Hucusque minatus hætebat.* ] Rufini minæ & terror latè pervadebant, sed cùm ad Stilichonem pervenerunt; hætebant, velut contra propugnaculum ineluctabile.

- Haud secus hyberno tumidus cùm vortice torrens  
 270 Saxa rotat volvitque nemus, pontesque revellit,  
 Frangitur objectu scopuli, quarensque meatum  
 Spumat, & illisâ montem circumtonat undâ.  
 Quâ dignum te laude feram, qui penè ruenti,  
 Lapsurôque tuos humeros objeceris orbi?  
 275 Te nobis trepidæ ceu fidus dulce carinæ  
 Ostendere Dei, geminis quæ lassâ procellis  
 Tunditur, & victo trahitur jam cæca magistro.  
 Inachus rubro perhibetur in æquore Perseus  
 Neptuni domuisse pecus; sed tutior alis.  
 280 Te non penna vehit. rigidâ cum Gorgone Perseus:  
 Tu non vipereæ defensus crine Medusæ.

## INTERPRETATIO.

Non aliter torrens, dum turgens pluviam hyemali, volvit lapides, & trahit sylvam, & avellit pontes; rumpitur opposita rupis, & vestigans transitum spumescit; & mugit circum collem aquâ refractâ. Quo encomio extollam te merentem, ô Stilicho, qui opposueris tuam potestatem mundo ferè cadenti, & casuro. Superi miserunt te nobis: tantumquam astrum propitium navî timenti, qua fatigata verberatur tempestatibus duabus, & jam dubia rapitur, gubernatore superato. Perseum Inachus dicitur superasse monstra Neptuni in mari rubro, sed adjutus pennis: ala haud ferunt te, ô Stilicho, Perseus vicit. cum capite rigenti Gorgonis: tu haud munitus capillis anguiferis Medusæ.

## ANNOTATIONES.

269. *Vortice.*] Vortex est velut turbo rapidissimus aquarum præcipitantium.  
*Torrens.*] Est fluvius temporarius, natus ex subitis imbris.  
 272. *Circumtonat.*] Mugit, ut tonitru.  
 274. *Lapsurôque tuos humeros.*] Imperium caducum erat, & certè lapsurum, nisi tuos humeros, seu tuam potestatem subjecisses: alludit ad Atlantem, cœlum sustentantem humeris, quos si subtraheret, cœlum rucere diceretur.  
 275. *Sidus dulce.*] Castoris & Pollucis, quod navigantibus propitium est.  
 276. *Ostendere.*] subito obtulere Superi, quod orbi necessarium esse videretur.  
*Geminis lassâ procellis.*] Venti & undarum agitationibus fatigata navis: alii legunt, *lapsa*, id est, labans, in exitum ruens.  
 277. *Cæca.*] Obscura, non videnda, fere aquis sepulta.  
 278. *Inachus.*] Perseus filius Jovis & Danaës: quæ Danaë erat filia Acrisi originem ducens ex Inacho, qui primus Argivorum Rex fuisse dicitur.  
*Rubro æquore.*] Æthiopico mari, rubro ob repercussum radiorum solis.  
 279. *Neptuni pecus.*] Monstra marinæ, quorum pastor erat Proteus, Horatius, *Omne cum Proteus pecus agit alios Visere montes.*  
*Tutior alis.*] Perseus à Mercurio scutum enses, & talaria obtinuerat, & ideo aliger, seu alis defensus volabat per aërem.  
 280. *Rigidâ cum Gorgone.*] Perseus habebat caput Medusæ à se victæ, quæ erat una ex Gorgonibus, & cujus caput vertebat in saxa spectatores: unde *rigidâ Gorgone*, cujus aspectu homines saxorum instar obrigescerent.  
 281. *Vipereæ crine Medusæ.*] Medusa in templo Minervæ cum Neptuno concubuit; unde Dea indignata, aureos ejus crines convertit in serpentes.



Illum vilis amor suspensæ virginis egit;  
Te Romana salus. taceat superata vetustas:  
Herculeos conferre tuis jam desinat actus.

- 285 Una Cleonæum pascebat sylva leonem.  
Arcadiæ saltum vastabat dentibus unum  
Sævus aper: tuque ô compressâ matre rebellis  
Non ultra Libyæ fines, Antæ, nocebas:  
Solâque fulmîneo resonabat Creta juvenco,  
290 Lernæamque virens obsederat Hydra paludem.  
Hoc monstrum non una palus, non una tremebat  
Insula: sed Latîa quidquid ditione subactum  
Vivit, & à primis Ganges horrebat Iberis.

## INTERPRETATIO.

*Amor abjectus puella captiva impulsit illum: conservatio Romæ impulsit te. Antiquitas victa sileat: nunc cesset comparare facta Herculis factis tuis. Unus lucus nutrebat Leonem Cleonæum: aper crudelis vexabat dentibus sylvam unam Arcadiæ. Et tu, ô Antæ intractabilis, complectens terram parentem haud incommodabas* trans regionem Libya. Creta unica remungebat bove ignifero, & serpens caruleus occupaverat solum lacum Lerna. Haud lacus unus timebat hoc portentum. Ruffinum, haud una insula: at quicquid superatum imperio Romano vivit, & Oriens ab ultimâ Hispaniâ abhorrebat hoc.

## ANNOTATIONES.

282. *Vilis amor.* ] Abjectus, & Heroë non satis dignus.

*Suspensa virginis.* ] Pendentis ex altâ rupe Andromedes: hæc fuit Cephei Æthiopum Regis, & Cassiopes filia, ob matris sc Nereidas formâ superare gloriantis superbiam, à Nymphis saxo alligata, ceto marino monstro exposita, & à Perseo ceti interfessore liberata.

284. *Herculeos actus.* ] Facta Herculis, qui filius fuit Jovis & Alcmenæ, quique orbem monstis purgavit.

285. *Cleonæum.* ] Cleonæ urbs est inter Argos & Corinthum; prope quam sylva erat, in quâ Hercules confecit portentosum Leonem, inde dictum Cleonæum.

286. *Arcadia.* ] Arcadia est regio Græciæ in Peloponneso, sic dicta ab Arcade filio Calistûs.

*Dentibus.* ] Fulmineis.

287. *Aper.* ] Dictus Erymantheus, ab Erimantho Arcadiæ monte, in quo stabulabat.

288. *Libya.* ] Regio est Africæ ad mare Mediterraneum, in quâ erat Antæus.

*Antæ.* ] Antæus fuit Gigas terræ filius, qui quoties complecti poterat terram matrem, exurgebat viribus duplicatus: id, colluctans Hercules tandem animadvertit, ideòque altè eum extulit, & in aère suffocavit.

289. *Creta.* ] Insula maris Mediterranei celeberrima.

*Juvenco.* ] Bovis fulminei, hoc est flammæ vomentis, mugitu Creta resonabat.

290. *Lernæum.* ] A Lernâ quæ est lacus in agro Argivo, Hydrâ notissimus.

*Virens Hydra.* ] Nigra, cærulea bellua, quæ habebat capita quinquaginta, quorum unum si quis amputaret: duo pululabant. Hercules prout unum amputabat, ignem admovebat, & sic omnia capita sustulit.

291. *A primis Iberis.* ] Ab ultimâ Hispaniâ, vel à principio Hispaniæ versus Oceanum, hoc est à primo Occidente.

*Ganges.* ] Oriens qui designatur à Poëtis per fluvium illum, quod versus Indicæ regiones, quas alluit, soloriatur.

Hoc neque Geryones triplex, nec turbidus Orci  
 295 Janitor æquabunt, nec si concurrat in unum  
 Vis Hydræ, Scyllæque fames, & flamma Chimæræ.  
 Certamen sublime diu, sed moribus impar  
 Virtutum, scelerumque fuit. jugulare minatur:  
 Tu prohibes. direm spoliat: tu reddis egenti.  
 300 Eruit: instauras. accendit prælia: vincis.  
 Ac velut infecto morbus crudeſcere cælo  
 Incipiens primos pecudum depascitur artus;  
 Mox populos urbésque rapit, ventisque perustis  
 Corruptos Stygiam pestem defudat in amnes:  
 305 Sic avidus prædo jam non per singula sævit;  
 Sed sceptris inferre minas, omnisque perempto  
 Milite, Romanas ardet prosternere vires.

## INTERPRETATIO.

Non Geryon tergeminus, neque custos Inferorum furiosus æquabunt hoc monstrum, neque furor Hydra, ac rabies Scylla, & ignes Chimæra, si coeant simul. Pugna inter te & Rufinum, fuit longum suspensa, at dissimilis inæqualitate virtutum ac vitiorum. Ille minatur se occisurum homines, tu impedis: exiit locupletis, tu restituis pauperi: evertit, readificat: inflammat certamina, tu superas. Quemadmodum pestis inchoans ingruere, aëre corrupto, corripit primo membra animalium, & post statim invadit homines & oppida, & ardentibus ventis, velut sudando diffundit pestilentiam infernam in fluvios infectos: ita ardens latro Rufinus furit nunc haud in privatis res, at flagrat intentare minas imperiis, & militibus cunctis occisis, destruere potentiam Romanam,

## ANNOTATIONES.

294. *Geryones.*] Vel Geryon, habere dicebatur triplex corpus. Unde Virgilius: *Et forma tricorporis umbra.*  
*Orci Janitor.*] Cerberus Janitor Inferorum, Orcus dicitur, ὄρεος τὸ ὄρεον, à jurejurando, quod sacratissimum erat, si dii jurarent paludem Stygiam.  
 296. *Scylla.*] Hæc fuit filia Phorci, in fonte à Circe zelotypâ infecto se lavans, vidit inferiores corporis partes versas in canes; hinc pudibunda se in mare præcipitans, mutata est in saxum, quod nautas absorbet, inter Siciliam & Italiam.  
*Chimæra.*] Monstrum, prima Leo. postrema Draco, media ipsa Chimæra. Mons nempe est Lyciæ, ignem evomens, cujus culmen leones habitant, medium capræ, radicem serpentes.  
 297. *Certamen sublime diu.*] Pugna inter Stilichonem & Rufinum diu fuit sublimis, & velut in alto ac suspensio posita, tenensque omnium animos sublimes atque erectos, quasi avidè expectantes eventum certaminis.  
*Sed moribus impar.*] Pugna fuit dissimilis, moribus inæqualibus, seu inæqualitate virtutum Stilichonis, ac vitiorum Rufini.  
 302. *Primos pecudum depascitur artus.*] Forſan, quia pecudes ad pastum abjectæ citius pernicioso terræ halitu afflantur.  
 303. *Ventis perustis.*] Austris nimis æstuantibus, & ideo lethiferis.  
 304. *Pestem Stygiam.*] Tanta est tamque lethalis illa pestilentia, ut ex Styge fluvio Inferorum orta esse credi possit, σὺ δὲ, ὄρεος τὸ στυγιῶν, odisse, quasi sic fluvius odii.

Jam gentes Istrumque movet, Scythiamque recepat  
 Auxilio, traditque suas hostilibus armis  
 310 Reliquias. mistis descendit Sarmata Dacis,  
 Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax  
 Massagetes, caesamque bibens Maotida Alanus;  
 Membraque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus,  
 Rufino collecta manus. verat ille domari,  
 315 Innectitque moras, & congrua tempora differt.  
 Nam tua cum Geticas stravisset dextra catervas;  
 Ultra Ducis socii lethum, parsque una maneret  
 Debilior, facilisque capi: tunc impius ille  
 Proditor imperii conjuratusque Getarum  
 320 Distulit instantes eluso principe pugnas,

## INTERPRETATIO.

*Jam concitat exteros, & accolae Danubii, & recipit Scythiam in praesidium, & exponeit reliquias crudelitatis sua telis inimicis: Sarmata descendit cum Dacis junctis, & Massagetes animosus, qui gaudet equos suos ad bibendum, & Alanus potans Maotida fractam, ac Geloni, qui gestiunt ferro notare faciem suam; haec caterva sunt convocata à* *Rufino: ille Stilicho prohibet has vinci, & implicat moras, ac procrastinat in tempus conveniens. Etenim cum manus tua vindicans mortem ductoris amici, superavisset exercitum Geticum, & una pars esset infirmior, & facilis expugnata, tunc ille proditor Reip. Rufinus sceleratus, & conspirans cum Getis, Imperatore decepto, procrastinavit praelia independentia.*

## ANNOTATIONES.

308. *Gentes.* ] Exteras, sacris Romanis non initiatas: hoc autem dicit Poëta, quod Rhadagaisus cum ducentis Scythiarum & Gothorum millibus in Italiam à Rufino excitus fuerit: hic à Stilichone captus est, ejusque exercitus deletus.

*Istrum.* ] Populos qui accolunt Istrum, seu Danubium fluvium Europæ maximum.

*Scythiam.* ] Vastissima est hæc regio, partim in Europâ, partim in Asiâ.

310. *Reliquias suas.* ] Reliquias suæ crudelitatis, hoc est Romanos, qui ejus scelerum evaserant.

*Descendit Sarmata.* ] Sarmatae, & Daci sunt populi Septentrionales, qui regiones montanas habitant, & ideo dicuntur descendere: quid quid ea quæ vergunt ad Septentrionem dicuntur altiora.

312. *Massagetes.* ] Massagetae sunt populi Scythiarum Asiaticæ, ultra mare Caspium: hi sanguinem equinum lacte mixtum bibere solent.

*Maotida.* ] Paludem, quæ est supra Pontum-Euxinum.

*Alanus.* ] Alani sunt populi accolæ paludis Maotidis, qui aquas hujus paludis glacie concretas cædunt, franguntque, fractisque bibunt.

313. *Gelonus.* ] Geloni Scythiarum populi, qui faciem pingebant, & notis seu stigmatibus ferro inuistis deformabant, ut terribiliores in prælio viderentur.

316. *Geticas.* ] Getæ sunt populi in Scythiâ Europæ: horum opes victoriâ Stilichonis attritæ sunt; ideoque una illa pars erat debilior, & non difficili negotio poterat penitus deleri, vel uno certamine; sed proditor Rufinus, eluso Imperatore Arcadio, distulit prælium consulto, ut possent Hunni se jungere Getis, eosque clade afflictos recreare.

317. *Ducis.* ] Dux erat Promotus, Stilichonis amicus, qui impactum sibi à Rufino colaphum modis omnibus ulcisci tentabat.

# IN RUF. CARMEN III.

R

Hunnorum laturus opem : quos affore bello  
Norat, & invisis mox se conjungere castris.

Est genus extremos Scythiæ vergentis in ortus  
Trans gelidum Tanaiin : quo non famosus ullum  
315 Arctos alit. turpes habitus, obscenâque visu  
Corpora; mens duro numquam cessura labori.  
Præda cibus, vitanda Ceres; frontemque secari  
Ludus, & occisos pulcrum jurare parentes,  
Nec plus nubigenas duplex natura biformes  
330 Cognatis aptavit equis. acerrima nullo  
Ordine mobilitas, insperatâque recursus.

## INTERPRETATIO.

adjuncturus auxilia Hunnorum, quos faciebat venturos ad pugnam. & statim sese juncturos cateris inimicis. Hunni sunt natio Scythia tendentis in tractus ultimos Orientis ultra Tanaiin frigidum: quâ natione haud ullam nutrit Ursa crudeliorum: facies hujus sunt sæda, & corpora turpia aspectu: animus nunquam frangendus labore gravi. Alimentum ex rapinâ: panis fugiendus est, & voluptas est os lacerari, & gloriosum est jurare per patres interfectos. Neque natura gemina magis accommodavit Centauros bimembres equis similibus: celeritas promptissima est huic nationi, & reditus inexpectati.

## ANNOTATIONES.

311. *Hunnorum laturus opem.* ] Cùm Rufinus oppressus est, proximi erant Hunni, & credebantur ab eo acciti.
312. *Invisis castris.* ] Cateris Getarum, inimicis Imperio Romano.
313. *Est genus.* ] Hunni scilicet ultra paludem Mæotidem habitantes.
- Tanaiin.* ] Hic est fluvius Scythiæ, extremus Asiæ & Europæ terminus, vulgo *Don*: se exonerat in paludem Mæotidem.
- Scythia.* ] Ex Scythiâ veniunt Gothi, Alani, Heruli, Gepidi, Hunni, Gothuni, Cayci, qui Imperium Romanum sæpè afflixerunt.
314. *Famosus.* ] Genus deformius, & magis infamatum suâ crudelitate.
315. *Arctos.* ] Ursa signum cœleste, sumitur pro Septentrione.
- Turpes habitus.* ] Facies notis seu stigmatibus ignota ad horrorem. Mos ille notus Barbaris, invisus Romanis, qui notis sædabant tantum calumniatores, delatores, servos.
317. *Præda cibus.* ] Vivebant rapto.
- Vitanda Cere.* ] Hæc Dea frugum est, ponitur pro pane, à quo abstinerebant, herbarum radicibus, & semicrudâ carne vescentes.
- Frontem secari.* ] Frontem notis & stigmatibus inurere. Alii legunt *fratresque necare*.
318. *Occisos parentes.* ] Quos ipsi occiderant; id quod faciebant Scythiæ, ut testis Plutarchus in oratione de fortunâ Alexandri, qui eos dedecuit tam ferinam crudelitatem.
- Jurare parentes.* ] Jurare per defunctorum umbras familiare antiquis. Mos manavit ex Spartanis.
319. *Nec plus.* ] Non magis Centauri equis juncti erant, quam Hunni assuetudine equitandi.
- Nubigenas.* ] Centauros natos ex Ixione, & nube suppositâ à Jove.
- Biformes.* ] Formam enim partim hominum, partim equorum habere Centauri dicebantur.
330. *Acerrima.* ] Hunnis tam prompta erat celeritas, etiam sine ordine, ut in pugna cùm fugisse crederes, statim præter opinionem redirent.

- Quos tamen impavidus contra spumantis ad Hebri  
Tendis aquas, sic ante tubas ferrumque precatus :  
Mavors , nubifero seu tu procumbis in Æmo ,  
335 Seu te cana gelu Rhodope , seu remige Medo  
Sollicitatus Athos , seu caligantia nigris  
Illicibus Pangæa tenent , accingere mecum  
Et Thracas defende tuos : si lætior adsit  
Gloria , vestitâ spoliis donabere quercu.  
340 Audiit illa pater , scopulisque nivalibus Æmi  
Surgit , & hortatur celeres clamore ministros.  
Fer galeam , Bellona , mihi , nexûsque rotarum  
Tende , Pavor : fræna rapidos Formido jugales.  
Festinas urgete manus. meus ecce paratur  
345 Ad bellum Stilicho , qui me de more tropæis

## INTERPRETATIO.

*Adversus quos Hunnos nihilominus progrediris , ð Stilicho , intrepidus , prope undas Hebri spumosi , ita orans Deum ante clangorem , & pugnam : ð Mars , sive tu habitas in Hæmo alto , sive Rhodope alba nive possidet te , sive Athos vexatus à Medis remigantibus , sive Pangæa obscurata quercubus opacis habent te , para te mecum , & tutare Thraces tuos . si successus gloriosus veniat , disaberis quercu ornata exuviiis . Pater Mars exaudivit has preces , & exsurgit ex rupibus gelidis Hæmi atque excitat voce satellites suos veloces : sic loquens . ð Bellona . affer mihi cassidem : & tu ô Pavor . accommoda vincula rotarum : tu , ð Formido , inframa equos precipites : move te manus celerrimas . En Stilicho meus accingitur ad prælium : qui Stilicho pro consuetudine locupletat me tropæis .*

## ANNOTATIONES.

331. *Hebri.* ] Fluvius est Thraciæ turbidus , & rapidus , ab Hebro Callandri Regis filio novercam fugiente , ibique immerso : olim *Rhombus*.  
333. *Ante tubas.* ] Ante clangorem tubarum ,  
334. *Nubifero.* ] Hæmo Thraciæ monte , ita excelso , ut nubes ferre videatur.  
335. *Rhodope.* ] Mons itidem Thraciæ rectus nivibus.  
*Medo.* ] Medi populi Asiæ , Xerxis imperio subditi.  
336. *Athos.* ] Mons Thraciæ , qui æquatus à Xerxe , & velificatus creditus est ; hoc est perforatus , ut hæc immisso mari classis in Græciam transiret.  
337. *Pangæa.* ] Pangæus mons inter Thraciam & Macedoniam.  
338. *Thrakas.* ] Thracia ferax hominum bellicosorum , & ideo Marti sacra credita est , & dicta *Terra Mavortia* , martis patria.  
339. *Vestitâ spoliis.* ] Intelligit tropæum , quod erigebant post fugam hostium , de cisis quercûs ramis , & exuviis super impositis.  
341. *Clamore ministros.* ] Clamore gaudet Mars , habetque satellites Bellonam , Pavorem , Formidinem.  
342. *Bellona.* ] Hæcauriga , imò aut soror , aut conjux martis fingitur.  
*Nexûsque rotarum tende.* ] Hoc est , nocte vinculis capita extrema axis , & his alliga fræna equorum ; sic enim olim alligabantur.  
343. *Pavor . Formido.* ] Sunt famuli comitèsque martis.  
*Jugales.* ] Equos , qui sub eodem jugo trahunt currum.  
344. *Festinas urgete manus.* ] Urgete & maturate rem manu celeri : hoc est , festinate equos jungere , & aptare , ut Stilichoni ad bella eunti me comitem præbeam.  
345. *Tropæis.* ] *ὄντι τῆς νίκης* , à fugâ hostium ; post quam fugam , *τεο τιμῶν* , tropæum , hoc est spolia suspendebantur in arbore aliqua , & præsertim in quercu Ditat,

Ditat, & hostiles suspendit in arbore cristas.  
 Communes semper litui, communia nobis  
 Signa canunt, junctoque sequor tentoria curru.  
 Sic fatus campo insiliit, lateque fugatas  
 350 Hinc Stilicho turmas, illinc Gradivus agebant,  
 Et clypeis & mole pares. stat cassis utrique  
 Sidereis hirsuta jubis, loricæque cursu  
 Æstuat, & largo satiatur vulnere cornus.  
 Acrior interea voto, multoque Megæra  
 355 Luxuriata malo, mœstâ deprendit in arce  
 Justitiam, diroque prior sic ore laceffit.  
 En tibi prisca quies, revocatæque secula rursus,  
 Ut rebare, vigent. en nostra potentia cessit,  
 Nec locus est usquam Furiis. huc lumina flecte.

## INTERPRETATIO.

atque attollit in quercu galeas inimicas. Tuba eadem perpetuo, dant nobis eadem signa pugnae, & curru conjuncto comitor tabernaculum ipsius, Mars ita locutus exiit in arenam, & hinc Stilicho premebat cohortes expulsa longè, illinc Mars premebat, ambo similes & scutis & magnitudine. Uterque habet galeam horrentem cristis ardentibus, & thorax fervet agitatione, & hasta sa-

turatur multis plagis. Interim Megæra violentior desiderio succedente, & lasciviens ob multas calamitates, invenit in Aulâ Astræam tristem, & prima ita provocat hanc voce crudeli. Ecce florent tibi otia antiqua, & atas aurea renouata iterum, sicut credebatur; ecce potestas nostra abiit; nec locus unquam remanet Furiis. Verte oculos huc.

## ANNOTATIONES.

346. *Cristas.* ] Galeas cristatas; sed hic designantur quæcunque spolia.

348. *Signa canunt.* ] Dant signa ad pugnam suscipiendam: & id designat Stilichoni Martem semper hæsisse comitem; idèque non interruptum fuisse ipsius victoriarum cursum.

349. *Campo insiliit.* ] Mars in campum insiliit, in arenam, in æquor.

351. *Mole.* ] Magnitudine pares Mars & Stilicho, quasi hic habeat aliquid divinitatis. Deos antiqui humanâ specie majores exhibebant; ita & viros principes aliis proceriores, ob sapientiam & virtutem.

*Stat cassis.* ] Galea stat, hæretque, quasi ipsa minitans: *hirsuta*, nam antiqui galeas pellibus hirsutis ad terrorem armabant.

352. *Sidereis.* ] Cristis ardentibus, instar sideris.

*Cursu æstuat.* ] Fervet ob agitationem cursus.

353. *Satiatur sanguine cornus.* ] Hasta facta ex corno arbore satiatur, quasi ipsa hasta avidè sanguinem sitiret. Esayas, cap. 34. *Gladius Domini repletus est sanguine.*

354. *Acrior interea.* ] Megæra facta insolentior ac violentior, quod quæ optaverat de Rufini improbitate succederent, & lasciviens ac triumphans ob scelera, quæ ille patrabat.

355. *Arce.* ] In Aulâ Imperatoriâ: vel in arce virtutum; ut sapientia in earundem virtutum arce esse dicitur. *Platonis ingenium in arce*, quia eminet.

357. *Secula.* ] Aurea scilicet, & Poëta per ipsius Furis os blanditur suis Principibus, dum eorum ætati adscribit seculum aureum.

- 360 Adspice barbaricis jaceant, quot mœnia flammis,  
 Quas mihi Rufinus strages, quantumque cruoris  
 Præbeat, & quantis epulentur cædibus hydri.  
 Linque homines, fortemque meam: pete sidera: notis  
 Autumni te redde plagis, quâ vergit in Austrum  
 365 Signifer. æstivo sedes vicina Leoni  
 Jam pridem, geminæque vacant confinia Libræ,  
 Atque utinam per magna sequi convexa liceret.  
 Diva refert; Non ulterius bacchabere demens,  
 Jam pœnas tuus iste dabit: jam debitus ultor  
 370 Imminet, & terras qui nunc, ipsūque fatigat  
 Æthera; neq; vili moriens condetur arenâ.

## INTERPRETATIO.

*Vide quot urbes prostrata sint ignibus Barbarorum, quantas cades Rufinus edat mihi. & quantum det sanguinis, & quantâ strage serpentes mei pascantur! Desere homines, & meam hereditatem: ascende cælum: refer te tractibus cognitis Autumni, quâ parte Zodiacus inclinât versus meridiem: domicilium finitimum Leoni æstifero venum est dudum, sicut & termini Libræ duplicis. Et utinam permitteretur mihi persequi te per cælum supremum. Dea Justitia respondet: ô insana Megæra, haud savies amplius. Mox iste tuus Rufinus afficietur supplicio: jam vindex justus adest, & iste qui nunc vexat terram & cælum ipsū, non sepelietur mortuus etiam in pulvere abjecto.*

## ANNOTATIONES,

360. *Barbaricis.* ] Irruptionibus Hunnorum barbarorum, quos Rufinus exciverat.  
 362. *Hydri.* ] Serpentes, qui pro crinibus ex Megæra capite pendent.  
 363. *Sortem.* ] Terram quæ mihi sorte obigit.  
*Notis Autumni te redde plagis.* ] O Justitia repete tractus Autumni tibi cognitos. Virgo quæ est inter duodecim signa Zodiaci, creditur à nonnullis esse Justitiæ seu Astrææ, & ideo esse inter Leonem & Libram, quia ad benè judicandum opus est fortitudine, quæ per Leonem; & æquitate, quæ per Libram designatur. Autumni autem, quia Virgo, ut potè ultima signorum Æstivorum, ad Autumnum vergit.  
 364. *Quâ vergit in Austrum signifer.* ] Quâ Zodiacus propendet versus Austrum, Meridianum ventum, hoc est versus partem Meridianam.  
 366. *Gemina libra.* ] Habentis duas lances à stateræ jugo æqualiter dependentes. Libra fortè dicitur, quia Sol in eâ existens facit dies æquales. Alii legunt, *gelida*, quia tum aër incipit frigesce-  
 367. *Convexa.* ] Cœli convexitatem, seu curvationem.  
 368. *Bacchabere.* ] Savies instar Bacchantum.  
 369. *Iste tuus.* ] Rufinus per contemptum.  
*Debitus ultor.* ] Debitus ac destinatus fato vindex criminum Rufini.  
 371. *Æthera.* ] Æther est superior pars aëris, ἀὴρ τὸ ἀγνόν, ardere, quodd à nonnullis ignis ibi reponatur. Hic sumitur pro cœlo.  
*Nec moriens condetur.* ] Jacebit infestus, quod ultima infelicitas esse credebatur, nec etiam vili tegetur pulvere. Virgil.  
*Nos anima viles inhumata infestâque turba.*

Jámque aderit læto promissus Honorius ævo.  
 Nec forti genitore minor, nec fratre corusco:  
 Qui subigat Medos, qui cuspide proterat Indos.  
 375 Sub juga venturi reges. calcabitur asper  
 Phasis equo, pontémque pari cogetur Araxes.  
 Túque simul gravibus ferri religata catenis  
 Expellère die, debellatásque draconum  
 Tonfa jubas imo Barathri condère recessu.  
 380 Tum tellus communis erit: tum limite nullo  
 Discernetur ager: nec vomere sulcus adunco  
 Findetur. subitis messor gaudebit aristis.  
 Rorabunt querceta favis: stagnantia passim  
 Vina fluent, oleíque lacus: nec murice tinctis

## INTERPRETATIO.

*Mox Honorius promissus seculo huic fortunato venit: Honorius haud inferior patre generoso Theodosio, neque Arcadio fratre illustri: qui Honorius vincat Medos, qui elidat hastâ Indos, Reges in servitutem redigendi sunt. Phasis glaciatus proculcabitur equo ejus, & Araxes adigetur perferre pontem. Et tu, ô Megara revincta vinclis rigidis ferri una ejicies ex terra lucidâ: & habens rasos crines serpentum edomitorum, detruideris in latebras profundas Tartari. Tunc terra erit communis, tunc campi nullis dividuntur terminis: neque ager frangetur aratro curvo: agricola labitur spicis subito nascentibus, Querceta stillabunt melle: vina exundantia fundentur undique, & lacus olei: neque splendor*

## ANNOTATIONES.

372. *Jámque aderit.* ] Quasi divinitus immisus ad liberandos homines à tali portento.

373. *Corusco.* ] Glorioso fratre Arcadio, illustri, & micante instar sideris.

374. *Medos.* ] Hi populi sunt in Asiâ, alias potentissimi.

*Indos.* ] Populos Orientis.

376. *Phasis asper.* ] Glacie concretus fluvius: ex Armeniâ nascitur, alluit Colchidem, Euxinum petit: ab hoc dicuntur Phasiani.

*Araxes.* ] Fluvius rapidus Armeniæ: hodie illa pars quam alluit, dicitur *Perfis* & *Parthia*.

377. *Religata catenis.* ] Alludit ad pacem, quam Theodosius ante obitum composuit, & quâ vigente velut vincta remansit Megara. Sic Virgilius:

*Furor impius intus  
 Sæva sedens super arma, & centum  
 vinculus ahenis*

*Post tergum nodis, &c.*

378. *Expellère die.* ] Expellère, ex orbe lucido, ex locis, ubi dies est.

379. *Tonfa.* ] Victarum gentium imagines tonfæ in triumpho ducebantur: & rasura criminum poena civilis fuit. Quos olim Principes opprobrii causâ rasi, & in monasterium detrusi?

*Barathri.* ] Barathrum, locus Athenis profundus, & cænosus, in quem noxi præcipites agebantur; & inde sumitur pro Inferis seu Tartaro, in quem detruduntur improbi: *Βάραθρον* apud Græcos est *fossa profunda*.

380. *Tellus communis erit.* ] Ut erat per seculum aureum, cujus imaginem renovandam esse ait, Imperantibus Arcadio & Honorio.

383. *Querceta.* ] Sylvæ quercubus consistæ. Virgilius:

*Et dura quercus sudabunt roscida mella.*

384. *Murice.* ] Purpura, quæ tingitur sanguine Muricis piscis, vel liquore Muricis floris.



385 Velleribus quæretur honos: sed sponte rubebunt  
 Attonito pastore greges, pontumque per omnem  
 Ridebunt virides gemmis nascentibus algæ.

## I N T E R P R E T A T I O.

*accersetur lanis aspersis purpurâ: sed gre- te, & per totum mare algæ viridantes  
 ges ultro purpuræcent, pastore admiran- } emicabunt, lapillis orientibus.*

## A N N O T A T I O N E S.

385. *Quæretur honor.*] Lana enim pur- *Ridebunt.*] Gratz & jucundæ erunt vi-  
 puræ colore videtur esse honorata. dentibus, quia mixtæ gemmis nascentibus.  
 387. *Algæ.*] Algæ est herba marina.



# CL. CLAUDIANI

## IN RUFINUM.

### LIBER SECUNDUS.

#### ARGUMENTUM PRÆFATIONIS.

**R**UFINO extincto, liber Helicon, Castaliæ aquæ à Barbaris  
impollutæ agnoscunt Stilichonem vindicem, Musæque eum  
inquant ad suos cantus, exemplo Martis, audiendos.

#### PRÆFATIO.

**P**ANDITE defensum reduces Helicōna sorores.  
Pandite, permissis jam licet ire choris,  
Nulla per Aonios hostilis buccina campos  
Carmina mugitu deteriore vetat.  
; Tu quoque securis pulsâ formidine Delphis,  
Floribus ultorem Delie cinge tuum.

#### INTERPRETATIO.

**A**perite ð Musa redeuntes Heliconem; clangore sinistro versus per agros Aonios. Tu  
aperite; cætus nunc possunt ingredi in | etiam ð Apollo, Delphis tutis, timore fugato  
hûc Heliconē. Tuba nulla inimica prohibet | exoritur fertis liberatorem ipsum Stilichonē.

#### ANNOTATIONES.

1. *Defensum Helicōna.* ] Helicon est mons Phocidis in Græciâ, sacer Musis, quæ sunt novem doctæ sorores, filiz Jovis & Mnemosynes seu Memoriz. Defensum autem contra Rufinum, quasi monstrum illud etiam Musis bellum indixerit, cætusque doctorum prohibuerit.
2. *Permissis choris.* ] Nullus est Rufinus qui prohibeat.
3. *Aonios.* ] Aonia, pars est montana Bæotiz, Musis sacra.
4. *Nulla buccina vetat carmina.* ] Hoc est nullum bellum vetat doctos.
5. *Delphis.* ] Urbs hæc est ad radicem Parnassi, Apollinis oraculo celebris.
6. *Ultorem* ] Stilichonem.
7. *Delie.* ] Apollo Delius appellatur à Deo maris Ægæi insulâ, in quâ natus est.

- Nullus Castalios latices, & præscia fati  
 Flumina polluto Barbarus ore bibit.  
 Alpheus latè rubuit, Siculumque per æquor  
 10 Sanguineas belli rettulit unda notas.  
 Agnovitque novos absens Arethusa triumphos,  
 Et Geticam sensit teste cruore necem.  
 Immensis, Stilicho, succedant otia curis,  
 Et nostræ patiens corda remitte lyræ.  
 15 Nec pudeat longos interrupisse labores,  
 Et tenuem Musis constituisse moram.  
 Fertur & indomitus tandem post prælia Mavors  
 Lassa per Odryfias fundere membra nives,  
 Oblitusque sui, positâ clementior hastâ,  
 20 Pieriis aures pacificare modis.

## I N T E R P R E T A T I O.

*Nemo barbarus ore prophano potat liquores Castalios, & aquas inspirantes futura. Alpheus undique tinctus est, & aqua per mare Sicilia ostendit signa sanguinolenta prælii: atque Arethusa remota cognovit victorias recentes, & ex testimonio sanguinis animadvertit cladem Getarum. O Stilicho, quies sequatur labores infinitos, & relaxa animum audiens citharam nostram. Neque erubescas interpellavisse magna opera, & dedisse Camæni tantulum temporis. Etiam Mars invictus dicitur post bella demum prosternere corpus suum fatigatum per glaciem Thracia, & immemor feritatis suæ, mitior lanceâ depositâ demulcere aures cantibus Pieriis.*

## A N N O T A T I O N E S.

7. *Castalios.*] Castalius fons est ad radicem Parnassi, Musis sacer. Dicitur à Castaliâ, quæ Apollinem fugiens, in hunc fontem conversa est.  
*Præscia veri flumina.*] Quæ inspirant fatum, res seu futurorum notitiam: nam *fatidici vates*: Ausonius.  
 9. *Alpheus.*] Fluvius Elidis in Græciâ, sed qui per secretos maris meatus pervenit ad fontem Arethusam in Sicilia. Unde utriusque amores celebrantur à Poëtis.  
 11. *Absens Arethusa.*] Hæc Dea fontis cognominis cognovit absente se, & forsân Alpheum amatorem invisente, relictas esse à Stilichone novas victorias de Getis, in Sicilia, idque iudicavit ex strage & fuso sanguine.  
 14. *Nostra patiens.*] Patiens lyram nostram resonare.  
 18. *Odryfias.*] Odryfæ sunt populi Thraciæ, unde Thracia dicta est Odryfia.  
 20. *Pieriis modis.*] Cantibus Musarum, quæ Pieriæ dicuntur à Pieriâ regione Macedoniæ ipsi sacri.



## A R G U M E N T U M.

**T**HEODOSIO mortuo, Stilichone orbis tutore, Rufinus pergit Orbem vexare, Europam & Asiam vastat per Getas accitos: ipsa Constantinopolis timet: ipse sceleribus & cæde, hostium;

que colloquio gaudet. Orbis implorat opem Stilichonis ; hic cum variis populis pergit ad Orientem. Barbari timent, Rufinus exanimatur, mox criminatur Stilichonem, & ab Arcadio mandata obtinet, quibus dimittat Stilichonem ; hic dolet, queritur de Rufino ; Milites fremunt, querunturque, Rufinum execrantur, vindictam ardentes deovent se Stilichoni, quo tamen recedente, Rufinus exultat, sibi que promittens imperium, parat convivia, sceleratis plaudentibus : hinc somnio delusus largitur aurum. At milites hunc de sceptro, non de periculo cogitantem adoriuntur, capiunt, occidunt, lacerant, caput præfigunt in hastâ, manum avulsam circumferunt. Ipse detruditur ad Inferos suppliciis omnibus à Rhadamantho cruciandus.

## CARMEN V.

**J**AM post edomitas Alpes, defensâque regna  
Hesperiaz, meritâ complexus sede parentem  
Auctior adjecto fulgebat sidere mundus,  
Jamque tuis, Stilicho, Romana potentia curis,

## INTERPRETATIO.

**J**AM post Alpes subactas, & conservatum Imperium Occidentis, cælum honestans loco digno patrem Theodosium, micabat honorabilius, addito astro novo : & jam, ô Stilicho Imperium Romanum,

## ANNOTATIONES.

1. *Alpes.* ] Montes inter Italiam Gallicamque, quos cum Arbogaste Gallo Principe occupaverat Eugenius Grammaticus, qui se pro Imperatore gerebat, & cui sic scripsit S. Ambrosius, *Imperatori Eugenio*. At hic cum suo Arbogaste à Theodosio victus est.

*Regna Hesperia.* ] Quæ sunt versus Occidentem, habitâ ratione Romæ. Hesperus est stella Occidentalis : unde Hesperium dicitur, quod est Occidentale.

2. *Meritâ sede.* ] Ob virtutem, cujus velut gradibus Heroës in cælum ascendant.

*Complexus.* ] Velut filium, cui debetur hæreditas.

3. *Auctior mundus.* ] Cælum magis auctum & honoratum micabat addito novo sidere, Theodosio scilicet : alludit ad Julium Cæsarem, qui post obitum creditus vulgò est in astrum esse mutatus. Addendum est quosdâ Philosophos censuisse Heroum animas è stellis oriundas, ad stellas

redire. Porro hic Theodosium canit apothefi donatum, seu relatum inter superos : qui honos etiam Orthodoxis Imperatoribus delatus est, ut patet ex Nummo, ubi relata Principis effigies cum inscriptione, *Divus Constantinus*, alterâ facie ipse quadrigis in vectus ad cælum videtur exurgere, manum manui cœlesti porrigens. Cæterum ut scias qualis fuerit Theodosius, audi S. Ambrosium de ipso loquentem. *Manet in lumine Theodosius, & Sanctorum cœtibus gloriatur : ibi Gratianum complectitur : Dies diei eructat verbum.* Deinde agens de Maximo & Eugenio ait : *Nox nocti indicat scientiam.*

4. *Stilicho.* ] Decedens Theodosius Rufinum Arcadio Imperatori Orientis tutorem dedit, Stilichonem Honorio Imperatori Occidentis. Claudianus verò uni Stilichoni omnia ait esse commissa, quia noverat hoc eum affectare : & hanc fuisse Theodosii mentem populus credebatur. Imò & Zosimus, & S. Ambrosius id memo-

- 5 Et rerum commissus apex. tibi credita fratrum  
 Utraque majestas, geminæque exercitus aulæ.  
 Rufinus (neque enim patiuntur sæva quietem  
 Crimina, pollutæque negant arefcere fauces)  
 Infandis iterum terras accendere bellis
- 10 Inchoat, & solito pacem vexare tumultu.  
 Hæc etiam secum: Quânam ratione tuebor  
 Spem vitæ fragilem? quâ tot depellere fluctus  
 Arte queam? premo: hinc odiis: hinc milite cingor.  
 Heu quid agam? non arma mihi, non principis ullus
- 15 Auxiliatur amor. matura pericula surgunt  
 Undique, & impositi radiant cervicibus enses.  
 Quid restat, nisi cuncta novo confundere luctu,  
 Infentisque meæ populos miscere ruinæ?  
 Everfo juvat orbe mori. solatia letho
- 20 Exitium commune dabit: nec territus antè

## INTERPRETATIO.

& fastigium mundi traditum est curis tuis. Majestas Fratrum amborum demandata est tibi, & agmina Regia duplicis. Rufinus (etenim scelera atrocia non permittunt requiem, & guttur infestum recusat siccescere) Rufinus incipit rursus orbem inflammare præliis nefariis, & turbare pacem seditionibus consuetis. Quin & Rufinus ait talia verba secum. Quonam modo conservabo spem debilem vitæ meæ? quâ indutria possum avertere tot tempestates?

hinc obruo: invidiâ, inde obsideo à militibus. Ah! quid faciam? non cohortes opitulantur mihi, non ulla benevolentia Imperatoris. Discrimina subita imminent undequaque, & gladii collo minantes fulgent. Quid superest nisi perturbare omnia calamitate luctuosâ, & permiscere gentes innocentes cum exitio meo. Labet perire, Mundo labe factato; perniciem communis omnibus præbebis consolationem morti meæ: neque prius ego metu percussus

## ANNOTATIONES.

rix prodiderunt. Ultimus de Theodosio sic loquitur. Nihil habebat novum, quod conderet, qui filiis totum dederat, nisi ut eos, præfenti commendaret Parenti, id est Stilichoni.

5. Rerum apex. ] Fastigium, seu supremæ dignitates utriusque Imperatoris tibi committuntur sunt.

Fratrum. ] Arcadii & Honorii; & utriusque Aulæ, Constantinopolitanæ in Oriente; & Romanæ in Occidente. Quamquam nonnulli dicunt Arcadium viginti annos natum, non opus habuisse tutore.

8. Arefcere fauces. ] Ut fœva quæ gustat semel sanguinem semper sitit. S. Hieronymus. Semper fauces madescunt cruore, ac proinde recusant arefcere.

10. Tumultu. ] Tumultus dicitur, quasi timor vel tumor multus. Dicitur propriè

de bello Gallico aut Italico.

12. Spem vitæ fragilem. ] Vitæ spem, quæ est exigua, caduca, & fragilis ut vitrum.

Fluctus. ] Mala ingruentia, & fluctuum ac tempestatis instar, obruentia.

13. Odiis. ] Principis, procerum, populi: nec mirum est sic invilum esse hominem avarissimum.

15. Matura pericula. ] Parata cadere, ut pomum nempe maturum subito cadit, ita & pericula subito casura sunt in caput Rufini.

16. Impositi enses. ] Exemplo Damoclis, Districus ensis cui super impiâ.

Cervice pendet, &c. Horatius.

19. Everfo juvat orbe mori. ] Incendium ruinâ restinguere, ut jactabat Catilina apud Sallustium.

Discedam.

- Discedam. cum luce simul linquenda potestas.  
 Hæc fatus, ventis veluti si fræna remittat  
 Æolus, abrupto gentes sic objiceffudit,  
 Laxavitque viam bellis; &, ne qua maneret  
 25 Immunis regio, cladem divisit in urbes,  
 Disposuitque nefas. alii per terga ferocis  
 Danubii solidata ruunt, expertæque remos  
 Frangunt stagna rotis. alii per Caspia claustra,  
 Armeniâsque nives inopino tramite ducti  
 30 Invadunt Orientis opes. jam pascua fumant  
 Cappadocum, volucrumque parens Argæus equorum.  
 Jam ruber altus Halys: nec se defendit iniquo  
 Monte Cilix. Syriæ tractus vastantur amœni:  
 Assuetumque choris, & lætâ plebe canorum  
 35 Proterit imbellem sonipes hostilis Orontem.

## INTERPRETATIO.

obibo: deferenda est potentia una cum  
 vitâ. Locutus hæc verba Rufinus, cum  
 Æolus laxet habonas ventis, ita fractis  
 obsaculis turbavit populos, & aperuit  
 iter praliis: ac ne quis tractus remane-  
 ret expertus belli, partitus est stragem in  
 oppida, & distribuit scelera. Hi irrum-  
 punt per dorsum glaciatum Istri furentis,  
 & rumpunt curribus aquas antè tenta-  
 tas remigiis: illi per aditus Caspios, & per nives Armenia conducti semitâ im-  
 provisâ irruunt in Imperium, Orientis. Jam  
 prata Cappadocia fumant strage, &  
 Argæus pater equorum celerissimorum.  
 Jam Halys profundus rubescit exde: ne-  
 que Cilix tutatur se culmine abrupto:  
 grata regiones Syria diripiuntur, &  
 equus inimicus calcât Orontem inertem,  
 & consuetum choreis, & resonantem  
 populo gaudente.

## ANNOTATIONES.

23. *Æolus.* ] Filius Hippotæ, Deus ven-  
 torum creditus ab antiquis, quod ex fu-  
 mo Strongyles insulæ ventos futuros præ-  
 nosceret; vel quod Astrologiam, & præ-  
 fertim ventorum naturam calleret.  
*Fudit.* ] Confudit, perturbavit.  
 26. *Disposuitque nefas.* ] Constituit ut  
 scelus suum, seu bellum nefarium à se  
 excitatum unâ cum cladibus, à Getis à  
 se accitis spargeretur per provincias, &  
 urbes omnes.  
 27. *Danubii.* ] Seu Istri: fluvius est ma-  
 ximus Europæ: oritur ex vico Vittember-  
 genfi: se exonerat in Pontum-Euxinum.  
 28. *Caspia claustra.* ] Aditus Caspiæ  
 regionis, Caspio mari vicinæ: claustra  
 alii vocant *κλειδῆς*, *claves*, regni ali-  
 cujus.  
 29. *Armeniâsque nives.* ] Armenia re-  
 gio est Asiæ.  
 30. *Orientis opes.* ] Id est, Imperium  
 Orientis, Virgilius;  
*inclementia Divum*  
*Hæc evertit opes, sternitque à culmine*  
*Trojam.*  
 31. *Argæus.* ] Mons Cappadociæ equo-  
 rum pernecitate celebris: Cappadocia  
 porro regio Asiæ minoris versus Pontum,  
 optimis & pascuis, & equis abundat.  
 32. *Halys.* ] Fluvius ex Tauro monte  
 nascens: alluit Cappadociam, Syriam,  
 Paphlagoniam.  
*Iniquo.* ] Difficili, salebroso; arduo,  
 abrupto.  
 33. *Cilix.* ] Taurus mons Ciliciæ, quæ  
 est in Asiâ minore.  
*Syria.* ] Hæc est regio Ciliciæ conter-  
 mina.  
 34. *Assuetumque choris.* ] Syri, & præ-  
 fertim cives Antiochiæ, quam irrigat flu-  
 vius *Orontes*, choreis & cantibus sæpidis  
 indulgebant.

H

- Hinc planctus Asia: Geticis Europa catervis  
 Ludibrio prædæque datur, frondentis adusque  
 Dalmatiæ fines: omnis quæ mobile Ponti  
 Æquor, & Hadriacas tellus interjacet undas,  
 40 Squaler inops pecudum, nullis habitata colonis,  
 Instar anhelantis Libyæ, quæ tortida semper  
 Solibus, humano nescit mansuescere cultu.  
 Theſſalus ardet ager. reticet pastore fugato  
 Pelion. Emathias ignis populatur aristas.  
 45 Jam plaga Pannoniæ, miserandæque mœnia Thracum,  
 Arvæque Myſorum. jam nulli flebile damnum,  
 Sed cursus solennis erat, campûsque furori  
 Expositus, sensûmque malis detraxerat usus.

## INTERPRETATIO.

Inde fletus Asia nascuntur: Europa per-  
 mittitur irrisioni & rapina cohortium  
 Geticarum, usque ad terminos Dalma-  
 tia sylvestra: tota terra, quæcunque por-  
 rigitur inter fluentes aquas Ponti Euxini,  
 & mare Hadriaticum, desolata est, &  
 spoliata gregibus, non culta agricolis ul-  
 lus, in speciem Libya ardentis, qua per-  
 petuo adusta caloribus, non potest mi-

tere cura humanâ: campi Theſſali in-  
 cendantur bello: Pelion siles pastoribus  
 expulſis: flamma consumit spicas Mace-  
 donicas. Jam regio Pannonia, & urbes  
 Thracia, & terra Myſorum erant de-  
 ploranda: jam jactura nemini lacry-  
 mabilis, sed incurſiones erant ordinariae,  
 & agri obſeſſi rabiei hostium, ac con-  
 ſuetudo ademerat ſenſum in damnis.

## ANNOTATIONES.

36. Hinc.] Ex hoc bello, quod Rufinus  
 excitavit.

Geticis.] Omnes ejusmodi populi non  
 satis cogniti, sub vocabulo Getarum sæ-  
 pius significantur.

38. Dalmatia.] Hæc regio est ad oram  
 maris Adriatici.

39. Hadriacas.] Vel Adriaticas, sic di-  
 ctas ab urbe Adria.

41. Anhelantis Libya.] Ardentis, æstu  
 fatiscantis, & præ nimio calore reddentis  
 homines ita anhelos, vix ut respirare pos-  
 sint. Libya est regio Africa sterculosa, are-  
 nosa, & ideo inculta.

44. Pelion.] Hic mons seu spelæum  
 Theſſaliæ in Græciâ, miris pastorum can-  
 tibus personabat.

Emathias.] Græciæ regio Emathia est,  
 dicta ab Emathione Rege fratre Memno-  
 nis: appellatur Macedonia.

45. Pannonia.] Hæc est lata Europæ  
 regio, quam à Germania Danubius se-

parat.

Thracum.] Thracæ populi Græciæ vi-  
 cini; imò à quibusdam in ipso Græciæ li-  
 mine repositi.

46. Myſorum.] Mysia regio est minoris  
 Asiæ ad Hellespontum. Strabo constituit  
 etiam Myſos in Europâ in confinio Pan-  
 noniæ ad Danubium, putatque Myſos  
 Asiaticos ab his nomen & originem tra-  
 xisse. Sed hos Plinius non Myſos sed Ma-  
 ſos appellat. Unde in hoc Claudiani loco  
 nonnulli legunt Maſorum.

47. Solennis.] Incurſio Barbarorum  
 ordinaria, & assueta, fiebat veluti cum  
 pompâ & cerimoniâ, non furtim, sed  
 palam & publicè, ut solenne quidpiam.  
 Et populi his malis ferendis jam erant as-  
 suetæ.

48. Sensûmque malis detraxerat usus.]  
 Occalluerat jam omnium patientia, &  
 consuetudo, quæ est altera natura, effe-  
 cerat, ne mala amplius sentirentur.

- Eheu quam brevibus pereunt ingentia fati!
- 50 Imperium tanto quæsitum sanguine, tanto  
 Servatum, quod mille ducum peperere labores,  
 Quod tantis Romana manus contextuit annis,  
 Proditor unus iners angusto tempore vertit.
- Urbs etiam, magnæ quæ dicitur æmula Romæ,
- 55 Et Chalcedonias contra despectat arenas,  
 Jam non finitimo Martis terrore movetur;  
 Sed propius lucere faces, & rauca sonare  
 Cornua, vibratisque peti fastigia telis  
 Adspicit. hi vigili muros statione tueri,
- 60 Hi junctis properant portus munire carinis.  
 Obsessâ tamen ille ferus lætatur in urbe,  
 Exultatque malis, summoque è culmine turris  
 Impia vicini cernit spectacula campi.
- 65 Vincas ire nurus, hunc in vada proxima mergi  
 Seminecem, hunc subito percussum vulnere labi,  
 Dum fugit, hunc animam portis efflare sub ipsis,  
 Nec canos prodesse seni, puerique cruore

## INTERPRETATIO.

*Hæu! res magna quàm levi ruunt casu! unus Rufinus, perfidus, ignavus, pessundus brevi momento sceptrum comparatum tanto cruore, conservatum tanto cruore, quod facta mille Ductorum acquisiverunt, quod per tot secula Romana potestas connexuit. Urbs quoque qua ferrur fuisse rivalis Roma ingentis, ac qua sita est contra arenas Chalcedonis, jam haud concutitur timore vicino belli, at videt proximè tadas fulgere, & tubas rancas resonare, & culmina turrium percuti jaculis consortis.*

*Hi festinant defendere moenia excubitis vigilantibus, illi corroborare portus navibus catenatis. Attamen horum ille Rufinus gaudet in urbe oppugnata, & triumphat calamitatibus; & ex culmine arcis altissima aspiciit spectacula nefaria agri finitimi: aspiciit nurus incedere catenatas; aspiciit hunc seminecem submergi in aquas propinquas, illum, dum effugit, appetitum plagâ repentinâ concidere, hunc reddere animam sub portis ipsis; neque canitiem juvare senes; & gremium*

## ANNOTATIONES.

52. *Contextuit.*] Multas scilicet urbes, & provincias in unum velut corpus impetui contextuit, atque conjunxit.

53. *Vertit.*] Non evertit tamen Rufinus, sed evertere tentavit, ut ipse velut denud excitaret, atque in suo opere triumpharet, regnaret.

54. *Urbs etiam.*] Constantinopolis, quæ non solum æmula, sed & postea victrix fuit Romæ, & altera Roma dicta.

55. *Chalcedonias.*] Chalcedon hodie, *Sautari*, secundum aliquos; urbs olim

erat, câ parte Asiæ ad Bosphorum Thracium, è regione Bytantii seu Constantinopolis.

57. *Faces.*] Tadas ardentis hostium.

60. *Portus munire carinis.*] Simul junctis ac catenatis navibus, ne hostis propius accedat.

63. *Spectacula.*] Aspiciit nimirum certamina impia, & mala omnia, quæ suscitaverat. Sic Nero ex turri Mæcænatianâ Romæ incendium à se excitatum cernere gestiebat.

H ij



- Maternos undare sinus. immensa voluptas,  
 Et risus plerumque subit. dolor afficit unus,  
 70 Quod feriat non ipse manu. videt omnia late  
 Exceptis incensa suis, & crimine tanto  
 Luxuriat, carumque sibi non abnuat hostem.  
 Jactabatque ultro, quod, soli castra paterent,  
 Sermonumque foret vicibus permissa potestas,  
 75 Egregii quoties exisset fœderis auctor.  
 Stipatur sociis, circumque armata clientum  
 Agmina privatis ibant famulantia signis.  
 Ipse inter medios, ne quâ de parte relinquat  
 Barbariem, revocat fulvas in pectora pelles,  
 80 Frenaque, & immanes pharetras, arcusque sonoros  
 Assimulat, mentemque palam testatur amictu.  
 Nec pudet Ausonios currus & jura regentem  
 Sumere deformes ritus, vestemque Getarum:

## INTERPRETATIO.

*matris repleti sanguine infantis. Gaudium infinitum & sæpe jocus afficit Rufinum: una tristitia movet hominem, quod non ipse percutiat suâ dextrâ: spectat undique cuncta combusta, præter sua bona, & lascivit tantis sceleribus, neque negat hostes esse jucundos sibi. Ac sponte gloriabatur, quod castra hostium panderentur sibi uni. & potestas congressuum concessa esset vicissim, quotiescumque ipse egreditur comitatus sociis, con-*

*ciliator futurus fœderis illustris: & caetera armata clientum circum incedebant, obediens vexillis privatis. Ipse Rufinus, in medio, ne aliquatenus omittat morem Barbarorum, retrahit pelles fulvas in gremium, & imitatur habenas, & pharetras ingentes, & arcus stridentes, & publicè ostendit animum veste. Neque homo ducens currum, & leges Italia, erubescit usurpare turpem consuetudinem, atque indumenta Getarum.*

## ANNOTATIONES.

71. *Exceptis suis.*] Villis, quod argumentum erat Rufinum cum hostibus fecisse fœdus, quod præter ejus villas omnia incenderentur. Secus aliâ de Fabio judicatum est, cujus agrum, incensis aliis, Annibal invidiosè servaverat, cum ut Romanis suspectum redderet.

75. *Fœderis auctor.*] Quoties mitteretur ad fœdus persuadendum, faciendum.

76. *Clientum agmina.*] Quod nimiam arguit hominis potentiam, cum stipatus clientibus incedat, quo more principes incedebant.

79. *Pelles.*] Gentes Septentrionales propter frigoris acerbiter se pellibus vestiebant.

81. *Assimulat.*] Rufinus, ut Getarum gratiam aucuparetur, eorum vestes imi-

tatus est.

*Mentemque palam.*] Testatur hac veste Barbarâ, quis sibi sit animus, barbarus scilicet, & Barbarorum causæ favens, sicque Romani Imperii proditor.

82. *Ausonios currus.*] More Consulium, qui sellis curulibus in curru vestî procedebant. Alii legunt, *Ausonias curas*, id est, curas Italiæ. *Regere jura*, est regere magistratum; qui *jura regere possint*. Digestis. de Origine Juris §. 13.

83. *Deformes.*] Contemptâ patriæ consuetudine, peregrinum morem, vestisque Geticas usurpare: quâ labe notatus est Alexander, quod relictis Græcis vestibus Persicas indueret: sed egregiè defenditur à Plutarcho, quod hac vestium mutatione sibi hostium animos conciliaret.

- Insignemque habitum Latii mutare coactæ  
 85 Mœrent captivæ pellito iudice leges.  
 Quis populi tunc vultus erat? quæ murmura furtim?  
 Nam miseris nec flere quidem, aut lenire dolorem  
 Colloquiis impune licet. quonam usque feremus  
 Exitiale jugum? diræ quis terminus unquam  
 90 Sortis erit? quis nos funesto turbine rerum  
 Aut tantis solvet lacrymis? quos Barbarus illinc,  
 Hinc Rufinus agit: quibus arva fretumque negantur.  
 Magna quidem per rura lues; sed major oberrat  
 Intra tectæ timor. tandem succurre ruenti  
 95 Heu patriæ, Stilichæ: dilecta hîc pignora certè,  
 Hîc domus: hîc thalamis primum genialibus omen.  
 Hîc tibi felices erexit regia tædas.

## INTERPRETATIO.

Ac leges impulsæ permutare vestes illu-  
 stres Italia, dolent victa à iudice pellito.  
 Quæ facies populi tum erat? Quis fre-  
 mitus clam? Etenim afflicti non audent  
 etiam lugere turò, vel mulcere arumnas  
 sermonibus. Hæc dicunt. Quò usque pa-  
 tiemur servitutem detestabilem? Quis si-  
 nis erit unquam calamitatis acerba?  
 Quis liberabis nos à fatali tempestate  
 miseriarum, vel à tantis fletibus? Nos,

quos hinc Barbari, inde Rufinus vexat:  
 nos, quibus terra & mare non concedun-  
 tur. Certe per campos ingens malum est,  
 at metus acerbior vagatur intra domos.  
 Auxiliare tandem patria, heu! caden-  
 ti, ô Stilichæ: hic profectò liberi tui  
 cari sunt: hic domus tua; hic pri-  
 mum fuit presagium pro lecto tuo nup-  
 tiali. Hic Aula sustulit pro te faces for-  
 tunas.

## ANNOTATIONES.

84. *Insignem.* ] Togatam vestem scilicet, quæ Romani à cæteris nationibus distinguantur.  
 85. *Pellito.* ] Nam pellitos seu pellibus barbaricis indutos videre Romanos proceres, id indicium esse videbatur Imperii à Barbaris occupati.  
*Leges.* ] Romanæ, à Barbaro in potestatem redactæ.  
 86. *Murmura.* ] Populi afflicti fremebant, murmurabant clam, & Rufini tyrannidem detestabantur.  
 90. *Funesto turbine.* ] Quis nos liberabit à malis funestis, quæ nos, instar turbine, vexant; rapiunt, opprimunt, suntque nobis tantarum causæ lacrymarum.  
 91. *Barbarus.* ] Exercitus Barbarorum excitus à Rufino.  
 92. *Quibus arva.* ] Quia non possumus effugere Rufini iram, neque per terram, neque per mare.  
 93. *Lues.* ] Malum & calamitas omnis, instar pestis, affligens.  
 95. *Patria.* ] Num Constantinopolis Stilichonis patria est? Vix credo. Patria vocatur, quia Stilichæ hic habuit domum, hic duxit uxorem, ex quâ liberos suscepit.  
 96. *Pignora.* ] Liberi, qui sunt velut pignora, quibus Princeps adstrictus, debeat magis amare patriam, ubi nati illi sunt.  
 96. *Primum thalamis genialibus omen.* ] Id est, primum auspicium felix pro lecto nuptiali. Virgilius:  
*Primumque iugarat ominibus.*  
 Olim nuptiæ non celebrabantur, nisi auspiciatò, seu inspectis avibus. Genialis sic dicitur à Genio naturæ & voluptatis Deo.  
 97. *Tædas.* ] Faces nuptiales altius attollebantur à matribus sponсарum, sicque conjugium feliciter fore credebatur.  
*Sais, Sais, tæda, vel fax accensa.*

- Vel solus sperare veni, te praelia viso  
 Languescunt, avidique cadet dementia monstri.  
 100 Talibus urgetur discors Aurora procellis.  
 At Stilicho, Zephyris cum primum bruma remitti,  
 Et juga diffusis nudari cœpta pruinis,  
 Partibus Italix tranquillâ in paes locatis,  
 Utrâque castra movens, Phœbi properabat ad ortus.  
 105 Gallica discretis Eoâque robora turmis  
 Complexus. numquam tantæ ditione sub unâ  
 Convenère manus, nec tot discrimina vocum.  
 Illinc Armeniæ vibratis crinibus alæ  
 Herbida collectæ facili velamina nodo.  
 110 Inde truces flavo comitantur vertice Galli,  
 Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit,

## INTERPRETATIO.

*Etiam solus adsis, expectate Stilicho: pugna torpescunt, te conspecto, & vecordia portenti avari desicietur, Oriens turbatur his tempestatibus discordiarum. Sed Stilicho, statim atque hyems cœpit mitigari Favoniis, ac montes cœperunt liberari glacio dispersâ; tractibus Italia collocatis in pace tranquillâ, promovens castra gemina, festinabat versus Solem orientem, habens vires Gallorum, & Orientis, separatis agminibus. Nunquam tanti exercitus congregati sunt sub uno imperio, neque unquam tanta differentia linguarum fuit. Hinc caterua Armeniæ capillis crispatis, habentes vestes virides collectas nodo tenui: inde Galli feroces crinibus flaventibus stipantur, quos Gallos Rhodanus color, quos Araris lentior circum alluit.*

## ANNOTATIONES.

98. *Viso.* ] Laus Heroum magna est, victores extitisse, statim atque visi sunt. Notum illud Julii Cæsaris, *Veni, vidi, vici.*  
 99. *Dementia monstri.* ] Vecordia Rufini monstri pessimi contundetur.  
 100. *Discors aurora.* ] Oriens vexatus discordiis, & velut tempestatibus, seu ventis contrariis agitur.  
 101. *Zephyris.* ] Zephyrus seu Favonius, ventus lenior qui fiat ab Occidente; qui solvit frigora, flores parit. Unda dicitur quasi *Ζανφώρος*, sive τὸ *Ζῶν φέρει* ferens vitam. Plinio dicitur, *genitalis mundi spiritus*. Catullus:  
*Aura parit flores tepidi facunda Favoni.*  
 104. *Phœbi.* ] Solis, qui dicitur, *Φῶς*, clarus, seu, *Φῶς βίη*, lux vitæ.  
 105. *Eoa.* ] Ἐως, & ἡως, unde Eous, Aurora, Oriens.  
 108. *Armenia vibratis crinibus.* ] Armenia est Asia regio, in quâ milites habebant crines vel naturâ crispas, vel ferro vibratos.  
*Alæ.* ] Sunt hic cohortes militum.  
 109. *Herbida velamina.* ] Vestes ad colorem viridem, herbarum instar, accedentes. Apud Romanos hoc vestis genus erat pauperiorum.  
 110. *Flavo vertice Galli.* ] Galli dicti à colore candido, nam γὰλα, lac significat. Quæ appellatio Gallorum comprehendebat & Germanos, quibus flava, seu *Aurea Cæsaries* tribuitur.  
 111. *Rhodanus, Arar, Garumna.* ] Flavii Gallix notissimi.

Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus,  
Quosque rigat retro pernicio unda Garumnæ,  
Oceani pleno quoties impellitur æstu.

115 Mens eadem cunctis, animique recentia ponunt  
Vulnera. non odit victus, victorve superbit.

Et quamvis præsens tumor, & civilia nuper  
Classica, bellatrixque etiam nunc ira caleret,  
In ducis eximium conspiravere favorem.

120 Haud aliter Xerxen toto simul orbe secutus  
Narratur rapuisse vagos exercitus amnes,  
Et telis umbrasse diem, cum classibus irer  
Per scopulos, rectumque pedes contemneret æquor.  
Vix Alpes transgressus erat, nec jam amplius errat

125 Barbarus, adventumque tremens, se cogit in unam  
Planitiem, tutoque includit pascua gyro.

## INTERPRÆTATIO

Et quos Rhenus in aquis experitur nascentes, & quos aqua velocior Garumna aspergit, rediens, quotiescumque agitur fluctu pleno Oceani. Una voluntas est omnibus: & corda deponunt injurias recentes: victus non irascitur victori: non victor insultat victo. Ac licet iracundia tumens, & bella civilia, & odium quoque bellicum modo incenditur, tamen consenserunt in gratiam du-

Horis egregii. Non dissimiliter exercitus comitatus Xerxen una ex omni Imperio dicitur exhaustisse fluvios errantes, & obscurasse Solem jaculis, cum volaret per saxa cum navibus, & pedes incedens sperneret mare opertum ratibus. Vix Stilicho superaverat Alpes: & jam exercitus Barbarorum non vagatur amplius, & timens accessum Stilichonis, congregat se in planitiem, & claudit pascua circula securo.

## ANNOTATIONES.

112. Et quos nascentes.] Accolæ Rheni solebant infantes recens natos fluvio imponere, ut si frigidum fluvium paterentur, pro legitimâ sobole agnoscerentur.

115. Recentia ponunt vulnera.] Milites Stilichonis etiam patriâ differunt, non differunt voluntate; iis eadem est mens; & injurias deponunt, quibus nuper exulceratus fuerat eorum animus. Injuriz dicuntur vulnera, quia ut vulnus lædit corpus, ita & injuria animum. *ἔργον πόνος οὐκ ἔστιν ὁ πόνος ὁδὸς ἔστιν ὁ πόνος*.

116. Non odit victus.] Qui vicerant cum Stilichone, non insultant victis: nec victi odere victores.

117. Præsens.] Iræ durantis atque adhuc tumētis reliquæ.

117. Civilia classica.] Tubæ, bella: signum pro re signatâ.

120. Xerxen.] Regem potentissimum Persarum in Asiâ, numero militum prope infinito fluvios exhaustientem.

Toto orbe.] Vastissimo Imperio, quod Xerxes regebat: sic dicitur orbis Gallicus, pro Gallico Imperio.

121. Rapuisse.] Exhaustisse propter immensam copiam hominum, equorumque.

122. Tellis umbrasse.] Alebant Persæ telorum multitudine solem obscurare, unde jocus Spartani cujusdam: *Meliùs in umbrâ pugnabimus.*

123. Per scopulos.] Xerxes dicitur transivisse montem Athon, & velis pervium fecisse.

Æquor.] Hellepontum, quem Xerxes ponte navium junxit, atque trajecit; & per quem postea victus cymbâ effugit.

125. Barbarus.] Exercitus prope Constantinopolim à Rufino evocatus formidat advenientem Stilichonem; etsi vix Alpes superasset. Adeo formidabile erat nomen Stilichonis!

126. Pascua.] Ad pabula equis subministranda.

- Tum duplicem fossam non exsuperabile vallum  
 Asperat alternis sudibus, murique locata  
 In speciem cæsis obrendit plaustra juvencis.  
 130 At procul exsanguis Rufinum perculit horror :  
 Infectæ pallore genæ. stetit ore gelato  
 Incertus peterétne fugam, veniámne subactus  
 Posceret, an fidos sese transferret in hostes?  
 Quid nunc divitiæ, quid fulvi vasta metalli  
 135 Congeries, quid purpureis effulta columnis  
 Atria, prolatave juvant ad sidera moles?  
 Audit iter, numerátque dies, spatióque viarum  
 Metitur vitam. torquetur pace futurâ,  
 Nec recipit somnos, & sæpe cubilibus amens.  
 140 Excutitur, pœnámque luit formidine pœnæ.  
 Sed redit in rabiem scelerúmque immane resumit

## INTERPRETATIO.

Deinde construit fossam geminam, vallum n in inexpugnabile, palis infixis, & bobus interfectis, opponit vehicula constituta in formam muri. Sed longè terror pallens percussit Rufinum: vultus deformatur pallore: facie glaciata constitit, dubitans, an capefferet fugam? An victus peteret pacem, an transiret ad hostes sibi sociatos? Quid tum opes prosunt Rufino? Quid cumulus immensus fœ-

ventis metalli? quid domus elata columnis-rubris, & adificia sublata ad cœlum profunt? Discit viam exercitus Stilichonis, supputat dies, & metitur vitam intervallo itineris: vexatur pace venturâ, neque admittit sœporem, & frequenter mente captus excitatur læto, penditque supplicium, timore supplicii. At resumit furorem solitum, & repetit crudelem propensionem ad crimina, atque

## ANNOTATIONES.

117. *Vallum asperat.* ] Vallum munit palis acutis atque asperis per alternos seu geminos ordines, hinc inde dispositis; & in medio sub specie muri, plaustra constituit tecta pellibus boum. Id etiam à Carolo Magno factum esse nonnulli memoriz prodiderunt.

129. *Cæsis juvencis.* ] Pellibus Tauro-rum occisorum.

130. *Exsanguis horror.* ] Terror reddens Rufinum pallidum & exanguem. Effectus ponitur pro causâ, sic dicitur *pallida mors*, quæ homines reddit pallidos.

131. *Ore gelato.* ] Ore pallenti & frigido corpore, ob scelerum conscientiam, metúmque Stilichonis.

133. *Fidos sese transferret in hostes.* ] An transiret in hostes, quos suâ perfidiâ patriâ prodens, sibi fidos effecisse putabat.

134. *Fulvi metalli.* ] Auri congestus acervus.

135. *Purpureis columnis.* ] Columnis è marmore coloris Punicei, seu rufi, rubri. Quod intelligendum de opere Byzantino structuræ admirabilis, quod extructum est à Rufino.

137. *Spatioque viarum.* ] Metitur, judicatquetantum se distare à morte, quantum ipse à Stilichone distabat.

138. *Pace.* ] Quam Stilicho redditurus erat Orienti.

140. *Pœnámque.* ] Magisque torquetur, quia magis timet, conscius suorum criminum. Petronius: *Dii Deaque quàm malè est extra legem viventibus! Quod semel meruerunt, semper expectant.*

141. *Redit in rabiem.* ] Rufinus primâ fronte territus, de sceleribus non cogitabat; sed mox redit ad ravidam scelerum consuetudinem, resumitque crudelem, & ad crimina propensum animum, quem exuif se videbatur.

Ingenium,

Ingenium, sacræque fores prædivitis aulæ  
 Intrat, & Arcadium misto terrore precatur.  
 Per fratris regale jubar, per facta parentis  
 145 Ætherii, florémquæ tui te deprecor ævi,  
 Eripe me gladiis. liceat Stilichonis iniquas  
 Evitare minas. in nostram Galliæ cædem  
 Conjurata venit. quidquid ligat ultima Tethys,  
 Extremos ultra volitat gens si qua Britannos,  
 150 Mota mihi. tantis capiendi credimur armis?  
 Tot signis unum petitur caput? unde cruoris  
 Ista sitis? geminum cæli sibi vindicat axem,  
 Et nullum vult esse parem. succumbere poscit  
 Cuncta sibi. regit Italiam, Libyénque coërcet:  
 155 Hispanis Gallisque jubet. non orbita Solis,  
 Non illum natura capit. quascunque paravit  
 Hic Augustus, opes, & , quas post bella recepit,  
 Solus habet. possessa semel non reddere curat.

INTERPRETATIO.

*ingreditur limina augusta Regia locupletissima. & rogat Arcadium metu mixto, dicens. Per fidus Regium Fratris, per gesta Divi Patru, & florem ætatis tuæ, rogo te, libera me ab ensibus. Permittatur mihi effugere minationes injustas Stilichonis. Gallia conspirans in cladem nostram properat: id omne, quod mare extremum cōstringit, si qua natio vagatur trans Britannos ultimos, excitata est contra me. Nos tradimur comprehendendi tantis exercitiis? Unus ho-*  
*mo lacessitur tot vexillis? Unde ista venit cupiditas sanguinis? Stilicho tribuit sibi Orbem duplicem, & neminem patitur esse parem sibi. Retis omnia subjici sibi: gubernat Italiam, & reprimis Libyam: imperat Hispanis, & Gallis. Non via Solis circumscribit illum, non Orbis univ-*  
*ersus. Quascunque divitias hic Imp-*  
*erator Theodosius cumulavit, & quas re-*  
*sumpsit post pralia, unus Stilicho possidet: nec satagit restituere res semel occupatas.*

ANNOTATIONES.

142. *Prædivitis Aulæ.* ] Intelligit secretissimum Arcadii Imperatoris thalamum, ut ostendat Rufini omnia penetrantis potentiam.  
 144. *Regale jubar.* ] Exquisita adulatio Honorii, per quem, velut per astrum obtestatur.  
 145. *Parentis ætherii.* ] In æthere seu cœlo jam consecrati. Vid. v. 3. supra.  
 148. *Ligat.* ] Constringit glacie. Alii legunt, *rigat*, nec male.  
 149. *Tethys.* ] Est Tēthys, Tēthys, & Thētis Thētīdēs: hæc nympha marina mater Achillis, illa mater Nympharum maris, seu Nereidū. Hic sumitur pro mari.  
 149. *Volitat.* ] Vagatur, alludit ad Britannorum vitam vagam & erraticam.  
 150. *Mota mihi.* ] Hoc est contra me.

- Alias significat, pro me. Ut, tibi militat æther, id est, pro te.  
 152. *Axem.* ] Axis pertinet ad rotas: transfertur ad polos, quibus cœlum verti dicitur; imò & ponitur pro Orbe & regione: hic *geminus axis* significat utrumque Orbem, utrumque Imperium Orientis & Occidentis.  
 155. *Gallisque jubet.* ] Apud Ciceronem & alios ejus sæculi autores *jubeo* non jungitur cum dativo; sed cum accusativo & infinitivo, ut, *jubeo te bene sperare*, &c. Contra Claudianus in hoc loco, & Cornelius Tacitus lib. 3. Ann. *quibus jusserat, ut resisterent*: & Livius, *aliis bellum jussu erat*.  
 Non orbita. ] Stilichonis potentia non iisdem, quibus Sol, limitibus circum-

- Scilicet ille quidem tranquillâ pace fruatur:  
 160 Nos premat obsidio? quid partem invadere tentat?  
 Deferat Illyricos fines; Eoa remittat  
 Agmina; fraternas ex æquo dividat hastas;  
 Nec sceptri tantum fueris, sed militis, hæres.  
 Quod si dissimulas nostræ succurrere morti,  
 165 Nec prohibere paras: Manes & sidera testor;  
 Hæc cervix non sola cadet. miscebitur alter  
 Sanguis, nec Stygias ferar inomitatus ad umbras,  
 Nec mea securus ridebit funera victor,  
 Hæc ubi: dictatur facinus, missusque repente,  
 170 Qui ferat extortas invito principe voces.  
 Interea Stilicho jam lætior hoste propinquo,  
 Nec multo spatii distantibus æquore vallis,  
 Pugnandi cupidas accendit voce cohortes.  
 Armeniis frons læva datur; per cornua Gallos  
 175 Dexteriora locat. spumis ignescere fræna,  
 Pulveris extolli nimbos, latèque videres  
 Surgere purpureis undantes anguibz hastas;

## INTERPRETATIO.

Nimirum ille Stilicho potitur pace placidâ: nos obrummur obsidione? cur conatur occupare hereditatem tuam? relinquantur provincias Illyricæ: reddat cætervas Orientis: partiatur aqualiter exercitus fraternos, neque tu sis, ô Arcadi, successor tantum imperii, sed & exercituum. Quod si fingis auxiliari cladi nostra, nec accingis te impedire illam: juro per inferos & per astra: hoc caput non unum deicietur, cruor alius confundetur cum meo, neque ego ipso ad senebras infernas, non stipatus: ne-

que victor tutus iridebit mortem meam. Postquam Rufinus dixit hæc verba: epistola facinorosa dictatur; & statim orator missus est, qui reportet verba Stilichoni expressa ab Imperatore nolente. Interea Stilicho jam gaudens hoste propiore, & vallis non remotis magno intervallo campi, inflamat sermone suo cætervas avidas dimicandi. Frons sinistra traditur Armeniis: collocat Gallos per partes dexteræ. Cerneret habenas accendi spumis, cerneret nubes pulveris levare, & vexilla tumentia rubrig

## ANNOTATIONES.

160. *Partem.* ] Partem hereditatis tuæ, scilicet Imperium Orientis.

161. *Illyricos.* ] Illyria est vasta regio supra sinum Adriaticum.

*Eoa.* ] Orientis, Suprà scriptis de hac voce.

162. *Hastas.* ] Vel exercitus per hastam signatos; vel sceptrum quod Græci vocant σκήπτρον, hastam, quâ Reges olim innitebantur. σκήπτρον, ἀπὸ τοῦ σκῆπτειν, inniti.

163. *Hæres.* ] Alii deducunt ab habendo: alius heres ab hero, qui dominus est: Scilicet heres dicitur, ut hæres.

167. *Stygias.* ] Infernas, à Styge fluvio

inferorum, qui dicitur ἀπὸ τοῦ στυγῆν, odisse, quasi sit fluvius odii.

169. *Dictatur facinus.* ] Rufinus dictas epistolam, quâ mandatur Stilichoni cedere partibus Arcadianis, sed quia contra voluntatem Imperatoris est hæc epistola, facinus & crimen est.

171. *Latior hoste propinquo.* ] Gaudens se ad hostes propius accedere: in quo videtur Herois magnanimitas.

172. *Vallis.* ] Palis erectis & vallum propinquum ostendentibus.

177. *Hastas.* ] Hastis superimpositâ vexilla undantia serpentibus in purpurâ depictâ.

Serpentūque vago cælum scivire volatu.  
 Implet Thessaliam ferri nitor, antrāque docti  
 180 Cornipedis, teneroque amnis reptatus Achilli,  
 Et nemus OEtæum radiat, clamore nivalis  
 Ossa tonat, pulsoque fragor geminatur Olympo.  
 Intumuit virtus, & lucis prodigus arsit  
 Impetus. haud illos rupes, haud alta vetarent  
 185 Flumina præcipiti stravissent omnia cursu.  
 His si tunc animis acies collata fuisset,  
 Proditā non tantas vidisset Græcia clades:  
 Oppida semoto Pelopeia Marte vigerent:  
 Starent Arcadia, starent Lacedæmonis arces:  
 190 Non mare fumasset geminum flagrante Corintho,  
 Nec fera Cecropias traxissent vincula matres.

## INTERPRETATIO.

Serpentibus circum attolli, ac Cælum furere volatu erratico Draconum. Fulgor armorum replet Thessaliam; & caverna Centauri eruditi, & fluvius ad quem Achilles infans resistit, & sylva OEtæa resplendet: Ossa frigidus rejonas murmurat, & strepitus duplicatur Olympo impulsu. Fortitudo militum aucta est, & audax non parcens vita incoluit. Non solum retinere illos, non fluvii profundi: deiecissent cuncta curru rapido. Si tum exercitus conflixisset cum his militibus animosis, Græcia prodita non asperxisset tantas clades: urbes Peloponnesi florerant, bello remoto, urbes Arcadia & Sparta remanerent. Mare duplex non fumasset Corintho ardente, non catenæ crudeles rapuissent mulieres Athenienses.

## ANNOTATIONES.

178. *Cælum furere.*] Propter agitationem vexillorum depictos Dracones habentium, videas cælum furere, vel potius credas serpentes volantes per cælum, seu per ærem scivire.

179. *Thessaliam.*] Græciæ regionem, in quā antrum erat Chironis Centauri, qui edocebat Achillem natum in eadem Thessaliā, ad fluvium Sperchium fortè.

181. *OEtæum.*] OEtæ, Ossa, Olympus, sunt totidem montes Thessaliæ.

186. *Acies.*] Si exercitus Barbarorum pugnare ausus fuisset cum animosis Stilichonis militibus, urbes Græciæ starent.

187. *Proditā.*] A Rufino, qui Barbaros in Græciam immiserat.

188. *Oppida Pelopeia.*] Urbes Peloponnesi, hæc sic dicitur à Pelope Tantali filio, quāsi *ἑσπερος*, *insula Pelopis*. In Peloponnesum nempe Stilicho appulerat,

auxilium daturus Achaïæ; & inde fugavit Barbaros. Stilicho tamen & Rufinus ambo affectabant Imperium; hic sibi, ille filio: hic gentes Barbaras accivit, ille fovit. De Stilichone Claudianus laudator dissimulat.

189. *Lacedæmonis.*] Urbs nobilis est in Laconia parte Græciæ, dicitur & Sparta. Tunc viris & armis destituta capta est.

190. *Corintho.*] Corinthus est urbs inter duo maria in Isthmo Corinthiaco: unde dicitur, *Corinthus bimaris*. Hæc urbs tum proditione Gerontii perit, ex Zosimo.

191. *Cecropias.*] Sic dicuntur à Cecrope Atheniensium Rege, in Atticâ. Nam debet intelligere matres Atticas, quæ captivæ fuerunt. Etenim tum Athenæ diu obsessæ, nec tamen captæ sunt.



Illa dies potuit nostris imponere finem  
Cladibus, & sceleris causas auferre futuri.  
Invida, proh, quantum rapuit Fortuna triumphum!

- 195 Inter equos, interque tubas mandata feruntur  
Regia, & armati veniunt ductoris ad aures.  
Obstupuit. simul ira virum, simul obruit ingens  
Mœror, & ignavo tantum licuisse nocenti  
Miratur. dubios anceps sententia volvit  
200 Eventus: peragat pugnâs, an fortia cœpta  
Deferat? Illyricis ardet succurrere damnis:  
Præceptis obstare timet, reverentia frangit  
Virtutis stimulos. hinc publica commoda suadent;  
Hinc metus invidiæ, tandem indignatus ad astra  
205 Extollit palmas, & ab imo pectore fatur;  
Numina Romanis necdum satiata ruinis,  
Si juvat imperium penitus de stirpe revelli,

## INTERPRETATIO.

*Illa dies potuit facere finem calamitatum nostrarum, & tollere semina criminis futuri. Pro qualem fors zelotypa ademisti victoriam! mandata Imperatoria afferuntur inter equos, inter clangorem tubarum, & accedunt ad aures Ducis Stilichonis tenentis arma. Ille obstupescit: est. Iracundia pariter, pariter tristitia magna invadit virum, & obstupescit fontem inertem tantum potuisse. Animus ejus dubius volutat exitus incertus: an perficiat bellum, an relinquat incepta generosa? flagrat mederi cladibus Illyricis: veretur non obedire Imperiis. Venerationis ejus in Arcadium hebetat stimulos fortitudinis: hinc utilitas publica suadet: inde timor invidia dissuadet. tandem iratus tollit manus ad Cælum, & velut suspirans ab alto corde, sic loquitur: O Dii, nondum saturati malis Romanis, si placet vobis Imperium Romanum destrui funditus ab ipsis fundamentis,*

## ANNOTATIONES.

193. *Sceleris causas.* Illa dies, quâ Stilicho Græciam intravit, potuit extinguere causas sceleris, id est belli scelesti, quod Rufinus excitaverat accitis Barbaris. Hos enim Stilicho superasset, nisi à pugnâ mandatis Arcadii à Rufino extortis deteritus fuisset.
195. *Interque tubas.* Equis ad pugnam paratis, tubisque signum canentibus.
197. *Ira.* Quod cogatur parere mandatis à Rufino extortis: mœror quod non audeat succurrere miseris. Simul Stilicho miratur tantum licuisse nocenti Rufino, ut obtinuerit tam perniciosâ mandata.
201. *Illyricis.* Illyria olim vastissima continebat Dalmatiam, Pannoniam, Valeriam, Noricum, Cretam, Achaiam, Macedoniam, Thessaliam\*, Epirum, &c. Unde per Illyrica damna intelliges vastatam Græciam. Porro Honorii socer futurus Stilicho Illyricum; subditiōe Rufini ab Alarico positum recuperare voluisset.
202. *Reverentia.* In principem Arcadium.
204. *Ad astra extollit palmas.* Vetusissima orandi consuetudo: Virgilius, *Ingemit, & duplices tendens ad sidera palmas.*
206. *Satiata.* Dii nondum contenti malis Romanorum. Virgilius de Junone: *Mea numina tandem Fessa jacent, odiis aut exsaturata quiesci.*

- Uno si placuit deleri sæcula lapsu,  
 Si piget humani generis; prorumpat in arva  
 210 Libertas effræna maris, vel limite iusto  
 Devius errantes Phæthôn confundat habenas.  
 Cur per Rufinum geritur? præcumbere mundum  
 Hoc auctore pudet. mediis revocamur ab armis,  
 Proh dolor, & strictos deponere cogimur enses!  
 215 Vos arsuræ urbes, perituræque mœnia testor.  
 Cedo equidem, & miserum permitto casibus orbem.  
 Flectite signa, duces. redeat jam miles Eous.  
 Parendum. taceant litui. prohibete sagittas.  
 Parcite contiguo, Rufinus præcipit, hosti.  
 220 His dictis, omnes unâ fremuere manipuli:  
 Quantum non Italo percussa Ceraunia fluctu;  
 Quantum non madidis elisa tonitrua Coris.  
 Secernique negans, creptæque prælia poscunt;

## INTERPRETATIO,

si visum est everti sæcula uno motu, si tædet  
 vos gentu hominum: licentia vesana mari  
 effundatur in campos; aut Phæthôn aber-  
 rans à viâ rectâ misceat fræna vagantia.  
 Quare id fit per Rufinum? Probrosus est  
 orbem labefactari ab hoc auctore. ô tristitia!  
 retrahimur à medio bello, & cogimur abji-  
 cere gladios distractos. Vos appello, ô oppida  
 incendenda, & muri subvertendi: equidem  
 recedo & relinquo mundum afflictum for-  
 tuna. ô Ductores, vertite vexilla: milites  
 Orientis jam revertantur. Obediendum est:  
 tuba silcant: retinete tela, ignoret hosti  
 propinquo. Rufinus jubet. Post hac verba  
 Stilichonis, omnes catervæ simul murmu-  
 ravērunt, tantum quantum Ceraunia saxa  
 non feriuntur undis maris Ausonii: quan-  
 tum fulmina non emittuntur Cauris plu-  
 viis. Et hæ catervæ nolunt separari: ac  
 repetunt facultatem ademptam pugna.

## ANNOTATIONES,

208. *Deleri sæcula.* ] Amitti fructum tot  
 annorum, torque seculorum, in conden-  
 do Romanorum Imperio.

211. *Phæthôn.* ] Filius Solis, qui equis  
 errantibus mundum incendit. φαέτων,  
 ardens.

217. *Miles Eous.* ] Milites Orientis re-  
 deant in regiones suas, ἠὺς, & εἰς, Au-  
 rora, unde *Eous*, qui ad Auroram, seu  
 Orientem spectat. Vel fortè, *redeant miles*  
*Eous*. Id est; redeat miles in molliam,  
 qualis est populorum Orientis.

219. *Rufinus præcipit.* ] Nihil certè ad in-  
 vidiam Rufino conciliandam potentius:  
 cum hujus imperio, etiam pulcherrima in-  
 crepta relinquere oporteat.

221. *Quantum non Ceraunia.* ] Mur-  
 muratum catervarum fremitus superabat  
 murmura fluminis, & fluctuum Cerau-  
 nia verberantium. Ceraunia autem sunt  
 saxa Epiri in Græciâ, crebris fulminibus  
 ob altitudinem percuti solita: unde di-  
 cuntur, δὲ τοῦ Κεραυνός, à *fulmine*: sed  
 & verberantur fluctibus maris Ionii, quod  
 & Ausonium & Italum appellatur.

222. *Coris.* ] Seu Cauris, *Semper fri-  
 gora spirantibus*, ex Virgilio. Caurus au-  
 tem Græcis ὄρεος ventus est, qui fluit  
 ab Occasu Solstitiali.

223. *Secerni.* ] Nolunt separari à se in-  
 vicem, sed repetunt facultatem pugnandi,  
 di, Rufini fraude sibi creptam.

- Insignémque ducem populus defendit uterque,  
 215 Et sibi quisque trahit. magno certatur amore,  
 Alternámque fidem non illaudatâ laceffit  
 Seditio, talique simul clamore queruntur :  
 Quis mihi nudatos enses, quis tela lacertis  
 Excudit, & solvi curvatos imperat arcus ?  
 230 Quisnam audet leges vibrato imponere ferro ?  
 Inflammata semel nescit mitescere virtus.  
 Jam mihi barbaricos sitientia pila cruores  
 Sponte volant, ultrixque manus mucrone ruenti  
 Ducitur, & siccum gladium vagina recusat.  
 235 Num patiar ? semperne Getis discordia nostra  
 Proderit ? en iterum belli civilis imago.  
 Quid consanguineas acies, quid dividis olim  
 Concordes aquilas ? non dissociabile corpus,

## INTERPRETATIO.

*Atque populus geminus purgat Ducem illustrem Stilichonem, & unusquisque tribuit sibi. Certatim contenditur benevolentia mutuâ: ac tumultus non vituperandus excitat fidem utriusque, atque unâ conqueruntur tali murmure. Equis extorquet mihi gladios distractos? Equis jacula ex manibus, ac iuvat arcus intentos remitti? Equis audet ferre leges nobis enses nudos habentibus? fortitudo semel incensa non potest mitigari. Jam Pila avida sanguinis Barbarorum evolvant ultro ex meis manibus, & dextra vindex impellitur gladio savienti, ac vagina rejicit enses aridum. An ego feram? An dissensiones nostra usque utiles erunt Getis? Ecce rursus species pugna civilis. Quare separas exercitus cognatos, quare separas Aquilas quondam amicâs? Summus unum corpus simul junctum, non separabile.*

## ANNOTATIONES.

214. *Populus uterque.* ] Populus ex Imperio gemino, Arcadii scilicet & Honorii collectus, contra Rufini fraudes defendit seu purgat Ducem Stilichonem, & ad suas quisque partes eum trahit, Milites enim Orientis abeuntes, eum cupiunt habere Ducem: contra milites Occidentis eum sibi tribuunt.

227. *Seditio.* ] Tumultus laudabilis excitatur inter militem Arcadianum, & Honorianum, uter habeat Ducem Stilichonem: sicque ambo alternatim certant, suamque in illum & fidem, & benevolentiam vicissim certatimque ostendunt.

231. *Mitescere.* ] Alii legunt, *frigescere*, ut sit oppositio inter flammâs & frigus.

*Virtus.* ] Virtutis nomine Poëtæ fortitudinem intelligunt, imò & Oratores. *Virtuti Cneii Pompeii qua potest par oratio inveniri?* Cicero p. 10 lege Man. n. 29.

214. *Ducitur.* ] Manus ipsa quæ ducit impellitque gladium, ab ipso gladio duci impellique videtur pro aviditate pugnae.

*Siccum gladium.* ] Aridum, cruoris expertem.

235. *Getis.* ] Populi Scythiæ: sumuntur pro totâ Scythiâ, pars pro toto.

237. *Consanguineas.* ] Cur exercitus Orientis & Occidentis, quorum multi inter se amicitia & affinitate conjuncti erant; cur Aquilæ seu signa olim amica separantur.

238. *Dissociabile.* ] Horatius:

*Oceano dissociabili,*

*Corpus.* ] Summus unum & idem corpus, ut sub aliis Imperatoribus; hoc est duo exercitus Orientis & Occidentis sub unius tantum auspiciis pugnare volunt, & à se invicem non separari, idque ob amorem suum in Stilichonem.

- Conjunctumque sumus. te, quò libet ire, sequemur.  
 240 Te vel Hyperboreo damnatam sidere Thulen,  
 Te vel ad incensas Libyæ comitabor arenas.  
 Indorum si stagna petas, rubrique recessus  
 Litoris, auriferum veniam poturus Hydaspen.  
 Si calcare Notum, secretaque litora Nili  
 245 Nascentis jubeas, mundum post terga relinquam.  
 Et quocumque loco Stilicho tentoria figet.  
 Hic patria est. Dux inde vetat: Desistite, quæso,  
 Atque avidam differte manum, cadat iste minaci  
 Invidiæ cumulus. non est victoria tanti,  
 250 Ut videar vicissè mihi. vos, fida juvenus,  
 Ite mei quondam focii. nec plura locutus  
 Flexit iter; vacuo qualis discedit hiatu  
 Impatiens remeare leo, quem plurima cuspis,  
 Et pastores pepulerunt igne catervæ,

## INTERPRETATIO.

Secutimur Te, ô Stilicho, quocumque placet. Sequar Te, ô Stilicho, aut ad Thulen constrictam glacie Boreali: sequar te, aut ad arenas ardentes Libyæ: si eas in Oceanum India, & fines remotos maris Orientis: adveniam bibiturus Hydaspen aureum. Si imperes me proterere Austrum, & ripas recedentes Nili Orientis, limquam orbem post terga mea. Et Stilicho collocabis tabernacula quacunq; in terra; hic patria est mea. Princeps Arcadius inde prohibet, ait Stilicho, rogo vos, desinite, & reservate dexteras cupidas cædis. Acervus isto livoris submitatur. Victoriam non tanti facio: ut videar superare, pro me. Vos juvenes fideles olim commilitones mei, abite. Neque dicens plura verba, detorquet viam: sicut leo indignans redire, abis, ore vacuo, quem leonem tela multa & turba pastorum expulerunt flamma.

## ANNOTATIONES.

240. *Hyperboreo.* ] Frigore vehementi, quod videretur esse supra Boream, non tamen ultra, quia Boreas fiat à Polo Arctico extremo Mundi fine.  
*Damnata Thulen.* ] Constrictam ac velut damnatam glacie: toto enim hyberno tempore aiunt ibi Solem non videri.  
 241. *Libyæ.* ] Regionis ardentis, arenosæ, & siticulosæ in Africâ.  
 242. *Rubri aquoris.* ] Rubri à radiis Solis Orientis.  
 243. *Hydaspen.* ] Fluvium aureis arenis insignem in Asiâ.  
 244. *Calcere Notum.* ] Calcere Regionem Noto seu Austro subjectas, hoc est, regiones Meridiana.  
 245. *Nili nascentis.* ] Ultra lacum Dambea, in Africâ; vid. Conf. in Prob. v. 38.  
*Post terga relinquam.* ] Etiam ultra mundum ibo pro Stilichone.  
 249. *Cumulus invidia.* ] Quâ velut gravatus sum, & cui hoc Rufini facti cumulus accessit: vel cadat cumulus invidia, ô Milites, quam in nos attraheremus, si contra Arcadii mandatum pugnaremus: vel cumulus invidia, quâ me gravat Rufinus, spontè concider. Ceterum ut à Claudiano dicitur *invidia cumulus*, sic à Cicerone dicitur, *tempestas & moles invidia.*  
 250. *Vicissè mihi.* ] Ut videar velle pugnare & vincere ad gloriâ mihi comparandam.  
 254. *Ignis.* ] Ignis valde infestus est leoni.

- 255 Inclinatque júbas, demissâque lumina velat,  
 Et trepidas inæsto rimatur murmure sylvas.  
 Ut sese legio vidit disjuncta relinqui,  
 Ingentem tollit gemitum, galeâsque solutus  
 Humeâtat lacrymis, pressâmq; morantia vocem
- 260 Thoracum validos pulsant suspiria nexus.  
 Tradimur, heu, tantumque sequi prohibemur amorem;  
 Exclamant, spernâsne tuas Dux optime dexteras,  
 Quas tibi victrices toties Bellona probavit?  
 Nos aded viles? aded felicior axis
- 265 Hesperius, meruit qui te rectore teneri?  
 Quid nobis patriam, quid cara revivere tandem  
 Pignora, dilectosve juvat coluisse penates?  
 Te sine dulce nihil. jam formidata tyranni  
 Tempestas subeunda mihi: qui fortè nefandas
- 270 Jam parat insidias: qui nos aut turpibus Hunnis,  
 Aut impacatis famulos præstabit Alanis.

## INTERPRETATIO.

Et ille demittit villos, ac tegit palpebris oculos submissos, & scrutatur nemora irmentia fremitu tristi. Cum exercitus separatus aspexit se deeri, emittit magnum gemitum, & aspergit galeas flecibus obortis, ac singultus cohibentes vocem compressam, distendunt fortes juncturas loricarum. Ah! prodimur, & vetamur comitari Ducem tam amabilem, vociferantur; an contemnâs dexteras tibi, Dux fortissimè, tam fideles, quas Bellona toties experta est superantes pro te? nos sumus tam abjecti? An terra Occidentalis est aded faustior, qua merearur administrari à te gubernatore? Quid recenses patriam nobis? Quid tandem juvat revivere dulces liberos, & habitare domos jucundas. Absque te nihil est jucundum: jam injuria timenda Tyranni Rufini toleranda est mihi: qui Tyrannus forsitan jam struit mihi dolos nefarios: qui nos tradet servos futuros vel Hunnis deformibus, vel implacabilibus Alanis.

## ANNOTATIONES.

256. *Trepidâs sylvas.* ] Quasi sylvæ timeant leonem: vel petit sylvas trepidâs, hoc est, passu trepido aut celeri.
257. *Legio.* ] Exercitus Orientis separatus ab exercitu Occidentis.
260. *Thoracum pulsant nexus.* ] Id quod arguit singultus militis ferocis.
261. *Tantum amorem.* ] Tantum Ducem Stilichonem, causam amoris nostri.
264. *Axis Hesperius.* ] Terra vel tractus Occidentalis, ab Hespero Itellâ Occidua.
- Adeo felicior.* ] Ita & Cicero: *Per dexteram te istam oro, quam Regi Deiotaro hospiti porrexisti: istam inquam, dexteram, non tam in bellis &*
- in præliis, quam in promissis & fide firmiorem.*
267. *Penates.* ] Sunt Dii domestici: sæpius usurpantur pro ipsâ domo.
269. *Tempestas.* ] Injuria, contumelia, mores turbulenti, & tempestati obruenti similes.
270. *Turpibus Hunnis.* ] Hunni & Alanii populi Scythiæ. Attila Rex Hunnorum Romanos vocabat servos suos. *Turpes Hunnos* supra describit Claudianus lib. I. in Ruf. v. 327. Cæterum de Hunnis fabulæ narrantur, eos esse animalia minuta, tetra, quibus facies horrendi nigroris; in d. esse non facies, sed ossa, & puncta potiùs, quam oculos.

Quamquam

- Quamquam non aded robur defecerit omne,  
 Tantave gestandi fuerit penuria ferri.  
 Tu licet occiduo maneat sub cardine Solis,  
 275 Tu mihi dux semper, Stilicho, nostramque vel absens  
 Experiēre fidem. dabitur tibi debita pridem  
 Victima. promissis longum placabere sacris.  
 Tristior Aemonis miles digressus ab oris  
 Tangebatur Macetum fines, murosque subibat  
 280 Thessalonica tuos. sensu dolor hæret in alto  
 Abditus, & tacitas vindictæ præstruit iras,  
 Spectaturque favens odiis locus, apraque letho  
 Tempora, nec quisquam tantâ de pube repertus;  
 Proderet incautis qui corda minantia verbis.  
 285 Quæ non posteritas, quæ non mirabitur ætas  
 Tanti consilium vulgi potuisse taceri,

## INTERPRETATIO.

*Esse non aded vis cunctis elanguit; neque tanta est necessitas armorum tractandorum; Tu, ô Stilicho, quamquam cras in regione Occidentali Solis, tu cras mihi usque ductor; & etiam absens probabis fidelitatem nostram. Hostia devota tibi jamdudum mactabitur pro te. Sedaberis è longinquo sacris pollicitis. Milites mæstiores discedentes ex terrâ Thessaliâ, contingebant tractus Macedonum.*

*& accedebant ad tua mœnia, ô Thessalonica, tristitia pressa in corde profundo infixa est, ac præparat ultioni indignationem silentem. Locus opportunus odio exercendo expectatur. & tempus commodum morti inferenda. Neque ullus inventus est in tantâ juvenum turbâ, qui divulgaret sermones minaces dictis imprudentibus. Qui non oblupeſcent poſteri? Quæ non sacula, consilium tanta multitudinis sileri,*

## ANNOTATIONES.

272. *Quamquam non aded.* ] Non tam exigua animi vis nobis est, non tanta armorum penuria, ut sineremus nos à Rufino tradi Hunnis, & Alanis ducendos.

273. *Penuria.* ] Non ed nos penuria & paupertas adegerunt, ut vellemus remanere sub Ruſino.

276. *Debata victima.* ] Rufinus scilicet immolabitur. Heroum iræ victimis placabantur.

278. *Hamoniis.* ] Hæmonia vel Aemonia sic dicta ab Aemo monte, vel ab Aemone Deucalionis filio, sumitur pro Thessaliâ Græciæ Regione. Ovid.

*Aemonis Aemonio Laodamia viro.*  
 Id est, Proteſilao Thessalo Principi.

279. *Macetum.* ] Macetia & Macedonia sunt unum & idem, vel Macetia est pars Macedoniæ.

280. *Thessalonica.* ] Urbs primaria Ma-

cedoniæ, vulgò *Salonica*, S. Pauli epistolis cohonestata. In hac, Rufini crudelis instigatione Theodosius ob Magistratus violatos irâ percitus civium stragem edidit. Hinc ab Ambrosio Mediolani Præfule, templi aditu prohibitus, nec admissus est prius, quàm & poenitentiam egerit, & lege caverit, ut capitales sententiæ ante trigefimum diem ratæ non haberentur. Lex postea salutaris Antiochiæ. Hanc enim, ob raptatam in seditione Flaccillæ Augustæ statuam, everti jussit: sed legis suæ morâ placatus, & voce sancti Eremitæ monentis, ne propter mulieris imaginem, tot Dei imagines perderet, urbi pepercit.

286. *Taceri.* ] Ecquid enim remanet occultum, quod ad notitiam multitudinis pervenit?

K

- Aut facinus tam grande regi? mentisque calorem  
 Non sermone viæ, non inter pocula rumpi?  
 Æqualis tantam tenuit constantia turbam,  
 290 Et fuit arcanum populo. percurritur Hebrus,  
 Deseritur Rhodope, Thracumque per ardua tendunt,  
 Donec ad Herculei peruentum nominis urbem.  
 Ut cessisse ducem, propius venisse cohortes,  
 Cognita Rufino: magnâ cervice triumphat,  
 295 Omnia tuta ratus, sceptrumque capessere ferret,  
 Et conjuratos accendit voce clientes:  
 Vicinus: expulimus. facilis jam copia regni.  
 Nullus ab hoste timor. quis enim quem poscero solum  
 Horruit, hunc tantò munitam milite vineat?  
 300 Quis ferat armatam, quem non superavit inermem?  
 I nunc, exitium nobis meditare remotus  
 Incassum, Stilicho: dum nos longissima tellus

## I N T E R P R E T A T I O.

aut factum tam magnum occultari potuisse? & servorem animi non fraggi colloquio itineris, non inter bibendum. Constantia eadem tot replevit catervas! Et hoc occultum plebi exitiis. Hebrus peragrat, Rhodope relinquitur; & cuncti per altos montes Thracia, donec perveniant ad oppidum dictum de nomine Herculis. Postquam notum est Rufino ducem Stilichonem recessisse; & catervas suas advenisse propius: superbis elato capite, credens cum-  
 Et esse securo, atque ardet usurpare sceptrum, inflammâque sermone clientes simul conspirantes: sic dicens, superavimus, eiecimus hostes: jam potestas imperii facilis est mihi: nullus metus ab hoste. Nam equis superet hunc stipatum tot militibus, quem vel solum timuit aggredi? Equis sustineat armatum, quem non devicit inermem. I, jam, ô Stilicho, longè distans machinare frustra perniciem nobis, modò terra immensa

## A N N O T A T I O N E S.

287. *Mentisque calorem non rumpi.* ] Fervidum de occidendo Rufino propositum non violari, rumpi etiam inter pocula, & à multitudine quæ sepius nescit dissimulare.  
 290. *Hebrus.* ] Fluvius Thraciæ. Rhodope, Mons ejusdem Thraciæ.  
 291. *Herculei nominis urbem.* ] Heraclæam, urbem Thraciæ, vel Constantinopolim, quam Hercules comitis sui Byzantis memoriæ dedicasse dicitur.  
 293. *Cohortes.* ] Barbarorum, quos Rufinus acciverat.  
 294. *Cognita.* ] Scilicet sunt ea omnia cognita. Virgilius:  
*Frater ut Æneas pelagotus omnia circum*  
*Littora jactetur odiis Junonis iniqua,*  
*Nota tibi, & nostro, &c.*  
 295. *Omnia tuta.* ] Adulatur Stilichoni, quo remoto, omnia pessundabat.  
 296. *Clientes.* ] Barbaros accitos.  
 298. *Quis enim.* ] Sic gloriatur Rufinus. An Stilicho, qui non ausus est aggredi me solum & inermem, sustinere poterit nos armatos?  
 301. *I, nunc.* ] Ironia Rufini. Eat nunc Stilicho, & ex locis remotis in me tela torqueat. Virgilius:  
*I, sequeve Italiam ventis, pete regna*  
*per undas.*  
 302. *Dum nos tellus dividat.* ] Sic Tullius in Catilinam: *magno me metu liberabis, dummodò inter me atque te murus intersit.*

Dividat, & mediis Nereus interstrepit undis,  
 Alpinas transire tibi me sospite rupes  
 307 Haud dabitur. jaculis illinc me figere tenta.  
 Quære ferox enses, qui nostra ad mœnia tendi  
 Possit ab Italiâ. non te documenta priorum,  
 Non exempla vetant? quis par conatus adire  
 Has jactat vitasse manus? detrusimus orbe  
 310 Te medio, tantisque simul spoliavimus armis.  
 Nunc epulas tempus, socii, nunc larga parare  
 Munera, donandumque novis legionibus aurum.  
 Opportuna meis oritur lux crastina votis.  
 Quod nolit, Rex ipse velit, jubeatque coactus  
 315 In partem mihi regna dari. contingat in uno  
 Privati fugisse modum, crimenque tyranni.  
 Talibus acclamant dictis infame nocentum  
 Concilium, qui perpetuis crevère rapinis,  
 Et quos una facit Rufino causa sodales,

## INTERPRETATIO.

*separet nos, & mare mugiat aquis interpo-*  
*phis. Me vivente non licebit tibi transmittere*  
*saxa Alpium. Ex hoc loco conare trajicere*  
*me telis. Consecrare, ô crudelis, gladi-*  
*um, qui ab Italiâ valeat perungere ad urbem*  
*nostram. Non documenta superiorum, qui me*  
*tentarunt, non exempla prohibent te? an*  
*aliquis tentans lacerare me, gloriatur*  
*effugisse nostram fortitudinem? Nos deturbavimus*  
*te ex orbe medio, & unâ exiimus te tantis*  
*telis. O commilitones, nunc*  
*tempus est preparandi convivium, nunc dona*  
*profusa, & aurum dandum exercitibus*  
*novis. Dies crastina commoda lucebit meis*  
*desideriis. Imperator ipse cogetur velle,*  
*quod nolle, & coactus imperabis partem*  
*Imperii mihi tradi. Contingat mihi uni,*  
*& evitasse conditionem hominis privati,*  
*& tamen evitasse scelus tyranni. Turpis*  
*cæcus somnium applaudit his verbis Rufini,*  
*somnium, qui everti sunt furis assiduis,*  
*& quos causa eadem reddit socios Rufini.*

## ANNOTATIONES.

307. *Non te documenta.* ] Non te exempla superiorum qui me infeliciter aggressi sunt, te vetant mihi bellum inferre. Eorum clades non fuit tibi documento id non esse tentandum.  
 309. *Vitasse manus.* ] Potentiam, fortitudinem.  
 311. *Nunc epulas.* ] More priorum Principum, qui initio Imperii, populo dabant epulum; & militibus donativa: in quibus vis tanta fuit, ut milites sæpius faverent iis, qui pecuniosi essent & liberales.  
 314. *Rex.* ] Imperator Arcadius.  
*Coactus.* ] Magna Rufini hominis scelerati confidentia; qui, accitis Barbaris, sperabat eò se res adducturum, ut ipse Imperator Arcadius seipsum imperii facere, consortem cogeretur.  
 315. *Contingat in uno.* ] Ego Rufinus factus cōsors Imperii, fugiam modum seu conditionem hominis privati: fugiam etiam scelus tyranni, nam non invadam imperium, sed Arcadius ipse meis artibus coactus, illud mihi ultro committere videbitur, sicque Imperator ero, non Tyrannus.  
 318. *Crevère rapinis.* ] Congesto per furtum auro everti sunt ad honores, quos à Rufino emerant.



- 320 Illicitum duxisse nihil. delicta fuere  
 Nexus amicitiae. jam jam connubia læti  
 Despondent aliena sibi, frustraue vicissim.  
 Promittunt quas quisque petat, quas devoret urbes.  
 Cœperat humanos alto sopire labores  
 325 Nox gremio, pigrasque sopor diffuderat alas.  
 Ille diu curis animum stimulantibus ægrum  
 Labitur in somnos. vix toto corde quærat,  
 Ecce videt diras alludere protinus umbras,  
 Quas dedit ipse neci: quarum, quæ clarior, una  
 330 Visa loqui: proh surge toro! quid plurima volvis  
 Anxius? hæc requiem rebus finemque labori  
 Allatura dies, omni jam plebe redibis  
 Altior, & læti manibus portabere vulgi,  
 Has canit ambages: occulto fallitur ille  
 335 Omine, nec capitis sentit præagia fixi.  
 Jam summum radiis stringebat Lucifer Æmum,

## INTERPRETATIO.

nihil scilicet putare vetitum: crimina eorum fuerunt vincula amicitia: jamjam hilares pollicentur sibi uxores alienas, & spondent incasum sibi invicem oppida, qua unusquisque poscat, qua belluetur. Nox inceperat soporare curas hominum in sinu profundo, & somnus sparserat pennas nigras. Ille Rufinus cadit in soporem, ob sollicitudines angentes dudum mentem inquietam. Vix requieverat omni pectore, ecce statim cernit secum ludere Umbras funestas, quas ipse tradidit morti; qua-

rum una qua splendidior, visa est sic affari illum! Pro! exurge lecto: quare sollicitus cogitas multa? Hac dies impositura est finem, & quietem rebus omnibus, atque operi tuo: mox tu excelsior toto populo reverteris, & fereris manibus multitudinis gaudentis. Umbra prædicit has ambiguitates. Ille Rufinus decipitur præagio incognito, neque prævidet hæc esse signa capitis sui figendi. Jam Phosphorus illustrabat radiis partem supremam Hami montis,

## ANNOTATIONES.

320. *Illicitam.*] Una causa facit eos socios hac in re, quod nihil illicitum omnes putent.

321. *Nexus amicitia.*] Ipsa crimina eos reddiderunt amicos: ut enim lupus cito lupum, sic latro cito latronem agnoscit.

323. *Promittunt.*] Frustra sibi invicem pollicentur urbes, quas quis petat ad eas consumendas, atque devorandas; frustra, inquam, nam Rufinus mox est mactandus.

325. *Nox.*] Nocti datur currus, bigæ, gremium, alæ, & molles suasura papavera somnos.

328. *Alludere.*] Secum ludere, secum blandiri; id quod erat signum eum mox

inter umbras futurum.

*Umbras quas dedit ipse neci.*] Umbras eorum, quos interfecit.

334. *Altior capite.*] Ex Artemidoro tamen id somniantibus diadema portenditur.

335. *Nec capitis sentit præagia fixi.*] Non prævidet Rufinus sibi mox caput amputandum esse, idque lanceâ affixum à lætis Stilichonis militibus esse circumferendum: non, inquam, prævidet, sed dum se in somnis videt altiolem, putat se evectum iri ad solium principum: sicque infelicitè aberrat.

336. *Hamum.*] Hæmus vel Æmus mons est inter Thraciam & Thessaliam.

- Festinatque rotam solito properantior urget,  
 Tandem Rufini visurus funera Titan.  
 Desiluit stratis, densæque capacia turbæ  
 340 Atria regifico iussit splendere paratu  
 Exceptura dapes, &, quod post vota daretur,  
 Inscribi propriis aurum fatale figuris.  
 Ipse salutatum reduces post prælia turmas  
 Jam regale tumeus, & principe celsior, ibat,  
 345 Collaque fæmineo jactabat mollia gestu,  
 Imperii certus: tegeter ceu purpura dudum  
 Corpus, & ambirent ardentes tempora gemmæ.  
 Urbis ab angusto tractu, quæ vergit in Austrum,  
 Planities vicina pater. nam cætera Pontus  
 350 Circuit, exiguo dirimi se tramite passus.  
 Hic ultrix acies ornatu fulgida Martis  
 Explicuit cuneos. pedites in parte sinistrâ  
 Consistunt: equites illic poscentia cursum  
 Ora reluctantur pressis sedare lupatis.

## INTERPRETATIO.

Et Sol suo more velocior impellit rotas celeres, aspecturus tandem mortem Rufini. Hic exiluit ex lecto, & imperavit Aulam capacem magna multitudinis fulgescere apparatus regali, ad epulas recipiendas: & imperavit aurum funestum signari suâ imagine, ut distribuatur militibus, post desideria explicata. Ipse jam surgens regali more, & elatior principe incedebat salutaturus exercitum redeuntem post bella; & sibi promittens certò regnum, agisbas cervicem effaminatam more mulierum: quasi purpura jam pridem vestiret corpus suum, & lapilli splendentes cingere caput suum. A parte arcuæ urbis Constantinopolis quæ tendit versus meridiem, planities finitima porrigitur: mare enim sinens se separari parvo limite, cingit reliqua. In hac planitie exercitus vindex splendens insignibus Martis, extendit catervas: pedites stant in latere sinistro: equites aliâ parte conantur coercere habentis compressis ora equorum petentium cursum.

## ANNOTATIONES.

341. *Post vota daretur.* ] Ut post desiderium expletum, hoc est, post possessionem partem imperii, quam votis omnibus expectebat, daretur aurum militibus.  
 342. *Inscribi aurum fatale.* ] Iussit Rufinus aurum funestum sibi futurum signari suâ imagine, quasi jam esset Imperator. Unde patet quanta fuerit potentia Rufini, qui Imperatorum more epulum populo, Militibus ex auro suâ imagine signato donativum indicebat.  
 343. *Salutatum.* ] Imperatores salutabant legiones ex bello redeuntes.  
 346. *Imperii certus.* ] Virgilius de Æneâ, jam certus eundem.  
*Purpura.* ] Hæ Regum est ac Principum.  
 347. *Ardentes gemma.* ] Diadema gemmis ardentibus distinctum.  
 348. *Urbis.* ] Constantinopolis, quæ sita est ad Bosporum Thracium, Propontidem, & Pontum Euxinum, à quibus alluitur.  
 350. *Exiguo tramite.* ] Qui dicitur, Bosporus Thracius, quo arctatur mare.  
 351. *Ultrix acies.* ] Quia mox pœnas sumptura à Rufino: ornatu fulgida Martis, id est, armis instructa, vel instructa suis ordinibus.

- 355 Hic alii sævum cristato vertice natant,  
 Et tremulos humeris gaudent vibrare colores,  
 Quos operit, formátque chalybs. conjuncta per artem  
 Flexilis inductis animatur lamina membris,  
 Horribilis visu. credas simulacra moveri.
- 360 Ferrea, cognatòque viros spirare metallo.  
 Par vestitus equis. ferratâ fronte minantur,  
 Ferratòsque levant securi vulneris armos,  
 Diviso stat quisque loco. metuenda voluptas  
 Cernenti, pulcérque timor; spirítque remissis
- 365 Mansuescunt varii vento cessante dracones.  
 Augustus veneranda prior vexilla salutat.  
 Rufinus sequitur, quo fallere cuncta solebat  
 Callidus affatu, devotàque brachia laudat  
 Nomine quemque vocans: natòsque patrèsq; reversis
- 370 Nuntiat incolumes. illi, dum plurima ficto

## INTERPRETATIO.

Inde ceteri concutiunt horribiliter capita cristata, at latantur movere colores tremantes in humeris: quos ferrum tegit, ac velut efformat. Lamina flexibilis juncta per industriam, quasi animatur ab inducto corpore: estque terribilis aspectus: putes statuas ex ferro incedere, & viros vivere metallo cognato. Similis habitus est equis: minitantur capite ferrato, & videntes plagam, attollunt humeros feratos. Unusquisque stat in loco separato: delectatio est formidanda videnti, & jucundus metus; ac flexibus laxatis, serpentes diversi miscescunt, ventis quiescentibus. Imperator primus salutat signa venerabilia: Rufinus sequitur, quo alloquio ipse versutus consueverat decipere omnes, & commendat manus militum se devotentium, appellans unumquemque suo nomine: atque annuntiat militibus reducibus eorum patres & filios esse salvos. Illi milites, dum poscunt certatim

## ANNOTATIONES.

355. *Sævum natant.*] Milites nutando, seu movendo capita cristis fulgentia, videntur ostendere nescio quam sævitiam militatorem.

357. *Quos operis, formátque.*] Quasi illi non solum tecti sunt, sed formati, atque facti ex ferro, sed ut ipsæ laminæ ferreæ quibus vestiti sunt, videantur esse animatæ ipso tactu membrorum mansuetusque militis.

360. *Metallo cognato.*] Unde formati sunt, atque facti. Ovidius:

*Sive recens tellus, seductâque nuper ab alto*

*Æthere, cognati resinebat semina Cæli.*

*Cognati Cæli,* id est, ex quoeducta & separata erat.

361. *Par vestitus equis.*] Ferreus scilicet, & contextus ex laminis ferreis.

363. *Metuenda voluptas.*] Dulce erat sic videre & milites & equos cataphractos, seu laminis ferreis tectos, sed & simul nescio quid in illo apparatu formidandum apparebat.

365. *Dracones.*] In vexillis picti.

366. *Augustus.*] Imperator Arcadius salutat vexilla; deinde Rufinus idem facit.

369. *Nomine quemque vocans.*] More summorum Imperatorum: sic Cyrus, sic Alexander & alii sese gerebant, ad milites sibi conciliandos.

- Certatim sermone petunt, extendere longos  
 A tergo flexus insperatōque suprema  
 Circuitu sociare parant: decreſcere campus  
 Incipit, & clypeis in ſe redeuntia junctis  
 375 Curvo paulatim ſiſtantur cornua ducta.  
 Sic ligat immenſā virides indagine ſaltus  
 Venator. ſic attortos ad litora piſces  
 Æquoreus populator agit, rarōſque plagarum  
 Contrahit anfractus, & hiantes colligit oras.  
 380 Excludunt alios. cingi ſe fervidus ille  
 Nescit adhuc, gravitēque apprenſā veſte morantem  
 Increpat Auguſtum: ſcandar ſublime tribunal:  
 Participem ſceptri, ſocium declarer honoris.  
 Cum ſubitō ſtringunt gladios, vox deſuper ingens  
 385 Infremuit: Nobis etiam, deterrime, nobis  
 Sperasti famulas imponere poſſe catenas?  
 Unde redi neſcis? patiārne audire ſatelles,

## INTERPRETATIO.

*multa verbis ſiſtis, accingunt porrigere pond' circuitus longos, & conjungere ultima agmina gyro inexpectato: ſpatium campi cepit videri minus, & ala revertentes in ſe ſcutis conjunctis cōeunt ſenſim tractu curvo. Ita venator cingit nemora viridantia retibus maximis: ita prador maris impellit ad littora piſces obſupefactos, & congregat raros coronatus retium, & complicit foramina dehiſcentia. Milites arcant ca-*

*teros: ille ardens Rufinus ignorat adhuc ſe circumveniri, & apprenſā veſte, valde objurgat Imperatorem, ut ſcilicet conſcendas tribunal excelſum, & denuntiet ipſum Rufinum conſortem Imperii, conſortem dignitatis: cū ſtatim nudant enſes. Vox magna preterea inſonuit. Tu etiam nobis, Ruſine peſſime, credidiſti te poſſe injicere nobis vincula ſervilis? ignoras unde reverſus ſum? an ſuam appellari ſatelles,*

## ANNOTATIONES.

371. *Extendere longos flexus.* ] Milites coeperunt longo flexu ſe ſe in orbem curvare, mōxque alas explicatas in unum conjungere, ac ſic Rufinum de ſcepato, non de periculo cogitantem, circumvenire.
373. *Decreſcere.* ] Campus cohortibus explicatis cepit videri minor.
376. *Sic ligat, &c.* ] Ut venator cingit ſylvas retibus ad capiendam ſeram: ſic Milites cingunt agminibus ſuis Rufinum, ut eum capiant.
378. *Plagarum anfractus.* ] Impares retium cavitates, & variis anfragibus implicatas.
380. *Excludunt alios.* ] Tandem circuitus ille Militum tam arcē clauditur, ut cum Principe remaneat in medio ſolus Rufinus, cui maſtando parabatur iſta tragœdia: ſicque eos, qui circa ipſum erant, excludunt, inſtar piſcatoris, qui piſciculos emittit, quō prædam aliquam opimiorem retineat.
381. *Apprenſā veſte.* ] More antiquo urgentium.
382. *Tribunal.* ] Ligneum, in quo ſoliam aureum imponebatur.
386. *Famulas catenas.* ] Quales famulis, ſervis, captivis injiciuntur.
387. *Unde redi, neſcis.* ] Neſcis ex quā regione ego miles redeam? ex regione ſcilicet Honorii, & Stilichonis, qui viri fortes.

- Qui leges aliis, libertatēque reduxi?  
 Bis domitum civile nefas, bis rupimus Alpes.  
 390 Tot nos bella docent nulli servire tyranno.  
 Dirigit. spes nulla fugæ. seges undique ferri  
 Circumfula micat. dextrâ lævâque revinctus  
 Hæsit, & ensiferæ stupuit mucrone coronæ.  
 Ut fera, quæ montes nuper dimisit avitos,  
 395 Altorūque exul nemorum, damnatur arenæ  
 Muneribus, commota ruit: vir murmure contrâ  
 Hortatur, nixusque genu venabula tendit.  
 Illa pavet strepitus, cuneosque erecta theatri  
 Respicit, & tanti miratur sibi vulgi.  
 400 Unus per medios audendi pronior, ense  
 Profilit exerto, dictisque, & lumine torvus

## INTERPRETATIO.

ego qui dedi leges aliis, & restitui libertatem? bellum civile bis à me superatum est: huic fregimus claustra Alpium. Tot praelia nos edocent nulli famulari Tyranno. Rufinus cohorrui: nulla est spes effugii: multitudo telorum undique circumjecta fulget: à dextrâ, & à sinistrâ ligatus constitit, atque obstupescit cuspibus cæterua armata. Quæmadmodum bestia, quæ nuper reliquit colles patrios, & expulsa ex sylvis excelsis, condemnatur ad ludos Circi, excitata irruit: contrâ vir bestiarius urget illam clamore, & innixus genu opponit hastam. Illa metuit murmur, & elata aspiciit confossum theatri, atque obstupescit clamores tanta multitudinis. Unus proclivior ad audendum, per medios irruit gladio diffricto, & terribilis verbis.

## ANNOTATIONES.

389. *Bis domitum civile nefas.* ] Eximimus duo bella civilia, quibus Maximus & Eugenius oppressi sunt à Theodō, sed socio Stilichone.  
*Bis rupimus Alpes.* ] Sicque plus fecimus quam Annibal, qui Alpes semel trajecit.  
 391. *Dirigit.* ] Rufinus totis artibus perhorruit, atque concreto in venis sanguine, lapidis instar obrigit.  
 394. *Montes avitos.* ] Montes, in quibus avi ipsius stabulabant. Avus transfertur ad feras in hoc loco. Virgilius de tauro victo fugiente.  
*Et stabula adspiciens regnis excessit avitis.*  
 395. *Exul.* ] Quia fera invita expellitur ex sylvis patriis.  
 396. *Muneribus.* ] Ludis, qui vocantur *Munera*, quia dantur populo. Cicero:
- Magnificencia popularium Munerum.* Alii legunt, *Arena verberibus.*  
 397. *Venabula.* ] Hastas venatoribus idoneas vir bestiarius, qui bestiis curandis præpositus est, opponit, & sic hortatur, urgetque ingredi in circum: ita & milites urgent Rufinum ingredi casses paratos.  
 398. *Cuneos.* ] Ita theatrum erat dispositum, suos ut haberet cuneos, seu suâ latera in speciem cuneorum comparata: Virgilius:  
 — *Cuneosque theatri.*  
 400. *Audendi pronior.* ] Dicitur pronus ad vel in ferrum: pronus paci: & pronior audendi, ut in hoc loco.  
 401. *Lumine.* ] Alii legunt, *Vulnere*, id est terribilis, quod vulnus cogitaret inferre, vel, *ἀμα ἔπος*, *ἀμα ἔπος*, simul dictum, simul factum: simul minatur, simul vulnerat.

Hac

- Hac petit, hac Stilicho, quem jactas pellere, dextrâ  
 Te ferit: hoc absens invadit viscera ferro.  
 Sic fatur, meritôque latus transverberat ictu.  
 405 Felix illa manus, talem quæ prima cruorem  
 Hauserit, & fessi pœnam libaverit orbis.  
 Mox omnes fodiunt hastis, artusque trementes  
 Dilaniant, uno tot corpore pila tepeſcunt,  
 Et non infecto puduit mucrone reverti.  
 410 Hi vultus avidos, & adhuc spirantia vellunt  
 Lumina: truncatos alii rapuere lacertos.  
 Amputat ille pedes, humerum quatit ille solutis  
 Nexibus: hic fracti refecat curvamina dorsi.  
 Hic jecur, hic cordis fibras, hic pandit anhelas  
 415 Pulmonis latebras. spatium non invenit ira,  
 Nec locus est odiis. consumpto funere vix tum.  
 Deferitur, sparsumque perit per tela cadaver.

## INTERPRETATIO.

& oculis, ait, Stilicho, quem venditus  
 te ejicere, hac manu invadit te, hac  
 percussit te: oppugnat pectus tuum hoc on-  
 ſo, licet absens. Ita loquitur, & tra-  
 ficit latus Rufini digno vulnere. Fortu-  
 nata est illa dextera, qua prima effuderit  
 talem sanguinem. & attigerit supplicium  
 mundi fatigati. Statim cuncti transfigunt  
 Rufinum cuspibus, & lacerant mem-  
 bra palpitantia: tot tela caleſcunt in uno  
 corpore, ac puduit illos redire gladio non  
 cruentato. Hi avellunt os aviarum, &  
 oculos adhuc viventes: alii abstulerunt  
 brachia amputata: ille abſcindit pedes,  
 ille dejecit humerum laxatis vinculis:  
 hic secat spinam curvam dorsi abrupti.  
 Hic aperit jecur, hic fibras cordis, hic  
 latebras pulmonis anhelantis. Furor non  
 reperit spatium, nec locus patet odiis  
 omnium, morte consummata, vixdum  
 cadaver relinquitur, at perit dispersum  
 per arma militum.

## ANNOTATIONES.

401. *Hac petit.* ] Virgilius:  
*Pallas se hoc vulnere Pallas*  
*Immolat.*

406. *Pœnam libaverit.* ] Leviter attinge-  
 rit pœnam Rufino debitam ab orbe uni-  
 versio fello atque oppresso; leviter, in-  
 quam, attigerit, nam Rufinus in inferis  
 mox pœnas majores daturus est. Vel, *li-*  
*baverit*, id est, degustaverit, quasi frua-  
 tur pœnâ ac supplicio Rufini.

408. *Pila.* ] Tela Romanorum propria.  
 Lucanus: *Et pila minantia pilis*, de bello  
 civili.

410. *Vultus avidos.* ] Spirantes adhuc  
 avantiari,

412. *Solutis nexibus.* ] Laxatis scilicet  
 ac ruptis vinculis ac nervis, quibus hu-  
 merus sustinetur: Et sic periisse Rufinum  
 testantur historici.

415. *Ira.* ] Non invenit spatium, in quo  
 se exercent.

416. *Consumpto funere.* ] Morte con-  
 summata, perfecta, non deferunt cada-  
 ver, sed in frustra discerpunt, atque dis-  
 pergunt. Vel, *consumpto funere*, seu ca-  
 davere, cadaver adhuc quatunt, nun-  
 quam satis satiati.

*Mons Aonius.* ] Cithæron in Bœotiâ  
 regione Græciæ, olim *Aoniâ* dictâ; mons  
 Bacchantum infantiâ infestari solitus.

- Sic mœns Aonius rubuit, cum Penthea ferrent  
 Mænades, aut subito mutatum Actæona cornu  
 420 Traderet infans Latonia visa Molossis.  
 Criminibûsne tuis speras Fortuna mederi ?  
 Et malè donatum certas æquare favorem  
 Suppliciis ? unâ tot millia morte rependis ?  
 Eversis agedum Rufinum divide terris.  
 425 Da caput Odrysiis, truncum mereantur Achivi.  
 Quid reliquis dabitur ? nec singula membra peremtis  
 Sufficiunt populis. vacuo plebs obvia muro,  
 Jam secura fluit. senibus non obstitit ætas,  
 Virginibûsve pudor. viduæ, quibus ille maritos

## INTERPRETATIO.

*Ita mœns Citharon tinctus est, cum Bacchantes auferrent Pentheum; aut cum puella Latonia exponeres Molossis furentibus Actæonem transformatum cornu repentino. O Fortuna, an credis te posse mederi sceleribus tuis ? & conaris adequare pœnis honorem malè datum ? Remuneris unâ morte multitudinem tantam casorum ?* Eia, partire Rufinum orbi destructo: da caput Thracibus, Græci habeant truncum. Quid donabitur cæteris ? Neque membra singula satisfaciunt nationibus occisis: populus obuius, urbe relicta, jam currit tutus: ætas non re: tardavit senes, non verecundia puellas: vidua quibus ille Rufinus eripuit conjuges;

## ANNOTATIONES.

418. *Penthea ferrent.* ] Cum Bacchantes ferrent Pentheum dilaceratum, ob spreta Bacchi sacra.  
 419. *Mænades.* ] Bacchantes, *dæmōnē* quævis, furere, Mænades dicuntur.  
*Actæona.* ] Hic venator insignis à Diana quam nudam viderat, in cervum mutatus est, & à suis canibus discerptus.  
 420. *Latonia virgo.* ] Diana Latonæ filia.  
*Molossis.* ] Canibus sic dictis à Molossia Epiri parte in Græciâ: ibi optimi canes celebrantur.  
 421. *Criminibûsne.* ] An speras, ô Fortuna, unius Rufini morte te posse mederi criminibus, quæ, eo adjutore, patraſti ?  
 422. *Malè donatum.* ] Rufino homini immerenti.  
 423. *Rependis.* ] An unâ Rufini morte, reddis tot millia hominum, quos occidit.  
 424. *Divide.* ] Discerpe Rufinum, & divide terris, quas evertit, quibus ejus pœna debetur. Alludit ad debitores, quos in frustra discerpere licebat, si solvendo non essent. Unde proverbium: *Solvat in eum, qui non potest solvere in ære: hoc* est, occidatur, qui reddere debitum nequit. Hoc tamen factum esse nemo narrat. Nam ex Tertulliano; *Populus Romanus maluit hominis sanguinem suffundere, quàm effundere.*  
 425. *Odrysiis.* ] Odrysii sunt populi Thraciæ: ponuntur pro ipsis Thracibus, pars pro toto.  
*Achivi.* ] Populi Achaiæ; ponuntur pro ipsis Græcis, pars itidem pro toto.  
*Truncum.* ] Corpus exangue, capite amputato. Virgilius de Priamo:  
*— facit ingens litore truncus, Avulsûmque humeris caput, & sine nomine corpus.*  
 426. *Quid reliquis dabitur ?* ] Si Thracæ caput habeant, & Græci truncum.  
 427. *Vacuo muro.* ] Vel urbe relicta, vel muris custodia militum destitutis.  
 428. *Fluit.* ] Currit cum dulcedine & securitate: translatio sumitur à fluvio, qui molli quædam æquabilitate fluit. Virg.  
*Olli convenero, fluviantque ad regis plenis*  
*Tecta visis.*  
 Alii legunt, *Jam secura ruit,*

- 430 Abstulit, orbatæque ruunt ad gaudia matres,  
 Insultantque alacres. laceros juvat ire per arsus,  
 Pressaque calcaro vestigia sanguine tingi.  
 Nec minùs assiduus flagrant elidere saxi  
 Prodigiale caput, quod jam de cuspide fumma  
 435 Nutabat, dignâ rediens ad mœnia pompâ.  
 Dextera quinetiam ludo concessa vagatur  
 Æra petens, fraudesque animi perfolvit avari  
 Terribili lucro, vivôsque imitata retentus  
 Cogitur adductis digitos inflectere nervis.  
 440 Desinat elatis quicquam confidere rebus,  
 Instabilisque Deos, ac lubrica Numina discat.  
 Illa manus, quæ sceptrâ sibi gestanda parabat,  
 Cujus se toties submisit ad oscula supplex  
 Nobilitas, inhumata diu, miserôque, revulsa  
 445 Corpore, feralem quæstum post fata poposcit.

## INTERPRETATIO.

Et matres privata filiis erumpunt ad lætitiâ, et læta insultant: jucundum est incedere super membra læmata. Et colare pedes impressos cruore proculeato. Neque minùs ardent proterere lapidibus continuis monstrosum caput Rufini, quod jam pendebat ex altâ lancâ, revertens ad urbem digno apparatus. Præterea manus data ad ludibrium errat, poscens stipem. Et punitur quæstus horribili, ob dolo mentis insatiabilis, atque imitans nexus virtutis. Vos, cogitur curvare digitos, nervis attrahis. Ille cesset fidere magnis dignitatibus, quicumque sit, et sciat Deos esse inconstantes, ac voluntatem eorum mutabilem. Manus illa quæ præparabat sceptrum sibi gerendum, ad quam osculandam nobilitas humilis se toties subjecit: longam insepulta et avulsa à corpore miserabili petivit stipem funebre, post mortem.

## ANNOTATIONES.

435. *Nutabat.* ] Caput, quod præfixum insupremâ cuspidis parte nutabat.  
 437. *Æra petens.* ] Abicissa Rufini manus circumlata est ostiatim, quasi stipem emendicans lucro infami & terribili. Populûsque per jocum clamitabat ΔΟΤΕ ΑΠΑΗΚΤΩ, Date insatiabili. Porro as ponitur pro stipe, quia olim erat in usu pro monetâ. Virgilius:  
*Gravis ære domum mihi dextera radibat.*  
 438. *Vivos imitata retentus.* ] Imitans nexus atque rapacitatem tenacitatemque, qualem vivus Rufinus habebat.  
 441. *Instabilisque Deos.* ] Deorum favorem mutabilem, seu fortunam inconstantem. Sic Seneca, *Nos levis metuis*  
*Deos*: id est, levem favorem.  
*Numina.* ] Numen est velut anima & voluntas Deorum. Itaque, *lubrica numina discat*, id est, sciat voluntatem Deorum non semper esse firmam atque constantem in dandis rebus prosperis.  
 443. *Ad oscula.* ] Manum osculari obsequii argumentum est: mos ille veteribus fuit familiaris sic obsequium & reverentiam testari. Sic ex Plutarcho, Catonis Uticensis abitum ægrè ferentes milites, vestes suas, quâ iturus erat, sternebant, & manus deosculabantur.  
 445. *Feralem.* ] Antiqui ferale vocabant, id quod est funestum, exitiale, abominandum, horrendum, funebre, obsecrum, malique ominis.



Adspiciat quisquis nimum sublata secundis  
Colla gerit. triviis calcandus spargitur ecce,  
Qui sibi pyramidas, qui non cedentia templis  
Ornatura suos extruxit culmina Manes,

450 Et, qui Sidonio velari creditus ostro,  
Nudus pascit aves. jacet en, qui possidet orbem;  
Exigua telluris inops, & pulvere raro  
Per partes regitur, nusquam totiesque sepultus,  
Senferunt convexa necem, tellusque nefandum  
455 Amolitur onus. jam respirantibus astris,  
Infernos gravat umbra lacus. pater Æacus horret;  
Intrantemque etiam latratu Cerberus urget.

## I N T E R P R E T A T I O.

Ille videat hoc, quicumque fert caput nimis elatum rebus prosperis. En ille dispargitur proculcandus in compitis; ille, qui edificavit sibi pyramides, qui edificavit non inferiora templis Mausolea honoratura suas umbras; & ille putatus regi purpurâ Sidoniâ, nudus nutrit volucres. Ecce ille jacet, qui occupat mun-

dum carens terrâ exili, & operitur exiguo pulvere per partes, humatus nunquam, & toties tamen humatus. Cælum cognovit mortem Rufini, & terra remouet pondus detestandum. Jam Cælo respirante, umbra ipsius premit fluuios Tantiareos. Æacus pater exhorrescit; & Cerberus quoque invadit illum ingredientem.

## A N N O T A T I O N E S.

447. *Spargitur.*] Partes corporis Rufini discerpuntur sparguntur pedibus proculcandæ. *Ἀπὸς τοῦ ὄντος πᾶς ἀνὴρ ἐυλαύηται.* Ut lapsa quercus, omnis hanc hominem secat.

448. *Pyramides.*] Pyramis est turris quæ definit in figuram conii. Sic dicitur, *ἀπὸ τοῦ πυρός*, ab igne, cujus figuram imitatur. Cæterum Pyramides erigebantur ad servanda Regum cadavera, & erant Mausolea: vel ad servanda grana, & tum dicuntur, *ἀπὸ τοῦ πυρός*, id est, à frumento.

448. *Non cedentia templis.*] Fuit Romæ sepulchrum Probi viri illustris mole suâ & opere admirandum, & templis non inferius.

449. *Ornatura.*] Pyramides seu Mausolea à Rufino extructa non ornaverunt ipsius corpus, siquidem discerptum est, & per compita dispersum, sed tantum ornaverunt ipsius Manes, seu memoriam.

450. *Ostro.*] Qui credidit se futurum Imperatorem, ac proinde velandum esse purpurâ, sit avium præda.

*Sidonio.*] Ab urbe Sidone in Phœniciâ

Asiæ parte, ubi purpura exquisita.

451. *Possidet.*] Ironia. En scilicet ille jacet, qui putabat se possesurum esse totum Orbem.

452. *Pulvere raro.*] Partes corporis discerpti teguntur exiguo pulvere.

453. *Nunquam totiesque.*] Rufini corpus nunquam sepultum est, siquidem discerptum & dispersum est: toties tamen est sepultum, quia lacerata corporis frustra hinc, inde, infelicitèr exiguo pulvere semisepulta sunt.

454. *Convexa.*] Cælum lætarum est nece Rufini. *Convexa* explicuimus in Conf. Prob. v. 242.

455. *Amolitur.*] Terrâ tentat à se removere cadaver, tanquam opus detestandum.

*Respirantibus astris.*] Quasi Rufinus pessimus, pestifero halitu, serpentis Pythonis instar, Cælum contaminasset, ac velut oppressisset.

456. *Æacus.*] Filius Jovis, & Æginæ, regnavit in Æginâ insulâ maris Ægæi, tantâ iustitiæ famâ, ut iudex apud Inferos constitutus esse dicatur.

*Horret.*] Æacus, etsi iudex, tremat, atque horret adventum Rufini.

Tunc animæ , quas ille fero sub jure peremit,  
 Circumstant, nigrîque trahunt ad judicis urnam,  
 460 Infesto fremitu. veluti pastoris in ora  
 Commotæ glomerantur apes, qui dulcia raptu  
 Mella trahit, pennasque cient, & spicula tendunt;  
 Et tenuis saxi per propugnacula cinctæ  
 Rimosam patriam, dilectâque pumicis antra  
 465 Defendunt, pronôque favos examine velant.  
 Est locus, infaustis quò concilianitur in unum  
 Cocytos Phlegethônque vadis: inamœnus uterque  
 Alveus. hic volvit lacrymas, hic igne redundat.  
 Turris per geminos flammis vicinior amnes  
 470 Porrigitur, solidôque rigens adamante sinistrum  
 Proluit igne latus. dextrâ Cocytia findit  
 Æquora, tristè gemens, & sætu concita plangit.

## INTERPRETATIO.

Tunc animæ quas ille Rufinus occidit sub lege crudeli, circumadstant, & rapiunt illum ad urnam judicis atrî, cum clamore horribili. Sicut apes agitata congregantur contra vultum pastoris, qui eripit furto mella suavissima, & apes movent alas, & exerunt aculeos: ac densa persilaustra parua rupis insuntur patriam latebrosam, & cellas caras pumicis, ac segunt favos turbâ pendente. Est locus

quidam, in quem Cocytus & Phlegethon coeunt simul cum aquis infelicibus, ambo fluvii sunt injucundi: hic exudat igne, ille trahit flatus. Arx propior ignibus extenditur inter utrumque flumen; & compacta ex adamante solido irrigat flammâ partem sinistram: dextro latere secat aquas Cocytias, resonans flebiliter, & impulsa planctu queritur.

## ANNOTATIONES.

458. *Animas peremit.*] Occidit non animas, quæ sunt immortales, sed homines quorum animæ tunc trahebant Rufinum.

459. *Urnæ.*] Judicia conjectis in urnam lapillis, & inde extractis atque numeratis suffragiis exercebantur apud Græcos, & ideo mos ille inferis tribuitur. Urnam hanc movet Æacus vel Minos. Virgilius:

*Quasitor Minos urnam movet.*

Statius:

*Immensis urnam quatit Æacus umbris.*

460. *Infesto.*] Inimico, infenso, horribili clamore.

461. *Spicula.*] Exercent aculeos, qui sunt velut tot spicula.

463. *Cinctæ.*] Sese invicem cingentes. Alii legunt, *cunctæ*, id est, omnes.

465. *Prono.*] Prompto ad ferendum au-

xilium; vel demisso atque inclinato, vel pendente.

467. *Cocytus.*] A fluvii inferorum describit Inferos. *Cocytus* dicitur, *ὄρεσσι καυῶντι*, *gemere*, quòd sit fluvius gemitus, lacrymarum doloris. *Phlegethon* verò dicitur, *ὄρεσσι φλεγῶντι*, *ardere*, quòd sit fluvius ignis.

469. *Vicinior.*] Similior flammis, ob adamantem lucidum, vel quia paulò magis vergit ad aquas Phlegethontis, qui flammam ignis volvit.

471. *Proluit igne latus.*] Turris habet latus sinistrum, irrigatum flammis, seu torrente igneo.

472. *Plangit.*] Turris dextrâ parte impulsa lacrymis Cocytii, ipsa flere atque conqueri videtur, ob murmur aquarum lacrymabile.

- Huc post emeritam mortalia secula vitam  
 Deveniunt. ibi nulla manent discrimina fati,  
 475 Nullus honos, vanoque exitum nomine Regem  
 Proturbat plebeius egens. quæstor in alto  
 Conspiciens solio pertentat crimina Minos,  
 Et justis dirimit fontes: quos nolle fateri  
 Viderit, ad rigidi transmittit verbera fratris.  
 480 Nam juxta Rhadamanthus agit. cum gesta superni  
 Curriculi, totosque diu perspexerit actus;  
 Exæquat damnum meritis, & muta ferarum  
 Cogit vincla pati. truculentos ingerit urfis,  
 Prædonésque lupis. fallaces vulpibus addit.  
 485 At qui delicta semper vinoque gravatus  
 Indulgens Veneri voluit torpescere luxu,  
 Hunc suis immundi pingues detrudit in artus.

## INTERPRETATIO.

*Homines mortales huc descendunt post vitam transactam. Hic nulla superest differentia sortis, nulla gloria, & pauper plebeius repellit Regem spoliatum, titulo inani. Minos inquisitor spectabilis in tribunali excelso examinat scelera, ac separat nocentes à bonis, atque transfert ad flagella fratris sui severi eos quos aspexerit nolle confiteri peccata. Etenim prope Minocem* est Rhadamanthus, qui postquam perpenderit longa facta vita superna, & omnes actiones, aequat poenam factis, & cogit fontes tolerare catenas bestiarum. Homines crudeles immittit in urfos, rapacesque in lupos: proditores injicit in vulpes. Sed ille, qui semper oppressus pigritia & vino & impura voluptate voluit marcescere in luxuria, præcipitat hunc in corpus porci lusculent.

## ANNOTATIONES.

473. *Emeritam.* ] Translatam vitam: emeriti dicuntur ii. qui suo officio functi, merentur habere vacationem & quietem. Vox transfertur ad homines, qui vitæ officiis, seu vitæ defuncti sunt.  
*Mortalia secula.* ] Homines, qui mortales erant in seculo: sicque pro contento ponitur continens.  
 474. *Discrimina fati.* ] Post mortem cuncta paria, nulla est differentia sortis ac præteritæ conditionis. Lucianus: *ἰσότης ἐν ᾧδου, καὶ ὅμοιοι ἀμάρτις*: *Æqualis honor in inferis, & omnes pares.*  
 477. *Minos.* ] Rex Cretæ insulæ, secundum multos, filius Jovis, cujus colloquio lēges scripserat: tantā cum justitiæ famā vixit, ut post mortem creditus sit iudex apud Inferos fuisse constitutus. Virgilius: *Quæstor Minos urnam movet.* &c.  
 479. *Rigidi fratris.* ] Rhadamanthi, qui Jovis ex Europā filius, sicut & Minos esse perhibetur.  
 480. *Rhadamanthus.* ] Filius itidem Jovis, ut diximus: Rex Lyciæ, pariter severus, pariterque iudex Inferorum creditus.  
*Superni curriculi.* ] Curriculi vitæ actæ inter homines, qui superi dicuntur, habitā ratione Inferorum. Curriculum peritæ vitæ dicitur, quia vita optimè comparatur cum stadio, in quo omnes currunt ad metam.  
 483. *Vincla pati.* ] Pythagorica, *μετεμίσθωσις*, seu transmigratio animarum in alia corpora hîc adumbratur. *Vincla pati* itaque, id est, Rhadamanthus cogit nocentum animas alligari cum bestiis, pro ratione vitæ præteritæ, ita ut crudeles jungantur cum urfis, fallaces cum vulpibus, immundi cum porcis, &c.

Qui iusto plus esse loquax, arcanâque suavit  
 Prodere, piscosâ fertur victurus in undas,  
 490 Ut nimiam pensent æterna silentia vocem.  
 Quos ubi per varias annis ter mille figuras  
 Egit Lethæo purgatos flumine; tandem  
 Rursus ad humanæ revocat primordia formæ.  
 Tum quoque, dum lites, Stygiæque negotia solvit  
 495 Dura fori, veteresque reos ex ordine quarit,  
 Rufinum procul ecce notat, visuque severo  
 Lustrat, & ex imo concussâ sede profatur.  
 Huc superum habes, huc infariabilis auri  
 Proluvies, pretioque nihil non ausc parato.  
 500 Quodque mihi summum scelus est, huc improbe legum  
 Venditor, Arctoi stimulator perfide Martis,  
 Cujus ob innumeras strages angustus Avernus

## INTERPRETATIO.

Ille qui solitus est esse garrulus plus aquo, & divulgare secreta, rapitur in aquas cum piscibus, ut silentia sempiterna puniant nimiam loquacitatem. Quos fontes postquam Rhadamanthus impulsit per formas diversas animalium, spatio ter mille annorum, tandem ablutos fluvio Lethæo reducit ad principia figura humana. Tunc etiam idem Rhadamanthus dum explicat rixas, & res acerbas Senatûs inferni, & vestigat reos antiquas per ordinem, en longe animadvertit Rufinum, & considerat oculis terribilibus, ac solio comoto ab ipsis fundamentis loquitur. Veni huc, Rufine postis hominum, huc impurum receptaculum divitiarum, & qui ausus es omnia, pecuniâ propositâ, & quod maximum puto crimen, veni huc scelerate venditor iustitiæ, auctorque perfidiosis bellis Septentrionalis, ob cuius cades infinitas,

## ANNOTATIONES.

486. *Indulgens Veneri.* ] Fœdæ voluptati.  
 488. *Loquax.* ] Loquaces detruduntur in aquas, ut cum piscibus silere discant, vel ut convertantur in pisces mutos.  
 492. *Lethæo.* ] Postquam Rhadamanthus animas fontium egit, duxit, impulit in varia animalium corpora, per mille annos ex Virgilio; per tria annorum millia ex Claudiano; per mille lustra ex Silio, eas purgat aquâ fluvii Lethæi, ut præteritorum obliviscantur, & remittit easdem ad informanda humana corpora.  
 495. *Ex ordine.* ] Observato tempore, prout quisque venerat.  
 497. *Concussâ sede.* ] Per indignationem.  
 498. *Proluvies.* ] Rufinus dicitur infariabilis proluvies auri, id est, auri scedifimæ parti receptaculum turpe, ac velut cloaca; quodd scilicet ille avaritiâ incensus, se pecuniâ per fas & nefas omni turpitudine impleret.  
 500. *Legum venditor.* ] Quod scelus est hominum pessimorum, tyrannorum.  
 501. *Arctoi.* ] Ἀρκτοί, Ursa, signum coeleste in Septentrione: unde Arctous Septentrionalis.  
*Stimulator Martis.* ] Auctor belli Septentrionalis, quod Rufinus suaserat, excitatis Getis, & aliis populis ad Septentrionem vergentibus.  
 502. *Avernus.* ] Hic lacus est in Italiâ, tam pestifer, ut aves prætervolantes ætro halitu extinguat. Unde ponitur pro Inferorum aditu. Unde Græci vocant, ἄσπερος: ἂν σὺν ὀππὶς αὐτῷ, quodd careat avibus.

Jam sinus, & plenâ lassatur portitor alno.  
 Quid demens manifesta negas? en pectus inultæ  
 505 Deformant maculæ, vitisq; inolevit imago,  
 Nec sese commissa tegunt. genus omne dolorum  
 In te ferre lubet. dubio tibi pendula rupes  
 Immineat lapsu. volucer te torqueat axis.  
 Te refugi fallant latices, atque ore natanti  
 510 Arescat decepta sitis, dapibusque relictis  
 In tua mansurus migret præcordia vultur.  
 Quamquam omnes alii, quos hæc tormenta fatigant;  
 Pars quota sint, Rufine, tui; quid tale vel audax  
 Fulmine Salmoneus, vel linguâ Tantalus egit,

## INTERPRETATIO.

*Jam aditus Inferorum arctus est, & vultor fatigatur næve repleta. Quare insciaris, insipiens, quæ vera sunt? Ecce nota impressa deturpant pectus tuum, & imago quædam innata est sceleribus tuis, neque peccata se operiunt. Juvat decernere in te genus omne suppliciorum: saxum pensile impendant tibi casû ancipiti: rota celeris te vol-*  
*vat: aqua fugaces decipiant te, & siti illusa siccescat ore tuo natante, atque epulis desertis, vultur æternus involet in viscera tua. Essi tamen alii omnes, quos illa supplicia torquent, particula quantulacunque tui sunt, ô Rufine! Quid aut Salmoneus fulmine superbiens simile fecit? Quid simile, aut garrulitate Tantalus peccavit.*

## ANNOTATIONES.

503. *Portitor.* ] Charon, qui transmittit umbras ad Inferos.

504. *Inusta.* ] Secundum Platonem & alios autores, perjuri cæterisque hominibus maleficis, innascuntur maculæ seu stigmata, quæ post mortem etiam inhaerent Umbris defunctorum. Hæ maculæ à Luciano vocantur, *στίγματα*. Juven. Tacitus: *Si tyrannorum mentes recludantur, possint aspici laniatus & ictus, quando ut corpora verberibus, ita savitia, libidine, malis consultis animus dilaceratur.*

505. *Vitisque inolevit.* ] Imago quædam, innata est, atque concreta cum vitis tuis, adeo ut etiam tua Umbra referat hanc vitiorum tuorum imaginem.

506. *Tegunt.* ] Nec tua peccata latent; manifesta sunt, apparent.

507. *Rupes.* ] Tu saxum volvas, ut Sisypheus.

508. *Torqueat.* ] Rota te torqueat, ut torquet Ixionem. Ovidius: *Voluitur Ixion, & se sequiturque fugisque.*

509. *Fallant latices.* ] Te aqua sitientem fallat, ut Tantalum.

511. *Vultur.* ] Rodat, tundatque vultur tua præcordia, ut tundit jecur immortale Tityi. Horum supplicii plena sunt Poëtarum volumina.

513. *Pars quota sunt.* ] Omnes nocentes, qui suppliciis infernis premuntur, non accedunt ad improbitatem Rufini, sed sunt ipsius particula exigua: quasi in hoc uno multi scelerati contineantur. Sic Sylla uni Cæsari dicebat multos inesse Marios, hoc est multos Optimatum hostes, seu unus Cæsar formidabilior erat, quam multi Optimatum hostes.

514. *Salmoneus.* ] Hic Rex Elidis in Græciâ super pontem æneum currum agebat *lampada quassans*, & non imitabile fulmen, sed Juppiter vero hunc fulmine perculit. Virgilius:

*Præcipitemque immani turbine adegit. Lingua.* ] Tantalus ex Euripide, Deorum mensæ adhibitus *ἀλώεσθον ἐκ γλώσσας*, improba linguâ usus est, ideò, quæ vel ipsi saxum impendit; vel, *Quærit aquas in aquis, & poma fugacia capiat.*

*Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.*

515. *Aut*

- 515 Aut inconcesso Tityos deliquit amore ?  
 Cunctorum si facta simul jungantur in unum ,  
 Præcedes numero. cui tanta piacula quisquam  
 Supplicio conferre valet ? quid denique dignum  
 Omnibus inveniam , vincant cum singula pœnas ?  
 520 Tollite de mediis animarum dedecus umbris.  
 Adspexisse sat est. oculis jam parcite nostris ,  
 Et ditis purgate domos. agitate flagellis  
 Trans Styga , trans Erebum. vacuo mandate Barathro  
 Infra Titanum tenebras , infraque recessus  
 525 Tartareos , nostrumque Chaos. quâ noctis opacæ  
 Fundamenta latent , penitusque immersus anheler ,  
 Dum roter astra polus , feriant dum littora venti.

INTERPRETATIO.

aut Tityus voluptate illicitâ ? Si omnium scelera simul accumulentur in unum , tu superabis eos multitudine. Cui pœna quispiam potest comparare tanta crimina ? Quod tandem reperiam supplicium dignum cunctis , cum singula exuperent quævis supplicia ? Removete hoc animarum opprobrium , ex medio umbrarum : satius est vidisse. Parcite jam oculis nostris , & eluite regnum Plutonis. Ejicite illum verberibus ultra Stygem , ultra Erebum : desurbate illum in Barathrum inane , infra latebras Titanum , infraque ergastula inferna , & Chaos nostrum , quâ parte principia noctis obscurissima absconduntur : ac funditusmersus ingemiscat , dum Cælum volvet sidera , dum veni percutiens littora.

ANNOTATIONES.

515. *Tityos.* ] Hic gigas miræ magnitudinis , cum Latonæ stuprum inferre tentasset , à Jove , aut ab Apolline , confossus est , & dejectus ad Inferos , ubi vultur ejus  
*Immortale jecur tundit , fecundâque pœnis*  
*Viscera.* Virgilius.  
 521. *Parcite.* ] Ne offendite oculos nostros aspectu longiore talis monstri , Rufini scilicet : quia credebant oculos inquinari spurcis rebus objectis. Ovidius :  
*Cum spectant oculis laesos , laduntur & ipsi.*  
 523. *Erebum.* ] Erebus , Barathrum , Tartara , sunt loca Inferorum profundiora , obscuriora.  
*Barathrum.* ] Locus erat Athenis profundus , in quem damnati injiciebantur , & ideo ponitur pro inferis.  
 524. *Titanum.* ] Titanes bella Saturno intulerunt , sed à Jovē filio fulmine detrusi sunt ad Inferos.  
 525. *Chaos.* ] Est locus Inferorum valde confusus , ex Ovidio :  
*Quem dixere chaos : rudis indigestaque moles.*  
*Ubi nullus ordo , sed sempiternus horror inhabitat.* Job.  
 526. *Anheler.* ] Ita gemat prematurque , ut semper anhelitu labore , nec unquam respirare possit.  
 527. *Dum roter astra.* ] Id est , semper , in æternum.

DE UXORE ET FILIA RUFINI OBSERVATIO.

Mortuo Rufino , & in frustra discepto , uxor ejus , & filia , metu pœnæ ad Ecclesiam , velut ad asylum confugerunt. Inde navigarunt Hierosolimam , ubi reliquæ vitæ suæ tempus exegerunt.

Finis duorum Librorum in Rufinum.

M



# CL. CLAUDIANI

DE TERTIO CONSULATU

HONORII AUGUSTI,

\* P A N E G Y R I S.

## ARGUMENTUM PRÆFATIONIS.

**U**T Aquila probatos ad Solem pullos alit, Jovis fulmen gesturos, ad eum propius accessuros, aviumque Reges futuros; sic Roma probatum in ipsâ procerum luce Claudianum ad Aulam promovet, Imperatoris laudes dicturum, ad ejus Majestatem accessurum, Poëtarumque Regem futurum.

## PRÆFATIO.

**P**ARVOS non aquilis fas est educere fœtus  
Ante fidem Solis, judiciûmque poli.  
Nam pater, excusso saliit cum tegmine proles;  
Ovaque maternus rupit hiulca tepor,  
Protinus implumes convertit ad æthera nidos,

## INTERPRETATIO.

**N**on licet Aquilis educere pullos teneros, ante testimonium Solis, & approbationem Cæli. Etenim pater, cum soboles exiit rupto putamine, & calor matris fregit ova dehiscencia, statim vertit ad Cælum pullos nondum plumescens.

## ANNOTATIONES.

\* P A N E G Y R I S.] Vide supra in Consulatû Prob. Hoc carmen in tertium Honorii Consulatû à Claudiano recitatum est coram ipso Principe, in Palatio Mediolanensi, anno Dom. 396.  
1. Ante fidem Solis.] Antequam explorant fidem pullorum, testimonio Solis & Cæli, sive antequam examinent an pulli futuri sint fideles in aspiciendo Sole, rectâ acie oculorum.  
3. Excusso germine.] Fracto ovi putamine, in quo erat germine.  
5. Nidos.] Pullos, qui in nido continentur: tuncque ponitur continens pro

- Et recto flammæ imperat ore pati.  
 Consulit ardentes radios, & luce magistrâ  
 Natorum vires ingeniûmque probat.  
 Degeneres refugo torfit qui lumine visus,  
 10 Unguibus hunc sævis ira paterna ferit.  
 Exploratores oculis qui pertulit ignes,  
 Sustinuitque acie nobiliore diem;  
 Nutritur, volucrumque potens, & fulminis hæres,  
 Gesturus summo tela trifidula Jovi.  
 15 Me quoque Pieriis tentatum sæpius antris  
 Audet magna suo mittere Roma Deo.  
 Jam dominas aures, jam regia tecta meremur,  
 Et chelys Augusto iudice nostra sonat.

## INTERPRETATIO.

ac jubet hos sustinere ignem Solis oculis  
 fixis. Consulit radios igneos, & expe-  
 ritur virtutem & indolem filiorum, So-  
 le judicante. Qui pullus degenerans a-  
 vortis oculos, acie resurgente, iracundia  
 patris verberat hunc unguibus rigidis;  
 qui vero passus est oculis flammæ proban-  
 tes, & intus est lucem vix auda-  
 cior, educatur futurus Rex avium, &  
 successor fulminis, laturus Jovi omni-  
 tens flammæ tricuspidem. Sic etiam Ro-  
 ma iugentes Proceres audent exhibere  
 Numini suo me probatum frequentius in  
 recessu Pierio, jam obtemus attentio-  
 nem Imperatoris, jam ingredimur Pala-  
 tium Regale, & Lyra nostra resonat, Im-  
 peratore judicante.

## ANNOTATIONES.

contento: quod est Poëtis familiare. Sic  
 Virgilius: *Nidique loquacibus escam.*  
 De hirundinibus.

10. *Ferit.* Occidit.

13. *Potens.* Hic significat, Regem, Prin-  
 cipem. Sic Horatius, *Divæ potens Cy-  
 pri*, id est, Regina.

15. *Pieriis.* Pieria est regio Macedo-  
 nix in Græciâ, cæque Musis sacra.

*Me tentatum antris.* Me qui tantum  
 periculum feceram mearum virium, in  
 umbratili Musarum recessu, me, inquam,  
 Roma, seu Romæ proceres producant ad  
 lucem Aulæ Imperatoris.

16. *Magna Roma.* ] *Magnæ Romæ*  
 Proceres.

*Deo.* ] Imperatore, quem adulator  
 Poëta Deum vocat. Sic & Martialis sæpè.

17. *Regia tecta meremur.* ] Procerum  
 benevolentia freti meremur ingredi Re-  
 giam Cæsaris.

*Jam dominas aures, &c. & chelys*  
*Augusto iudice, &c.* ] Jam meremur ha-  
 bere Imperatorem, & auditorem, & ju-  
 dicem. Octavius Cæsar primus dictus est  
 Augustus, & ab eo deinceps ceteri Im-  
 peratores appellati sunt Augusti.





INTER CLAUDIANI CARMINA ELEGIÆ SUNT elegantiores ; & inter elegias hæc porro omnium est elegantissima. Ita censet NOBILISSIMUS DOCTISSIMUSQUE HÛETIUS, qui dum SERENISSIMO DELPHINO somnium pro more conciliat , ipsi aureos hosce versus ita proponit , eos ut felicissimi Princeps ingenii memoriter edidicerit. Id quod hoc rudi Epigrammate nos ipsi exprimere tentavimus.

AUREA DELPHINO subeunti frata , decorus  
 Et genere & meritis adstat HÛETIADES  
 Hunc nempe Aonidum gremio componit , & ipsi  
 Mollia Castaliis pectora sopit aquis.  
 Ac docet , ut soboles Aquila regnantis ad astra  
 Evolet , & recto perferat ore diem.  
 Factum utrique decens : Regum , majore volatu ,  
 Hic pueros , doctos vincit & ille viros.



### ARGUMENTUM.

GRATULATUR Claudianus tertium Consulatam Hônorio , cujus celebrat natales Regios , infantiam , pueritiam armis jam tum gaudens , adolescentiam crudam ad ferendos labores Martis. Celebrat illum ut avi imitatore futurum , ut patri bellicoso hæere jam ardentem , ut felicitate suâ victorias properantem , Cælo dilectum , euntēque ad Patrem , cum Patre triumphantem , populo militibûsque plaudentibus. Tum Theodosius morti proximus Stilichonem liberis suis tutorem constituit , scandit Cælum , mutatur in Astrum. At Arcadio & Honorio totum Orbem subacturis parat Vulcanus arma , equosque Neptunus.



## CARMEN VII.

**T**ERTIA Romulei sumant exordia fasces,  
 Térque suas ducat bellatrix pompa curules.  
 Festior annus ear, cinctusque imitata Gabinos  
 Dives Hydaspeis augeſcat purpura gemmis.  
 Succedant armis trabeæ : tentoria liſtor  
 Ambiat, & Latia redeant ad ſigna ſecures.  
 Túque, ô, qui patrium curis æqualibus orbem

## INTERPRETATIO.

**F**asces Romani capiant tertium initium. & pompa militaris comitetur tertio ſolium tuum Conſulare. Annus ſolennior incipiat, & purpura locuples amulata veſtes Gabinorum amplificetur lapillis hydaſpeis ; ornamenta pacis ſequantur bella : liſtor circumdet tabernacula, & ſecures Romanae revertantur ad vexilla. Et tu, ô Honorii, qui gubernas mundum paternum

## ANNOTATIONES.

1. *Romulei fasces.* ] Fasces duodeni à liſtoribus ferebantur ante Conſules, velut inſignia Conſulatus: unde & pro ipſo Conſulatu ſumuntur, ſignum pro re ſignatâ. Dicuntur fasces Romulei, id eſt, Romani, quia geſtabantur in urbe, in quâ regnavit Romulus; & à ſolis Romanis uſurpabantur.

*Sumant exordia.* ] Annum incipiant, aperiant.

2. *Bellatrix pompa.* ] Cohortes militares ſolenni pompâ procedentes comitentur Principem Togato Magiſtratu conſpicuum, ipſique honori novum decus conciliantem.

*Curules ſuas.* ] Suas, id eſt, Romanas, *Curules*, id eſt, Sellas eburneas, in quibus ſedentes Conſules curru vehebantur in Curiam.

3. *Festior annus.* ] Jucundior, ſanctiorque ſit hic annus, cui Princeps Conſul præſerit.

*Cinctus Gabinos* ] Veſtes longiores, ſimiles iis, quibus utebantur Gabini populi Volſcorum, in Italiâ : qui ab hoſte deprehenſi, quamquam hoc habitu cingerentur, victoriam tamen retulerunt; & ideo in rebus urbanis ſacrisque hoc cinctuſi ſunt.

4. *Hydaſpeis gemmis.* ] Hydaſpes, unde *Hydaſpeus*, eſt fluvius Aſiæ gemmis notiffimus.

*Purpura.* ] Purpura Regum olim & Conſulum ſolenne indumentum.

*Dives augeſcat purpura gemmis.* ] Id eſt, purpura augeatur, ditetur, atque exornetur divitiis gemmarum.

5. *Trabea.* ] Trabea veſtis olim Augurum, Regum, & Conſulum : hic ſumitur pro Conſulatu : ſignum pro re ſignatâ Metonymicis. Nam *ſuccedant armis trabea*, id eſt, poſt bellica facta Honorii ſuccedat Conſulatus, & Reſpublica ejus armis deſenſa, ejusdem Conſulari autoritate regatur.

*Tentoria liſtor ambiat.* ] Ex more veterum Conſulum, qui vel inter ipſas expeditiones, Conſularia inſignia, fasces, & ſecures à liſtore geſtari volebant.

6. *Latia redeant ad ſigna ſecures.* ] Ut olim etiâ, ſecures Romanæ, ſeu Conſulares, ferantur ad ſigna, ſeu caſtra, in quibus dantur ſigna pugnæ. Cæterum fasces, trabeæ, curules, ſecures, ſunt inſignia Conſulatus, & ſæpè ponuntur pro ipſo Conſulatu, Metonymicis.

7. *Patrium orbem.* ] Orbem, ſeu Imperium terrarû, à patre Theodoſio relictum.

Eoo cum fratre regis, procede secundis  
 Alitibus, Phœbique novos ordire meatus,  
 10 Spes votumque poli, quem primo à limine vitæ  
 Nutrix aula fovet: strictis quem fulgida telis  
 Inter laurigeros aluerunt castra triumphos,  
 Ardua privatos nescit Fortuna penates,  
 Et regnum cum luce dedit. cognata potestas  
 15 Excepit Tyrio venerabile pignus in ostro,  
 Lustravitque tuos aquilis victricibus ortus  
 Miles, & in mediis cunabula præbuit hastis.  
 Te nascente ferox toto Germania Rheno  
 Latremuit, movitque suas formidine sylvas

INTERPRETATIO.

eum fratre Eoo, curis similibus, ingrodere  
 faustis avibus, & incipe cursum novos So-  
 lis; tu, qui es spes & desiderium Cæli,  
 quem Regia alitrix educavit à principio vi-  
 tæ primo, quem castra micantia armis nu-  
 truerunt inter victorias laureatas, For-  
 tuna tua excelsa non cognovit domum pri-  
 vatam; & illa concessit tibi imperium cum  
 vitæ: potentia domestica vobis, recepit in  
 purpurâ Tyriâ te cœu depositum sacrum: &  
 miles cinxit locum tuorum natalium, cum  
 signis triumphalibus, atque dedit tibi cu-  
 nabula inter arma media. Germania bellicosa  
 circa omnē Rhenum trepidavit, te exorientis.

ANNOTATIONES.

8. Eoo.] *Hæc*, vel *æor*, Aurora, inde  
*Mons*. Maturinus, ad Orientem pertinens:  
 Eoo cum fratre, id est, cum fratre Arca-  
 dio, qui administrat Imperium Orientis.  
 Secundis alitibus.] *Faultis* avibus, fe-  
 liciter.  
 9. Phœbique novos ordire meatus.] In-  
 cipe novum cursum Solis, sive novum an-  
 num, cui nomen Consules dabant.  
 10. A limine.] Limen est aditus do-  
 mūs, unde ponitur pro initio, principio  
 vitæ. Gloriosum est autem Honori natum  
 esse Imperatorem, quod plerique alio-  
 rum vel armis, vel adoptione, vel ele-  
 ctione, vel dolo, vel pecuniâ ad solum  
 ascenderint.  
 13. Ardua.] *Excelsa* tua fortuna non  
 provenit ex domo privatâ, & Honori,  
 sed statim atque natus es, ad imperan-  
 dum natus es. Alioqui multi ex privatâ  
 domo ad solum emerferunt.  
 14. Cognata potestas.] Potestas dome-  
 stica parentum seu cognatorum tuorum;  
 quasi diceret, statim atque natus es, eve-  
 lus es ad potestatem & honores.  
 15. Tyrio in ostro.] *Purpura* Tyria, ab  
 urbe Tyro in Phœniciâ, ubi purpura ex-  
 quisitor jactabatur. Cæterum mos erat  
 excipere infantes recens natos in purpurâ,  
 quæ propria erat Regum, Imperatorum,  
 Magistratum.  
 Venerabile pignus.] Te excepit velut sa-  
 crum depositum, velut pignus nostri amo-  
 ris atque venerationis.  
 16. Aquilis.] *Aquilæ* signa erant Ro-  
 manorum, quibus milites in orbem cir-  
 cumductis Honori recens nato gratula-  
 bantur, ex more veterum, qui filios He-  
 roum, eorumque nativitatē locum exul-  
 tantes circumbebant.  
 17. In mediis cunabula præbuit hastis.]  
 Intra domum Cæsarēam, aut in Castrensi  
 Prætorio nasci, magnæ erat & felicitatis,  
 & fortitudinis futuræ præsagium.  
 18. Ferox Germania.] Germani Rhēni  
 accolæ bellicosi, & jugi dominationisq̃  
 impatientes: continens pro contento,  
 Metonymicæ.

- 20 Caucasus, & positis numen confessa pharetris  
 Ignavas Meroë traxit de crine sagittas.  
 Reptasti per scura puer, regūque recentos  
 Exuviae tibi ludus erant, primūque solebas  
 Aspera complecti torvum post praeia patrem,  
 25 Signa triumphato quoties flexisset ab Istro  
 Arctoā de strage calens, & poscere partem  
 De spoliis, Scythicōve arcus, aut rapta Gelonis  
 Cingula, vel jaculum Daci, vel fræna Suævi.  
 Ille coruscanti clypeo te sæpe volentem  
 30 Sustulit arridens, & pectore pressit anhelō  
 Intrepidum ferri, galeæ nec triste timentem  
 Fulgur, & ad summas tendentem brachia cristas.  
 Tum sic lætus ait: Rex ô stellantis Olympi,  
 Talis perdomito redeat mihi filius hoste,

## INTERPRETATIO.

& Caucasus concussis nemora sua praemissimorum: ac Meroë sagittis abjectis confessa te esse numen, avulsit ex casaria jacula inertia. Reptasti puer per clypeas, & nova spolia Regum tibi erant voluptas: ac primas consueveras osculari Parentem bellicosum post bella terribilia, quotiescunque fervens clade Septentrionali revocaverat vexilla ex Danubio superato; tu consueveras petere aliquid ex exuvitiis: seu arcus Scytharum, seu balteos ereptos Gelonis, seu tela Daci, seu habenas Suevi. Ille pater blandiens extulit frequenter super scutum micans, te laetantem, & pressit in sinu ferventi te interritum armis, neque metuentem splendores terribiles cassidis, & tollentem manus ad iugum altas. Tunc ita gaudens, inquit: ô Rector Caeli sideris, filius meus ad me reuertatur similis, superato hoste,

## ANNOTATIONES.

20. *Caucasus.*] Mons gentium timmatissimarum hospes, Scythiam dirimens ab Indiâ.  
*Positis Pharetris.*] Pharetra est theca, unde jacula depromuntur.  
 21. *Meroë.*] Insula Nili, vulgò, *Gnequere.*  
*Traxit de crine sagittas.*] Meroës incolæ solebant implere cines parvis sagittis.  
 22. *Recentas exuvias.*] Cæde ac sanguine recens madentes, horrentes.  
 24. *Torvum.*] Spicanscra adhuc, torvo vultu, bella, minas, cædes.  
 25. *Ab Istro.*] Post devictas gentes immensissimas, Danubium accolentes.  
 26. *Arctoâ.*] Ἀρκτος, Ursa, signum coeleste in Septentrione, unde Ἀρκτοὺς ponitur pro Septentrionali; ac proinde Arctoâ strage, id est, strage edicâ versus Septentrionem, ultra Danubium.  
 27. *Scythicos.*] Scythæ, Geloni, Daci, Suevi, gentes bellicose, circa & ultra Danubium.  
 30. *Pectore pressit anhelō.*] Pectore anhelanti bella & funera.  
 31. *Galea nec triste timentem fulgur.*] Quod certum est fortitudinis initium, fulgorem armorum sanguinolentorum non expavescere.  
 33. *Stellantis.*] Stellis undique micantis.  
*Olympi.*] Hic est mons Thessaliæ altissimus, qui pro Cælo sumitur.  
 34. *Talis.*] Hoc desumptum ab Homeri Hectore. Ζῆς, ἀλλοὶ γὰρ θεοὶ ὅτι δὴ ἐγὼ γάρ εἰμι θεός. Πᾶσι δὲ ἐμὸν, ὥς ἐγὼ, ἔγωγε. Juppiter, & alii Dii date filium meum fieri talem, qualis ego sum.

- 35 Hyrcanas populatus opes, aut cæde superbus  
 Assyriâ. sic ense rubens, sic flamine crebro  
 Turbidus, & grato resperfus pulvere belli,  
 Armâque gaviso referat captiva parenti.  
 Mox ubi firmasti recto vestigia gressu,  
 40 Non tibi desidias molles, nec marcida luxu  
 Otia, nec somnos genitor permisit inertes:  
 Sed nova per duros instruxit membra labores;  
 Et crudâ teneros exercuit indole vires:  
 Frigora sæva pati, gravibus non cedere nimbis;  
 45 Æstivum tolerare jubar, tranare sonoras  
 Torrentum furias, adscensu vincere montes,  
 Planitiem cursu, valles & concava saltu.  
 Nec non in clypeo vigiles producere noctes,  
 In galeâ potare nives; nunc spicula cornu  
 50 Tendere, nunc glandes Baleari spargere fundâ.  
 Quoque magis nimium pugne inflammaret amorem;  
 Facta tui numerabat avi, quem littus adusta

## INTERPRETATIO.

direpto Imperio Hyrcania, aut gloriatus  
 cæde Assyriorum: ita rubescens gladio,  
 ita subhorridus continuis ventis; & for-  
 didus pulvere glorioso pugnarum, & re-  
 portet tela capta patri latanti. Statim post-  
 quam signasti gressus certo pede, Pater  
 non indulsit tibi inertiam effeminatam,  
 non requiem luxu diffluentem, neque so-  
 porem pigrum: ac corroboravit tibi corpus  
 tenerum per exercitia laboriosa, atque as-  
 suescit vires tuas pueriles perferre animo

valido hyemes asperas, non se dimittens  
 tempestatibus turbidis, pati ardores æsta-  
 tis, trajicere impetum frementem torren-  
 tum, superare montes ascendendo, cam-  
 pos currendo, concava vallium saluan-  
 do, & traducere noctes insomnes suppo-  
 sito scuto, bibere nives in casside, modò  
 torquere arcu tela, modò vibrare glan-  
 des fundâ Baleari. Et ut Theodosius pa-  
 ter incenderet in te ingentem ardorem  
 praliorum, memorabat facinora avi tui.

## ANNOTATIONES.

35. *Hyrcanas opes.*] Imperium Hyrcaniae, seu Persarum & Parthorum vicinorum, qui semper infensum fuere Romanis.  
 36. *Assyriâ.*] Assyriorum, qui populi sunt in Asia.

*Flamine crebro turbidus.*] Facie subhorridâ ac deformatâ ventorum flatu, & campestri labore pulverulentus.

39. *Mox ubi, &c.*] Ab infantia Honorii transit ad laudes pueritiae ipsius.

43. *Crudâ indole.*] Viridi & laborum patiente: id quod decet Heroum filios.

46. *Torrentum furias.*] Torrens est fluvius temporarius, natus ex subitis imbris,

47. *Planitiem cursu.*] Laudata in Heroibus celeritas; sic laudatur Achilles ab Homero: ὠκύς ὄνως Ἀχαιεύς, pedibus velox.

50. *Baleari fundâ.*] Tali fundâ, qualis sit eorum qui habitant Baleares insulas & regione Hispaniae Bæticae: quarum insularum incolæ à teneris ita assuefaciunt liberos torquendis telis, ut panem habeant nullum, nisi quem fundâ dejecerint; & inde fiunt jaculandi peritissimi. Dicuntur Baleares δῶδ' εἰς βάλλον, à jaculando.

51. *Nimium.*] Ingentem, insignem, an-  
 nisque majorem audaciam.

52. *Avi.*] Theodosii etiam vocati.

Horrescit

Horrescit Lybiæ, ratibûsque impervia Thule.  
 Ille leves Mauros, nec falso nomine Piætos  
 55 Edomuit, Scotumque vago mucrone secutus,  
 Fregit Hyperboreas remis audacibus undas,  
 Et geminis fulgens utroque sub axe tropæis  
 Tethyos alternæ refluas calcavit arenas.  
 Hos tibi virtutum stimulos, hæc semina laudum,  
 60 Hæc exempla dabat. non ocyûs hausit Achilles  
 Semiferi præcepta senis, seu cuspidis artes,  
 Sive lyræ cantus, medicas seu disceret herbas.  
 Interea turbata fides, civilia rursus  
 Bella tonant, dubiûmque quatit discordia mundum.

## INTERPRETATIO.

quem ora Libya ardentis expavescit, & tibi hæc exempla, velut incitamenta fortitudinis, & germina gloria. Achilles non Istandia inaccessa navibus. Ille avus devicit Mauros celeres, & Piætos bene nominatos, ac persecutus Scotum ferro populante, rapit aquas Septentrionales ratibus generosis, ac micans duobus triumphu sub cardine duplici, protrivit arenas asruantes maris utriusque. Ille præbebat tibi hæc exempla, velut incitamenta fortitudinis, & germina gloria. Achilles non arripuit promptius documenta veteris Centauri, sive edisceret industriam hasta, sive concentus cithara, sive herbas salutaris. Interim fides violata est, pugna civiles murmurant, & discordia concutit Orbem nutantem.

## ANNOTATIONES.

53. *Libya.*] Libya est regio Africæ siticulosa, ardens, perpetuo calore adusta.  
*Thule.*] Hodie Istandia; ad quam usque victis Scotis pervenisse dicitur Theodosius avus.

54. *Leves Mauros.*] Mauri & Numidæ populi Africæ, celeres in pugnando, fugaces, & instabiles.

*Piætos.*] Populos Septentrionales, qui olim Britanniam insulam subegerunt: & qui ad terrorem, faciem pingebant, aut variis animantium figuris deformabant.

55. *Vago mucrone.*] Gladio populatore, quo usus Theodosius, quæcunque loca pererraret, ea omnia vastabat, populabatur.

56. *Hyperboreas.*] Aquas Septentrionales, & quasi supra Boream ventum, qui fiat à Septentrione. *Usc*, super.

57. *Utroque sub axe.*] Utroque sub Mundi cardine, scilicet Septentrionali & Meridiano, victoriis reportatis.

58. *Tethyos.*] Tethys est mater Nosiædum, seu Nympharum maris: Hic ac-

cipitur pro mari. *Tethyos alterna*, utriusque scilicet maris, Septentrionalis & Meridiani arenas alternatim calcavit.

59. *Semina laudum.*] Dabat tibi exempla, quorum observatio excitaret velut quædam gloriæ semina.

60. *Achilles.*] Filius Pelei & Tethidis Nymphæ, Heros Græciæ.

61. *Semiferi senis.*] Chironis Centauri, partim hominis, & partim equi, & ideo dicti *Semiferi*.

62. *Cuspidis.*] Edisceret cuspidis vibrandæ industriam. Cæterum Achilles à Chirone didiciz artes belli, Musicæ, & Medicinæ.

63. *Intemæ.*] Dum Theodosius hæc Honorio daret documenta virtutum.

*Turbata fides.*] Fides debita Imperatori violata est, & ingens tumultus secutus est, qui occasionem dedit Principi, ostendendæ virtutis.

64. *Dubiûm.*] Nutantem Orbem, ac propè cadentem discordiarum agitatione.

N

- 65 Proh crimen Superûm, longi proh dedecus ævi!  
 Barbarus Hesperias exul possederat urbes,  
 Sceptraque dejecto dederat Romana clienti.  
 Jam Princeps molitur iter, gentesque remotas  
 Colligit Autoræ, tumidus quascunque pererrat  
 70 Euphrates, quas lustrat Halys, quas ditat Orontes,  
 Turiferos Arabes saltus, vada Caspia Medi,  
 Armenii Phasin, Parthi liquere Niphaten.  
 Quæ tibi tunc Martis rabies, quantusque sequendi

## INTERPRETATIO.

*O scelus Deorum! ô pudor seculi diu mansurus! Exul Argobastes ferus occupaverat arces Occidentales, & tradiderat Imperium Romanum clienti vili. Jam Princeps Theodosius suscipit viam, & congregat populos longinquos Orientis, quos peragrat Euphrates surgens, quos Halys alluit, quos Orontes locupletat. Arabes deseruerunt sylvas thuriferas, Medi mare Caspium. Armenii Phasin, Parthi Niphatem deseruerunt. Qualis tibi tum erat amor belli, ô Honori, qualis cupiditas comitandi*

## ANNOTATIONES.

65. *Proh crimen superbum.* ] Cum quidam indignum accidebat, Poëtæ execrabantur, vocabantque crimen, dedecus, opprobrium, pudorem Deorum, seculi, &c. quasi peccarent Dii permittentes tanta mala, quorum eos pueret certè; si quis in eisdem caderet pudor.

*Longi pro dedecus ævi!* ] Dedecus seu macula ad longam annorum seriem duratura.

66. *Barbarus.* ] Argobastes, seu Argobastes, Princeps Gallus, quem barbarum vocat, ob genus, & mores, Romani Barbaros olim vocabant omnes populos, exceptis Græcis, Cæterum Argobastes gratia valuit apud Gratianum, & Valentiniano addictus fuit, sed non diu. Odebat Francos gentiles suos; odebat & Sacerdotes.

67. *Dejecto clienti.* ] Humili, ignavo, ignobili, Eugenio Grammatico, quem Argobastes ad Imperium transtulerat, ut sub ejus umbrâ regnaret, mox umbram ipsam, cum posset, aut sublaturus, aut elusurus. Porro non ita despectus fuit Eugenius, ut Claudianus ait, nam Rhetorices & viræ claritudine, ut alter Seneca floruit. Et ideo huic diademate cessit Argobastes: nisi fortè propter ancipitem eventum aliam hanc subire timuerit. De hoc supra.

70. *Euphrates.* ] Fluvius nascens ex Niphate monte Armeniæ: aluit Mesopotamiam, dicitur hodie *frat*.

*Halys.* ] Fluvius ex Tauro monte nascens: irrigat Cappadociam, Syriam, Paphlagoniam.

*Orontes.* ] Fluvius in Syriâ ex Strabone, *καταδύς εἰς τὸ μεταξὺ χάσμα Ἀραμίας & Ἀντιοχείας*, ô καλῶς Χαρυβδίν, ingrediens in hiatum inter Arameam & Antiochiam, quem hiatum vocant *Charrybdin*. Sic & Anas Hispaniæ se condit in occultos meatus.

71. *Arabes.* ] Populi Asiæ thuris proventu divites.

*Medi.* ] Populi itidem Asiæ, prope mare Caspium, vulgò, *Mer de Bacchu*, ou de Sala.

72. *Phasin.* ] Hic fluvius est Colchorum, oriundus ex Armeniâ. Ad hujus fluvii ripas magna est Phasianorum copia.

*Niphatem.* ] Niphates fluvius ortus à monte cognomine, alluit Parthos.

73. *Qua Martis rabies?* ] Quam princeps amor, & quasi rabida belli cupiditas erat Honori? Hic tum novem annos natus erat, cum Theodosius in Eugenium arma convertit, & ipsum Argobasten eò desperationis adegit, ut sibi mortem afferret.

- Ardor erat? quanto flagrabant pectora voto,  
 75 Optatas audire tubas, campique cruentâ  
 Tempestate frui, truncisque immergere plantas?  
 Ut Leo, quem fulvæ matris spelunca regebat  
 Uteribus solium pasci, cum crescere sensit  
 Ungue pedes, & terga jubis, & dentibus ora;  
 80 Jam negat imbelles epulas, & rupe relictâ  
 Gætulo comes ire patri, stabulisque minari  
 Æstuat, & celsi tabo sordere juvenci.  
 Ille vetat, retûntque tibi commendat habenas,  
 Et sacro meritos ornat diademate crines.  
 85 Tantâque se rudibus pietas ostendit in annis,  
 Sic ætas animo cessit, quererentur ut omnes  
 Imperium tibi serò datum. victoria velox  
 Auspiciis effecta tuis. pugnastis uterque:

## INTERPRETATIO.

partem? quali desiderio cor tuum ardebat  
 audire buccinas expositas, & potiri tur-  
 bine sanguinolento telorum Martis, &  
 pedes demergere in corporibus truncatis?  
 Quemadmodum Leo, quem antrum ma-  
 tris flava fovebat consuetum nutrirî mam-  
 mis ejus, cum animadvertit pedes suos  
 augeri unguibus, & terga villis, & os  
 dentibus, jam recusat escas inertes, &  
 de ferro saxo fervet incidere comes paren-  
 ti Gætulo, ac formidari ab armentis  
 ac fadari cruore tauri ingentis. Ille pa-  
 ter prohibet, at tradit tibi gubernacu-  
 lum Mundi, atque honorat caput tuum  
 dignum diademate sacro. Et pietas  
 tua talis patefecit se in ætate tenerâ: ita  
 verò pueritia superata est ab animo tuo,  
 ut cuncti conquererentur sceptrum com-  
 missum tibi esse tardius: victoria prompta,  
 felicitate tuâ, facta est:ambo decernastis:

## ANNOTATIONES.

76. *Tempestate frui.*] Delectari immit-  
 tendâ grandine ac tempestate telorum,  
 in campo: dicitur optimè telorum seges,  
 grando, tempestas, ferreus horror, &c.

80. *Imbelles epulas.*] Quas bello non  
 meruerit.

81. *Gætulo.*] Gætulia regio est Africa,  
 Leonibus famosa: qui Leones fulvisæpius  
 dicuntur.

81. *Tabo sordere.*] Ardet parvis leo ma-  
 etare taurum ingentem, & ejus sanguine  
 sordescere.

83. *Ille.*] Pater Theodosius vetat, ne  
 filius Honorius se sequatur ad bella, eum-  
 que relinquit, ut absente se regat Impe-  
 rium.

*Habenas.*] Imperium, quod regat Ho-

norius, ut eques, equum. Habena dici-  
 tur de equo, de navi, de imperio, &c.

84. *Diadema.*] *Am sũr:* ligare,  
 est fascia candida, quâ Reges frontem  
 ornabant.

85. *Rudibus in annis.*] In ætate pue-  
 rili, tenerâ, rudi, imperitâ in aliis, sed  
 in Honorio jam rebus gerendis habili,  
 quia virtus prævenit annos, Ovidius:

*Ingenium cæleste tuis velocius annis  
 Crescit, & ignava fert malè dumna  
 mora.*

*Pietas.*] Intelligit sub nomine pietatis,  
 virtutem omnem; vel intelligit pietatem,  
 quòd rerum habenas egregie moderare-  
 tur, patris imperio obediens, id quod est  
 magnæ pietatis.



**Tu fatis, genitorque manu. te propter & Alpes**

90 Invadi faciles. cauto nec profuit hosti

Munitis hæsisse locis. spes irrita valli

Concidit, & scopulis patuerunt claustra revulsis.

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis

Obruit adversas acies , revolutaque tela

95 Verrit in auctores, & turbine reppulit hastas.

O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris

Æolus armatas hyemes; cui militat æther,

**Et conjurati veniunt ad classica venti !**

Alpinæ rubuère nives, & Frigidus amnis

## I N T E R P R E T A T I O.

tu fato tuo, & pater dexterâ suâ : ob  
te Alpes etiam fuerunt faciles occupatæ :  
nec profecit hosti callido mansisse in locis  
vallatis : spes vana valli corruit, & re-  
pagula aperta sunt saxi avulsis. Ob te  
Boreas opprefsit exercitus oppositos frigidis  
tempestatibus ex alto venientibus, & con-

vertis jacula repulsa in jaculatores ipsos  
& impetu suo resorpsit tela. O Honori, ni-  
mis care Deo; pro quo Æolus immitte ex  
cavernis procellas bellantes pro te: pro quo  
Cæthumpugnas, & venti conspirantes ad-  
sunt ad tubæ clangorem, Nives Alpium  
simul sunt sanguine, & Frigidus fluvius

## Annotations.

39. *Tu satis.*] Exquisitum adulationis genus, nam cum non potuerit puer per iracundiam debellare hostes, poeta dicit debellatos esse, felicitate seu fato Hononii propugnante: eodemque fato multa esse felicius gesta.

: *Genitorum manu.* } Theodosius fortif-  
 -issimus Imperator, cum videret Arboga-  
 sten inter suorum fugientium cædem ac  
 sanguinem triumphare, confugit ad au-  
 xilium divinum; & ex Cedreno pro ga-  
 lla induens eponidem; pro hastâ virgam  
 in speciem crucis, unâ manu gestans, &  
 alterâ Evangelium; suos palatios ad præ-  
 lium & victoriam revocavit. Sic Theodo-  
 sius in Nummo pictus est, cujus Nummi  
 imago videtur in historiâ Baronii.

*Alpes.*] Montes Galliz Italique communes, quorum aditus obsederat Arbogastes.

90. *Invasi,*] Alpes faciliè invadi & occupari possunt, Valerius Maximus, *Invasenda Lacedæmonis.*

91. *Munitis habuisse locis.*] Nil profuit ad-  
haerescere optimis munimentis.

92. *Claustra.*] Ipsi aditus alicujus provinciae, sed praesertim aditus salebrosi, ac difficiles. Vulgò vocant *claves*. Κασιδευα

93. *Aquila*.] Seu Boreas flat à Septentrione,

*De monte.*] Ex alto monte Alpium.

95. *Turbine reppulit bastas.* ] Reversâ  
historiis proditum est, tam vehementem  
fuisse ventum à partibus Theodosii, ut  
ipsa tela retorqueret in corpora hostium,  
& id S. Augustinus, se à militibus, qui  
aderant, audivisse ait.

97. *Æolus*.] Filius Hippotæ, Deus ventorum, quos in antris retinet,

Et premere laxas novit dare jussus  
habenae.

Idcirco autem creditus Deus ventorum,  
quod ex fumo Strongyles insulæ ventos  
fuuros esse prædiceret.

*Armatas hyemes.* ] Pugnantes, velut armis instructæ forent hyemes, procelles, tempestates. Hiems dicitur, ἀπὸ τοῦ *ὑμεν* pluvare. Alii deducunt ἀπὸ τοῦ *ῥέειν*, fundere, quod fundat pluvias : Unde & *ῥέμα*, vel potius *ῥαίων*, hiems, ut ipsi scribunt.

99. *Frigidus.*] Nomen proprium fluvii, qui à Græcis dicitur *φρίγιδας*. Est autem non procul Aquileia.

- 100 Mutatis fumavit aquis, turbæque cadentum  
 Staret, ni rapidus juvisset flumina sanguis.  
 At ferus inventor scelerum trajecerat altum  
 Non uno mucrone latus, duplexque tepebat  
 Ensis, & ultrices in se converterat iras,  
 105 Tandem justa manus, jam libertate reductâ,  
 Quamvis emeritum peteret natura reverti  
 Numen, & auratas astrorum panderet arces,  
 Nutaretque oneri venturo conscius Atlas,  
 Distulit Augustus cupido se reddere cœlo,  
 110 Dum tibi pacatum præsentî traderet orbem:  
 Nec mora; Bistonis alacer confurgis ab oris,

## INTERPRETATIO.

*fumavis undis versis in sanguinem, & confisteret ob multitudinem caerorum; nisi cruor princeps impelleret aquas. Sed barbarus artifex criminum transfixerat sibi latus profundum, non uno ense, & gladius geminus calebat, ac tandem dextra Arbogastis iusta verterat in se furorē vindicem, jam libertate restituta, licet natura pos-*

*seret Theodosium, ceu Numen officio functum redire, atque aperiret domos aureas Cœli, & Atlas cognoscens quare retur opinione ponderis futuri, Augustus Theodosius procrastinavit referre se Polos expetenti, donec praberet tibi præsentî terras pacificas. Continud, ô Honori, latus exurgis à tractibus Thracia, audens*

## ANNOTATIONES.

101. *Staret.* ] Fluvius confisteret ob multitudinem cadaverum, nisi sanguine adjuvante tumescens averteret obices.

102. *Ferus inventor scelerum.* ] Arbogastes Comes Valentiniani secundi commotus in Principem ob missum sibi libellum exautorantem, omnia permiscuit: sed in ipso aditu Alpium eò desperationis adductus est à Theodosio, ut sibi mortem conficeret, repetito ensis ictu.

105. *Tandem justa manus.* ] Tandem Arbogastes in se convertit iras ultrices, & se iustâ manu occidit, quâ Valentinianum Augustum nefariè strangulasse dicebatur.

106. *Emeritum Numen.* ] Quasi Theodosius, ut Numen è Cœlo deciderit, ut orbem placaret, tumultusque extinguere, & hoc officio defunctus, & velut emeritus rediret ad Cœlum patrium, Emeritus olim dicebatur, qui per certum certipus in Circo pugnaverant, & ab illâ pugna delinceps immunis erat: inde transferretur ad eos, qui defuncti sunt, & velut fatigati quibusdam laboribus,

*Natura.* ] Ordo ille rerum omnium seriem continens; vel potius Deus ipse autor naturæ.

107. *Auratas astrorum panderet arces* ] Theodosio ascensuro: credebant quippe, ut diximus, ortas ex stellis Heroum animas; illuc redire.

108. *Nutaret.* ] Fictio Poëtarum, qui dicebant Heroes aliis hominibus esse graviores.

109. *Augustus.* ] Theodosius: ab Augusto Cæsare ceteri Imperatores dicti Augusti.

110. *Præsentî.* ] Theodosius Constantinopoli ægrotans, accersivit Honorium, quo præsentè visus convalescere: mox filius imperium tradidit, & vitam reliquit.

111. *Bistonis.* ] Bistones sunt populi Thraciæ, à Bistone Martis & Callirhoë filio: hinc *Bistonis ab oris*, id est Thraciis, seu ab urbe Constantinopoli, quæ est in Thracia, exurgis ceu sydus aliquod, vel confurgis, ut Heroes animosus, contra hostes.

Inter Barbaricas ausus transire oohortes  
 Impavido vultu. linquis Rhodopeia saxa  
 Orpheis animata modis: juga deseris Oetes  
 115 Herculeo damnata rogo: post Pelion intras  
 Nereis illustre toris. te pulcer Enipeus  
 Celsaque Dodone stupuit, rursusque locuta  
 In te Chaoniae moverunt carmina quercus.  
 Illyrici legitur plaga litoris: arva teruntur  
 120 Dalmatiae: Phrygii numerantur stagna Timavi.  
 Gaudent Italiae sublimibus oppida muris.  
 Adventu sacrata tuo. submissus adorat

## INTERPRETATIO.

*transmeare inter catervas Barbarorum.* admirata est, ac quercus Chaonia lo-  
*Deseris vultu intrepido rupes Rhodopeias* quentes iterum pronuntiaverunt versus  
*commotas cantibus Orphei: linquis cul-* in gratiam tui. Ora litoris Illyrici radi-  
*mina Oetes, condemnata pyra Hercu-* tur: agri Dalmatia calcantur: recen-  
*lis: postea ingrederis Pelion celebratum* sentur alvei Timavi Trojani: urbes Ita-  
*nuptiis marina Nymphar, amoenus Eni-* lia altis manibus evectae, consecrata ac-  
*peus admiratus est rogo: & Dodone alia* cossu tuo latantur, Padus humilis veneratur

## ANNOTATIONES.

113. *Rhodopeia.* ] Rhodope mons est Thraciae, cuius saxa Orpheus olim lyrae dulcedine trahere & animare dicebatur.

114. *Oetes* ] *Oeta, Oeta, & Oete, es,* est mons Thessaliae, in quo Hercules se rogo ardenti injectit, seseque damnavit flammis consumendum.

115. *Pelion.* ] Mons itidem Thessaliae, in quo nuptiae celebratae sunt Pelei & Thetidis, quae una erat ex Nymphis marinis, seu Nereidibus, unde & dicitur *Nereus torus*, id est, marinus, seu Nympharum marinarum.

116. *Enipeus.* ] Fluvius Thessaliae, qui alluit pulcherrima & amoenissima loca.

117. *Dodone.* ] Civitas Chaoniae regionis Epiri in Graecia: prope hanc urbem nemus erat totum quercubus consitum, & Jovi sacrum. Hic duae columbae fatidicae, imò & quercus ipsae vocales edebant oracula.

118. *Moverunt carmina in te.* ] In tui gratiam post longum silentium oracula carminibus ediderunt: & ex Theodoretone nondum obmutuerat oraculum Dodonaeum.

119. *Illyrici.* ] Ora Illyriae cursu praeterechitur: Illyria autem regio est ad litus maris Adriatici porrecta, sicut & Dalma-

tia, quae pars est Illyriae.

120. *Phrygii.* ] *Phrygius* dicitur *Timavus*, quia huc appulit Antenor Phrygius, seu Trojanus.

*Stagna.* ] Vel ob novem fontes aut ostia Timavi, vel ob insulas quarum objectu stagnant aquae.

*Timavi.* ] Est fluvius Venetiae prope Aquileiam, vulgo *Brenta*. Oritur ex sex fontibus: fons septimus adjungitur in palude ortus: duo adhuc alii fontes ex Virgilio & Pomponio Melâ adjiciuntur, si quae sunt novem fontes. Ille fluvius per cuniculos quosdam ab aestu maris recipit incrementum, & ubi mare intumuit, ingenti fragore saxei montis, ex quo fontes oriuntur, per complura illa ostia prorumpit, & exundans *pelago premit arva sonanti*.

122. *Adventu sacrata tuo.* ] Urbes omnes sacrae adventu Honorii, velut cuiusdam Numinis: & quasi urbes fierent totidem templa, in quibus nemo non Honorium colat.

*Adorat Eridanus.* ] Id familiare Poëtis, fluviorum Genios sic inducere venerabundos. *Eridanus* seu *Padus* fluvius maximus Italiae: Virg. *Fluviorum rex Eridanus*.

- Eridanus, blandosque jubet mitescere fluctus,  
 Et Phaëthontes solitæ deslere ruinas  
 125 Roscida frondosæ revocant electra sorores.  
 Quanti tum juvenes, quantæ sprevere pudorem  
 Spectandi studio matres, puerisque severi  
 Certavere senes, cum tu genitoris amico  
 Exceptus gremio mediam veherere per urbem,  
 130 Velaretque pios communis laurea currus.  
 Quis non Luciferum resco cum Sole videri  
 Credidit, aut junctum Bromio radiare Tonantem?  
 Floret cristatis exercitus undique turmis,  
 Quisque suâ te voce canens. præstringit æna.

## INTERPRETATIO.

ac, & imperat undas lenes mansuescere : tris ferreris per civitatem mediam, ac lan-  
 ac sorores ramosa Phaëthontis, consueta lu- rus communis cingeret currus sacros ! Ec-  
 gere exitium ejus, cohibent electra manan- quis non existimavit cerni Phosphorum cum  
 tia. Quot tunc adolescentes? quot matres Sole purpureo, aut Jovem micare conjun-  
 contemserunt verecundiam cupiditate vi- ctum Baccho. Agmina composita ex co-  
 dendis, & senes rigidi contenderunt cum hortibus galeatis florescunt undequaque :  
 pueris ; cum tu receptus in sinu charo pa- unusquisque prædicans te linguâ suâ :

## ANNOTATIONES.

123. Phaëthontes ruinas.] Ruinas Phaë-  
 thontis, qui cum malè regeret currum  
 Solis, à Jove, Terræ precibus evictò, in  
 Padum fulminis ictu dejectus est.

124. Frondosa sorores.] Sorores Phaë-  
 thontis, ita casum ejus desieverunt, ut in  
 alnos mutatae sint, aut in arbores, unde  
 stillat electrum, seu succinum; quod ap-  
 pellant lacrymas Heliadum, nam Helia-  
 des δὲ δὲ ἡλίας, à Sole dicuntur sorores  
 Phaëthontis; Phaëthus, Lampetia, &  
 Lampetusa.

Revocant.] Cohibent electra stillare  
 parantia, ut facilius mirentur Honorium.

Electra roscida.] Manantia & sudantia  
 instar roris.

126. Sprevere pudorem.] Matres, velut  
 spreto pudore, turmatim evolarunt mix-  
 tæ adolescentibus, studio videndorum  
 Principum.

128. Certavere senes.] Senes etiam severi  
 sunt & tetrici, tamen cum pueris certave-  
 runt alacritate currendi, præ desiderio cer-  
 nendi triumphi.

130. Communis laurea.] Et patri, qui vi-  
 cerat, & filio, cujus felicitate citius victo-  
 ria contigerat,

Pios currus.] Patris, qui pietate motus  
 vicerat, ut pacatum liberis relinqueret  
 Imperium. Notandum est currus trium-  
 phales aureos fuisse & laureatos.

131. Quis non luciferum.] Qui videt  
 triumphantem Theodosium, cum filio  
 Honorio, is putet videre se Solem cum  
 Phosphoro, aut Lucifero; aut Jovem cum  
 Baccho filio.

132. Bromio.] Baccho, qui sic dicitur  
 δὲ δὲ βρῆμα, fremere, murmurare;  
 quippe natus est Bacchus inter frementia  
 tonitrua, vel dicitur fremere ab effectis  
 vini.

133. Floret exercitus.] Ob cristas scili-  
 licet floris instar emicantes. Virgilius:

*Florentes ære catervas.*

Alii legunt, *Fervet*, id est, ardet hono-  
 rare, & prædicare Principem.

134. Voce canens.] Diversi populi di-  
 versa te linguâ canunt atque commen-  
 dant. Martialis:

*Vox diversa sonat, populorum est vox  
 tamen una.*

*Quâ verus patria diceris esse pater.*

*Æna lux.*] Splendor armorum, ex  
 ære confasorum.

- 135 Lux oculos, nudique seges Mavortia ferri  
 Ingeminat splendore diem. pars nobilis arcu,  
 Pars longè jaculis, pars cominus horrida contis.  
 Hi volucres tollunt aquilas, hi picta draconum  
 Colla levant, multusque tumet per nubila serpens  
 140 Iratus stimulante Noto; vivitque receptis  
 Flatibus, & vario mentitur sibi tractu.  
 Ut ventum ad sedes; cunctos discedere testis  
 Dux jubet, & generum compellat talibus ultro:  
 Bellipotens Stilicho, cujus mihi robur in armis,  
 145 Pace probata fides. quid enim per praelia gessi  
 Te sine? quem merui te non sudante triumphum?  
 Odrysium pariter Getico foedavimus Hebrum  
 Sanguine, Sarmaticas pariter prostravimus alas,  
 Rhipaëque simul fessos porreximus artus  
 150 In glacie, stantemque rotâ sulcavimus Istrum.

## INTERPRETATIO.

fulger areus hebetat oculos, & multitudo bellica gladiatorum nudatorum duplicat lucem fulgore suo. Alii insignes sunt arcibus; alii formidandi telis longè, alii hastis propè ferientibus. Hi ferunt Aquilas celeres, illi attollunt capita Serpentum depicta, & anguis plurimus indignans, vento commovente, surgit per aërem, atque nutritur exceptis flaminibus, ac fingit sibi flexu diverso. Statim atque per-ventum est ad palatium, Imperator Theo-

dosius imperat omnes recedere domo, ac sponte sic alloquitur generum. O Stilicho magnanimo, tuus virtus experta est mihi in bello, fidelitas in pace. Nam quid feci per certamina absque te? Quam retuli palmam te non laborante? Tinximus simul cruore Getarum Hebrum Thracium; simul sudimus cohortes Sarmatarum; & unâ extendimus membra fatigata in nive Rhipaë, & currum scidimus Danubium glaciatum.

## ANNOTATIONES.

137. *Contis.*] Contus sumitur pro per-ticâ, remo, hastâ.  
 138. *Aquilas.*] Vexilla Romanorum.  
*Picta Draconum colla.*] Veteres in vexillis gestabant Dracones depictos.  
 139. *Tumet per nubila serpens.*] Serpens depictus tumet, cum explicatur per aërem, & vento permittitur.  
 140. *Vivitque.*] Draco nutrix & conservari statu videtur, & imitari draconem sibilantem, cum expanditur, & celeri motu, quasi levi flexu ostenditur, & subtrahitur oculis.  
 142. *Sedes.*] Palatium, seu domum Cæsaream.  
*Cunctos discedere.*] Magna laus Stilichonis laudari à Theodosio, qui moriens,

remotis omnibus arbitris, ipsi magnam quiddam commendaturus est.  
 143. *Generum.*] Stilichonem qui duxerat filiam Honorii senioris, qui frater erat Theodosii, sed quam filiam ipse Theodosius adoptaverat.  
 146. *Sudante.*] Tuis sudoribus bellicis.  
 147. *Odrysium Hebrum.*] Hebrus fluvius dicitur Odrysus, ab Odrysiis populis Thraciæ, in quâ deleti à Theodosio Getæ.  
 148. *Sarmaticas.*] Sarmatæ seu Sauromatæ, populi circa fluvium Tanaim.  
 149. *Ripaë.*] vel Rhipaë à Riphæis montibus Scythiæ. Vide lib. 1. in Ruf. v. 244.  
 150. *Istrum.*] Danubium maximum Europæ fluvium stantem glacie.

Ergo

Ergo age, me quoniam cælestis Regia poscit,  
 Tu curis succede meis, tu pignora solus  
 Nostra fove, geminos dextrâ tu protege fratres.  
 Per consanguineos thalamos, noctemque beatam,  
 155 Per tædas, quas ipsa tuo Regina levavit  
 Conjugio, sociâque nurum produxit ab aulâ,  
 Indue mente patrem, crescentes dilige fœtus,  
 Ut ducis, ut soceri. jam jam securus ad astra  
 Te custode ferar, ruptâ si mole Typhæus  
 160 Vinculis profiliat, Tityos si membra resolvat,  
 Si furor Enceladi projectâ mugiat Ætnâ,  
 Opposito Stilichone cadant. nec plura locutus,  
 Sicut erat, liquido signavit tramite nubes,  
 Ingrediturque globum Lunæ, liménque reliquit

## INTERPRETATIO.

*Age igitur, quia Aula cælestis, repetit me, tu succede curis meis, tu unus tutare filios meos: tu defende virtute tuâ fratres duos. Per affinitatem matrimonii tui, & lectum felicem, per facies quas ipsa Imperatrix sustulit in nuptiis tuis, & conduxit nurum ex Regiâ cognatâ; accipe animum paternum, ama filios surgentes, ut est Ductoris &* *Soceri. Mox, mox, te relicto tutore, ibo tutus ad sidera. Si Typhæus fractis obicibus erumpat ex catenis; si Tityus expediat corpus; strabies Enceladi frumat ever-sâ Ætnâ; hæc monstra ruant Stilichone obstante. Neque dicens plura verba, qualis erat, notavit aërem semitâ clarâ, & intrat orbem Luna, ac deserit domicilium*

## ANNOTATIONES.

151. *Regia poscit.*] Quoniam morti sum proximus.  
 152. *Pignora.*] Filios meos Arcadium & Honorium, quæ mihi sunt carissima pignora.  
 154. *Noctemque beatam.*] Noctem nuptialem ita experitam.  
 155. *Tædas.*] Facies nuptiales ex albâ spinâ ferri solitas. *ταῖς, τὴν ταῖς*, hinc deducunt *tædam, facem, lampadem*: ut deducunt *hebdomadam* ab accu-sativo *τὴν ἑβδομάδα*.  
 156. *Sociâ aulâ.*] Cognatâ, affini, seu in qua sunt cognati & affines.  
*Nurum produxit.*] Serenam filiam adoptivam Imperatrix pronuba produxit ex more matrum veterum, quæ filiabus suis tædas præferebant, easque ad mariti domum deducebant.  
 158. *Ut ducis, ut soceri.*] Ut est proprium ducis & soceri amantis, Stilichone enim erat socer Honorii.  
 159. *Typhæus.*] Gigas Jovis fulmine percussus, & Inarime Puteolani sinûs insulâ, vel Ætnâ monte oppressus.  
 160. *Tityus.*] Tityus gigas itidem, Jovis, & Elaræ, seu Terræ, filius; ob tentatam Lâtonæ pudicitiam, aut à Jove fulminatus, aut ab Apolline confixus, & ad inferos detrusus.  
 161. *Enceladi.*] Hic gigas ibidem immanis, sub Ætnâ superimpositâ gemens.  
 163. *Sicut erat.*] Quasi Theodosius vivus, ac corporatus Cœlum ascenderit.  
*Liquido tramite.*] Semitâ, quam illustrabat corpus divino splendore.  
 164. *Globum Luna.*] Quia primum Lunæ Cœlum trajiciendum est in Cœlum ituro.  
*Limén Arcadis.*] Domicilium Arcadis, in Septentrione. Hic Arcas erat filius Callistûs, ac cum eam Ursam factam jaculo petere pararet, unâ cum matre in Cœlum raptus est: & illa in Ursam majorem seu Helicen transformata est, hic in minorem, seu Cynosuram, *κύων*, dicitur,

- 165 Arcados, & Veneris clementes advolat auras.  
Hinc Phœbi permensus iter, flammâque nocentem  
Gradivi, placidumque Jovem, stetit arce supremâ,  
Algenti quâ zona riget Saturnia tractu.  
Machina laxatur cæli, rutilæque patescunt  
170 Spontè fores. Arctoa parat convexa Bootes.  
Australes reserat portas succinctus Orion,  
Invitantque novum sidus, pendenteque vicissim,  
Quas partes velis ille sequi, quibus esse sodalis  
Dignetur stellis, aut quâ regione morari.  
175 O decus ætherium, terrarum gloria quondam;  
Te tuus Oceanus natali gurgite lassum  
Excipit, & notis Hispania proluit undis,

## INTERPRETATIO.

*Arcadis, & advenit ad mite sidus Veneris. Inde transgressus viam Solis, & ignem damnosum Martis, ac Jovem vi-tem, consistit in Cælo alto, quâ parte circulus Saturni concretus est in regione frigida. Moles Cæli aperitur, & janua micantes panduntur ultro. Bootes præpara: convexitatem Septentrionalem: Orion ar-* *matus aperit januas Meridianas: & advocant astrum recens, & dubitant inter se invicem, quas partes eligat ipse amplecti, quâ sidera cohonestet suâ societate, vel quâ in parte placeat manere. O Theodosi, honor Cæli, olim ornamentum terrarum: Oceanus patrius, recipit te sinu natalitio fessum, & Hispania te irrigat aquis familiaribus.*

## ANNOTATIONES.

- ἀπὸ τοῦ ἐλίκου ἀπὸ τὸν πόλον, quoddam volvatur circa Polum. Cynosura quia est ad caudam Canis, seu Ursæ, scilicet majoris, κύων, κυνός, canis, & ὅς, cauda.  
165. *Veneris.*] Alludit fortè ad Numerum, in quo infans sculptus erat septem Planetis circumdatus.  
166. *Flammâque nocentem Gradivi.*] Planetam ardentem Martis; Planetam blandum Jovis.  
167. *Arce.*] Cæli: arx enim ponitur pro apice aut fastigio.  
170. *Arctoa.*] Ἀρκτος, *Ursa*, signum Septentrionale, unde *Arctous* pro Septentrionali ponitur.  
Bootis,] Βούτης, bubulcus à βούς, bos & ὄδιον trudo, pello. Sed & Booten dixerunt Sidus cœleste proximum Ursæ, quam antiqui ἄμαξον sive *Plaustrum* vocabant, stellâsq; duas pariles, maxime loco conjunctas pro bobus ex Hygino, reliquas quinque pro Plaustro habebant. Sed postquam Astrologi Plaustrum stellis auxerunt, sic ut non amplius tam Plaustri, quam Ursæ haberet effigiem: tum & pro Plaustro ἄρκτος sive *Ursa* dici cœpit, & Βούτης similiter vocatus ἄρκτοφύλαξ, hoc est *Ursæ custos*, quod stellâ Ursæ regere ac custodire videatur.  
171. *Australes.*] Meridianas, ab Austro vento, qui flât à Meridie.  
*Succinctus.*] Armatus, ad pugnam expeditus; sic enim pingitur Orion, Orion Jovis, Neptuni, & Mercurii filius; vel Scorpionis, cum quo pugnabat, ictu, vel Dianæ telis confixus, ut tentator impudens: at postea inter signa cœlestia relatus.  
174. *Morari.*] Sedem & domicilium constituere.  
176. *Te tuus Oceanus.*] Oceanus Hispaniæ patriæ tuæ excipiet te cum aliis sideribus fessum tuo cursu. Poëtæ fingunt sidera post diurnum laborem descendere in mare, & ibi se lavare, inde caput exere-  
177. *Notis undis.*] Cognitis, familiaribus. Nam Theodosius oriundus erat ex Galliciâ Hispaniæ regione.

- Fortunate parens, primos cūm detegis ortus,  
 Adspicis Arcadium: cūm te proclivior urges,  
 180 Occiduum visus remoratur Honorius ignem.  
 Et quocunque vagos flectas sub cardine cursus,  
 Natorum per regna venis, qui mente serenā,  
 Maturóque regunt victas moderamine gentes;  
 Secula qui rursus forment meliore metallo.  
 185 Luget avarities Stygiis innexa catenis,  
 Cūmque suo demens expellitur ambitus auro.  
 Non dominantur opes; non corrumpentia sensus  
 Dona valent. emitur solā virtute potestas.  
 Unanimi fratres, quorum mare terraque fatis  
 190 Debentur, quodcumque manus evalit avitas,  
 Quod superest patri. vobis jam Mulciber arma  
 Preparat, & Siculā Cyclops incude laborat.  
 Brontes innumeris exasperat ægida signis:

## INTERPRETATIO.

O pater felix, cūm primò explicas caput, inuenis Arcadium: cūm pronior precipitas ad Occasum, Honorius aspectus retardat flammam Occidentem. Et quācumque sub regione vertas vias, incedis per imperia filiorum, qui gubernant populos edomitos: animo placido, & imperio prudenti; qui faciunt iterum atatem metallo pretiosiore conspicuam. Avaritia ligata vinculis infernis flet, & Ambitio insana exultat cum opibus suis: divitia non regnant, nil mu-

nera depravantia animos pro sunt: honores acquiruntur unā virtute. O fratres concordet, quorum felicitati terra & maria destinantur, & id omne quod effugit fortitudinem avorum vestrorum, quod restabat superandum patri Theodosio, jam Vulcanus fabricatur vobis arma, & Cyclopes sudant in incude Ætnæ. Brontes insculpit in clypeo signa infinita;

## ANNOTATIONES.

179. *Arcadium.*] Imperatorem Orientis, vetus liber scribit *Archadium* cum aspiratione, quasi deducatur, *ἀρχὴ* ab imperio.

180. *Honorius.*] Imperator Occidentis.

183. *Maturo moderamine.*] Imperio iusto, tranquillo, prudenti, & maturis ac sapientibus Imperatoribus digno.

184. *Formant.*] Renovant, faciunt seculum aureum.

185. *Stygiis.*] Infernis. Styx dicitur, *ὁ ποταμὸς τοῦ στυγίου*, odisse, quod sit fluvius odii, atque horroris. Styx est fons Arcadiæ veneno frigidissimo ac præsentissimo scatens; unde tribuitur Inferis. Alexander hanc aquā sublatu dicitur.

191. *Mulciber.*] Vulcanus vobis arma fabricatur, ut antiquis Semideis: Mul-

ber dicitur, quasi *mulcens* tractansque ferrum.

192. *Cyclops.*] Cyclopes Neptuni & Amphitrites filii, Vulcani ministri, sic dicuntur *ἀπὸ τοῦ κύκλου*, à circulo, quod dicantur habere, tantum unum oculum velut ingentem circulum aut orbem. Virg. *Argolici clypei aut Phæbea lampadis instar.*

*Siculā incude.*] Ætnā, quæ est in Siciliā.

193. *Brontes, Steropes, Pyracmon.*] Tres Vulcani ministri. Brontes dicitur, *ἀπὸ τοῦ βροντῆς*, à tonitru: Steropes, *ἀπὸ τοῦ στεροπῆς*, à fulgure. Pyracmon, quasi, *πῦρ*, ignis, & *ἄκμων*, incus.

*Exasperat.*] Asperum reddit clypeum, insculptis multis signis.



- Altum fulmineâ crispâre in casside conum  
 195 Festinat Steropes : nectit thoraca Pyracmon ;  
 Ignifluisque gemit Lipare fumosa cavernis.  
 Vobis Ioniâ virides Neptunus in algâ  
 Nutrit equos , qui summa freti per cœrula possint  
 Ferre viam , segetemque levi percurrere motu ,  
 200 Nesciat ut spumas , nec proterat ungula culmos.  
 Jam video Babylona rapi , Parthumque coactum  
 Non fictâ trepidare fugâ ! jam Bactra teneri  
 Legibus , & famulis Gangem pallescere ripis ,  
 Gemmatosque humilem dispergere Persida cultus.  
 205 Ite per extremum Tanain , pigrisque Triones.  
 Ite per ardentem Libyam : superate vapores

## INTERPRETATIO.

*Steropes properat concinnare in galeâ fulminanti apicem sublimem : Pyracmon colligat lorica ; & Lipare fumans mugit antris flammiferis , Neptunus alit vobis equos caruleos , in litore Ionio , qui valeant tendere iter per terga suprema maris glauci , & pererrare cristas curru celeri ; adeo ut seges non sentiat spumas ; & pedes equorum non proculcens spicas.* Jam cerno Babylonem vastari , & Parthos subactos metuere , effugio haud simulato : jam cerno Bactra subijci Imperio vestro , & Gangem pallescere litoribus famulantibus , ac Persidem victam effundere ornamenta gemmarum. Vadite per Tanaim ultimum , & Septentrionem frigidum : vadite per Libyam asuantem : transite calorem

## ANNOTATIONES.

- Ægida.* ] Clypeum : Ægis autem erat Jovis clypeus , contextus ex pelle capræ Amaltheæ : unde dicitur Ægis , *ἄλγος* , à caprâ.  
 194. *Crispâre conum.* ] Concinnare , attollere apicem , cristas.  
 196. *Lipare.* ] Una ex insulis Æoliis , officina Vulcani.  
 197. *Neptunus nutrit equos.* ] Primus equorum creator atque domitor , vobis alit equos generosissimos. Cui Neptuno , ex Virgilio , ——— *prima frementem* *Fudit equum tellus magno percussa tridente.*  
*Alga.* ] Est herba marina.  
*Ionis.* ] Asiæ minoris regio , Cœli bonitate , & sitûs commoditate celebrata.  
 201. *Babylona.* ] Babylon vulgò (*Bagdet.*) Assyriæ , sive Babylonis , sive Chaldaæ urbs primaria , admirandis cœtili latere muris latissimis , à Semiramide conditis cincta : at per Babylonem intelligit Persarum & Parthorum regna esse diripiendam ab Arcadio & Honorio.  
 202. *Non fictâ.* ] Parthus enim fugam simulabat , & fugiendo vincebat.  
*Bactra.* ] Scythiæ Asiaticæ provincia : est & urbs ejusdem nominis.  
 203. *Gangem.* ] Fluvius est aurifer Indiæ : hic designat Indiam.  
 204. *Gemmatos cultus.* ] Vestes gemmatas , seu gemmis distinctas.  
 205. *Tanaim.* ] Tanais fluvius in Paludem Mæotidem se exonerans , extremus Asiæ & Europæ terminus. Dicitur hodie , *Don.*  
*Triones.* ] Ursam , sidus cœleste , cujus Stellas Triones , & Terriones , id est , Boves , rustico vocabulo appellant : pigros autem , quia hæ stellæ cursum suum absolunt lentè : hic significant Septentrionem.  
 206. *Libyam.* ] Ardentem Africæ regionem , arenosam , siticulosam ,

Solis, & arcanos Nili deprendite fontes.  
 Herculeum finem, Bacchi transcurrите metas.  
 Vestri juris erit quidquid complectitur axis.  
 210 Vobis rubra dabunt pretiosas æquora conchas,  
 Indus ebur, ramos Panchaia, vellerа Seres.

## INTERPRETATIO.

*Solis, & detegite capita secreta Nili.* | *vestra potestatis. Mare rubrum donabit*  
*Transite terminos Herculis, & limites* | *vobis gemmas dices. Indi ebur donabunt,*  
*Bacchi. Quicquid mundus continet, erit* | *Panchaia ramos thuriferos, Seres vellerа.*

## ANNOTATIONES.

107. *Nili fontes.* ] Olim ignoti erant: hodie scimus duos esse Nili fontes, ultra lacum, *Damboa.*

108. *Herculeum finem.* ] Columnas Herculis constitutas ad fretum Gaditanum, seu Herculeum.

*Bacchi metas.* ] In Indiâ, ubi à Baccho lapides crebris intervallis dispositi, & arbores proceræ, truncis hederâ contextis.

210. *Dabunt.* ] Pro vestigalibus.


211. *Indus ebur.* ] India abundat ele-

phantis, ac proinde ebone.

*Panchaia.* ] Regio Arabiz, in quâ arbores Thuriferæ.

*Seres.* ] Scythiæ Asiaticæ populi, ex Plinio: *Sylvarum lanificio nobiles, profusam aquâ depectentes frondum canitiem.* Alii hoc putant fabulosum, aiunt. que sericum omne nasci ex vermibus, sed qui nutrantur in illis arboribus Serum, ex quibus ideo serica depectunt,





CL. CLAUDIANI  
DE QUARTO CONSULATU  
HONORII AUGUSTI,  
\* P A N E G Y R I S.

ARGUMENTUM LIBRI.



IMPERATOREM Honorium rursus Consulem comitantur milites, Duces, Bellona, Mars. Hujus Imperatoris celebratur & origo ab Ulpio Trajano, & à patriâ Hispaniâ: unde natus Avus ejus bellicosus, Avôque major pater Theodosius, qui barbaros fudit, Remp. restituit, Maximum & Eugenium tyrannos, horumque Duces Andragathium & Argobastem, aut mactavit, aut ad desperationem mortemque impulit, ipse clemens, misericors, liberalis, carus militibus. Ex hoc nascitur Honorius, cujus patria & mater præferuntur patriæ & matribus Deorum: de hoc fausta præfagia, seu nascatur, seu Consul & Imperator fiat. Comparatur Rilo, Castori, Polluci, Jovi. Theodosius hunc docet non nobilitate, sed virtute confidere; docet notitiam sui habendam, frændasque cupiditates, ut bene imperet, ut virtutes Imperatorum consequatur, vitia Tyrannorum fugiat: quid faciendum in bello, à quo illum flagrantem arcet; quid faciendum in pace: præclara ipsi Ducum exempla proponit. Mox Honorius æquat patrem, fretus Stilichone tot victoriis illustri, cujus ductu, ut animosus est ad bella, ita & in pace sapiens, justus, moderatus, liberalis, amabilis, venerabilis, industrius, in armis, in equitando. Describitur ejus pompa, incessus, comitatus, vestes, libertas data, Consulatus felicitas, & denique voto clauditur hæc Panegyris.

N. O T. A.

\* PANEGYRIS, ] Supra in Consul. Prob. &c.

## CARMEN VIII.

**A**Uspiciis iterum sese regalibus annus  
Induit, & notâ fruitur jactantior aulâ.  
Limina nec passi circum privata morari  
Exultant reduces Augusto Consule fasces.

5 Cernis, ut armorum præceres, legûmque potentes,  
Patricios sumunt habitus, & more Gabino  
Discolor incedit legio, positisque parumper  
Bellorum signis sequitur vexilla Quirini?  
Licitori cedunt aquilæ, ridetque togatus  
10 Miles, & in mediis effulget Curia castris?

## INTERPRETATIO.

**A**nnus rursus ornat se sub auspiciis Imperatoris, ac, superbius potitur Regiâ cognitâ, & fasces recusantes manore circum domos privatorum, latantur redeunt, Imperatore Consule. Vides quomodo duces legionum, & præfides legum, induunt vestes Senatorias, & pro consuetudine Gabinâ legiones differentes veste progrediuntur; & vexillis belli aliquandiu depositis, comitantur insignia Romuli. Aquila gestantur à Licitori, & miles togatus gaudet, & Senatus micat in castris mediis.

## ANNOTATIONES.

1. **Auspiciis regalibus induit.** Induit & ornat annus suum nomen titulis Imperatoriis; ut enim annus designatur per Consules; ita hic annus præferre gloriabatur nomen Imperatoris Consul. Auspicia autem hic memorantur, quia olim in creandis magistratibus, aves inspiciebantur, seu auspicia captabantur, ut omnia fierent auspiciâ, sicque Deorum voluntas exploraretur.

2. **Induit.** Quasi veteres Consulum præcedentium exuvias abjecerit: instar serpentis, qui se vere renovat: vel potius *Annus se induit*, id est, in hoc anno Imperator induit se veste Consulâ, & est continens pro contento Metonymicâ.

**Fruitur.** Quasi annus id optaverit, *jactantior* tanto titulo, & Aulâ tam magnificâ.

4. **Reduces fasces.** Hi affigebantur potibus eorum, qui magistratum inirent: hi epulantibus præstò erant, &c. *Reduces*, autem, quasi exules antea fuerint per privatas domos, & nunc ab Honore, pristino honori restituantur.

6. **Patricios.** Senatorios: nam à Patre, patricius factus est, ut à Latere, latericius: Senatores autem ob ætatem & prudentiam vocabantur patres.

**More Gabino.** More vetustissimo; cum milites Consulibus parebant: cinctus Gabinus autem, est vestis longa, seu, toga sic in tergum rejecta, ut una ejus lacinia hominem cingat. Serv. Et inde orta ejusmodi toga arcta, quod cum Gabii in Campaniâ, sacris hac veste operantes, hostes ex improvîso supervenientes fuderint, hæc inde ut vestis felix, usurpata est.

7. **Discolor.** Non eo colore, non eâ veste, quâ antea utebatur: nam tum erat togatus miles, qui antea erat sagatus.

8. **Bellorum signis.** Aquilis & Draconibus: his addebatur Honorii effigies, ejus sæculo.

**Vexilla Quirini.** Insignia togati Senatorique Ordinis instituta à Romulo, qui in Cælo Quirinus dicitur.

9. **Cedunt.** Cedunt arma togæ: lictores nempe cum fascibus Cæsari propiores



- Ipsa Palatino circumvallata Senatu  
 Jam trabeam Bellona gerit, parmamque removit  
 Et galeam, sacras humeris vectura curules.  
 Nec te laurigeras pudeat, Gradive, secures
- 15 Pacatâ gestare manu, Latiâque micantem  
 Loricam mutare togâ, dum ferreus hæret  
 Currus, & Eridani ludunt per prata jugales.  
 Haud indigna coli, nec nuper cognita Marti  
 Ulpia progenies, &, quæ diademata mundo
- 20 Sparsit, Ibera domus: nec tantæ vilior unda  
 Promeruit gentis seriem. cunabulâ fovit  
 Oceanus. terræ dominos, pelagique futuros  
 Immenso decuit rerum de principe nasci.  
 Hinc processit avus: cui, post Arctoa frementi

## INTERPRETATIO.

*Bellona ipsa circumdata Senatu Palatino, gestas nunc trabeam, & rejecit scutum, & cassidem, latura humeris curules sacratas. Neque erubescas, ô Mars, ferre dextrâ pacificâ secures laureatas, & commutare thoracem fulgentem togâ Romanâ, dum currus tuus ferreus consistit, & equi tui lasciviunt per pascua Padi. Gens Ulpiorum non indigna est honorari,* neque novè nota est Marti; & non indigna honorari patria Hispania, quæ d'stribuit per orbem diademata. Neque fluvius abjectior meritis est incipere ordinem tanta familia. Oceanus ipse complexus est cunas hujus: decorum fuisse principes futuros terræ & maris, oriri ex infinito patre rerum. Inde Avus egres- sus est, cui post pugnas Septentrionis

## ANNOTATIONES.

sunt, quam Aquiliferi; ac proinde cum locum honorificentiorum occupent, Aquilæ cedunt lictori.

*Ridet.*] Depositis minis ac feritate bellicâ,

11. *Palatino Senatu.*] Totâ Aulâ Senatuum referente, & Palatium petente.

12. *Trabeam.*] Vestem Consularem.

13. *Curules.*] Sellam eburneam, in quâ sedebat Consul curru vectus.

14. *Gradive.*] Mars, qui dicitur Gradivus, quod per gradus eatur in bellum, & ex parvâ scintillâ sæpe magnum oritur incendium: vel dicitur, ὅτι τὸ κρηδύον, vel κρηδύον, vibrare.

*Secures laurigeras.*] Insignia Consulatus secures, quæ in prospero successu laureis cingi solebant.

17. *Eridani.*] Seu Padi, qui fluvius Poëtis amatus: hunc per campos Elysiæ flueret dicunt,

19. *Ulpia progenies.*] Poëta ait oriundum esse Theodosium ab Ulpio Trajano Hispano, summo Imperatore, cui etiam habitu corporis similem fuisse, tradunt.

*Diademata.*] Intellige Principes Romanos, signum pro re signatâ. Diademata δὲ τὸ ἄν, ligare, est fascia candida, quâ Reges caput præcingebant.

20. *Ibera domus.*] Patria Hispania; unde ortus Theodosius: Ibera dicitur ab Ibero fluvio, vulgò (Ebro.)

*Non vilior unda.*] Non fluvius aliquis vilis originem dedit huic Augustæ Ulpiorum genti; ut multis viris illustribus; ac ipse qui alluit Hispaniam, Oceanus, pater rerum, ἀσπαστὸν τὸ θεῶν, & Deorum immortalium, ex Homero & Virgilio.

24. *Hinc processit.*] Ex hoc Oceano; seu potius, ex hac Hispania, Oceani aquis irrigatâ, natus Theodosius pater Theodosii, Classica,

- 25 Classica, Massylas annexit Africa lauros,  
 Ille, Caledoniis posuit quæ castra pruinis,  
 Qui medios Libya sub casside percussit æstus,  
 Terribilis Mauro, debellatorque Britanniæ  
 Litoris, ac pariter Boreæ vastator & Austriæ  
 30 Quid rigor æternus cæli, quid frigora profusa,  
 Ignotumque fretum? maduerunt Saxone fuso  
 Orcades. incaluit Pictorum sanguine Thule.  
 Scotorum cumulos fleuit glacialis Ierne.  
 Quis calor obsistat forti? per vasta cucurrit  
 35 Æthiopum, cinctæque novis Atlanta manipulis.  
 Virgineum Tritona bibit, sparsosque venenis

## INTERPRETATIO.

parenti, Africa alligavit palmas Massylas. Ille est, qui castra metatum in glaciæ Scotorum, qui passus est sub casside ardoris violentissimos Libya, formidabilis Mauris, domitorque ora Britannica, & populator Septentrionis simul & Meridiei. Quid frigus perpetuum ætris juvat, quid æstra & mare incognitum? Orcades tinctæ sunt strage Saxonum: Thule inrepperit cruore Pictorum: Ierne frigida deflevit æceruos Scotorum. Quid æstus resistit Duci generoso? ille volavit per desertæ Æthiopum, & obsedit Atlantem novis catervis: potavit Tritona Virgineam, & aspersit cubilia insecta

## ANNOTATIONES.

avus Honorii, Dux fortissimus, domuit Barbaros multis in locis; trans Rhenum; in Britannia; in Africa, unde & dictus, Saxonicus, Britannicus, Alemannicus, &c.

*Arctos classica.*] Id est, pugnas Septentrionis: signum pro re signatâ; nam classica seu tubæ sunt signum pugnae. *Ursa major.* est signum celeste in Septentrione, unde *Arctos* Septentrionalis.

25. *Massylas lauros.*] Victoriam Theodosius senior retulit de Massylis Africae populis, qui Numidarum instar, neque frangis, neque Bhippiis utuntur. *Annexuit lauros,* id est adjuvit novas victorias.

26. *Caledoniis.*] Caledonia olim sylva erat Britanniae, in eâ parte quæ Scotia esse creditur, Theodosius senior Britanniam armis victricibus peragravit.

27. *Libya.*] Quæ est ardens Africae regio, sicut & Mauritania, ubi Mauri.

28. *Boreæ & Austri.*] Per Boream, Septentrio; per Austrum, Meridies designantur, in quibus triumphavit Theodosius senior.

30. *Rigor Cæli.*] Frigus, Cæli inclementia, quæ est in Scotia, & aliis regionibus.

32. *Orcades.*] Insulae in mari Britannico, in quibus Theodosius senior profligavit Saxones, qui in Angliam traiecerant. *Pictorum.*] seu *Pehiorum*, strage à Theodosio seniore factâ, Thule seu Islandia frigida, incaluit.

33. *Ierne.*] Seu Hybernia, in quâ devicti sunt Scoti ab eodem.

35. *Æthiopum.*] Hi sunt in Africa, & latissimum obtinent Imperium. Dicuntur Æthiopes, quod, *αἰθρῶν ὄντες*, quod ardeant, & *νίγρι σῶσι* eorum vultus.

*Atlanta.*] Atlas mons altissimus Mauritaniae, in Africa.

36. *Virgineum tritona.*] Paludem in quâ nata est Minerva innupta, semperque virgo.

*Sparsosque venenis.*] Vidit Dardanes insulas in mari Æthiopico, ubi reponuntur domicilia Gorgonum; Medusæ, Sthenus, & Euryales, quarum Medusæ procrinibus habebat serpentes veneno omnia inficientes.

Gorgoneis vidit thalamos, & vilè virentes.  
Hesperidum risit, quos ditat fabula, ramos.  
Arx incensa Jubæ, rabies Maurusia ferro

40 Cessit, & antiqui penetralia diruta Bocchi.  
Sed laudes genitor longè transgressus avitas  
Subdidit Oceanum sceptris, & margine cæli  
Clausit opes: quantum distant à Tigride Gades,  
Inter se Tanaïs quantum Nilusque relinquunt.

45 Hæc tamen innumeris per se quæsitæ tropæis:  
Non generis dono, non ambitione potitus.  
Digna legi virtus. ultro se purpura supplex  
Obtulit, & solus meruit regnare rogatus.

## INTERPRETATIO.

veneno Gorgoneo. & irrigit arbores Hesperidum, quas fabula locuplatat, habentes viriditatem vilem. Castellum Juba combustum est: furor Maurusiorum compressus est armis. & palatium veteris Bocchi eversum est. At pater multum superans facta avi, subiecit Oceanum ditioni suæ, & terminavit imperium finibus Cæ-

li: quantum Gades remota sunt à Tigride: quantum terrarum Tanais & Nilus inter se continent. Attamen Theodosius possedit hæc parva à se victoriis infinitis, non favore gentis, non ambitione. Viriusejus merebatur eligi. Purpura velut rogans sponte ambivit ipsum: & unus ille oratus, meritus est imperare.

## ANNOTATIONES.

37. *Vilè virentes.* ] Non aureos, ut jactant fabulæ, sed vili tantum viriditate insignes.

38. *Hesperidum.* ] Hæc oriundæ erant ex Hespero, Atlantis fratre: ad oras Africæ habitabant; & secundum poëtas, hortos colebant, pomis aureis pretiosos.

39. *Jubæ.* ] Regis Mauritanix in Africâ: sed per Jubam, intelligitur Firmus latro, Gildonis frater.

*Maurusia.* ] Id est, rabies Mauritiorum, quos Firmus latro Gildonis frater excitabat.

40. *Bocchi.* ] Qui Mauritanix & Gætulix Rex fuerat.

41. *Genitor.* ] Theodosius, pater Honorii.

43. *Tigride.* ] Tigris est fluvius Mesopotamix.

*Gades.* ] Parva peninsula ad fretum Gæditanum, seu Herculeum, quam dixerè, cybilia Solis. *Quantum*, id est terminavit imperium per tantum spatium, per quantum Gades distant à Tigride.

44. *Tanaïs.* ] Vulgò, Don, fluvius A-

siam ab Europâ discriminans.

*Nilus.* ] Fluvius Africæ ingens, alluens & fecundans Ægyptum.

45. *Tropæis.* ] Victoriis, triumphis. *τροπῶν*, dicitur, *ὅτι τὸ τροπῆς*, à *σugά* hostium, quod tropæum excitaretur ex spoliis hostium fugientium.

66. *Potitus.* ] Theodosius non ambitione, non generis splendore, sed solâ virtute Imperium adeptus est, seu potitur. Nam &, potior, jungitur cum accusativo, apud Plautum & Terentium, quorum hic sic ait, *Miseriam omnem capio, hic potitur gaudia*. Ille verò, *fortiter malum què patitur, idem post potitur benum*.

47. *Digna legi virtus.* ] Theodosius, patre Theodosio sibi scelere Valentis imperatoris adempto, privatam in Hispaniâ vitam agebar, nec sine metu patrum inimicorum: unde S. Ambrosius: *Portavit jugum grave Theodosius à juventute, quando ei insidiabantur, qui patrem ejus triumphatorem occiderant*. At Gratianus Ausonii illustri consiliis, eum evocavit, suis exercitiis præfecit, ut Barbaros contun-

Nam cùm barbaries penitus commota gementem  
 50 Irrueret Rhodopen, & misto turbine gentis  
 Jam deserta suas in nos transfunderet Arctos,  
 Danubii totæ vomerent cùm prælia ripæ,  
 Cùm Geticis ingens præmeretur Mysia plaustris,  
 Flavæque Bistonios operirent agmina campos:  
 55 Omnibus afflictis, & vel labentibus ictu,  
 Vel propè casuris, unus tot funera contra  
 Restitit, extinxitque faces, agrósque colonis  
 Reddidit, & lethi rapuit de faucibus urbes.

## INTERPRETATIO.

Etenim cùm Barbari longè excitati ir-  
 rumperent in Rhodopen suspirantem, &  
 Urbs derelicta, quasi commixta tem-  
 pestate, populos suos Septentrionales im-  
 mitteret contra nos, cùm omnia litora  
 Istri effunderent certamina, cùm My-  
 sia magna obrueretur vehiculis Getarum, & exercitus flavi tegerent agros  
 Thracia: cunctis conflatis, & vel ruen-  
 tibus calamitate, vel mox ferè ruituris,  
 solus Theodosius opposuit se adversus tot  
 clades; & oppressit tadæ, & restituit  
 campos agricolis, & liberavit oppida ex  
 gurgite ipsius mortis.

## ANNOTATIONES.

deret: tandèmq; ob virtutem Heroi-  
 cam, & Augustum eum fecit, & imperii  
 consortem, cùm oblatum etiam Impe-  
 rium deprecaretur. Unde Pacatus, *Orat*  
*esse te Dominus adhuc tuus*, (Gratianus)  
 & *qui posset cogere, mavult impetrare*.  
 49. *Barbaries*.] Ita effusa barbarorum  
 multitudo, ut ipsa Barbaries effusa esse vi-  
 deretur.  
 50. *Rhodopen*.] Montem Thraciæ, in  
 quo deleti à Theodosio Barbari.  
*Misto turbine*.] Mixta colluvie varia-  
 rum gentium, quæ velut turbine aliquo  
 quassabat Imperium Romanum.  
 51. *Arctos*.] Regio Septentrionalis. Nam,  
*arctos*, Urbs signum cœleste in Septen-  
 trione; hic ponitur pro regionibus Sep-  
 tentionis.  
*Transfunderet*.] Gentes immitteret, ut  
 procellam aliquam à Septentrione erum-  
 pentem.  
 52. *Vomerent prælia*.] Cum ripæ ita  
 essent plenæ, ut vomere atque effundere  
 viderentur populos ita ad prælium para-  
 tos, ut ex Danubio non milites, sed ipsa  
 prælia effundi putares.  
 53. *Mysia*.] Parrem Thraciæ & Phrygiæ  
 continebat, & ideo ingens dicitur. Flu-  
 jus dux erat Theodosius, & in eâ rem fe-  
 liciter gessit. Alii legunt *lugens Mysia*, id  
 est afflictâ, ut supra, *gementem Rhodopen*.  
*Geticis*.] Getæ populi Scythiæ erant,  
 quos Theodosius superavit, *Geticis plan-*  
*stris*, quibus scilicet Getæ abundabant.  
 54. *Flava agmina*.] Gothi, Getæ, &  
 alii hostes versus Septentrionem, dicun-  
 tur fuisse flavâ comâ.  
*Bistonios*.] Thracios, à *Bistone* Martis  
 filio, unde Thracæ dicti sunt *Bistones*, &  
 Thracia *Bistonia*.  
 55. *Afflictis*.] Alii legunt, *afflatis*, qua-  
 si ictu fulminis, postquam scilicet Valens  
 Imperator à Gothis cum exercitu deletus  
 est, & ipse in rustici casâ, in quam fuge-  
 rat, vivus combustus.  
 56. *Funera*.] Tot clades, tot funera edi-  
 ta, & edenda.  
 57. *Faces*.] Incendio & vastationi pa-  
 ratas.  
 58. *Lethi de faucibus*.] Ex ipso interi-  
 tu, & ruinâ præsentissimâ, velut ex fauci-  
 bus inhiantis belluæ, liberavit Imperium.  
 Cicero: *Urbem ex omni impetu hostium*,  
*ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse*  
*atque servatam*.



- Nulla relicta foret Romani nominis umbra,  
 60 Ni pater ille tuus jam jam ruitura subisset  
 Pondera, turbatamque ratem; centaque levasset  
 Naufragium commune manu. velut ordine rupto  
 Cum procul insanæ traherent Phaëthonta quadrigæ,  
 Savirétque dies, terramque & stagna propinqui  
 65 Haurirent radii, solito cum murmure torvis  
 Sol occurrit equis: qui postquam rursus heriles  
 Agnovère sonos; rediit meliore magistro  
 Machina concentusque poli, currusque recepit  
 Imperium, flammæque modum, sic traditus illi,  
 70 Servatusque Oriens. at non pars altera rerum  
 Tradita, bis possessa manu, bis parta periclis,  
 Per varium gemini scelus erupère tyranni  
 Tractibus occiduis. hunc sæva Britannia fudit;

INTERPRETATIO.

Nulla species Imperii Romani remansisset, nisi ille tuus pater Theodosius sustinisset onus Imperii: mox casurum, & navim perturbatam; & removisset foris dexteram naufragium universum. Quemadmodum, cursu interrupto, cum equi precipites raperent longè Phaëthontem, & calor fureret, & flamma proxima siccaret terram, & aquas, Sol pro more increpans, obviam venit equis sevientibus: qui ubi senserunt ite-

rum vocem domini sui, moles & harmonia Cæli restituta est, Rectore praestantiore, ac curus subit præcepta, & ignes passi sunt moderationem: ita Oriens commissus est illi Theodosio, atque defensus: sed pars alia Mundi, non commissæ est, bis occupata est dexterâ, bis acquisita variis casibus. Duo Tyranni emerunt per crimina diversa ex regionibus Occidentis: Britannia crudelis peperit hunc Maximum;

ANNOTATIONES.

61. *Turbatamque ratem.* Navim Reipub. fluctantem in alto, tempestatibus bellorum, quæ Barbari, velut Archipiratae contra Romanos excitabant.

62. *Naufragium.* Nisi Theodosius suâ virtute relevasset navim communem, mox naufragam fluxuram, seu naufragium passuram. Sic naufragium ponitur pro navi naufragâ, ut apud Ciceronem socias pro scelerato Metonimicis.

*Ordine rupto.* Elementorum rerumque omnium cursum abrupto.

63. *Phaëthonta.* Phœbi & Clymenes filium, cui efflagitanti in paterni antoris pignus, Phœbus dederat equos regendos; at equi mali rectoris consensu, eum per devia rapuerunt, & orbem incenderunt. Phaëthon dicitur, δῶτ' ὅτ' παῖς, lucere, ardere.

64. *Stagna.* Aquas, pars pro toto.

67. *Machina concentusque poli.* Ordo ille Cœlestis & corporum Cœlestium, statique & admirabiles eorum cursus in harmoniâ quâdam consistere dicebantur à Pythagorâ.

*Poli.* Cœli; polus dicitur, δῶτ' ὅτ' τοῦ ἀστροῦ, vertere, volvere, quod Cœlum Polus velut cardinibus volvi fingatur.

69. *Traditus servatusque.* Imperium Orientis & commissum Theodosio est, & statim in pristinam salutem, pacemque restitutum.

70. *Pars altera.* Occidens scilicet, seu Imperium Occidentis.

71. *Bis possessa manu.* Theodosius duobus Tyrannis, Maximo, & Eugenio oppressis, bis possedit Imperium Occidentis, bis sibi suâ virtutis peperit.

73. *Britannia fudit.* Maximus erat genere Hispanus, domus Theodosianæ

Hunc sibi Germanus famulum delegerat exul :  
 Ausus uterque nefas , domini resperſus uterque  
 75 Infantis jugulo : novitas audere priori  
 Suadebat , cautumque dabant exempla ſequentem  
 Hic nova moliri præceps : hic quærere tuſa  
 Providus. hic fuſis , collectis viribus ille.  
 Hic vagus excurrrens : hic intra clauſtra reductus.  
 80 Diſſimiles ; ſed morte pares. evadere neutri  
 Dedecus , aut miſtis licuit procumbere telis.  
 Amiſſâ ſpecie , raptis inſignibus , ambo

## INTERPRETATIO.

exul Germanus Arbogaſtes elegerat ſibi  
 illum ſervum Eugenium. Ambo auſi ſunt  
 patrare ſcœlera : ambo ſœdatis ſunt cruore  
 Imperatorum innocentium. Gratiani & Va-  
 lentiniani. Ignobilitas impellebat primum  
 Maximum ad audendum ; & exempla fa-  
 ciabant alium ſecurum Eugenium. Hic

Maximus ſemerarius ad nova ſuſcipien-  
 da : ille Eugenius cautus ad tuſa ca-  
 poſſenda : hic copiis laxis : ille munimen-  
 tis. Diſſares ingenio , ſed pares interitu :  
 neutri conſeſſum eſt effugere ignominiam,  
 aut mori collatis ſignis. Ambo figurâ  
 ſplendidâ ſibi ereptâ , ereptâ purpurâ

## ANNOTATIONES.

Verna ; dux ſtrenuus , fortis , & laudan-  
 dus , ſi non eò ſuperbire deveniſſet , ut ſe  
 Theodoſii affinem diceret , & animo ſub-  
 doſo de tyrannide cogitaret : dicitur ortus  
 ex Britannia , quod inde legiones eduxiſ-  
 ſet , nam verè fuit Hiſpanus.

73. *Germanus exul.* ] Arbogaſtes Fran-  
 cos , qui Germanus dicitur , quia Franci  
 ex Germanis oriundi ſunt.

*Famulum.* ] Clientem Eugenium ele-  
 gerat Arbogaſtes , ut ſub ejus umbrâ im-  
 peraret. De Eugenio ſupra.

74. *Auſus uterque nefas.* ] Eugenius  
 arte , & manu Arbogaſtis Valentinianum  
 Imperatorem apud Viennam in Gallia  
 ſtrangulavit. Quidam dicunt eum tædio  
 vitæ , laqueo periſſe. Maximus Andra-  
 gathii manu uſus jugulavit Gratianum  
 Imperatorem , quem deceperat leſticâ  
 adornatâ in ſpeciem leſticæ uxoris , quaſi  
 Flavia Maxima Conſtantia Auguſta eum ,  
 Gratianum ſcilicet conjugem , miſeretur.

75. *Novitas.* ] Generis , fortunæ : nam  
 Maximus fuerat Verna Theodoſianæ do-  
 miſtis , & lixa : æ multis victoriis rotule-  
 rat , & à militibus creatus fuerat Impera-  
 tor , etſi invitus , ut ſimulabat.

76. *Exempla.* ] Maximus , cui res felici-  
 ceter ſucceſſerat.

*Cautum dabant ſequentem.* ] Facie-  
 bant alium ſecurum , ſcilicet Eugenium.  
 Alii legunt , *tantumque dabant exempla  
 ſequenti* , id eſt , exemplum Maximi felici-  
 ter agentis dabat tantum audaciæ ſequen-  
 ti , ſeu ſecundo , ſcilicet Eugenio.

77. *Hic nova.* ] Laudat in Eugenio pru-  
 dentiam , in Maximo audaciam ; quas  
 duas res ſuperari glorioſum erat Theo-  
 doſio.

79. *Reductus.* ] Arbogaſtes & Eugenius  
 ultrò admittendum Theodoſium conſu-  
 ere , ut loca commodiora in Alpibus oc-  
 cupantes , ejus exercitum deleſcent : &  
 forſè ita contigiſſet , niſi favore divino  
 ventis vehementioribus exortis , & tela in  
 Arbogaſtem retorquentibus , Theodoſius  
 viciſſet.

80. *Morte pares.* ] Ambo carniſicis ma-  
 nu perire , quamquam aliū aliter ſen-  
 tiunt , & Eugenium obruncatum à mi-  
 litibus aiunt , dum Theodoſio ſupplicat.

81. *Mixtis telis.* ] In acie , in conſpectu  
 militari.

82. *Amiſſâ ſpecie.* ] Eugenius & Ma-  
 ximus amiſſâ figurâ quâdam ſplendidâ ,  
 quæ eorum ignobilitatem certâ ſpecie tē-  
 gebat ; ſpoliari purpurâ , & aliis inſigni-  
 bus imperii , redierunt in vultus ſuos , hæc

- In vultus rediëre suos, manibúsq; revinctis  
 Oblati gladiis submittunt colla paratis.
- 85 Et vitam veniámque rogant. proh damna pudoris!  
 Qui modò tam densas nutu movëre cohortes,  
 In quos jam dubius sese libraverat orbis,  
 Non hostes victore cadunt; sed iudice fontes.  
 Damnat voce reos, petiit quos Marte tyrannos.
- 90 Amborum periëre duces. hic sponte carinà  
 Decidit in fluctus: illum suus abstulit ensis.  
 Hunc Alpes, hunc pontus habet. solatia cæsis  
 Fratribus hæc ultor tribuit. necis auctor uterque  
 Labitur. Augustas par victima mitigat umbras.
- 95 Has dedit inferias tumulis, juvenumque duorum

## INTERPRETATIO.

*resumpserunt formam pristinam, & manibus ligatis producti subjiciunt cervicem cultris expeditis: ac poscunt vitam atque indulgentiam. Ruinam verecundia! qui nuper excitaverunt ad arbitrium caservus tam immensas, in quos jam mundus anceps pendebat, non occiduntur à victore ut hostes, sed damnantur ab eo iudice, ut nocentes: & Theodosius condemnat suâ sententiâ, ut noxios, quos aggressus est bello,* ut tyrannos. Duces utriusque Maximi & Eugenii ceciderunt. Hic Andragathius ultro exnavi præcipitavit se in aquas: gladius proprius interfecit illum Arbogastem. Alpes possident unum: mare possidet alterum. Vindex Theodosius dedit hanc consolationem fratribus interfectis Valentiniano & Gratiano: ambo parricida perierunt. Hostia similis placat manes Imperatorios. Vindex immolavit has inferias sepulchris eorum,

## ANNOTATIONES.

- est, in formam statúmque pristinum, Eugenius rediit in formam Grammatici; Maximus in figuram Vernæ, lixæ, armigeri.
84. *Submittunt.*] Non ignati, se morte esse dignissimos.
85. *Et vitam veniámque rogant.*] De Eugenio nemo dubitat: de Maximo multi: erat enim fortis & audax. Imò sunt, qui eum à militibus occisum dicant; nec in Theodosii venisse potestatem. Alii contrà asserunt eum Aquileiæ captum à Theodosio, & cum filio Victore capitali supplicio affectum.
- Proh damna pudoris!*] O ruinam pudoris: ô pudorem amissum! vitæmne rogare non erubescunt, qui de vitâ suâ statuere poterant, & fortiter se occidere! id enim fortitudinis esse veteres credebant.
87. *Sese libraverat.*] Terrarum orbis nesciebat, cujus victoria futura esset, an Theodosii, an aliorum; & sic dubius pendebat cujus potestati sese subiceret.
90. *Amborum periëre Duces.*] Andragathius & Arbogastes, qui erant velut Duces Maximi & Eugenii, infelicitè perierunt.
- Hic.*] Andragathius acceptâ clade Maximi, Gratiani & se interempti, ultorem timens, eò desperationis incidit, ut in mare Ionium se præcipitem egerit.
91. *Illum.*] Biduo post Eugenii cladem, Arbogastes se ipsum interfecit, in ipsis Alpium claustris.
93. *Fratribus.*] Valentiniano & Gratiano, quorum hunc Andragathius; illum Arbogastes sustulerant.
94. *Augustas umbras.*] Umbras Imperatorum Valentiniani & Gratiani placat: credebant autem veteres, Manes amicorum posse placari, ad tumultum cæsis ipsorum hostibus.
95. *Juvenum.*] Gratianus natus erat annos circiter 25. Valentinianus adhuc adolescens. Hos velut oculos sibi effoscos doluit S. Ambrosius.

- Purpureos merito placavit sanguine Manes.  
 Illi iustitiam confirmavêre triumphî;  
 Præsentes docuêre Deos. hinc secula discant  
 Indomitum nihil esse pio. tutumve nocenti.  
 100 Nuntius ipse sui longas incognitus egit  
 Prævento rumore vias. inopinus utrumque  
 Perculit, & clausos montes, ut plana, reliquit.  
 Extruite immanes scopulos, attollite turres,  
 Cingite vos fluviis, vastas opponite silvas,  
 105 Garganum Alpinis, Apenninumque nivalem  
 Permittis sociare jugis, & rupibus Æmum  
 Addite Caucasîis, involvite Pelion Ossæ.  
 Non dabitis murum scelerî. qui vindicet, ibit.  
 Omnia subsident meliori pervia causæ.  
 110 Nec tamén oblitus civem cedentibus atrox

## INTERPRETATIO.

Et sedavit errore digno umbras Augustas  
 duorum Principum juvenum, illa victo-  
 ria stabiliverunt æquitatem causæ Theo-  
 dosii: ostenderunt Deos esse adjuutores: in-  
 de posteritas cognoscat nihil esse invictum  
 viro pio; nihil securum fontî. Theodosius  
 ipse nuntius suus, peragravit ignotus lan-  
 gum iter, præcurrrens famam; & improvi-  
 sus irruit in ambos. Et transgressus est  
 montes munîps, quasi planitiem peragra-  
 ret. Erigite saxa prodigiosa, erigite arces,  
 circumvallate vos fluminibus, obijcite ne-  
 mora ingentia, cumulate Garganum &  
 Apenninum frigidum, montibus Alpium  
 conjunctis; & adjungite Hamum saxis  
 Caucasî: commiscete Pelion cum Ossæ; non  
 præbebitis propugnaculum criminibus; Dux  
 aliquis procedet, qui ulciscatur: cuncta ce-  
 dentia submittentur causæ iustiori. Theodo-  
 sius tamen haud immemor se esse civem.

## ANNOTATIONES.

96. *Purpureos Manes.* ] Augustos Ma-  
 nes Imperatorum purpurâ micantium.  
 97. *Iustitiam.* ] Æquitatem causæ,  
 quam defendebat Theodosius.  
 98. *Præsentes deos.* ] Adjuutores, & sce-  
 lerum ultores.  
 99. *Indomitum nihil esse pio.* ] Nihil esse,  
 quod non domet pietas, nullum esse tu-  
 tum asyllum nocentibus.  
 102. *Clausos montes.* ] Claustra mon-  
 tium eâdem alacritate, ac planitiem su-  
 peravit.  
 103. *Scopulis.* ] Munimenta in rupibus  
 Alpium.  
 104. *Silvas.* ] Scribitur *silva* à *silendo*,  
 & *silva*, ἀπὸ τῆς ὕλης, *materia*, *silva*.  
 105. *Garganum.* ] Montem Apuliz in  
 Italiâ.  
*Apenninum.* ] Montem, qui mediam  
 secat Italiam.  
 106. *Hamum.* ] vel *Æmum*, Montem  
 Thraciz.  
 107. *Caucasîis.* ] Caucasus est mons  
 Scythiam ab Indiâ separans.  
*Pelion.* ] Pelion & Ossæ sunt Montes  
 Thessaliz in Græciâ.  
 109. *Meliori causâ.* ] Alludit ad dictum  
 Theodosii, quem dicere aiebant, se non  
 copiis, non armis, non animis militum  
 sed iustitiâ causæ, favore Dei, & pietate  
 Principum confidere.  
 110. *Oblitus civem.* ] Theodosius in ci-  
 vilibus bellis nunquam oblitus est se esse  
 civem; neque insectatus est crudeliter par-  
 tes cedentes, seu adversas factiones.

Partibus infremuit. non insultare pœcni

Malebat, mitis precibus, pietatis abundans,

Pœnæ parcus erat. paci non intulit iram

Post acies. odiis idem, qui terminus armis.

115 Profuit hoc vincente capi, multoque subactos

Prospera laturæ commendavêre catenæ.

Magnarum largitor opum, largitor honorum:

Pronus & in melius gaudens convertere fata.

Hinc amor, hinc validum devoto milite robur.

120 Hinc natis mansura fides. hoc nobilis ortu

Nasceris, æquavâ cum majestate creatus,

Nullaque privatæ passus contagia fortis.

Omnibus acceptis ultro te regia solum

#### INTERPRETATIO.

non iratus est crudeliter in catervas fugientes: non sustinebat exagitare prostratos: lenis erat in precantes, plenus clementiâ, moderatus in suppliciis: non miscuit iracundiam cum pace. Post prælia idem fuit finis odiis, & telis. fuit capi ab hoc vi-  
sore, & vincula prosperitatem paritura conciliaverunt Principi captivos plurimos. Theodosius dator erat ingentium divitiarum, dator dignitatum, procli-

vis latânque mutare calamitatem hominum, in feliciorum statum. Inde amor omnium in illum; inde vires insuperabiles militum, se pro illo devovebant. Inde duratura fidelitas subditorum in filios ejus. Illustres hoc patre, & Honori, oris, natus cum majestate coarvâ, & nullam ferens maculam conditionis privata. Aula te produxit unum, receptis cunctis ornamentis,

#### ANNOTATIONES.

112. *Pietatis.* ] Clementiæ, quæ cum exercetur à pio Principe, dici potest pietas, quæ in Theodosio tanta fuit, ut S. Ambrosium meruerit suarum laudum habere præconem.

114. *Odiis idem, qui terminus armis.* ] Post arma deposita, nullum odium remansit: victus non odérat victorem; neque victor victis insultabat, id quod faciunt Tyranni.

115. *Profuit capi.* ] Mutato in meliorem conditionem statu. Id dicitur de Alexandro, à quo Barbari victi gaudebant, siquidem ab eo ad mansuetiorem honestioremque vivendi rationem traducti sunt.

116. *Commendavêre catenâ.* ] Ipsæ catenæ, quæ miseros homines reddunt, reddidêre captivos commendabiles, seu conciliaverunt Theodosio, & prosperitatem ipsis attulerunt: etenim si eos Theodosius non vicisset, non cognovisset, non affecisset beneficiis; sicque ipsis sua profuit clades & captivitas.

118. *In melius convertere fata.* ] In

meliorem statum, in felicitatem gaudebat Theodosius mutare fortunam miseram hominum: quod certè divinum est, homines afflictos facere felices.

119. *Hinc amor.* ] Ob liberalitatem Theodosii, aliâque dotes divinas, milites pro illo se devovebant, subditi fidem inviolatam servabant.

121. *Æquavâ cum majestate.* ] Laudat Honorium quoddam ex patre jam Imperatore natus sit; qui honos non contigit Arcadio: quod lubenter dixit Poëta in gratiam Patroni sui Stilichonis, qui infensius erat Arcadianis partibus.

122. *Contagia.* ] Non passus est Honorius maculam privatæ conditionis; sed natus est ex domo Imperatoriâ, quæ sacra est.

123. *Omnibus acceptis.* ] Non quæsit, sed acceptis jure nativitatis, atque hæreditatis.

*Solum.* ] Quia Theodosio nondum imperante, Arcadius natus est in domo privata, non in Regiâ, ut Honorius.

Protulit,

- Protulit, & patrio felix adolescens in ostro,  
 125 Membrâque vestitu nunquam temerata profano  
 In sacros cecidêre sinus. Hispania patrem  
 Auriferis eduxit aquis. te gaudet alumno  
 Bosporus. Hesperio de limite surgit origo:  
 Sed nutrix Aurora tibi. pro pignore tanto  
 130 Certatur. geminus te civem vindicat axis,  
 Herculis, & Bromii sustentat gloria Thebas.  
 Hæsit Apollineo Delos Latonia partu;  
 Cretâque se jactat tenero reptata Tonanti.  
 Sed melior Delo Dictæis clarior oris.

## INTERPRETATIO.

*Et fortunatus crescis in purpurâ parentis, ac corpus tuum nunquam violatum veste profanâ, exceptum est cultu sacro. Hispania extulit Parentem tuum ex fluvio auriferis. Bosporus superbit te alumno: oris tuus primus provenis ex tractu Occidentali; sed Oriens nutritor est tibi.* Certamen est pro tali honore. Uterque Orbis tribuit sibi te civem. Gloria Herculis & Bacchi cohonestat Thebas; Delos Latonia constitit nativitate Apollinis; & Creta in quâ Juppiter insans reppit, gloriatur. At terra, qua peperit Hononium divinum præstantior est Delo.

## ANNOTATIONES.

124. *Patrio.* In purpurâ patris jam Imperatoris.  
 125. *Temerata profano.* Vestes privatorum profanæ dicuntur, quia opponuntur vestibus Regiis, quæ sacræ appellantur: ac proinde idem est, ac si diceret, corpus tuum exceptum est in purpurâ Regali, quæ sacra est, non in veste privatorum, quæ est profana.  
 126. *Cecidêre.* Infans statim atque natus erat, terram tangebatur, inde sublatus excipiebatur à parentibus, & vestibus involvebatur.  
 127. *Auriferis eduxit aquis.* Heroum ortus fluminibus adscripti; inde Theodosius Hispanus, dicitur natus ex Tago aurifero Hispaniæ fluvio.  
 128. *Bosporus.* Thracicus scilicet, dictus à bovis meabili transitu, ob angustias maris: *βόας*, bos, &, *πόρος*, transitus, *meatus*.  
*Hesperio.* Occidentali, ab Hespero stellâ Occidentis.  
 129. *Nutrix Aurora.* Quæ pulchra & ex Homero *ροδοδάκτυλος*, *roseos habens digitos*. Id autem dicitur, quod Honorius educatus sit Constantinopoli, quæ sedes est Imperii Orientis.  
 130. *Geminus axis.* Oriens & Occidentis axis enim hic usurpatur pro parte mundi.  
 131. *Herculis & Bromii.* Hercules multi fuere, sed omnium facta tribuuntur: Herculi Jovis & Alcmenæ filio; qui natus est Thebis, sicut & Bacchus, qui dicitur Bromius *δῶδ' αὖ βρομίων*, *fremereminiari*, nam ebrii fremunt, minantur, bacchantur.  
*Thebas.* Bœoticas scilicet, in Bœotia Græciæ regione. Pacatus: *Cedat his servus terra Cretensis parvis Jovis gloriata cunabulis. Delosque geminis reptata Numinibus; & Theba alumno Hercule nobiles.*  
 132. *Hæsit delos Latonia.* Delos insula maris Ægæi, olim fluitabat, sed postquam Latona hic peperit Apollinem & Dianam, Apollo eam stare jussit, ex Virg. *Immotamque coli dedit, & contemnere ventos.*  
*Delos Eatonia.* Id est, Latonæ partu consecrata.  
 133. *Creta.* Insula nobilis è regione Græciæ, in quâ parvus Juppiter educatus est. Virgilius: *Creta Jovis magni, &c.*  
 134. *Dictæis oris.* Cretæis: Dictæ est mons Cretæ, unde Creta dicitur terra *Dictæa*.

- 135 Quæ dedit hoc numen regio. non litora nostro  
Sufficerent angusta Deo. nec inhospita Cynthi  
Saxa tuos artus duro læsere cubili.  
Acclinis genitrix auro, circumflua gemmis,  
In Tyrios enixa toros. ululata verendis  
140 Aula puerperiis. quæ tunc documenta futuri?  
Quæ voces avium? quanti per inane volatus?  
Quis vatum discursus erat? tibi corniger Ammon,  
Et dudum taciti rupere silentia Delphi.  
Te Persæ cecinere Magi. te sensit Etruscus  
145 Augur, & inspectis Babylonius hortuit astris.

## INTERPRETATIO.

¶ nobilior insulâ Cretâ. Parua litora non satisfecerent Numini nostro, neque rupes inaccessa Cynthi offenderunt tuum corpus in læto saxo. Mater cubans in veste aureâ circumdata lapillis peperit in cubili purpureo: Regia personuit ob felicem partum. Quæ tum signa fuerunt venturi?

¶ Qui cantus volucrum erant? qui volatus per aërem? qui cursus vaticinantium? Ammon cornutus, & Delphorum Oracula jam pridem reticentia abruperunt silentium pro te. Sacerdotes Persarum prædixerunt te: Augur Thuscus cognovit te. & Babylonius timuit, sideribus observatis;

## ANNOTATIONES.

136. Cynthi.] Hic est mons Deli, ad quem Latona palmam amplexa peperit Apollinem.

138. Læsere.] Ut læsum corpus Apollinis editi prope arbores & saxa.

138. Circumflua.] Abundans gemmis velut undique affluentibus.

139. In Tyrios enixa.] Emisit foetus in vestes Tyrias, hoc est, purpureas, ab urbe Tyro in Phœniciâ, ubi purpura nobilis.

140. Ululata verendis Aula puerperiis.] Aula personuit vel faustis acclamationibus, vel votis quæ fiebant pro puerperâ, & quibus Lucinam parturientium Deam propitiabant.

141. Quæ voces avium.] Et voces seu garritus avium, & volatus observati, mira de Honorio promittebant.

¶ Quanti volatus.] Nam si volabat major avium multitudo, felicius erat auspici-um; & ille vincebat, cui id contigerat: sic Romulus visis duodecim vulturibus, vicit fratrem Remum, qui sex tantum viderat.

142. Vatum discursus.] Vates ultrò citròque cursitabant, ut explicarent felices de Honorio prædictiones.

Corniger Ammon.] Seu Hammon Jup-

iter, pictus in speciem Arietis, quod Baccho sitienti in formâ Arietis terram pedibus concutientis fontem ostenderit. Hic porro Oracula edebat inter arenas Libyæ in Africâ; unde nomen, *ἄμμος*, seu, *ἄμμος*, arenam significat. Alii deducunt ab Ammone pastore, qui ibi templum extruxit. Alii à Chamone, seu Chamo, Noë Patriarchæ filio, qui veram religionem depravavit, & in Africâ superstitiones invenit.

143. Delphi.] Urbs ad radicem Parnassi, in quâ Apollo edebat oracula, sed post natum Christum tacuit. Unde notabis hæc omnia dici ex licentiâ poetica.

144. Magi.] Hi erant Persarum sapientes, quos Græci Philosophos, Latini Sapientes, Galli Druydas, Ægyptii Prophetas seu Sacerdotes vocabant. Jactabant se habere scientiam futurorum: idcircoque postea hæc vox ad eos translata est, qui prædicendis rebus futuris se applicuerunt.

Cecinere.] Te nasciturum, te fore felicem.

145. Etruscus Augur.] Huic magis Romani credebant; quod ab Etruriâ Italix regione superstitionum leges, caeremoniasque acceperint.

Babylonius.] Philolophus Genethlia-

Chaldæi stupuere senes, Cumanæque rursus  
 Intonuit rupes, rabidæ delubra Sibyllæ.  
 Nec te progenitum Cybeleius ære sonoro  
 Lustravit Corybas. exercitus undique fulgens,  
 150 Adstitit. ambitus signis augustior infans  
 Sentit adorantes galeas, reddîtque ferocem  
 Vagitum lituis, vitam tibi contulit idem  
 Imperiumque dies. Inter cunabula Consul  
 Proveheris. signas posito modò nomine fastos;  
 155 Donaturque tibi, qui te produxerat, annus.  
 Ipsa Quirinali parvum te cinxit amictu  
 Mater, & ad primas docuit reptare curules.

## INTERPRETATIO.

*Senes Chaldaei admirati sunt, atque saxum Cumanum, quod est, sacellum Sibylla fueratis, iterum personuit. Neque Corybas Cybeleius te natum circumdedit armis sonantibus: legiones undequaque coruscantes affuerunt. Infans venerabilior cinctus vexillis, cernit cassides cultrices, & respondet*

*tibi vagitu terribili. Lux eadem dedit tibi vitam, & honores: Consul procedis inter cunabula, & designas fastos nomine imposito tibi nuper, & idem ferè annus, qui ediderat te, attribuitur tibi. Parens ipsa vestivit te tenellum trabem Consulari, & monstravit tibi obrepere ad curules primas.*

## ANNOTATIONES.

cus, seu qui inspectâ nativitatæ horâ futura prædicit: Babylonius dicitur ab urbe Babylone, quæ caput erat Chaldæorum; unde & Chaldæus etiam appellatur.

146. *Cumanæque.* Cumæ sunt urbs Campaniæ in Italiâ: ubi Sibylla rabida, Deo, vel potius Dæmone plena furebat edens oracula. Sibylla dicitur quasi, *modi Dei, βουή, consilium.*

147. *Delubra.* Antrum, quod ipsi erat velut templum.

148. *Cybeleius Corybas.* Corybantes Cybeies magnæ Deorum matris Sacerdotes non te *lustrarunt*, vel in circulum ambierunt, ut Jovem in Cretâ insulâ recens natum, ære sonoro, cum cymbalis sonantibus ex ære factis; ne pueri vagitus à Saturno patre liberos masculos devorante audiretur.

149. *Exercitus.* Adstitit tibi inter arma nascenti.

151. *Adorantes galeas.* Non galeæ adorant, sed Milites galeati, sese adorantium more submittentés.

*Redditque ferocem.* Edit ferocem tuis clangentibus vagitum, qui jam auda-

cem arguat animam. Id tamen de Honorio non confirmavit eventus.

153. *Inter cunabula Consul.* Honorius tertio ætatis anno Consul factus est.

154. *Posito modò nomine.* Poëtice: nam lustricus dies puellarum octavus, puero- rum nonus erat: tumque iis nomina imponebantur. *Signas fastos*, denominas: dictum enim est: (*Honorio & Evodio Consulibus*), sicque annus seu facti designabantur per Honorium. Sic & Poëtice intelligendus versus sequens *donaturque*. &c. Nam Honorius non factus est Consul anno, quo natus est, sed, ut diximus tertio ætatis anno.

155. *Donatur.* Nomini tuo consecratur.

156. *Quirinali.* Trabem seu vestem Consulari, qualis fuit Quirini seu Romuli Regis.

157. *Primas curules.* Mater docuit te tum primum repere ad dignitatem, quæ qui conspicuus est, vehitur *sellâ eburneâ*, seu *curuli*, quæ in ipsius curru imponitur. Sic *curulis* ponitur pro Consulatu, &ignum pro te signatâ.

Q ii



- Uberibus sanctis, immortalique Dearum  
 Crescis adoratus gremio. tibi sæpe Diana  
 160 Mænalios arcus venatricisque pharetras  
 Suspendit, puerile decus. tu sæpe Minervæ  
 Lulisti clypeo, fulvâque impune pererrans  
 Ægida, tractasti blandos interritus angues.  
 Sæpe tuas etiam jam nunc gaudente marito  
 165 Velavit Regina comas, festinâque voti  
 Præsumptum diadema dedit. tum lævibus ulnis  
 Sustulit, & magno porrexit ad oscula patri.  
 Nec dilatus honos. mutatus principe Cæsar  
 Protinus æquaris fratri: nec certius unquam  
 170 Hortati Superi. nullis præsentior æther

## INTERPRETATIO.

Tu honoratus sacris mammis, & aeterno  
 sinu Dearum adolescens. Diana frequenter  
 suspendit ex humeris tuis arcus Mænalios.  
 & pharetras aptas venationi, in honorem  
 pueri: tu frequenter delectatus es scuto Pal-  
 ladis, & percutrens insid. clypeum ejus terri-  
 bilem retigisti securus serpentes ejus blan-  
 diantes. Frequenter quoque Imperatrix cin-  
 xit tuum caput jam tum, latante conjuge  
 Theodosio; & desiderio prompto tribuit tibi  
 diadema destinatum prius: tunc extulit te  
 brachiis teneris, & admovit te patri ingenti  
 ad oscula danda. Neque dignitas tardata est.  
 Tu Cæsar factus princeps statim adæquaris  
 fratri Arcadio. Neque Dii quenquam cla-  
 rius unquam excitaverunt: Cælum nullis

## ANNOTATIONES.

158. *Uberibus sanctis.*] Curâ & educa-  
 tione matris Augustæ, crescis, adoratus  
 in gremio Dianæ & Palladis, quæ tibi  
 blandiuntur. Id dicitur forsan, quod Ho-  
 norius venatione, armis & literis delecta-  
 retur.  
 159. *Diana.*] Soror Apollinis, filia La-  
 tonæ & Jovis, Dea venationis.  
 160. *Mænalios arcus.*] Quibus utitur in  
 Mænalo monte Arcadiæ in Græciâ.  
 161. *Minerva.*] Quæ & Pallas filia Jo-  
 vis, Dea armorum, & doctrinarum.  
 162. *Ægida.*] Clypeum sic dictum,  
 ὀπὸν τῆς ἀγῆς, à capra pelle, quâ Ægis  
 seu Clypeus Jovis patris tegebatur: hinc  
 Ægis sæpius sumitur, pro Deorum clypeis.  
*Blandos angues.*] Serpentes Medusæ,  
 quibus horrebat clypeus Palladis, blandie-  
 bantur Honorio, non secus ac ipsi Palla-  
 di: magnum Deæ in illum amoris argu-  
 mentum.  
 165. *Festinâque voti.*] Antè præcipientem,  
 præveniētemque suum de Honorio votum,  
 suum desiderium, quo ipsum Imperato-  
 rem esse optabat.  
 166. *Præsumptum.*] Ante legitimam æ-  
 tatem, sumi atque gestari cœptum est.  
*Diadema.*] Fasciam candidam, ὠρὸν τῆς  
 δέξης, ligare; quâ fasciâ cingebantur Re-  
 gum capita.  
 168. *Mutatus Principe Cæsar.*] Hoc est,  
 Honorius Cæsar factus est Imperator.  
*Principes juventutis,* filii Imperatorum  
 primò dicebantur, deinde *Augusti* fie-  
 bant, seu Imperatores.  
 169. *Æquaris fratri.*] Honorius factus  
 est Princeps, sicut & Arcadius. Theodo-  
 sius contra Eugenium iturus, ambos in  
 Oriente reliquit; ut hi superstites rema-  
 nerent, si qua calamitas ingrueret.  
 170. *Hortati superi.*] Nunquam Dii  
 prælagiis frequentioribus hortati sunt  
 quidquam facere, quàm voluerunt te  
 Principem fieri.  
*Æther.*] Ἄνω τῆς αἰθέρας, ardere; est  
 enim pars superior aëris, subtilis instar  
 ignis, hic sumitur pro Cœlo.

Affuit ominibus. tenebris involverat atra  
 Lumen hyems, densosque Notus collegerat imbres.  
 Sed mox, cum solitâ miles te voce levasset,  
 Nubila dissolvit Phœbus, pariterque dabantur  
 175 Sceptra tibi mundoque dies. caligine liber  
 Bosporus adversam patitur Chalcedona cerni.  
 Nec tantum vicina nitent: sed tota repulsis  
 Nubibus exiit Thrace. Pangæa renident,  
 Infusosque palus radios Mæotia vibrat.  
 180 Non Boreas nimbos, non Sol ardentior egit.  
 Imperii lux illa fuit. præfagus obibat  
 Cuncta nitor: risitque tuo Natura sereno.  
 Visa etiam medio populis mirantibus audax  
 Stella die, dubitanda nihil, nec crine recluso

## I N T E R P R E T A T I O.

*præfagus magis favit cuiquam. Tempestas nigra obscuraverat lucem caligine, & Auster congregaverat pluvias spissas. At statim atque milites te susceperunt cum plausu consueto, Sol dissipavit nubes: & simul seipsum tibi, & lux orbi donabantur. Bosporus liberatus tenebris, finit Chalcedona oppositam videri. Neque solum tractus finitimi resplendent: at omnis Thracia, expulsa caligine, expurgatur, Pangæus mons resulget, & palus Mæotis emittit splendorem insolitum, Neque Aquilo agitavit nubes; neque Sol calidior has excitavit. Ver illud fuit nascentis Imperii, Splendor prænuntius felicitatis lustrabat omnia, & natura delectata est tranquillitate tua. Astrum quoque ardens confectum est, in mediâ luce, gentibus obstupescitis, non dubitabile, nec*

## A N N O T A T I O N E S.

172. *Notus.*] Sive Auster, ventus flans à meridie, pluvias creans.  
 173. *Levasset.*] Cum milites faustis acclamationibus Honorium Imperatorem salutassent, & in solium extulissent. Mos ille antiquus; sic Claudius, *militibus vicissim succollantibus, in castra delatus est.* Suetonius in Claudio.  
 176. *Bosporus.*] Thracius scilicet, ubi situm erat Byzantium seu Constantinopolis. De Bosporo supra lib. 1. in Ruf. v. 175.  
*Chalcedona.*] Urbem Bithyniæ, è regione Byzantii, quæ antè non videbatur ob tenebras, nubesque.  
 178. *Pangæa.*] Pangæus, & in plurali *Pangæa*, mons Thraciæ: quæ Thracia nebulosa est; ac proinde mirum sic subito claram evasisse.  
 179. *Palus Mæotia.*] Seu *Mæotica* supra Pontum Euxinum.  
*Boreas.*] Seu *Aquilo*, ventus flans à Septentrione, non turbavit serenitatem diei. Alioquin fugat nubes Aquilo. Ovid. *Protinus Æolis Aquilonem claudit in antris,*  
*Et quacunque fugant inductas flamina nubes,*  
*Nec Sol ardentior egit.*] Sol calidior non excitavit nubes.  
 182. *Tuo sereno.*] Eâ serenitate, quæ diei Imperii tui præluxit.  
 183. *Audax stella.*] Quasi stella ausa fit prodire meridiæ: sed notandum est hîc stellam die visam poni pro fortunato præfagio; etsi alias infelix stellæ diurnæ aspectus esse credatur, quod scilicet id fiat verso naturæ ordine.  
 184. *Dubitanda nihil.*] Tam clarè videbatur stella, ut de eâ dubitare nemo posset.  
*Crine.*] Radii hujus stellæ, capillorum speciem habebant.

Q iij

- 185 Languida, sed quantus numeratur nocte Bootes.  
 Emicuitque plagis alieni temporis hospes  
 Ignis, & agnosci potuit, cum Luna lateret.  
 Sive parens Augusta fuit, seu fortè reluxit  
 Divi sidus avi, seu te properantibus astris
- 190 Cernere Sol patiens cœlum commune remisit,  
 Apparet quid signa ferant. ventura potestas  
 Claruit Ascanio, subitâ cum luce comarum  
 Innocuus flagrarèt apex, Phrygiôque volutus  
 Vertice, fatalis redimirèt tempora candor.
- 195 At tua cœlestes illustant omina flammæ.  
 Talis ab Idæis primævus Jupiter antris  
 Possessi stetit arce poli, famulosque recepit

## INTERPRETATIO.

*debile comâ hebetatâ, at tantum, quantus Arctophylax confetur nocte. & flamma effulsit hospita in regionibus Cœli, alteri tempori destinatis, ac potuit animadverti cum Luna delitesceret. Seu mater Imperatrix exiit, sive forsan Astrum Avitui Divi, refulsit, sive Sol facilis concessit Cœlum commune sideribus Gentilibus festi-*

*nantibus te videre. Jam videtur quid signa illa portendant. Nota fuit Iulo magnitudo futura, cum vertex ejus capillorû illusus arderet flammâ repentinâ. & candor felix effusus per caput Trojani pueri, ambires ejus tempora. Sed ignes ætherei illuminant tua præsagia. Similis Juppiter adolescens à caver-*

## ANNOTATIONES.

185. *Languida.* ] Moriens: veteres dicebant ignem, instar animalis, spirare & expirare, languescere & excitari.
- Sed quantum.* ] Stella sola tanta erat, quantus est Bootes; hoc est, suo splendore æquabat numerosam stellarum Bootæ multitudinem. De Boote suprâ diximus in 111. Conf. Hon. v. 170.
186. *Hospes ignis.* ] Flamma, stella, & optimè hospes, quæ in eo loco esse non solet hoc tempore.
188. *Augusta.* ] Sive stella illa fuerit mäter tua Placilla seu Flaccilla, sive Avus, qui instar Julii Cæsaris, probabiliter conversi sunt in astra.
189. *Divi.* ] Julius Cæsar, Augustus, & alii multi deinceps Imperatores, post mortem consecrati sunt, & appellati Divi.
- Astris.* ] Gentilibus, sive ex familiâ Honorii desumptis, matre scilicet & Avo.
190. *Sol remisit.* ] Inhibita tantisper suâ luce, ut locus daretur Astris illis gentilibus, Honorium factum Imperatorem videre gestientibus.
192. *Subitâ luce.* ] Subita lux, subitus ignis, felix præsagium esse credebatur. Sic ignis lambens caput Servii Tullii pueri, ipsi causa fuit felicitatis.
193. *Phrygiôque volutus vertice candor.* ] Candor seu lux candida, purior, cœlestior, ambiens caput Phrygium, aut caput Ascanii seu Iuli, pueri Phrygi, Trojani. In *candore* autem alludit ad diadema, quod erat fascia candida, *candor fatalis*, felix, fatôque promissus.
195. *At tua cœlestes.* ] Ignis purus, candidus, cœlestis, reddit illustriora præsagia tua, seu de futurâ tuâ magnitudine.
196. *Talis.* ] Qualis est Honorius flammâ lucidior atque candidior illustratus, talis fuit Juppiter primævus, in primo ævo, seu primâ ætate.
- Idæis.* ] Ida, unda Idæus, mons est in insulâ Cretâ, ubi Juppiter educatus est.

- Naturâ tradente Deos. lanugine nondum  
 Vernabant vultus, nec adhuc per colla fluebant  
 200 Moturâ convexa comæ. tum scindere nubes  
 Discebat, fulménque rudi torquere lacerto.  
 Lætior augurio genitor, natîsque superbus.  
 Jam paribus, duplici fultus consorte redibat,  
 Splendebâtque pio complexus pignora curru.  
 205 Haud aliter summo gemini cum patre Lacones  
 Progenies Ledæ sedent: in utroque relucet  
 Frater, utroque soror. simili chlamys effluit auro.  
 Stellari pariter crines. juvat ipse Tonantem  
 Error, & ambigux placet ignorantia Marri.  
 210 Eurotas proprios discernere nescit alumnos.

## INTERPRETATIO.

exceptit Deos obediētes, Naturâ dante: in curru, pius ipse. Sic Lacones gemelli, genâ Jovis vestiebantur primâ barbâ, & crines concussuri Cælum non adhuc diffundebantur per cervicem: tunc ediscebât rumpere nimbos, & vibrare fulmen manu inexpertâ. Pater Theodosius hilarior hoc præfagio, & glorians filiis jam aequalibus, fretus gemino socio Imperiî revertebatur, ac fulgebat amplectens filios

in curru, pius ipse. Sic Lacones gemelli, Leda filii considunt cum patre supremo Jove. In ambohus, species fraterna refulget, in ambohus species sororia, Chlamys eorum contexta auro pari diffunditur: capilli sunt similiter aurei: error ipse delectat Jovem, & inscitia recreat Matrem dubiam. Eurotas non potest discernere alumnos suos.

## ANNOTATIONES.

198. *Naturâ tradente.*] Naturæ autoritas Numinibus imperat: & quæ porro est ista Natura Deorum vestrorum dominatrix, ô pagani, nisi verus Deus, qui est super omnes Deos?

*Lanugine vernabant.*] Vernabant, vestiebantur primâ barbâ; ut prata, primâ vernant herbâ.

200. *Moturâ convexa comâ.*] Ovidius: *Terribilem capitis concussit terque quatitque*

*Cæsariem, cum quâ, terram, mare, sidera movit.*

201. *Discebat.*] Dii in pueritiâ discebant, quæ in aliis ætatibus essent facturi.

202. *Lætior augurio.*] Theodosius gaudens se vidisse, & stellam, & ignem lambentem, qui innocuus illustrabat caput Honorii.

203. *Paribus.*] Honore Imperatoris dignitatis.

*Fultus.*] Filii sunt parentum spes, & columen.

204. *Pio curru.*] Complectens curru si-

lios, quâ in re ostendebat pietatem in liberos: sic dicitur pius currus, quia pium Principem continet.

205. *Gemini Lacones.*] Castor & Pollux, quorum hic Jovis filius, alter Tyndari, ambo Ledæ, ambo è Laconia Græciæ regione oriundi.

207. *Frater.*] In utroque satis cognoscitur eos esse fratres, & similes sorori Helenæ.

*Chlamys effluit.*] Chlamys contexta auro, seu filis aureis effluit ac diffunditur ventis agitantibus.

208. *Stellati crines.*] Flavi, aurei, instar stellarum. Alludit ad fabulam Argonautarum, quibus navigantibus singulæ stellæ in capitibus Castoris & Pollucis effulserunt.

*Furor error.*] Dum alterum pro altero esse censet, sicque, errat, fallitur, Virg. *proles.*

*Indiscreta suis, gratûsq; parentibus error.*

210. *Eurotas.*] Fluvius Laconiz, ad quem educati Castor & Pollux,

- Ut domus exceperit reduces, ibi talia tecum  
 Pro rerum stabili fertur ditione locutus.  
 Si tibi Parthorum solium Fortuna dedisset,  
 Care puer, terrisque procul venerandus Eois.  
 215 Barbarus Arsacio confurgeret ore tiaras:  
 Sufficeret sublime genus, luxuque fluentem.  
 Deside nobilitas posset te sola tueri.  
 Altera Romanæ longè rectoribus aula  
 Conditio. virtute decet, non sanguine niti:  
 220 Major & utilior fato conjuncta potenti,  
 Vilè latens virtus. quid enim submersa tenebris  
 Proderit obscuro? veluti sine remige puppis.  
 Vel lyra, quæ reticet; vel, qui non tenditur, arcus.  
 Hanc tamen haud quisquam, qui non agnoverit antè  
 225 Semet, & incertos animi pacaverit æstus,  
 Inveniet. longis illuc ambagibus itur.

## INTERPRETATIO.

*Sentim atque Aula recepit vos redeuntis;* ibi Theodosius narratur dixisse hac verba. Tecum, ô Honori, pro Principatu mundi confirmando. Si fatum concessisset tibi imperium Parthorum, ô filidilectè, & tiaras Barbaricus reverendus longè in regionibus Orientis attolleratur in capite tuo Arsacio; origo excelsa satis esset tibi, atque una generis claritas valeret te sustinere etiam diffluentem luxu molli. Longè alia fars est Moderatorum Imperiis Roma-

ni: convenis sustentare se virtute, non stemmate. Virtus excelsior & fructuosior juncta magnis satis, si delitescat, abjecta est: nam illa virtus sepulta obscuritate, quid proficiet ignoto? exit sicut navis absque remis: aut sicut lyra, quæ silet: aut sicut arcus, qui non contenditur. Nemo tamen reperiet hanc virtutem, qui non prius cognoverit se ipsum, atque sedaverit perturbaciones affectuum fluctuantes. Itur ad hanc virtutem per anfractus longos.

## ANNOTATIONES.

213. *Solium.* ] Imperium Parthorum: signum pro te signatâ, Metonymicè.

214. *Barbarus tiaras.* ] Qualem habent Barbari: Tiaras autem est Regium capitis insigne, quod soli Reges rectum, & velut *consurgens* gestabant, aliis depressum gestantibus. Et tum Parthorum dominatio latè per Orientem parebat.

*Arsacio confurgeret ore.* ] Confurgeret supra os, in capite scilicet Principis *Arsacii*, vel *Arsacida*, à primo Rege *Arsace*.

216. *Luxuque fluentem.* ] More Regum Orientis, qui diffuunt, consumunturque deliciis.

220. *Fato conjuncta potenti.* ] Virtus Principum, quæ solet nancisci fatum magnum & potens,

221. *Vilè latens.* ] Virtus latens est vilè negotium: Dulce sopor fessis. Virgilius.

224. *Agnoverit.* ] Scientia est oraculo digna, *γνώσκειν αὐτὸν*, nosse seipsum, & quid de se Deus, patria, parentes, amici expectent.

225. *Incertos æstus.* ] Animi affectus instabiles, & maris instar, hominem fluctuantem efficientes. Et jure quidem Theodosius jubet placari animi motus; ad iram enim erat propensior, & hac inflammatus sevicat atrociter in Thessalonicenses. Vide Lib. II, in Ruf. v. 280.

226. *Longis illuc.* ] Ad virtutem, longam, ardua, salebrisque & anfractibus plena via est. Sed ad eam consequendam duo requiruntur, nosse seipsum, & placare animi cupiditates.

Disce

- Disce orbi, quod quisque sibi. Cùm conderet artus  
 Nostros, ætheriis miscens terrena Prometheus,  
 Sinceram patrio mentem furatus Olympo.  
 230 Continuit claustris, indignantemque revinxit.  
 Et, cùm non aliter possent mortalia fingi,  
 Adjunxit geminas. illæ cum corpore lapsæ  
 Intereunt: hæc sola manet, bustoque superstes  
 Evolat. hanc altâ capitis fundavit in arce  
 235 Mandatricem operum, prospecturamque labori.  
 Illas inferiùs collo, præceptaque summæ  
 Passuras dominæ dignâ statione locavit.

## INTERPRETATIO.

*Edisce pro orbe, quod privatus ediscit pro se. Cùm Prometheus effingeret corpora nostra, commiscens res terrestres cœlestibus, rapiens ex Cœlo natali animam spiritalem, eam coercuit hoc carcere, & alligavit repugnantem: cùmque mortalia non possent aliter formari, addit duas animas, sentientem, & vegetantem. Illa* *pervenientes cum corpore moriuntur: hæc remanet una, & vivens post rogum exilis. Prometheus collocavit hanc in cœlo vertice capitis, imperaturam faciendâ, & provisorum operibus. Posuit illas, sentientem & vegetantem infra cervicem, perlaturas in loco apto, imperia Regina suprema.*

## ANNOTATIONES.

227. *Disce orbi.* &c.] O Honori, disce pro orbe regendo, quod privatus quisque discit, ad seipsum regendum, suamque familiam.  
 228. *Prometheus.*] Filius Japeti, primus hominem ex luto finxisse dicitur, & Minervæ, opus ipsius admirantis, ope in Cœlum fuisse sublatus. Hic ferulam seu virgulam rotæ Solis admovit, eaque accensâ, ignem detulit in terras, quo luteum suum hominem animavit. Dictus est Prometheus *δὲν τῆς ἀεγυρίας*, à providentiâ Dei, qui formavit hominem de limo terra, & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ: hoc est, animam rationis participem, spiritalem, quæ velut ignis cœlestis hominem animat. Has fabulas ex sacris historiis detortas esse nemo non videt.  
*Ætheriis.*] Miscens lutum rebus cœlestibus, hoc est corpus animæ cœlesti.  
 229. *Sinceram mentem.*] Animam sinceram, & puram ab omni corporeâ facie: animam rationis participem, spiritalem, immortalem.  
 230. *Claustris.*] Animam velut in carcere corporeo, repugnantem coercuit, atque vinxit.  
 231. *Non aliter.*] Et cùm homo mortalis non posset fingi, ac formari aliter, quam si anima ejus spiritalis, cœlestis, immortalis jungeretur corpori mortali ac terreno, per vinculum aliquod; ideo Prometheus addidit geminas animas, unam sentientem, alteram vegetantem, quæ essent velut nexus & vincula animæ immortalis cum corpore mortali. Sic Virgilius dat tres animas Herulo.  
 232. *Illæ.*] Anima sentiens, & anima vegetans.  
 233. *Hæc.*] Anima rationis particeps sola vivit, sola superstes, corpore in pyram cremato, evolat in Cœlum.  
 234. *Hanc.*] Animam rationis participem collocavit in capite, tanquam in arce, in quâ, ut Regina, imperat faciendâ, providetque rebus omnibus.  
 235. *Labori.*] Quo vita humana constat: quippe vita labor est perpetuus.  
 236. *Illas.*] Sentientem & vegetantem inferiùs collocavit, ut ex ipso loco inferiore, in quo constitutæ sunt, discant parare animæ, superiori in sede regnanti.

R

- Quippe opifex, veritus confundere sacra profanis,  
Distribuit partes animæ, sedesque removit.
- 240 Iram sanguinei regio sub pectore cordis  
Protegit imbutam flammis, avidamque nocendi,  
Præcipitemque sui. rabie succensa tumescit.  
Contrahitur tepescit metu. cumque omnia secum  
Duceret, & requiem membris vesana negaret;
- 245 Invenit pulmonis opem, madidumque furenti  
Præbuit, ut tumida ruerent in mollia fibræ.  
At sibi cuncta petens, nil collatura cupido  
In jecur, & tractus imos compulsa recessit.  
Quæ velut immanes referat dum bellua rictus,

## INTERPRETATIO.

*Item Creator timens miscere sacra cum impuris, separavit sedes animæ & mansiones divisi ab invicem. Regio quædam sub domicilio cordis sanguinem facientis fovet iracundiam incensam igne, & cupidam nocendi; & se præcipitantem. Ea regio inflammata furore surget, adhuc subcalida, angustatur timore; & quum*

*ira vaperet cuncta secum, atque insana non daret quietem corpori, reperit auxilium pulmonis, & illum obicit humidum ardenti, ut fibræ turgentes subsiderent leniter. Sed cupiditas poscens pro se omnia, & nihil datura, pulsa secessit in jecur, & regiones infimas. Quæ cupiditas, sicut bestia cum aperit guttur ingens,*

## ANNOTATIONES.

238. *Opifex.*] Prometheus, vel potius divina providentia.

*Sacra profanis.*] Metuens confundere animam rationis compotem, quæ est sacre atque divina particula anra, cum profanis, hoc est, cum impuris terrenisque animabus sentiente & vegetante, quæ ex materia constata sunt, & quæ secum trahunt perturbationes animi, ut iram, odium; & sedes earum omnium separavit, atque distinxit: adeo ex illis una pars esset superior, altera inferior.

240. *Pectore cordis.*] Sub domicilio cordis, sub intimo corde; ubi sedem iræ Platonici reponunt, simulque fontem sanguinis; quod ultimum addidit Aristoteles, & contra Galenum aliisque medicos multi recentiores.

242. *Præcipitemque sui.*] Furore iræque mentem præcipitantem, & ad temerè agendum impellunt.

*Rabie succensa.*] Illa regio per iram effervescebat; atque ebullit, venit toto corpore incensata.

243. *Tepescit.*] Adhuc subcalida, &

refrigescens ex illo ardore iracundiæ contrahitur, detumescit. Alii legunt *tremescit metu*, vel *stupescit*, nec malè.

244. *Duceret.*] Quum ira secum omnia raperet, everteret, & suo motu totum corpus, velut torrens, opprimeret atque pessandasset, pulmonem invenit, cuius humido & saturari flatu, fervorem cordis ardentis atque furentis leniat, atque eventilet.

246. *In mollia.*] Ut fibræ tumentes subsident leniter, fiante molliores.

247. *Cupido.*] Cupiditas mater omnium scelerum, sed præsertim avaritiæ & amorum, in regione jecoris, quæ regio inferior est, quam sedes cordis, collocata est. Hinc Distichum illud:

*Cor sapit. & Pulmo loquitur, Fel concitat iras.*

*Splen ridere facit, cogit amare jecur.*

248. *Tractus imos.*] Quos pudor abscondit, & nominatè vetat.

*Compulsa.*] Cupiditas, & libido, nisi coercerentur, emicant, & partem superiorem invadunt, impudenterque turbant.

- 250 Expleri pascique nequit: nunc verbere curas  
 Torquet avaritiæ, stimulis nunc flagrat amorum,  
 Nunc gaudet, nunc mœsta dolet, satiatæque rursus  
 Exoritur, cæsaque redit pollentiùs Hydra.  
 Hos igitur siquis potuit sedare tumultus,  
 255 Inconculsa dabit puræ sacraria menti.  
 Tu licet extremos latè dominèrè per Indos,  
 Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent:  
 Si metuis, si prava cupis, si duceris irâ,  
 Servitii patièrè jugum: tolerabis iniquas  
 260 Interiùs leges. tunc omnia jure tenebis,  
 Cùm poteris rex esse tui. proclivior usus

## INTERPRETATIO.

non potest satiari & nutrirî: modò flagello impellit curas avaritiæ, modò latetur, modò tristis affligitur: & saturata iterum exurgit: ac renovatur valentiùs Hydrâ interfecit. Si aliquis ergo valuit placare hos motus animi, præbebit anima sincera templa stabilia. Tu etiam regnes longiùs, per Indos ultimos: etiam si Medi adorent te, & Arabes & Seres: si times, si desideras improba, si abriperis iracundiâ, feres jugum servitutis: feres duras leges interiùs. Tunc imperabis cunctis merito, si valebis esse imperator tui ipsius, consuetudo prior

## ANNOTATIONES.

250. *Expleri.*] Cupiditas enim ex sua naturâ est insatiabilis, ac proinde non potest expleri; imò ne quidem satis unquam pasci. Unde cum belluâ non immerito comparatur.
251. *Avaritiæ.*] Cupiditas modò avaritiâ, quasi verbere torquetur, & agitur ultro citroque: modò amore incenditur, &c.
252. *Satiatæque.*] Cupiditatem eum putas esse satiaram, atque contentam, sicque edomitam, ea tamen iterum exurgit fortius ac valentiùs, quàm Hydra; cui, cum caput abscissum est, duo pullulant. Ea nempe cupiditatum natura est, ut iterum reviviscant, cum extinctas putamus: ideo improbo labore domandæ sunt.
255. *Puræ sacraria menti.*] Si quis possit sedare tumultuaria pugnantium inter se cupiditatum bella, anima ab omni motuum perturbatione, ac contagione pura atque tranquilla, in ipso præsidebit capite, tanquam quoddam numen in templo stabili & inconculso; & in hac animæ tranquillitate posita esse videtur beatitudinis humanæ ratio.
257. *Medus.*] Medi, Arabes, Seres, Indi, sunt Asiæ populi celebres.
- Mollis Arabs.*] Arabes molliâ & luxu diffuere dicuntur.
- Seres.*] Populi sunt in extremâ Asiâ ultra Tartariam, vulgò Sineses vocant.
- Adorent.*] Reges adorare familiare erat Persis, Seribus, & aliis populis Orientis.
258. *Si metuis.*] Si es obnoxius timori, malo desiderio, iræ; eris servus cupiditatum tuarum, & servitutis jugo, bovis instar, opprimèris. Cæterum hos versus multi viri docti aureis literis censent inscribendos in institutione Principum.
- Si duceris irâ.*] Jure Theodosius ait vitandam esse iram, quâ ipse inflammatus ita sævierat in Thessalonicenses. Vide lib. 2. in Ruf. v. 280. Seneca de irâ: Si effectus ejus damnâque intueri velis, nulla pestis humano generi pluris stetit. Videbis cades ac venena, & reorum mutuas sordes, & urbium clades, & totarum exitia gentium, &c.
260. *Interiùs.*] In te ipso patieris duras leges, & senties legem in membris tuis repugnantem legi mentis tæ. S. Paulus.
261. *Proclivior usus.*] Habitus seu consuetudo præceps ruit in pejora magis, &c.



- In pejora datur, suadetque licentia luxum,  
 Illecebrisque effrena favet. tum vivere caste  
 Asperius, cum prompta Venus, tum durius ira  
 265 Consulitur, cum poena patet. sed comprime motus:  
 Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit,  
 Occurrat, mentemque domet respectus honesti.  
 Hoc te praeterea crebro sermone monebo,  
 Ut te totius medio telluris in ore  
 270 Vivere cognoscas, cunctis tua gentibus esse  
 Facta palam; nec posse dari regalibus usquam  
 Secretum vitiis. nam lux altissima fati  
 Occultum nihil esse finit, latebrasque per omnes  
 Intrat, & abstrusos explorat fama recessus.

## INTERPRETATIO.

vult in mala majora, & libertas persuadet luxuriam, atque effrenata indulget voluptatibus. Tum difficilius est vivere pudice, cum facilis est voluptas: tunc impeditur iracundia operosius, cum facilis est vindicta. At cohibe affectus prae-vos, & cogites, non quid permittatur tibi, sed quid decorum eris agere, & contemplatio honestatis superet animum tuum. Insuper hoc admonebo te verbis frequentibus, ut scias te vivere in ipso conspectu totius Orbis, & tuas actiones esse coram omnibus populis, neque ullum arcenum locum posse quari peccatis Regum. Etenim splendor celsissimus fati Regalis nihil permittit manere absconditum, & penetrat per cuncta latibula; & fama perscrutatur angulos occultiores,

## ANNOTATIONES.

magis. S. Augustinus: Ex voluntate per-versa facta est libido, & dum servitur libidini, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas.

262. Licentia. ] Licentia & impunitas, pessima sunt vitiorum incentiva. Cicero: Impunitatis spes, maxima est illecebra peccandi.

265. Poena patet. ] Difficilius prospicitur ira retinendae, cum ostenditur facilis vindicta, & occasio poenae sumendae.

266. Quid liceat. ] Plinius: Leges Principi nemo scripsit: non tamen ei licet, quod libet, ac minimum decet licere, cui nimium licet. Alexander in Plutarcho: πάντων οὐδὲ μὴν δὲν πειρῆσαι, τὸ δὲ ἡγεῖν δὲ ἡγεῖν δὲ, putans omnia sibi circumoccupari quidem, sed justitia sub-mitti se oportere.

267. Respectus honesti. ] Contemplatio & reverentia honestatis.

Honesti. ] Et incoctum generoso petus

honesto. Persius,

268. Crebro sermone. ] Repetitâ saepius admonitione inculcabo, ne id ex animo excidat. O digna magno Principe monita!

271. Facta palam. ] Facta Regum sunt in oculis oranium gentium. Et si ex Seneca: Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat. quo sensu esse illi debent, qui factorum suorum πολλοῖς μαρτυρῶντες ἔχουσιν, Multos habent testes. Pindarus.

272. Secretum. ] Euripides: Τὰ τῶν βασιλέων ἀμαρτυματα πάντες ἴσασιν. Regum vitia omnes cognoscunt.

Lux. ] Altissimus splendor eorum fati, hoc est, majestatis, quae ipsis fato contigit.

274. Abstrusos explorat fama recessus. ] Et quid fugere queat monstrum illud; cui quot plumae, tot oculi, tot linguae, tot ora, tot aures.

- 275 Sis prius in primis. nam cū vincamur in omni  
Munere, sola Deos æquat clementia nobis.  
Neu dubiè suspectus agas; neu falsus amicis,  
Rumorūmve avidus. qui talia curat, inanes  
Horrebit strepitus nullā non anxius horā.  
280 Non sic excubiæ, non circumstantia pila,  
Quā tutatur amor. non extorquebis amari,  
Hoc alterna fides, hoc simplex gratia donat.  
Nonne vides, operum quo se pulcherrimus ille  
Mundus amorē liget, nec vi connexa per ævum  
285 Confpirent elementa sibi? quod limite Phœbus  
Contentus mediō, contentus litore pontus?  
Et qui perpetuū terras ambitque vehitque,

## INTERPRETATIO.

*Esto pius, & clemens ante omnia: etenim cum superemur à Diis in omni virtute. Una clementia nos assimilat Diis. Nēve quid facias animo dubio & suspicaci: nēve sis simulator amicitia, aut cupidus rumōrum. Qui sequitur ista, timebit vana murmura, inquietus momentis omnibus. Non ita custodia, non ita arma cingentia defendunt Principem, quā amor subditorum.*

*Non coges alios ad amorem tui, Hunc fidelitas mutua parit, hunc sincerus candor. An non aspicias, quā concordia mundus ille ornatissimus operibus vinciat sese, & elementa consentiant secum, non per tempus colligata inter se impetu aliquo? an non aspicias, quōd Sol contentus viā mediā sit, quod mare contentum sit litoribus: & aer qui cingit & sustentat semper terras.*

## ANNOTATIONES.

275. *Pius.*] Gregorius Thaumaturgus, *ὁσιος καὶ πιστός* quod ὁσίου ὁ πιστός, *ἀρετῆς*, Pietatem matrem dicunt virtutum, qui rectè dicunt.

276. *Clementia.*] *Pietate & iustitiā principes Dii fiunt.* Seneca pro personā Augusti: *Animum vincere, iracundiam cohibere, &c.* Hac qui faciat, non ego cum summi viris comparo, sed simillimum Deo iudico. Cicero.

277. *Dubiè suspectus.*] Ne indulgeas suspicionibus dubiis, ne credas calumniis, &c. Ipsam maledicentiam sprevēre Cæsar, Augustus, & alii magni Principes.

*Falsus amicis.*] Ne similes te amare, ne decipias amicos.

279. *Axius.*] *Dii Deaque! quā male est extra legem viventibus, quod semel meruerunt semper expectant.* Petronius.

281. *Amor.*] *Amor subditorum, murus ahenus.* Id sapiens usurpabat Ludovicus XII. populi parer.

282. *Alterna fides.*] Amor mutuus & fidelitas reciproca. Ego tibi monstrabo ama-

*toris m. sine medicamento, sine herbā, sine ullius venefica carmine. Si vi amari, ama.* Seneca.

*Simplex gratia.*] Simplicitas & candor, quæ conciliant amorem & gratiam omnium.

283. *Nonne vides.*] An non vides quomodo mundus ille pulcherrimus partes omnes suas contineat, velut quodam amoris & cōcordiæ vinculo inter se conjunctas?

284. *Mundus pulcherrimus.*] Ornatissimus pulcherrimis operibus, unde à Græcis, *κόσμος*, dicitur, id est, *ornatus*.

*Nec vi.*] Elementa inter se conjuncta sunt, sed naturali quodam amoris nexu, non vi, non impetu.

285. *Phœbus.*] Quōd Sol sese contineat in Zodiaco seu in mediis limitibus Cœli, ut luceat prositque omnibus.

286. *Pontus.*] Quōd mare contineatur litoribus, seu terminis, quos constituit divina providentia, quos præterire non poterit.

287. *Ambitque.*] Multorum ea est opi-

- Nec premat incumbens, oneri nec cesserit aër?  
 Qui terret, plus ipse timet. fors ista tyrannis  
 290 Convenit. invidcant claris, fortisque trucidant,  
 Muniri gladiis vivant septique venenis,  
 Ancipites habeant arces, æpidique minentur.  
 Tu civem, patrémque geras. tu consule cunctis,  
 Non tibi. nec tua te moveant, sed publica vota.  
 295 In commune jubes si quid, censésve tenendum,  
 Primus iussa subi. tunc observantior æqui  
 Fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipsam  
 Auctorem parere sibi. componitur orbis  
 Regis ad exemplum. nec sic inflectere sensus  
 300 Humanos edicta valent, ut vita regentis.  
 Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

## INTERPRETATIO.

neque opprimat subsidens, neque opprimatur pondere? Ille qui terreat alios, ipse magis metuit: ea propria est Tyrannorum conditio, ut invidcant viris illustribus, occidantque generosos, vivant freti ensibus, & cuncti venenis, inculant turres dubias, & timidi minentur. Tu verò agas civem & parentem. Tu provide omnibus, non tibi. Non desideria tua tangant te, sed desideria populi. Si aliquid imperas pro Rep. aut aliquid judicas observandum, tu prior exequere imperia tua. Tunc populus est religiosior custos justitiæ, neque recusat obtemperare, cum animadverterit ipsum legiflatorem obedire suis legibus. Mundus regitur ad imitationem Principis, neque edicta sic possunt regere animos hominum, ut vita Regentis regit eos. Populus mutabilis perpetuo mutatur cum Rege.

## ANNOTATIONES.

nio, ut existiment aëris molem non tantum superimpositam esse terris, easque undequaque cingere, sed & eas ita sustentare, ut terta in medio aëre, velut librata remaneat. Ovidius:

*Nec circumfuso pendebat in aëre tellus  
 Ponderibus librata suis.*

288. *Oneri nec cesserit.*] Aër non cedat, non opprimatur pondere orbium cœlestium.

289. *Qui terret.*] Sallustius: Fieri non potest quemquam à multis metui, quin ad eum ex multis formido recidat.

291. *Septique venenis.*] Quod sepimentum! Tyranni se defendunt, munimentumque gladiis, at sunt septi venenis. Hoc est, si qua vis ingruat, parata habent venena, quibus se poenis eripiant. Sic enses paratos habent in hostes, venena in semetipsos.

292. *Ancipites.*] Id est, arces ancipites, præruptas, altas, in quas descendere

quis non facile queat, nisi in periculum haud dubium se adducere velit. Ovidius: *Ab ancipiti delapsus acumine montis.*

id est, excelso, prærupto.

293. *Tu civem.*] Tu te geras, ut civem, ut patrem. *Ἄρχων ἀγαθὸς ὡς πατήρ*. Xenophon: Bonus princeps non differt à bono patre. Contra sentiebat Cæsar, de quo Lucanus:

*Concessiâpudet ira viâ, civemque fateri.  
 Consule cunctis.*] Imperator enim eligitur, non ut sibi, sed ut cæteris provideat, iisque pacem pariat & tranquillitatem.

300. *Ut vita.*] Pacatus: Blandissimè jubetur exemplo. Cæterum magni Duces si quid egregium à militibus perfici volebant, primi manum operi admovebant. Sic Germanicus apud Tacitum primus cæspitem posuit in tumulo Varianus extruendo.

- His tamen effectis<sup>1</sup>, neu fastidire minores,  
 Neu pete præscriptos homini transcendere fines.  
 Inquinat egregios adjuncta superbia mores.  
 305 Non tibi tradidimus dociles servire Sabæos  
 Armeniæ dominum non te præfecimus oar;  
 Non damus Assyriam, tenuit quam femina, gentem  
 Romani, qui cuncta diu rexere, regendi:  
 Qui nec Tarquinii fastus, nec jura tulere  
 310 Cæsaris. annales veterum delicta loquentur.  
 Hærebunt maculae. quis non per secula damnat  
 Cæsareæ portentosa domus: quem dira Neronis  
 Funera, quem rupes Capreatum tetra latebit  
 Incesto possessa seni? victura feretur  
 315 Gloria Trajani; non tam quodd Tigride victo,

## INTERPRETATIO.

Nihilominus his perfectis rebus, ne velis  
 contemnere inferiores, neque velis transgredi  
 terminos præfixos homini. Arrogantia ad-  
 missa dedecorat indebem eximiam. Non  
 dedimus tibi Sabæos affuetos obedire; non  
 constituimus te Regem regionis Armenia;  
 non tradimus tibi populum Assyrium, quem  
 femina rexerat: gubernandi sunt tibi Roma-  
 ni, qui gubernaverunt omnia diu: qui nec

passi sunt superbiam Tarquinii, neque passi  
 sunt leges Cæsaris. Historia referunt pecca-  
 ta antiquorum. Deduci remanebis. Ec-  
 quis non in æternum condemnet mon-  
 stra familia Cæsarea? Ecquis non cognos-  
 cet cadus crudeles Neronis: ecquis saxa  
 probrum Capreatum occupata à sene im-  
 purissimo? Laus Trajani mansura celo-  
 brabitur, non tam, quia domito Tigride,

## ANNOTATIONES.

304. *Superbia.*] Ea enim est ruina vir-  
 tutum omnium, & qui altius se tollit, ci-  
 tius ruit graviore casu. Superbia dicitur,  
 quasi *super bis*, *supra vim*, quodd vim  
 omnem & violentiam superet. Et gravior  
 est servitute contemptus.

305. *Sabæos.*] Populos Arabiæ, thure  
 divites.

307. *Assyriam.*] Assyria regio est Asiæ,  
 quam Semiramis foramina rexerat.

309. *Tarquinii.*] Superbi, quem cum  
 filii ejecerunt Romani.

310. *Cæsaris.*] Julii Cæsaris, quem oc-  
 ciderunt in ipso Senatu.

*Annales.*] Historiæ loquuntur delicta  
 veterum Imperatorum, quibus, cum  
 Impositum malè reaserint, sempiterna ira-  
 retur infamiae macula. In hoc differunt  
 Annales & Historiæ, quodd Annales refe-  
 rant res gestas plurimum anhorum, serva-  
 to sui ordine: Historiæ verò refo-  
 rant res sine hac distinctione.

311. *Hærebunt.*] Maculae turpitudinis

æternæ, ob malè gestum Imperium, præ-  
 vis Imperatoribus hærebunt.

312. *Cæsareæ.*] Monstra domus Cæsa-  
 reæ; quæ insignis fuit variis scdisque  
 criminibus, non solum ob Tiberianum, Ca-  
 ligulam, Neronem, sed & ob foraminas,  
 quales fuere infames Julii, filii, nepus-  
 que Augusti Cæsaris.

*Dira funera.*] Parricidia infinita pa-  
 trata à crudelissimo Nerone.

313. *Capreatum.*] Capræ parva insula  
 ad oras Campaniæ in Italiâ, ubi Tibe-  
 rius senex sese omni turpitudinum generi  
 totum permisit; unde dicitur incestus se-  
 nex, quia nulla libido est, nulla impudi-  
 cia, quâ non se pollueret spurcissimum  
 illud portentum.

315. *Trajani.*] Principis optimi etque  
 fortissimi, cujus hic præsertim mentio fa-  
 ctæ est, quodd nonnulli dicerent ex ejus fa-  
 milia Theodosium originem duxisse.

*Tigris.*] Tigris, vulgò, *Tygril*, &  
 Euphrates, vulgò, *Euphr*, sunt fluvii, qui

- Nostra triumphati fuerint provincia Parthi,  
 Alta quod inuestus fractis Capitolia Dacis;  
 Quam patriæ quod mitis erat. ne desine tales,  
 Nate, sequi, si bella tonant, prius agmina duris  
 320 Exerce studiis; & sævo præstrue Marti.  
 Non brumæ requies, non hybernacula segnes  
 Enervent torpere manus. ponenda salubri  
 Castra loco: præbenda vigil custodia vallo.  
 Disce ubi densari cuneos, ubi cornua tendi  
 325 Æquius, aut iterum flecti: quæ montibus aptæ;  
 Quæ campis acies, quæ fraudi accommoda vallis:  
 Quæ via difficilis. fident si mœnibus hostis,  
 Tum tibi murali libretur machina pulsū.  
 Saxa rota. præceps aries protectaque portas  
 330 Testudo feriat. ruat emeritura iuventus

## INTERPRETATIO.

Parthi victi fuerint ditionis nostræ; non tam quia victus in Capitolium excelsum, Dacis subactis: quam quia benignus erat in patriam. O fili, ne cessa imitari tales Principes. Si bella imminet, assuesce prius catervas disciplina severa, atque præpara eas militia aspera. Non otium hyemis, non hyberna emolliant luxu manus inertes: castra collocanda sunt in situ salutari: excubia vigilum deponenda sunt in munitionibus. Edisæ, ubi melius sit conglobari cuneos, ubi melius cornua explicari, vel rursus sinuati: qui exercitus sunt idonei in montibus, qui in planitie, qua valles apta stratagemati. quod iter sit arduum? Si hostis confidit muris, tunc tibi machina vibrabitur tormento murali: contorquo rupes: aries impetuosus, & testudo operata concutiat portas. Juvenes latentes erumpant.

## ANNOTATIONES.

alluunt Armeniam, Mesopotamiam; quæ hic denotantur; ut familiare est Poëtis, per fluvios designare Provincias.  
 317. *Dacis.* Hi populi erant Danubio finitimi, quos vicit Trajanus.  
 320. *Exerce.* Disciplina militaris ex Valerio Maximo: *Præcipuum decus & stabilimentum Romani Imperii.*  
 321. *Non bruma.* Milites nequidem per hyemem, & hyberna à labore cessent; ne emolliantur & enerventur otio, sicque in luxum & torporem incidant.  
 324. *Cuneos.* Cunei sunt catervæ militum, in cunei formam conglobatæ.  
*Cornua.* Sunt catervæ militum, instar cornu flexæ atque sinuatæ, ut hostem facilius circumveniant.  
 326. *Vallis.* Virgilius:  
*Est curvo anfractu vallas accommoda fraudi.*  
 328. *Murali pulsu.* Tormento murali, Virgilius, seu impulsu, qui murus sub-

ruat, atque evertat.  
 329. *Aries.* Est machina bellica, ex ligno ferreoque compacta, tam portentosa magnitudinis, ut aliquando sex hominum millia eam impellerent. Dicitur Aries, quod arietis instar, fronte feriat & labefactet. Alii legunt, *saxa ferat præceps aries.* In ultimâ obsidione Constantino-  
 polis Machometes Othomanus vix trahebat monstrum æreum cum 150. bobus.  
 330. *Testudo.* Est quoque machina bellica, tabulatis, & crudo corio, ne comburatur, contexta; trabem ingentem funibus suspensam habens, quæ si unco tantum ferreo muniretur, ad avellenda saxa, *falx* dicebatur; si unco bifurco ad impetendos muros, dicebatur *Aries*; quod feriret, moxque retrocedens, Arietis instar, ad feriendum majore impetu concitaretur. Apellatur *testudo*, quod ceu viva testudo, modo caput exerat, modo abscondat.

Effossi

Effossi per operta soli. si longa moretur  
Obsidio; tum vota cave secura remittas,  
Inclusumve putes. multis damnosa fuere  
Gaudia. dispersi pereunt, somnove soluti.

- 335 Sæpius incauta nocuit victoria turbæ.  
Neu tibi regificis tentoria larga redundant  
Deliciis, neve imbelles ad signa maniplos  
Luxuries armata trahat: neu flantibus Austris,  
Neu pluviis cedas: neu defensura calorem  
340 Aurea summoveant rapidos umbracula Soles.  
Inventis utere cibus: solabere partes  
Æquali sudore tuas. si collis iniquus,

## INTERPRETATIO.

per cuniculos terra egesta. Si obsidium longius te retardet: vide tunc, ne tutus minus desideria vincendi; & credas conclusum hostem. Læticia fuit perniciofa multis Principibus. Milites dissipati, & oppressi vino occiduntur. Victoria frequentius incommoda vit exercitiis imprudentibus. Neve taber-

acula tua copiosa impleantur tibi illecebris regalibus, neve luxus armatus ducas ceteras inertes ad bella: neve remittas te Notis furentibus, neve imbris: neve vela aurata astum repulsura arceant calores ferventissimos Solis. Fruere alimentis repertis: levabis tuos milites labore simili, si mons est arduus.

## ANNOTATIONES.

337. Effossi.] Juventus erumpat per effossos cuniculos, qui sic dicti sunt ab animali cuniculo, qui egerendo humum, & sibi specus fodiendo, videtur docuisse hominem effodere cuniculos, ut hostium munitionibus improvisus adit ad urbium eversionem. Martialis:

*Gaudet in effossis habitare cuniculus antris,*

*Monstravit sacitas hostibus ille vias.*

332. Vota secura.] Cave, ne perignavam securitatem, tua vincendi cupiditas, vigorque obsidentium relanguat: cave ne ita putes inclusum hostem, ut non possit erumpere. Nam per istam stultam securitatem, quæ initium est calamitatis, milites dispersi vagantur, lætitiæ vinoque indulgent, sicque facile mactantur. Nullus enim facilius opprimitur, quam qui nihil timet.

335. Incauta.] Sæpè nimia exultatio, aut nimia fiducia de victoria referenda nocuit turbæ militum imprudenti; quibus, quod magis victoria certa speratur, eò certior clades imminet: qui quod magis de victoria non dubitant, eò facilius vincuntur.

338. Luxuries armata.] Nimius apparatus Aulicus, quales sunt Pistoris, Coqui, Pincernæ, mensarum affectus, qui non sunt milites, sed potius luxus armatus, quod castra minime facienda sunt.

*Ne flantibus Austris, ne pluviis cedas.]* Id est, ne cedas pluviis Austrorum, qui nubili sunt, & pluviis: ne cedas tempestatibus, quod argumentum est animi generosi.

340. Umbracula.] Vela, tapetes auro texti.

341. Inventis cibus.] Sic Julium Cæsarem circa victum adeo indifferenter fuisse aiunt, ut quondam ab hospite, conditium oleum pro viciis appositum, aspernantibus cæteris, solum etiam largius dicat appetisse Suetonius, ne hospitem negligentiæ, aut rusticitatis arguere videretur.

342. Æquali.] Numquam promptior ad arma miles, quam cum Imperator

*opera inter talia primus  
Hortatur socios, paribusque accingitur armis.*

Virgilius.

- Primus ini. sylvam si cedere provocat usus,  
 Sumptrâ ne pudeat quercum stravisse bipenni.  
 345 Calcatur si pigra palus, tuus antè profundum  
 Prætentet sonipes. fluvios tu protere cursu  
 Hærentes glacie, liquidos tu sciade natatu.  
 Nunc eques in medias equitum te consere turmas;  
 Nunc pedes assistas pediti, tum promptius ibunt  
 350 Te socio: tum conspicuus, gratiusque feretur  
 Sub te teste labor. dicturum plura parentem  
 Voce subis: Equidem, faveant modò Numina cæptis;  
 Hæc effecta dabo: nec me fratrique, tibi que  
 Dissimilem populi commissâque regna videbunt.  
 355 Sed cur non potius, verbis quæ differis, usu  
 Experior? gelidas certè nunc tendis in Alpes.  
 Duc tecum comitem, figant sine nostra tyrannum  
 Spicula. palle scat nostro sine barbarus arcu.  
 Italiâ mne feram furiis prædonis æcerbi  
 360 Subjectam. patiar Romam servire clienti?  
 Usque ad eone puer? nec me polluta potestas,

## INTERPRETATIO.

prior ascende. Si qua belli utilitas postulat  
 excindere sylvam, ne erubescas, captrâ se-  
 curi, prosternere quercum. Si palus tarda  
 transitur, equus tuus prius exploret profun-  
 ditatem, tu proscinde currendo flumina ad-  
 fricta gelu, tu seca nando liquentia. Mo-  
 dò tu eques, ô Honori, conjice te in densas  
 catervas equitum; modò tu pedes adfles  
 cum peditibus. Illi tunc progredientur ala-  
 crius, te comitante: tunc sub te prasente,  
 opus nobile & jucundum sustinebitur. Ho-  
 norius respondet voce, patri Theodosio  
 locuturo plura. Ego certè, modò Dii aspi-  
 rent consiliis meis, hæc ostendam perfectâ:  
 & nationes & imperium traditum mihi  
 non aspicient me degenerantem à te & fra-  
 tre. At quare non magis te ipsâ patefacio  
 qua tu dicis sermone tuo? Vadis quidem  
 nunc in Alpes frigidas, duc me socium  
 tuum. Permite, tela nostra confodiant  
 Tyrannum: permitte, barbarus pertimes-  
 cat arcum nostrum. An ego Honorius si-  
 nam Italiam subditam esse furori prado-  
 nis crudelis? An sinam Romam famulari  
 clienti suo? An usque adeo sum puer?  
 Neque majestas violata movebit me,

## ANNOTATIONES.

344. Ne pudeat.] Sic Cæsar apud Lu-  
 canum:  
 — raptam primus vibrare bipennem  
 Ausus, & æriam ferro pracidere quer-  
 cum.  
 348. Eques.] Imperator modò eques,  
 modò pedes pugnet, & primus aggredia-  
 tur pericula. Cæsar in periculis, equum  
 suum primus dimittebat. Suetonius.  
 351. Teste.] Quis non miles sub oculis  
 Imperatoris audaciùs provocet periculum?  
 357. Duc tecum.] Sunt qui dicant Theo-  
 dosium contra Eugenium, ex Gramma-  
 tico Tyrannum factum, proficiscentem,  
 sibi comitem Honorium assumpsisse: qui  
 Eugenius, ut suprà diximus, Arbogaste  
 Gallo confidebat.  
 359. Prædonis.] Arbogastis, hominis  
 Galli, qui Eugenium armabat in Italiam:  
 de utroque suprà.  
 360. Clienti.] Eugenio militi & Gram-  
 matico, cui Romam servire dedecebat.  
 361. Usque ad eone puer?] Generosa  
 pueri indignatio. Virgilius:  
 Usque ad eone mori miserum est?  
 Possessas.] Majestas Imperatorum vio-  
 lata à barbaris vilibusque hominibus, qui  
 Imperatores trucidarunt.

- Nec pia cognati tangeret vindicta cruoris?  
 Per strages equitare liber. da protinus arma.  
 Cur annos obicis? pugnae cur arguor impar?  
 365 Aequalis mihi Pyrrhus erat, cum Pergama solus  
 Verteret, & patri non degeneraret Achilli.  
 Denique si princeps castris haerere nequibo,  
 Vel miles veniam. delibat dulcia nati  
 Oscula, miratusque refert; Laudanda petisti:  
 370 Sed festinus amor. veniet robustior aetas.  
 Ne propera. necdum decimas emensus aristas  
 Aggrederis metuenda viris. vestigia magnae  
 Indolis agnosco fertur Pellaeus Eoium  
 Qui domuit Porum, cum prospera saepe Philippi  
 375 Audiret, latos inter flevisse sodales,  
 Nil sibi vincendum patris virtute relinqui.  
 Hos video motus. fas sit promittere patri.

## INTERPRETATIO.

neque iusta ultio sanguinis affinium meo-  
 rum! juvat equitare per cades: da mihi  
 continuè tela: quare obicis mihi pueri-  
 tiam? quare reprehendor ut nondum ap-  
 tum certamini? Pyrrhus erat aequus mi-  
 hi, cum solus destrueret arcem Troia, &  
 non degeneraret Achilli patri suo. Demum  
 si ego non potero adhaerescere castris tuis ut  
 Princeps; saltem proficiscar ut miles. Theo-  
 dosius dat blanda oscula filio Honorio, &  
 admirans dicit: poposcisti, ô fili rem lau-  
 dabilem; ast amor tuus nimis properus, ju-  
 ventus fortior advenies. Ne festina. Tu  
 nondum permansus decem annos, suscipis res  
 formidandas viris ipsis. Animadvertio in te  
 signa egregia naturae. Pellaeus Alexander,  
 qui subegit Porum Eoium, cum audiret fre-  
 quentiùs successus secundos patris Philippi.  
 Inter socios gaudentes dicitur lachrymans  
 esse, quod fortitudine patris nihil sibi lin-  
 queretur superandum. Cerno in te affectus si-  
 miles. Licet parenti polliceri sibi id de te.

## ANNOTATIONES.

362. *Cognati.*] Valentiniani Imperato-  
 ris, qui avunculus erat Honorii, quia fra-  
 ter Gallae ejus matris: quem Valentinia-  
 num occidit Arbogastes, ut Eugenium  
 ad Imperatorium culmen eveheret, ipse  
 pro hac Imperatoris umbrâ, mox, ut pu-  
 tabat, regnaturus.

365. *Aequalis Pyrrhus.*] Cum hæc di-  
 ceret Honorius, annum agebat decimum  
 ex Claudiano, at ex aliis decimum quar-  
 tum.

379. *Laudanda.*] Rem petisti laudabi-  
 lem, ô Honorii, cum me rogas, ut te du-  
 cam ad Alpes contra Eugenium & Arbo-  
 gasten.

370. *Festinus.*] Sed amor & rerum pul-  
 cherrimarum desiderium, quo flagras,  
 prævenit annos & robur; nimis properat.

372. *Ne propera.*] Ante tempus, *αὐτὸς δὲ  
βραδύως, festina lentè*, aiebat Augustus  
 Cæsar.

*Aristas.*] Decem annos, qui designan-  
 tur per ætates, & aristas.

375. *Pellaeus.*] Alexander, qui in urbe  
 Pella natus est; *Pella* est urbs Macedoniæ.

374. *Porum.*] Alexander devicit Porum  
 Eoium, id est, in Indiâ, quæ est in Oriente.  
*Ἐὼς*, aurora, unde *ἑὼς*, qui pertinet  
 ad Orientem.



- Tantus eris : nostro nec debes regna favori,  
 Quæ tibi jam natura dedit. sic mollibus olim  
 380 Stridula ducturum pratis examina regem  
 Nascentem venerantur apes, & publica mellis  
 Jura petunt, traduntque favos: sic pascua parvus  
 Vindicat, & necdum firmatis cornibus audax  
 Jam regit armentum vitulus. sed prælia differ  
 385 In juvenem, patiensque meum cum fratre tuere  
 Me bellante locum. vos impacatus Araxes,  
 Vos celer Euphrates timeat. sit Nilus ubique  
 Vester, & emissio quidquid Sol imbuit ortu.  
 Si pateant Alpes, habeat si caussa secundos  
 390 Justior evenus, aderis, partésque receptas  
 Suscipies, animosa tuas ut Gallia leges  
 Audiatur, & nostros æquus modereris Iberq.

## INTERPRETATIO.

*Tantus eris, quantus Alexander, neque debes nostra felicitati imperium quod natura jam tribuit tibi: ita aliquando in pascuis teneris apes adorant Regem exorientem ducturum examina resonantia; ac poscunt ab eo communem mellis colligendi potestatem. & committunt ipsi favos; ita parvus taurus tribuit sibi prata. & nondum fretus cornibus validis, jam gubernat armentum, At differ certamina in ju-*

*ventutem tuam, ac cerno lubens cum fratre Arcadio, partes meas, me pugnante. Vos Araxes indomitus formidet, vos Euphrates rapidus, Nilus sit vester ubique, & quodcumque Sol spargit primâ luce. Si Alpes aperiantur; si causa aequior nanciscatur exitum prosperiorem, tu advenies, & capeſſes imperium tibi traditum: ut Gallia ferox obediat legibus tuis, & benignus reges Hispanos nostros.*

## ANNOTATIONES.

378. *Favori.* ] Non debes Imperium, ò Honori, nostræ felicitati, sed indoli tuæ præstantissimæ, quæ illud tibi dedisset, si & fortunæ & meus favor absuisset. Quasi Honorius divinitus natus sit ad imperandum.

380. *Stridula.* ] Examina apum stridentia, & bombos suos edentia.

381. *Apes.* ] Rectè bonus Princeps, & divinitus natus ad imperandum, comparatur cum Rege apum: hujus enim imperium est prorsus admirabile.

385. *Cum fratre tuere.* ] Cerne, expecta cum fratre locum, quem teneo pugnans in bellis: seu, *locum tuere*, id est, sustine fortiter personam, quam sustineo in bellis.

386. *Araxes.* ] Fluvius, qui alluit Parthos, qui nunquam bene domiti sunt, & idè dicitur impacatus, pro populis ipsis

impacatis.

387. *Euphrates.* ] Euphratis accolæ vos timeant, Euphrates alluit Syriam, Mesopotamiam, aliasque regiones.

*Nilus.* ] Vester sit ubique Nilus, id est, regiones omnes quas Nilus alluit in Aſſicâ, vestræ ditioni subiciantur.

388. *Imbuit.* ] Quidquid Sol Oriens primâ luce spargit, atque calefacit.

389. *Si pateant Alpes.* ] Si Alpes, quas obsedere Eugenius & Arbogastes, mihi pateant, ita ut possim de illis hostibus reportare victoriam, sicque Dii faveant æquitati meæ causæ.

390. *Partésque receptas.* ] Imperium Occidentis suscipies.

391. *Animosa.* ] Ferox, indomita, Gallia.

392. *Iberis.* ] Hispanos nostros ex quibus duxi originem.

- Tunc ego securus fati, lætisque laborum  
 Discedam, vobis utrumque regentibus axem.  
 395 Interea Musis, animus dum mollior, insta,  
 Et, quæ mox imitere, legas: nec desinat unquam  
 Tecum Graia loqui, tecum Romana vetustas.  
 Antiquos evolve duces. assuesce futuræ  
 Militiæ. Latium retro te confer in ævum.  
 400 Libertas quæsitâ placet? mirabere Brutum.  
 Perfidiam damnas? Meti satiabere pœnis.  
 Triste rigor nimius? Torquati despue mores.  
 Mors impensa bonum? Decios venerare ruentes,  
 Vel solus quid fortis agat, te ponte soluto

## INTERPRETATIO.

*Tunc ego non curans fatum. & gaudens* | *cula Latia. An libertas parva jucunda est*  
*operibus meis abibo. vobis gubernanti-* | *tibi? Admiraberis Brutum. An condemnas*  
*bus orbem geminum. Interim studeas Mu-* | *proditionem? Saturaberis supplicio Metii*  
*sis, dum animus est tenerior, & legas* | *Suffecti. Nimia severitas est quid-triste?*  
*facta quæ mox possis amulari: & anti-* | *Condemna asperitatem Torquatis. Mors do-*  
*quitas Græca non cesset colloqui tecum, nec* | *nata patriæ est. quid pulchrum; cole Decios*  
*cesset Romana. Perlege ductores præcos:* | *se devotentes. Horatius Cocles abrupto pon-*  
*assuesce bellis futuris. Repete superius se-* | *te ostendet tibi quid vir generosus faciat*

## ANNOTATIONES.

395. *Securus.* ] Non curans amplius fata  
 rerum humanarum.  
*Lætisque laborum.* ] Virgilius:  
*Nec veterum memini, latorumque malorum.*  
 396. *Discedam.* ] Abibo, & ad Cœlum  
 ascendam.  
*Utrumque axem.* ] Utrumque Impe-  
 rium, Orientis scilicet & Occidentis.  
 396. *Legas.* ] Facta Heroum monu-  
 mentis Musarum consecrata evolvas, &  
 tibi proponas ad imitandum. Legas li-  
 bros in quibus te velut in speculo inspi-  
 cias, &c.  
 397. *Tecum Graia.* ] Antiquitas Græco-  
 rum & Romanorum tecum colloquatut  
 assidue, hoc est legas perpetuè Historias  
 veteres, Græcorum & Romanorum. Inde  
 enim bonorum virtutes, improborum vi-  
 tia cognoscēs; & vitæ humanæ varias mu-  
 tationes, rerumque in eâ conversiones.  
 Talis Carolus Magnus erat, de quo Saxo:  
*Cœnantis lætor recitans non defuit un-*  
*quam, perque vias aliquod audivit æroa-*  
*ma. Res antiquorum gestas, Regumque*  
*priorum, ipse legi sibi fecerat assidue.*  
*Duces.* ] Facta Ducum antiquorum  
 lege.  
 399. *Retro.* ] Confer te retrocedens in  
 superiora secula Latii, seu Italiæ.  
 400. *Brutum.* ] Lucius Junius Brutus,  
 à stultitiâ, quam Tarquiniî metu simula-  
 bat, sic dictus; expulsus ob violatam Lu-  
 cretiam Tarquiniis, libertatem populo Ro-  
 mano peperit: hunc fato functum matres,  
 ut pudicitie muliebris ultorem per an-  
 num integrum desieverunt.  
 401. *Metii.* ] Vide v. 254. infra de bello  
 Gildonico.  
 402. *Triste rigor.* ] Virgilius:  
*Triste lupus stabulis.*  
 Id est, negotium est triste.  
*Torquati.* ] Titus Manlius Torquatus fi-  
 lium, etsi ab hoste provocatum, etsi eo oc-  
 ciso victorem, tamen quia contra edictum  
 pugnaverât, virgis cæsum securi percuti  
 iussit.  
 403. *Decios.* ] Et patrem & filium, &  
 nepotem, qui se pro salute patriæ devo-  
 verunt, in bellis Latino, Hetrusco, &  
 Tarantino.

- 405 Oppositus Cocles, Musii te flamma doccebit.  
 Quid mora perfringat, Fabius: quid rebus in arctis  
 Dux gerat, ostendat Gallorum strage Camillus.  
 Discitur hinc nullos meritis obfistere casus:  
 Prorogat æternam feritas tibi Punica famam,  
 410 Regule. successus superant adversa Catonis.  
 Discitur hinc quantum paupertas sobria possit:  
 Pauper erat Curius, cum Reges vineceret armis.

## INTERPRETATIO.

etiam solus, ignis Mutii ostendet tibi  
 idem. Fabius patefaciat quid cunctatio  
 perumpat, & Camillus clade Gallorum,  
 quid Dux faciat in fortunâ adversâ.  
 Hinc cognoscitur nullam Fortunam re-  
 sistere virtuti. O Regule crudelitas Car-  
 thaginiensis perpetuas tibi gloriam sem-  
 piternam. Infelicitas Catonis vicis fe-  
 licitatem omnem. Hinc cognoscitur quan-  
 tum paupertas moderata valeat: Cu-  
 rius erat pauper, cum superaret Reges  
 vi armorum.

## ANNOTATIONES.

405. *Cocles.*] Horatius Cocles, cum  
 Porfenna Rex Hetruscorum Tarquinius  
 resistere tentaret, solus, cæteris fugien-  
 tibus, totam exercitus Hetrusci molem su-  
 stinuit, dum pons sublicias, quem defen-  
 debat, abrumperetur: quo abrupto ipse  
 in Tiberim, ut erat armatus, insiluit, &  
 femore vulnerato, amissoque oculo, ad  
 suos tamen tranavit: inde ob amissum  
 oculum *Coelisis* nomen gloriosum mana-  
 vit. Cumque à nonnullis post irrideretur,  
 quod claudicaret: *Per omnes*, inquit, *gra-  
 dus admoneror triumphi mei.*

*Mutii.*] Mutius in castra ejusdem Por-  
 sennæ solus intravit, ut Regem occideret:  
 sed eluso circa purpuratum ictu, injectâ  
 in foculum dexterâ sponte eam exussit,  
 quasi pœnam à manu exigeret, quod  
 purpuratum pro Tarquinio occidisset. Quo  
 prodigio tertitus Porfenna, & eum & Ro-  
 manos liberos esse iussit. Hinc Mutius  
 dictus *Scævola*, quod pro dextera uteretur,  
*exiit*, hoc est, *sinistrâ* manu.

406. *Fabius.*] Fabius Maximus Dicta-  
 tor, cum videret eos omnes qui contra  
 Annibalem pugnarent, superatos esse,  
 novam invenit rationem vincendi, non  
 pugnando, sicque semper, *Cunctando*  
*refectis rem* Romanam, copiis scilicet  
 hostilibus, mole suâ ruentibus. Inde Fa-  
 bius *Cunctator* appellatus est.

407. *Camillus.*] Hic Dictator Gallos,

Româ direptâ, Capitolium obsidentes, &  
 ex pacto, pendendo auro intentos, nil  
 tale opinantes oppressisse dicitur. Unde  
 dictus est alter Romulus, alterque urbis  
 conditor. Negat à Gallis autem extortum  
 esse, & doctè probat Gosselinus noster,  
 in Historiâ veterum Gallorum, Cap. 40.

408. *Hinc discitur.*] Ex rebus gestis  
 veterum Heroum cognoscitur nihil esse  
 quod virtuti possit resistere. *In via vir-  
 tuti nulla est via.*

409. *Punica.*] Feritas Carthaginen-  
 sium, qui dicti sunt Pœni, à Phœniciâ  
 regione Asiæ, unde orti sunt, & hinc  
 Punicus.

410. *Regule.*] Marcus Attilius Regu-  
 lus arte Xantippi Lacedæmonii captus,  
 moxque de permutandis captivis Romam  
 missus, conditionem dissuasit, rejectis-  
 que à se conjuge & liberis, Carthaginem,  
 ut promiserat, rediit, ubi in arcam li-  
 gneam conjectus clavis intorsum ada-  
 ctis, vigiliis ac dolore extinctus est. *Re-  
 gulus toto corpore cruce patitur.* Tertul-  
 lianus.

*Adversa Catonis.*] Catonis adversita-  
 tes Heroica constantiâ toleratæ, præfe-  
 rendæ sunt prosperis aliorum successibus.

412. *Curius.*] *Fabritius, Serranus.*] De his omnibus lib. 1, in Ruf. v. 209. &  
 seqq.

Pauper Fabricius, Pyrrhi cùm sperneret aurum.

Sordida Serranus flexit Dictator aratra.

415 Lustrata liſtore caſæ, faſceſque ſalignis

Poſtibus affixi. collectæ Conſule meſſes,

Et ſulcata diu trabeato rura colono.

Hæc genitor præcepta dabat. velut ille carinæ

Longævus rector, variis quem ſæpe procellis

420 Exploravit hyems, ponto jam feſſus & annis

Æquoreas alni nato commendat habenas,

Et caſus artèſque docet, quo dextra regatur

Sidere, quo fluctus poſſint moderamine falli:

Quæ nota nimborum: quæ fraus infida ſereni:

425 Quid Sol occiduus prodat: quo ſaucia vento

Decolor iratos attollat Cynthia vultus.

## INTERPRETATIO.

*Fabricius erat pauper, cum contemneret aurum Pyrrhi. Serranus Dictator rexit aratrum vile. Tugurium hujus cohoneſtatum eſt liſtoribus, & faſces alligati ſunt foribus ligneis. Fruges decerptæ ſunt à Conſule, & agri arati ſunt diu ab agricolâ trabeato. Pater Theodoſius dabat hæc documenta Honorio: ſicut ſenex ille navis gubernator, quem tempeſtas exercuit frequenter tur-*

*binibus diverſis, fatigatus jam mari & atate, tradit filio ſuo gubernaculum marinum navis, & monſtrat ipſi artem & eventus: quibus aſtris felix puppis dirigatur, quo regimine unda queant eludi? quæ ſunt ſigna tempeſtatum imminentium? quàm incerta ſit ſpecies ſerenitatis? Quid Sol Occidens deſignet? Quo offeſa vento Luna ſubrubeſcit erigat faciem ardentem?*

## ANNOTATIONES.

417. *Trabeato.*] Veſte Conſulari induto.

418. *Ille.*] Uſurpatur à Poëtis emphaticæ ad ornatum, Virgilius:

— *Pænorum qualis in arvis  
Sancius ille Leo, &c.*

Cæterùm navis & reſp. ſæpius ſimil comparantur.

419. *Procellis.*] Procella eſt vis venti cum pluviâ, & in mari potiùs quàm in terrâ. Sic dicitur quòd omnia procellat, agitet, concutiat. Tempeſtas verò eſt Coeli quiviſ ſtatus turbidus, ſed utrumque ſæpiùs confunditur.

420. *Hyems.*] Tempeſtas, δὲν τὸ ὕειν, pluvie. Virgilius:

*Emiſſamque hyemem ſenſit Neptunus, &c.* id eſt, tempeſtatem. Vide lib. de 3. Conſ. Hon. v. 97.

421. *Alni.*] Navis ex arbore alno facta: ponitur cauſa, ſcilicet materia, pro effectu.

422. *Artes.*] Scientiam regendæ navis.

*Dextra.*] Dexter, dextera, vel dextra, uſurpantur pro eo, quod eſt felix, & quod ſucceſſus habet proſperos.

423. *Falli.*] Quâ ratione, quâ providæ mentis ſagacitate fluctus eludi poſſint, ne ſupervenientes nautas navemque opprimant: hoc enim à gubernatoribus providendum eſt.

424. *Qua fraus.*] Quàm ſerenitas obnoxia ſit mutationi dolosæ ac fraudulentæ?

425. *Quid Sol occiduus.*] Nam ex Sole Occidente ſigna, vel ſerenitatis, vel tempeſtatum colliguntur.

*Saucia.*] Offeſa Lnna, rubens, ſanguinolenta, quaſi vulnerata fuiſſet.

426. *Decolor.*] Luna nihil habens ſoliti coloris.

*Iratos.*] Faciem ardentem, accenſam, & irato ſimilem.

*Cynthia.*] Luna, ſic dicta à Cyntho monte Deli, ubi eam Latona peperit.

Adspice nunc, quacunque micas, seu circulus Austri,  
 Magne parens, gelidi seu te meruere Triones:  
 Adspice, completur vorum. jam natus adæquat  
 430 Te meritis, &, quod magis est optabile, vincit,  
 Subnixus Stilichone tuo: quem fratribus ipse  
 Discedens clypeum defensorémque dedisti.  
 Pro nobis nihil ille pati, nullúmque recusat  
 Discrimen tentare sui: non dura viarum,  
 435 Non incerta maris. Lybiæ squalentis arenas  
 Audebit superare pedes, madidáque cadente  
 Pleiade Gætulas intrabit navita Syrtes.  
 Hunc tamen in primis populos levitate feroces,  
 Et Rhenum pacare jubes. volat ille citatis  
 440 Vectus equis, nulláque latus stipante catervâ,

## INTERPRETATIO.

O Theodosii, pater ingens Honorii, vide nunc, ubicumque effulgeas, seu circulus Noti teneat te, seu Triones frigidi meriti sunt te habere: vide, desiderium tuum impletur. Jam filius tuus aequiparat te virtute suâ, &, quod magis expetendum est superat te frenus Stilichone tuo, quem tu ipse moriens commissisti duobus fratribus, ut præsidium ac tutorem. Ille Stilicho nihil renuit perferre pro nobis, & nullum experiri periculum capitis sui: non renuit experiri asperitatem itinerum, non inconstantiam maris. Ille pedes audebit trajicere arenas Libyæ deserta, & nauta ingreditur Syrtes Gætulas Pleiade humidâ Occidente. Imperat tamen prius illum sedare gentes feras, & placare Rhenum. Ille invehctus equis velocissimise volat, & nullo exercitu tegente latus,

## ANNOTATIONES.

427. *Micas.*] Instar sideris alicujus, in quod mutatus sis, instar Julii Cæsaris.

*Seu circulus Austri. &c.*] Seu in tractu Australi vel Meridiano; seu in tractu Septentrionali sedem constitueris.

*Austri.*] Seu Noti, qui ventus est flans à Meridie.

428. *Gelidi Triones.*] Supra in 3. Conf. Hon. v. 170.

430. *Vincit.*] Pergrata est parentibus victoria filiorum, etiam si ab iis virtute vincantur. Sed à Theodosio, quicquid Claudianus dicat, degeneravit Honorius.

431. *Tuo.*] Stilichone tuo, id est, tibi caro, tibi probato, quem solum tutorem dedisti duobus fratribus. Unde Stilicho arripuit occasionem opprimendi Rufini, qui se Arcadii tutorem relictum esse jactabat.

432. *Clypeum.*] Firmum columen ac præsidium.

*Defensorem.*] Tutorem: Nam, ex Ser-

vio Sulpitio, tutela est potestas in capite libero ad tuendum eum, qui per atatem se defendere nequit.

434. *Dura viarum.*] Duras & asperas vias. Hellenismus. Sic est, *incerta maris*, id est, incertum dubiumque mare, seu dubios & incertos atque inconstantes maris casus.

435. *Squalentis.*] Libyæ ob nimios Solis calores, partim sterilis, arenosa, squalida, deserta.

437. *Pleiade.*] Pleiades sunt septem stellæ in signo Tauri cœlestis, quæ Occasu suo pluvias & tempestates important. Dicuntur *δοτὸ πλεῖν*, navigare, quod ortu suo tempus navigationis indicent: dicuntur & *Vergilia*, quod vere oriantur.

437. *Gætulas.*] Gætulia regio est Libyæ: hic ponitur pro Libyâ, ad quam sunt illæ Syrtes nautis formidandæ. De his supra.

439. *Rhenum placare.*] Placare Germanicæ populos Rheni accolæ, pace cōpositâ.

Aspera

Alpeſa nubiferas qua Rhætia porrigit Alpes,  
Pergit, & hoſtiles, tanta eſt fiducia, ripas  
Incomitatus adit. totum properare per amnem  
Attonitos humiſi Reges cervice videres.

- 445 Ante ducem noſtrum flavam ſparsère Sycambri  
Cæſariem, pavidòque orantes murmure Franci  
Procubuère ſolò. juratur Honorius abſens,  
Imploratque tuum ſupplex Alamania nomen.  
Baſtarnæ venère truces. venit accola ſylvæ  
450 Bruſterus Hercyniæ. latifque paludibus exit  
Cimber, & ingentes Albin liquère Cheruſci.  
Accipit ille preceſ varias, tardèque rogatus  
Annuit, & magno pacem pro munere donat.  
Nobilitant veteres Germanica fœdera Druſos,

## INTERPRETATIO.

it, quâ Rhætia ſaxoſa extendit Alpes  
aëriis, & intras incomitatus litora ho-  
ſtilia, tanta eſt confidentia! Cerneres  
Reges trepidos demifſo capite accelerare  
per omnem fluvium. Sycambri effude-  
runt crines flaventes coram Duſtore no-  
ſtro, & Galli ſupplicantes ſuſurro ti-  
mido, proſtrati ſunt humi. Juratur in  
nomen Honorii abſentis, & Aleman-

nia humilis invocat nomen tuum: Ba-  
ſtarna immites advegerunt: Bruſteri  
accola ſylvæ Hercyniæ advenerunt, &  
Cimbri egrediuntur ex paludibus im-  
menſis, ac Cheruſci procèri deſeruerunt  
Albin. Ille Stilicho recipit ſupplicatio-  
nes diverſas, & exoratus ſerò concedit  
petita, datque pacem velut donum ingens.  
Pax Germanica celebrat Druſos antiquos,

## ANNOTATIONES.

441. Rhætia.] Regio eſt Alpibus vicina,  
Rhætis ſubjecta, aux Grifons.

444. Attonitos.] Trepidus obſtupefa-  
ctos, famâ, celeritate, audaciâ tanti Ducis.

445. Sycambri.] vel Sygambri. populi  
ad Rhenum, ſparsère Cæſariem, id eſt,  
ſparſis crinibus ſupplicavère, vel ſparſis  
crinibus, quos pro more gentis, nodo  
conſtringere ſolent, teſtati ſunt ſe, depo-  
ſito more patriæ, ſervire velle Romanis  
moribus.

446. Pavidò murmure.] Suſurro ti-  
mido, & verba premente, atque impe-  
diente.

Franci.] Si tales extitère Franci, quod  
minimè reor, longè alii ſunt ſub Ludovico  
Magno, cujus auſpiciis, terrori ſunt orbi  
terrarum univerſo.

447. Juratur.] Jurare in nomen, in  
verba, in ſalutem Principis, ſolitum erat  
Romanis. Jurare etiam, eſt præſtare at-  
que obſtringere fidem ſacramento.

449. Baſtarna,] vel Baſterna, populi  
verſus Scythiam, uique fortiſſimi.

450. Bruſterus.] Bruſteri populi fe-  
rociffimi juxta ſylvam Hercyniam, verſus  
eam regionem, quæ nunc dicitur Boio-  
hæmia.

451. Cimber.] Cimbri erant Dani hō-  
dierni, & Hoſtatii populi: nonnulli &  
hoc nomine Zelandos continebant, ubi  
tot paludes.

Cheruſci.] Germaniæ populi Trans-  
rhenani.

452. Tardè.] Majeltatis Romanæ eſſe  
putant non promptè, ſed tardè conce-  
dere petita; id quod & Itali & Hiſpani  
hodierni obſervant.

454. Nobilitant.] Germaniæ pacata &  
Druſis, ipſos nobiliores ac celebriores  
facit: ſed tamen id perfectum non eſt niſi  
bello & multâ ſtrage. Secus de Stilicho-  
ne, qui ſolo nominis ſui terrore, ſine bel-  
lo, ſine cæde, Germaniam ſedavit. Sic  
præſcis Heroibus præfertur Stilicho.

Druſos.] Druſus pater & Druſus filius,  
qui ob res præclaras contra Germanos,  
Germanicus eſt cognominatus.

- 455 Marte sed ancipiti, sed multis cladibus empta:  
 Quis victum meminit solâ formidine Rhenum?  
 Quod longis alii bellis potuere mereri,  
 Hoc tibi dat Stilichonis iter. post, oriâ Galli  
 Limitis, hortaris Graias. fulcire ruinas.  
 460 Ionium regitur velis, ventique laborant  
 Tot curvare sinus, servaturâsque Corinthum  
 Prosequitur facili Neptunus gurgite classes.  
 Et puer Isthmiaci jam pridem littoris exul  
 Securâ repetit portus cum matre Palæmon.

## INTERPRETATIO.

*sed quæstâ bello dubio, & stragibus multis. Quis verò recordatur Rhenum subactum esse timore solo? Praefectio Stilichonis dat tibi, ô Honori, quod Duces ceteri valuerunt parare praeliis longis. Post pacem redditam in finibus Gallie, hortaris Stilichonem sarcire* *damna Græcia? Mare Ionium statim operitur navibus, & venti vix possunt inflectere tot vela: ac Neptunus deducit, mari secundo, classes defensuras Corinthum. Et puer Palæmon expulsus jamdum ab orâ Isthmiacâ, redit in portum cum Matre sua.*

## ANNOTATIONES,

455. *Marte ancipiti.* ] Bello, cujus spectâ anceps est ac dubius eventus.

456. *Rhenum.* ] Populos Rhenum accolentes, solo Stilichonis timore subactos. Mirum certè ita Rhenum esse domitum: sed quæ posteritas non mirabitur eundem Rhenum reluctantem hostium exercitu, à Ludovico Magno tribus horis esse trajectum?

458. *Iter.* ] Sola Stilichonis via & celeritas placans Germaniam, tibi dat, ô Honori, quod alii facere non possent longis bellis.

*Post oriâ.* ] Post redditam Gallis pacem, deleta in Alpibus Gallie sinibus Eugenio Tyranno; hortaris Stilichonem, ut refarciat damna Græciæ, quæ ab Alarico Vandalorum, & Alanorum Rege vastata fuerat.

459. *Hortari.* ] Hortaris tantum, ô Honori, & statim Stilicho obedit: nam naves ducit in Græciam.

460. *Ionium.* ] Mare, quod est inter Italiam, Epirum, & usque ad Cretam protenditur. Sic dicitur ab Iô, Inachi filiâ, quæ in bovem transformatâ & œstro Junonio percita, illud mare tranavit, & in Ægyptum transiit.

*Laborant.* ] Tanta est navium multitudo, ut venti velut fatigentur, ac laborant tot impellere vela.

461. *Corinthum.* ] Hæc tamen, teste Zosimo, jam spoliata erat, antequam Stilicho in auxilium veniret. Corinthus est urbs Achaiæ in Græciâ, in Isthmo Corinthiaco.

462. *Neptunus.* ] Fictio Poëtis familiaris, Deos inducere suis Heroibus faventes.

463. *Puer.* ] Palæmon puer & Leucothea ejus mater, ( numina marina ) fugati metu Barbarorum, rediêre ad suos portus adventu Stilichonis. Athamas Rex Thebarum, pulsâ uxore Nephele, liberisque ejus Phryxo & Helle, Ino Cadmi filiam superinduxerat novercam: unde in furorem versus, dum putat Ino esse leonam, & filios suos Learchum & Melicertam ejus carulos, Learchum saxis illidit: quod Ino videns cum Melicertâ se ex rupe Leucothea in mare præcipitavit. Ast ambo Deorum commiseratione in Deos conversi sunt. Ino in Matutam, & Leucotheam: Melicerta in Palæmonem, qui & Portunus dicitur, quod in portibus coleretur; ambo nautis favent.

- 465 Plaustra cruore natant: metitur pellita juvenus.  
 Pars morbo, pars ense perit. non lustra Lycæi,  
 Non Erymantheæ jam copia sufficit umbræ  
 Innumeris exusta rogis, nudatæque ferro  
 Sic flagrasse suas lætantur Mænala sylvas.
- 470 Excutiat cineres Ephyre; Spartanus & Arcas  
 Tutior exangues pedibus proculcet acervos;  
 Fessæque pensatis respiret Græcia pœnis.  
 Gens, quæ non Scythicos diffusior ulla Triones  
 Incoluit, cui parvus Athos, angustæque Thrace;
- 475 Cum transiret, erat; per te, virêlque tuorum  
 Fracta Ducum, lugetque sibi jam rara superstes,

## INTERPRETATIO.

*Currus exundant sanguine: juvenus pellita occiditur: pars perimitur morbo, pars gladio: non sylva Lycæi, non abundantia nemoris Erymanthei absumpta pyris infinitis, satis est, & Mænala spoliata securi, gaudent ita lucos suos arsisse. Ephyre dissipet cineres: Lacedæmonii & Arcades securio- res, calcant pedibus cumulos mortuorum: & Græcia defatigata quiescat damnis compensatis. Natio, quæ nulla latius habitavit Triones Scythicos, cui Athos exiguus erat, & Thracia arctior, cum transgredereetur: delata est per te, & per virtutem Ducum tuorum: ac jam illa paucæ velut post se superstes*

## ANNOTATIONES.

465. *Plaustra.* ] Currus, vehicula, quibus utuntur Getæ.  
*Pellita.* ] Pellibus vestita, more Barbarorum.
466. *Non lustra.* ] Sylvæ Lycæi & Erymanthi non sufficiunt ad rogos ministrandos. Tanta est mortuorum Getarum multitudo!
- Lycæi.* ] Lycæus mons est Arcadiæ, arboribus confusus variis in locis.
467. *Erymanthea.* ] Erymanthus itidem est mons Arcadiæ sylvosus, ubi stabulabat aper Erymantheus, qui dicitur à Cicerone, *Aper Erymanthius*.
- Umbra.* ] Copia seu multitudo arborum umbram latam porrigentium, sicque umbra ponitur pro arboribus; effectus scilicet pro causa, ut apud Virgilium, *Falce feces umbras*, id est, frondes, quæ faciunt umbras.
469. *Mænala.* ] Mænalus, & in plurali, Mænala, mons itidem Arcadiæ: gaudet suas sylvas ardere atque impendi, ad cremandos Barbaros, qui Provinciam illam vastaverant.
470. *Ephyre.* ] Urbs in Isthmo Corinthiaco, quæ & Corinthus dicitur, hodie *Coranto*.
- Spartanus.* ] Sparta aut Lacedæmon; urbs nobilissima Peloponnesi, cujus cives dicuntur Spartani, aut Lacedæmonii.
- Arcas.* ] Populi Arcadiæ, sic dicti ab Arcade Jovis & Calistûs filio.
472. *Respiros.* ] Græcia quiescere ac liberius respirare incipiat, damnis & suppliciis; quæ à Barbaris passa est, compensatis morte ipsorum Barbarorum.
473. *Triones.* ] Getarum gens, quæ vastas occupavit Scythiæ regiones, versus Septentrionem. Triones suprà v. 170. in 3. Conf. Hon.
474. *Athos.* ] Mons est Thraciæ, notus ob Xerxem, etsi maximus, parvus tamen erat præ hostium multitudine; & ipsa Thracia hos non capiebat.
476. *Sibi superstes.* ] Quasi vivens post mortem suam, id est, vivens, ademptâ sibi gloriâ, quæ fortium vita est. Vel *rara superstes*, id est, pauci ex Getis remanentes, vivunt sibi superstes, id est, superstites suæ genti, quæ deleta fuerat maximam partem.



- Et, quorum turbæ spatium vix præbuit orbis,  
 Uno colle latent. sitiens, inclusaque vallo  
 Ereptas quæsit aquas, quas hostibus ante  
 480 Irriguas alio Stilicho deflexerat actu,  
 Mirantemque novas ignota per avia valles  
 Jusserat averſo fluvium migrare meatu.  
 Obvia quid mirum vinci, cùm Barbarus ultro  
 Jam cupiat servire tibi? tua Sarmata discors  
 485 Sacramenta petit, projectâ pelle Gelonus  
 Militat: in Latios ritus transistis Alani.  
 Ut fortes in Marte viros, animisque paratos,  
 Sic justos in pace legis, longumque tueris  
 Electos, crebris nec succedentibus urges.  
 490 Judicibus notis regimur, fruimurque quiescis

## I N T E R P R E T A T I O.

*remanens flet. Atque hostes sepeliuntur in colle unico; hostes quorum multitudini vix mundus suppeditavit spatium: gens sitibunda & circumſcripta aggere requisivâ aquas ademptas, quas Stilicho averſerat ductu diverſo, prius fluentes pro hostibus, & imperaverat fluvium admirantem valles insuetas, per vias incognitas, fluere cursu contrario. Quid admirabile est superari à te contraria, cùm Barbari sponte*

*jam expetant obedire tibi? Sarmata dissentientes rogant tuam militiam. Geloni abjectâ pelle pugnant pro te: vos ô Alani, transmigraſtis in mores Italia. Sicut tu ô Honori, deligis viros generosos in bello, & promptos animo; ita deligis aquas in pace, & diu retines eos delectos; neque expellis eos successoribus continuis. Gubernamur à Magistratibus cognitis; & potimur ornamentis*

## A N N O T A T I O N E S.

478. *Inclusa.*] Norant Scriptores à Stilichone inclusos esse hostes, & ab eodem dimissos, sicque ab eo peccatum esse contra Remp. Orosius.

480. *Deflexerat.*] Fluvios ab hostibus avertere, & sibi accommodare, herouicum est.

*Actu.*] Agendo & impellendo aquas alio ductu. Alii legunt *arcu*, id est, fossâ curvatâ flumen deflectere.

482. *Jusserat.*] Quasi numen aliquod.

*Averſo meatu.*] Cursu, qui averſus sit & contrarius cursui naturali.

483. *Obvia.*] Quid mirum est à te vinci obvia, id est, contraria, adversa, hostilia agmina, quâcunque occurrunt.

484. *Servire.*] Tibi velut agnito proprio Principi. Barbari porro his temporibus in stipendiâ Romanâ adscripti sunt. Imò & eorum Duces Theodosius Imperatoris mensæ adhibebat.

*Sarmata.*] Sarmatæ vel Sauromatæ populi sunt, qui Sarmatiam vastissimam regionem incolebant: duplex erat Sarmatia, Europæa & Asiatica: utraque fluvio Tanai dividebatur.

*Discors.*] Sarmatæ perpetuo inter se tumultu agitari solebant.

485. *Sacramenta.*] Petit, vel Sacramento vel Jurejurando sese tibi adstringat, cuiusque sub auspiciis militet.

*Gelonus.*] Geloni populi sunt Scythiæ, qui te Duce militare gestiunt, & patrias pelles, morémque peregrinum abjicere.

486. *Alani.*] Populi erant Scythiæ versus fluvium Tanaim.

487. *Ut fortes. &c.*] Jam describit Principem justum & moderatum in pace.

488. *Longumque tueris.*] Crebriores Magistratuum mutationes perniciose sunt.

Militiæque bonis; ceu bellatore Quirino,  
 Ceu placido moderante Numâ, non imminet ensis,  
 Nullæ nobilium cædes: non crimina vulgo  
 Texuntur: patriâ mæstus non truditur exul:  
 495 Impia continui cessant augmenta tributi:  
 Non infelices tabulæ: non hasta reflexas  
 Vendit opes: avidâ sector non voce citatur  
 Nec tæa privatis crescunt æraria damnis.  
 Munificus largi, sed non & prodigus, auri.  
 500 Perdurat non empta fides, nec pectora merces  
 Alligat, ipsa suo pro pignore castra laborant.  
 Te miles nutritor amat. quæ denique Romæ  
 Cura tibi? quàm fixa manet reverentia patrum?  
 Firmatur senium juris, priscamque resumunt

## INTERPRETATIO.

*pacis & belli, quemadmodum potiebamur Romulo pugnante; quemadmodum leni Numâ regnante. Non gladius minatur: nulla sunt cædes nobilium; non scelera excogitantur passim. Exul tristis non expellitur ex patriâ. Incrementa nefaria vendigalium assiduorum desinunt. Non sunt proseriptiones infausæ: non divitiæ Domini extorta publicantur sub hastâ: creditor non appellatur clamore cupidus; neque*

*fiscus tuus augetur jacturis privatorum. Tu liberalis das aurum copiosum, sed tamen non es profusus. Fides non empta remanet, neque lucrum constringit corda. Ipsa cohortes sollicita sunt pro suo amore. Milites auctores diligunt te, ô Honori. Quod demum est studium Romanorum pro te? Quàm infixa animo est veneratio Senatorum in te? Sic antiquitas consuetudinum stabilitur, & leges recipiunt reverentiam antiquam.*

## ANNOTATIONES.

491. *Bellatore.* ] Laudat Honorium, quod iisdem artibus præditus sit, quibus Quirinus seu Romulus Rex rei militari addictissimus; & Numa Pompilius secundus Romanorum Rex pacis tuendæ peritissimus.

492. *Ensis.* ] Semper cædi paratus.

494. *Texuntur.* ] Delatores non fingunt, non machinantur, non dolose texunt nova crimina.

495. *Impia.* ] Augmenta tributorum collecta per impietatem Tyrannorum, non locum habent, Honori imperante.

496. *Tabula.* ] Vel proseriptionum, vel mulctarum, quæ fisco addicebantur.

*Non hasta.* ] Sub hastâ vendebantur bona proseriptorum: hasta autem præfigebatur publicis venditionibus.

*Reflexas.* ] Dominis creptas, extortas.

497. *Sector.* ] Hic est vel creditor, qui jure antiquo, debitorum, qui solvendo non essent, corpora in partes secare poterat:

vel sector est qui bona proseriptorum emit, & quasi in partes secat: vel sector denique est delator qui per fas & nefas accusat aliquem, ut partem ejus bonorum aut multæ auferat.

*Avidâ voce.* ] Preconis scilicet, qui lucri avidus sectores citat, ut solvant, quæ licitati sunt.

500. *Fides.* ] Fides militum erga te perdurat, stabilis est, sed non est mercenaria, & lucro quæsitâ, sed per virtutes tuas tibi conciliata.

*Merces.* ] Non lucrum tibi conciliat ligatque animos, sed virtus tua. Ipsi milites, qui te inter signa aluerunt, te spectant; *laborant*, solliciti sunt pro te, ut pro veri sui amoris venerabili pignore.

503. *Reverentia patrum.* ] Marcus Imperator, vel in rebus arctissimis non capiebat, sed petebat pecuniam à Senatu, aded eum venerabatur!

- 305 Canitiem leges, emendanturque vetustæ,  
Acceduntque novæ. talem sensere Solonem  
Res Pandionis. sic armipotens Lacedæmon  
Despexit muros rigido munita Lycurgo.  
Quæ sub te vel caussa gravis, vel judicis error  
310 Negligitur? dubiis quis litibus addere finem  
Justior, & mersum latebris educere verum?  
Quæ pietas, quantusque rigor, tranquillaque magnæ  
Vis animi, nulloque levis terrore moveri;  
Nec nova mirari facilis! quàm docta facultas  
315 Ingenii, linguæque modus! responsa verentur  
Legati, gravibusque latet sub moribus ætas.  
Quantus in ore pater radiat! quàm torva voluptas  
Frontis, & augusti majestas grata pudoris!  
Jam patrias impleas galeas: jam cornus avita  
320 Tentatur vibranda tibi. promittitur ingens  
Dextra rudimentis, Romanæque vota moratur.

INTERPRETATIO.

ac veteres corriguntur, novaquo adduntur. Imperium Atheniensium expertum est Solonem talem: ita Sparta bellicosa fresa legibus Lycurgi severi contempsit muros. Quæ causa vel brevis, vel culpa Magistratus sub te spernitur? Equis aq̃uor impo- nere metam litigationibus ambiguis, & eruere veritatem sepulscam in tenebris? Qualis pietas, & qualis gravitas, & vis placida animi ingentis, non facilis concussio metui; neque prompta admirari novita-

tes! Quàm erudita copia ingenii, & lepos sermonis est tibi! Oratores venerantur ora- cula tua, & juvenus tua occultatur sub mo- ribus plenis gravitate. Quanta species patris tui micat in vultu tuo! Quanta illecebra vultus tui bellicosus! Et quàm jucunda est majestas tua plena verecundiæ venerabilis! Jam tu etiam puer, repleas cassidem Patris tui: jam hasta avi exploratur tibi torquenda: magna fortitudo expectatur ex primis tuis exercitiis, & occupat desideria Romana.

ANNOTATIONES.

305. *Canitiem.* ] Ut Canities in homi- ne, sic antiquitas in legibus venerabilis.  
306. *Solonem.* ] Atheniensium Legisla- torem sapientissimum.  
307. *Pandionis.* ] Imperium Atheniense à Pandione Rege.  
308. *Lycurgo.* ] Spartanorum Legisla- tore admirabili; cujus leges Spartæ pro muris erant, Sparta sine muris regnabat, veram fortitudinem, non in murorum, sed in animorum robore sitam esse dicti- tans. Et merito: sic enim diu floruit: at cùm muris solis cœpit fidere, citò periit.  
309. *Error.* ] Si quis judex vel tantil- lum erraverit, id sub te non negligitur.  
315. *Modus.* ] Vel lepos, vel moderatio, vel gravitas quædam sermonis.  
316. *Latet.* ] Adcò ut quis non facile

- crederet juvenem esse, qui tam sapienter tamque graviter loquatur.  
317. *Radiat.* ] Quasi in Honorii vultu divina quædam Theodosii magni imago radiare videatur.  
*Voluptas.* ] Ipsa species frontis tuæ; masculinæ, bellicosæ, & velut ad honestam quamdam ferociam & torvitatem accedentis, voluptatem nescio quam habet.  
318. *Majestas pudoris.* ] Id est, plena pudore augusto & venerando.  
319. *Cornus.* ] Hasta ex cornu arbore facta. Jam tentas torquere eandem ha- stam, quàm olim avus tuus torquebat.  
321. *Moratur.* ] Promittitur ingens for- titudo ex primis tuis exercitationibus mili- taribus; & detinet, occupat vota nostra, quæ tota sunt in eâ expetendâ

- Quis decor, incedis quoties clypeatus, & auro  
 Squameus, & rutilus cristis, & casside major!  
 Sic cùm Threiciâ primùm sudaret in hastâ,  
 525 Flumina laverunt puerum Rhodopeia Martem.  
 Quæ vires jâculis! vel cum Gortynia tendis  
 Spicula, quàm felix arcus, certique petitor  
 Vulneris, & jussum mentiri nescius ictum!  
 Scis quo more Cydon, quâ dirigat arte sagittas  
 530 Armenius, refugo quæ sit fiducia Partho.  
 Sic Amphioniz pulcer sudore palæstræ  
 Alcides pharetras, Dirceâque tela solebat  
 Prætentare feris, olim domitura Gigantas,  
 Et pacem latura polo: semperque cruentus  
 535 Ibat, & Alcmenæ prædam referebat ovanti.  
 Cæruleus tali prostratus Apolline Python  
 Implicuit fractis moritura volumina sylvis.

## INTERPRETATIO.

*Qua præstantia tua est, quotiescumque vadis scutatus, & habens lorica ex squamis autis, & juba micantes, & procerior ob galeam ipsam. Ita fluvii Rhodopeii irrigaverunt Martem puerum, cùm laboraret primùm in cuspide Thraciâ. Qui impetus est in telis tuis! Aut cùm vibras jacula Gortynia, quàm arcus tuus est fortunatus, & insigens cerò plagam, & qui nescis aberrare à scopo proposito. Nosti quâ industriâ Cydon, quâ dex-*

*teritate Armenius torqueat spicula, & quâ sit confidentia Partho fugienti. Ita Hercules decorus labore palæstra Thebana consueverat prius experiri sagittas, & jacula Dirceæ in feris occidendis, jacula occisura aliquando gigantes, & dasura pacem Calo; & semper sanguinolentus incedebat, ac reportabat prædam Alcmena gaudenti. Python lividus domitus à Phæbo simili impedivis gyros suos morientes in sylvis raptis.*

## ANNOTATIONES.

524. *Casside major.* ] Major, altior, procerior videris, ob altam cassidem.

525. *Rhodopeia.* ] Thracia, à monte Rhodope. Mars natus dicitur apud Thraces, quod populi sint bellicosi.

526. *Cydon. Gortynia spicula.* ] Id est, præstantissima, à Gortyne, & Cydone oppidis Cretæ, ubi populi erant peritissimi ad sagittas vibrandas.

528. *Mentiri.* ] Arcus ita felix, ut si jussis hunc vel illum scopum petere, petat fidenter, nec unquam fallat mendaci vanoque ictu.

530. *Armenius.* ] Parthos Armeniosque intellige telorum torquendorum itidem peritissimos.

531. *Amphionia.* ] Thebanæ, ab Amphione qui condidit Thebas Herculis pa-

triam futuram.

531. *Dirceæ.* ] Id est, Thebana seu patria tela, à Dirce Lyci Thebarum Regis uxore, quæ à Zetho & Amphione ob vexatam matrem suam Antiopam, equis indomitis alligata & tracta est; ac Deorum commiseratione in fontem Dirceæ prope Thebas commutata. Alii legunt, *Dictææ*, & benè, id est, optima, à Dictæ monte Cretæ, in quâ spicula exquisita.

535. *Alcmena ovanti.* ] Filii sui Herculis virtute gaudenti, triumphanti.

*Cæruleus.* ] Niger, lividus, horridus.

536. *Python.* ] De Pythone, in Præf. lib. 1. in Ruf.

537. *Fractis.* ] In sylvis, quas ipse spiris & caudâ rumpebat, dum extremos impetus to rquet in arbores.

- Cum vectaris equo, simulacraque Martia ludis,  
 Quis molles sinuare fugas, quis tendere contum  
 340 Acrior, aut subitos melior flexisse recursus?  
 Non te Massagetæ, non gens exercita campo.  
 Thessala, non ipsi poterunt æquare bimembres.  
 Vix comites alæ, vix te suspensa sequuntur  
 Agmina, ferventesque tument post terga dracones.  
 345 Urque tuis: primum sonipes calcaribus arsit,  
 Ignescunt patulæ nares. non sentit arenas  
 Ungula, discussæque jubæ sparguntur in armos.  
 Turbantur phaleræ. spumosis morsibus aurum  
 Fumat. anhelantes exundant sanguine gemmæ.  
 350 Ipse labor pulvisque decet, confusæque motu  
 Cæsaries. vestis radiato murice Solem  
 Combibit. ingesto crispatur purpura vento.  
 Si dominus legeretur equis, tua posceret ultro  
 Verbera Nereidum stabulis nutritus Arion,  
 355 Servirétque tuis contempto Castore frænis

## INTERPRETATIO.

Cum veharis equo, & agis exercitia armorum, quis vegetior curvare gyros lenes fugiendo, quis vibrare hastam; vel quis doctior detorquere circuitus repentinos? Non Massageta valebunt imitari te, non natio Thessalia exercitata cursu, non Centauri ipsi: vix turma sociæ, vix exercitus currentes sequuntur te, & serpentes ardentés turgent post terga tua. Et statim atque equus incaluit stimulis tuis, nares ejus aperta incenduntur: pes non tangit pulverem, & juba excussa diffunduntur in humeros: pharetra agitantur: frænum aureum fumat ex spumâ dentium: Lapilli habenæ equi anhelantis replentur cruore. Ipse labor & pulvis, & crines tui turbati cursu decedunt te. Vestimentum tuum purpurâ micantî attrahit Solem: os trum tuum ventilatur vento impulsio. Si dominus eligeretur ab equis, Arion passus in præsepibus Nereidum peteret spontè imperium tuum; & Cyllarus Castore spreto famularetur habenis

## ANNOTATIONES.

338. *Simulacraque Martia ludis.* Agis per ludum incruenta armorum exercitia, quæ sunt velut quædam præliorum cruentorum præludia.  
 339. *Sinuare fugas.* Equum levi fugâ, hoc est, levi cursu, in varios orbes flectere.  
 341. *Massageta.* Populi Scythiæ Asiaticæ ultra mare Caspium, equis domandis nobiles. Equorum sanguinem cum lacte bibere dicuntur.  
 342. *Bimembres.* Centauri membris humanis equinisque conflatî, & Thessali, optimi equites habiti sunt.  
 343. *Suspensa.* Ita currentia, ut in altum sublata vix terram tangant.  
 344. *Dracones.* Depicti in vexillis turgent ob cursum celeriores; tunc enim magis vento distenduntur.  
 349. *Anhelantes gemmæ.* Gemmæ in frænis Honorii: anhelantes autem, non quod anhelent, sed quod sanguineo equi halitu cruentatæ videantur.  
 350. *Pulvis.* Horatius, Duces, Non indecoro pulvere sordidos.  
 351. *Solem combibit.* Adeo ut ex aspectu Solis, purpurâ videatur esse ardentiior, plenior, & speciosior.  
 354. *Arion.* Adrastus equus à Neptuno datus, nutritus à Nereidibus, vocalis esse dicebatur.

Cyllarus,

- Cyllarus, & flavum Xanthus sprevisset Achillem.  
 Ipse tibi famulas præberet Pegasus alas,  
 Portaretque libens, melioraque pondera passus  
 Bellerophontearum indignaretur habenas.  
 560 Quin etiam velox Auroræ nuntius Æthon,  
 Qui fugat hinnitu stellas, roseoque domatur  
 Lucifero, quoties equitem te cernit ab astris,  
 Invidet, inque tuis mavult spumare lupatis.  
 Nunc quoque quos habitus, quantæ miracula pompæ  
 565 Vidimus, Ausonio cum jam succinctus amictu  
 Per Ligurum populos solito conspectior ires,  
 Atque inter niveas altè veherere cohortes,  
 Obnixisque simul pubes electa lacertis  
 Sidereum gestaret onus! sic numina Memphis  
 570 In vulgus proferre solet. penetralibus exit  
 Effigies; brevis illa quidem: sed plurimus infra  
 Liniger imposito suspirat veste sacerdos

## INTERPRETATIO.

tuis, & Xanthus neglexisset Achillem  
 flaventem. Ipse Pegasus offerret tibi pennas  
 servientes. & volens ferret te, gerens onus  
 præstantius respuerit lora Bellerophontis.  
 Præterea Æthon nuntius celer Auroræ, qui  
 Æthon expellit sidera hinnitu, & domi-  
 natur à Lucifero pulchro quotiescunque vi-  
 det ex Cælo te equitantem, amulatur &  
 malis spumescere, sub habenis tuis. Jam  
 etiam quam appeximus vestes, quanti prodi-  
 gia apparatus, cum tu ò Honori, decora-  
 tus togâ Romanâ, spectabilior more consu-  
 to, incederes per gentes Ligurum, & porta-  
 reris excelsè inter catervas candidas, &  
 juvenus delecta ferres te velut onus cœ-  
 leste manibus unâ laborantibus! Ita Ægy-  
 pius consuevit producere Deos suos in popu-  
 lum. Imago eorum egreditur ex adytis, il-  
 la certè parva: est infra multus Sacerdos  
 cum veste lineâ, anhelat, baculo supposito.

## ANNOTATIONES.

556. *Cyllarus.*] Equus Castoris.  
*Flavum.*] Heroes non rarò flavi dicuntur.  
*Xanthus.*] Balias & Xanthus erant equi Achillis. Politianus:  
*Quos Zephyro peperit geminos Harpyia Podarge.*  
 557. *Pegasus.*] Equus alatus, Neptuni & Medusæ filius, quo Bellerophon usus est contra Chimæram.  
 559. *Bellerophontearum.*] Propertius, *Bellerophontei quæ fuit humor equi.*  
 560. *Æthon.*] Id est, ardens, ἄνω τῷ αἵματι, ardere. Æthon quoque fuit equus Solis, & Pallantis Virgiliani.  
 565. *Ausonio amictu.*] Trabeâ seu veste Consulati, Ausoniis seu Romanis propriâ.  
 566. *Per Ligurum populos.*] Ligures latius accipit, pro totâ Galliâ Cisalpinâ. Nam Honorius sumpsit hunc Consulatum Mediolani, quod est in eadem Galliâ Cisalpinâ.  
 567. *Veherere.*] Manibus Militum te gestantium.  
*Niveas cohortes.*] Candidâ veste indutas; id quod fiebat in testificationem gaudii.  
 569. *Memphis.*] Urbs Ægypti celeberrima, vulgò, (*Le grand Caire*) ponitur pro totâ Ægypto, ubi diebus solennibus effigies Deorum in publicum deferrebantur.  
 572. *Liniger.*] Ægyptii Sacerdotes lineâ veste utebantur; unde Juvenali & Martiali, *Linigeri*, dicuntur.

- Testatus sudore Deum. Nilotica sistris  
 Ripa sonat, Phariósque modos Ægyptia ducit  
 575 Tibia. submissis admugit cornibus Apis.  
 Omnis nobilitas, omnis tua sacra frequentant  
 Tibridis & Latii soboles. convenit in unum  
 Quidquid in orbe fuit procerum, quibus auctor honoris  
 Vel tu, vel genitor. numerofo Consule Consul  
 580 Cingeris, & focios gaudes admittere patres,  
 Illustri te prole Tagus, te Gallia doctis  
 Civibus, & toto stipavit Roma Senatu.  
 Portatur juvenum cervicibus aurea sedes,  
 Ornatúque novo gravior Deus. asperat Indus  
 585 Velamenta lapis, pretiosáque fila smaragdís  
 Ducta virent. amethystus inest, & fulgor Iberus

## INTERPRETATIO.

*significans hoc labore esse Deum. Litora Nilotica resonant sistris, & fistula Ægyptia cantat melos patrium: Apis admugit cornibus demissis. Nobiles omnes, omnes populi Romæ & Italia celebrant caremonias tuas. Quidquid primorum extitit in mundo, congregatum est in unum locum, quibus Proceribus vel tu dedisti Magistratus, vel pater tuus Theodosius. Tu Consul stiparis à multis Cōsulibus, & lataris adsciscere Senatores socios. Hispania circumdedit te accolis suis clarissimis, Gallia te incolis eruditis, & Roma circumdedit te Senatu universo. Sella curulis aurata fertur humeris juvenum, & Numen venerabilius ornamentis novis, Vestis rigescit gemmis Indicis, & filaditia virescunt deducta ex Smaragdís. Amethystus inseritur, & splendor Hispanus*

## ANNOTATIONES.

573. *Testatus sudore Deum.* ] Tanto & labore, & sudore testantur esse Deum, quem gestant, ob majus scilicet hujusce pondus. Deos enim esse graviore aut putabant, aut simulabant, ad augendam populi superstitionem.  
*Sistris.* ] Sistrum est crepitaculum æneum, quo Ægyptii Sacerdotes utebantur in sacris Isis. Dicitur, ἀπὸ τοῦ σίσιν, *quaterere*, quodd quatiatur & sonum edat.  
 574. *Pharios modos.* ] Concentum patrium seu Ægyptiacum, à Pharo insulâ ad ostia Nili.  
 575. *Apis.* ] Seu Osiris, Argivorum Rex, Jovis filius & Niobes, trajecit in Ægyptum, ubi populos ad mitiorem vendi rationem traduxit, docuit eos segetum sationem; & post obitum adoratus est sub vivi bovis specie.  
 576. *Tua sacra.* ] Velut numinis alicujus, caremonias Consulatus tui celebrant.  
 580. *Socios.* ] In Consulatu eodem, & simul in incessu comites.  
 581. *Gallia.* ] Cisalpina scilicet, in qua Mediolanum, quâ urbe delectabatur Honorius, & ante ipsum Theodosius, puto ob præsentiam sanctissimi Præsulis Ambrosii.  
 583. *Aurea sedes.* ] Sella curulis ex ebore, sed auro variis in locis mixto. In hac conspicuus Imperator more majorum sedebat.  
 584. *Deus.* ] Honorius instar Numinis gestabatur.  
*Asperat.* ] Ipsa Trabea seu vestis consularis, gemmis contexta, aspera est, rigescit.  
 586. *Amethystus.* ] Gemma est diluto violæ colore, & colore etiam purpuræ non prius igneo, sed in vini colorem desinente. Græcè ἀμάδυστος ab α privante, & μέδυσσιν inebrio, quodd ebrietati credatur resistere.  
*Fulgor Iberus.* ] Innuitur fulgor Car-

Temperat arcanis hyacinthi cœrula flammis.  
 Nec rudis in tali suffecit gratia textu :  
 Auget acus meritum, picturatúmque metallis  
 590 Vivit opus, multáque ornantur iaspide cultus,  
 Et variis spirat Nereia bacca figuris.  
 Quæ tantum potuit digitis mollire rigorem  
 Ambitiosa colus? vel cujus pectinis arte  
 Traxerunt solidæ gemmarum stamina telæ?  
 595 Invia quis calidi scrutatus stagna profundi  
 Tethyos invasit gremium? quis divitis algæ  
 Germina flagrant inter quæsit arenas?  
 Quis junxit lapides ostro? quis miscuit ignes  
 Sidonii rubrique maris? tribuere colorem  
 600 Phœnices, Seres subtemina, pondus Hydaspes.  
 Hoc si Mæzonias cinctu graderere per urbes,  
 In te pampineos transferret Lydia thyrsos,  
 In te Nysa choros. dubitassent Orgia Bacchi

## INTERPRETATIO.

*moderatur hyacinthum subnigrum ignibus secretis. Neque venustas impolita satis fuit in hoc opere contexto: acus adjungit pretium, & labor pictus ex metallis spirat, & vestes decorantur iaspide plurimâ, & concha marina quasi animatur formis diversis. Quæ colus superba cevaluit emollire digitis austeritatem tantam? Vel cujus industria pectinis duxit fila ex Margaritis, ad telas solidas faciendas? Ecquis rimatus loca*

*inaccessa maris astuantis, occupavit sinum Tethyos? Ecquis indagavit fœtus muscos marini pretiosi inter arenas repentes? Ecquis conjunxit lapillos cum purpurâ? Ecquis conjunxit flammæ maris Phœnicis & rubri? Phœnices dederunt colorem. Seres fila, & Hydaspes pondus gemmarum. Si tu ô Honori, incederes hac veste per urbes Lydia, Lydi & eadem daret tibi hastas pampineas, Nysa daret tibi choros Bacchantum, Orgia Bacchi*

## ANNOTATIONES.

chedoniorum, seu carbuncolorum, qui sic dicti sunt à Carthagine magnâ Hispaniarum domitrice: & eos vocat Hispanos in gratiam sui Principis ex Hispaniâ oriundi. Vel *Fulgor Iberus*, id est, fulgor auri ex Tago, & ex Hispaniâ allati.

587. *Hyacinthi.*] Gemma colorem habens amethysto non absimilem, sed tamen dilutiorem.

588. *Rudis.*] Naturalis, impolita.

589. *Auget acus.*] Opus superat materiam.

591. *Nereia baccha.*] Gemmæ ex mari, seu Nereidum regno advectæ.

596. *Tethyos.*] Quasi tot gemmæ ex Tethyos ornatu avulsæ sunt.

597. *Alga germina.*] Coralia nempe, & alii fœtus maris.

598. *Ignes.*] Gemmas, ignis instar, micantes.

600. *Pondus.*] Gemmarum, quæ quod graviore sunt, eò pretiosiores. Suetonius ait Cæsarem, *Britanniam petiisse spe Margaritarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum suâ manu exegisse pondus.*

603. *Nysa.*] Urbs vel Arabiæ, vel Indiæ, à Baccho condita, qui inde dicitur *Dionysus*, quasi *Deus Nysa*.

*Orgia.*] Cæremoniæ Bacchi, vel Bacchantes, quæ eas celebrant, dant & orgiæ, à furore, quo incitabantur.

V ij



- Cui furerent. irent blandæ sub vincula tigres.
- 605 Talis Erythræis intextus nebrida gemmis  
Liber agit currus, & Caspia flectit eburnis  
Colla jugis: Satyri circum, crinémque solutæ  
Mænades adstringunt eders victricibus Indos.  
Ebrius hostili velatur palmite Ganges.
- 610 Auspice mox lætum sonuit clamore tribunal,  
Te fastos ineunte quater solennia ludit  
Omina libertas. deductum Vindice morem  
Lex celebrat, famulusque jugo laxatus herili

## INTERPRETATIO.

*ambigerent pro quo bacchantur? Tigres blandientes veniens sub habenas tuas. Sic Bacchus habens vestimentum contextum ex margaritis maris rubri, ducit currum, & ex sede eburneâ domat colla Tigrium Hyrcanarum: Satyri circum eunt, & Bacchantes habentes capillos sparsos, constringunt Indos*

*hederis triūphalibus, Ganges inebriatus cingitur ramis vineæ inimicæ. Solium Consulare gratū resonuit statim acclamationibus auspiciatū, se intrante quartum fastos. Libertas exhibet caeremonias solennes, Lex frequentat consuetudinem derivatam à Vindice, & servus solutus ex potestate domini sui*

## ANNOTATIONES.

604. *Tigres.* ] Quæ trahunt currum Bacchi, Id quod finxerunt ob crudelitatem ebriorum.

605. *Erythræis.* ] Mare, ἑρυθραῖον, id est, mare rubrum, ab Erythrâ Rege, quem Edom, id est, rufum Esau fuisse quidam putant.

*Nebrida.* ] Νεβρίς, est vestis Bacchi ex pellibus contexta.

606. *Caspia.* ] Colla Tigrium Caspiarum, seu Hyrcanarum, ad mare Caspium.

607. *Jugis.* ] Jugum est etiam sedes in quâ sedet qui currum ducit.

*Satyri.* ] Monstra libidinosisima, vultu humano, capite cornuto, simis naribus, pedibus caprinis, quæ ut Numina rustica coluit antiquitas. Dicuntur & *Fauni*, *Panes*, *Sylvani*, *Ægipanes*. De Faunis & Satyris S. Hieronymus in vitâ S. Pauli Eremitæ.

608. *Mænades.* ] Bacchantes Μᾶναι τῆς ποτιότητος, fureve.

609. *Ganges.* ] Ganges ipse ebrius cingitur palmitibus, & trahitur in triumphum. Aded nihil resistit Bacchi, seu vini potentiz!

610. *Auspice.* ] Clamore seu acclamatione faustâ, benè omnia auspicante, incipiente.

611. *Te fastos ineunte quater.* ] Te ineunte quartum Consulatū, & nomine tuo in Fastis quartū inscripto.

*Ludit.* ] Libertas exhibet velut ludo quodam caeremonias; vel caeremoniæ celebrantur in dandâ libertate, in quâ manumissus tangitur alapâ, virgulâ, quæ omnia ludus quidam gratissimus videri possint.

612. *Omnia solennia.* ] Solennes omnes caeremonias. Alii legunt, *omina solennia*, id est, felicitatem solennem.

*Vindice.* ] Vindex servus Aquileiorum, qui cū patefecisset conjurationem contra populum Romanum, à Regum fautoribus initam, primus vindictâ publicè manumissus est. Vindictâ autem manumittere, est virgulâ quâdam amicè percutere, in signum datæ libertatis; quod tū servus ultimò sic percutiatur, postea liber futurus, & à verbere immunis. Id autem ex Servio fiebat in templo Feroniæ libertorum Dæ.

*Morem.* ] Qui à Vindice ad posteros manavit.

- Ducitur, & grato remeat securior ictu.  
 615 Tristis conditio pulsata fronte recedit.  
 In civem rubuere genæ, tergoque removit  
 Verbera permissi felix injuria voti.  
 Prospera Romuleis sperantur tempora rebus  
 In nomen ventura tuum. præmissa futuris  
 620 Dant exempla fidem. quoties te cursibus ævi  
 Præfecit, toties accessit laurea patri.  
 Ausi Danubium quondam tranare Gruthungi  
 In lintres fregere nemus. ter mille ruebant  
 Per fluvium plenæ cuneis immanibus alni.  
 625 Dux Odothæus erat. tantæ conamina classis  
 Incipiens ætas & primus contudit annus.  
 Submersæ sedere rates. fluitantia nunquam  
 Largius Arctoos pavere cadavera pisces.  
 Corporibus premitur Peuce. per quinque recurrens

## INTERPRETATIO.

adducitur, & redit tutior, ob alapam jucundam. Conditio mæstissima extinguitur, genis percussis, Vultus ejus erubuit infar civis, & ignominia fortunata post libertatem ex desiderio concessam repulit flagra ex ejus dorso. Anni casuri in nomen tuum expectantur fore felices Imperio Romano. Exempla præterita excitant ad id credendum. Quotiescumque pater tuus Theodosius præposuit te annis currentibus, toties

victoria ipsi patri contigit. Olim Gruthungi audentes trajicere Istrum, everterunt sylvam ad naves ædificandas; rates ex alno, ter mille repleta catervis ingentibus irrumpebāt per flumen. His Duxor erat Odothæus: ætas incipiens, & prior annus subruit conatus classis tanta. Naves mersæ, depressæ sunt: nunquam cadavera fluctuantia nutriverūt liberalius pisces Septentrionales. Peuce obtinuit corporibus mortuis, Fluvius exonerās

## ANNOTATIONES.

614. Grato ictu.] Alapâ gratissimâ, quâ percutiebatur is, qui manumittebatur: ut scilicet exutâ servili impudentiâ, disce-  
 ret induereturque ruborem ingenuum.

617. Felix.] Injuria est alapam pati, sed pati ad libertatem accipiendam felix ea est. Felix voti, id est feliciter consequens votum, seu libertatem ex voto, seu desiderio contingentem.

Verbera.] Quia servus post manumissionem civis est, ideòque non amplius verbera timere debet. Nam scelus est verberare Civem Romanum. Cicero. Hæc omnia in dandâ libertate peragebantur, sed & qui manumittebatur, circumagebatur, ut disceret sibi esse potestatem eundi, quod vellet. Accipiebat & prænomen Patroni sui, unde Persius:

\_\_\_\_\_ momento turbinis exit

Marcus Damas, &c.

619. In nomen.] Anni casuri in Consulatum tuum, & tuo nomine designandi.

620. Cursibus.] Quoties Theodosius dedit tibi Consulatum, & præfecit te curriculo anni regendi, toties mersit novas lauros.

622. Gruthungi.] Seu Goshunni, gens bellicosa ex Gothis & Hunnis conflata.

626. Incipiens.] Ætas tua incipiens vicit hostes, hoc est, hostes tui feliciter victi sunt primâ ætate.

628. Arctoos.] Pisces Danubii, qui fluvius est versus Septentrionem.

629. Peuce.] Insula Danubii, cujus incolæ dicuntur Penceni.

- 630 Ostia Barbaricos vix egerit unda cruores,  
 Confessusque parens Odothæi regis opima  
 Rettulit, exuviâsque tibi. civile secundis  
 Conficis auspiciis bellum. tibi debeat orbis  
 Fata Gruthungorum, debellatûmque tyrannum;  
 635 Ister sanguineos egit te Consule montes.  
 Sed patriis olim fueras successibus auctor,  
 Nunc eris ipse tuis. semper venêre triumphî  
 Cum trabeis, sequiturque tuos victoria fasces.  
 Sis precor assiduus Consul, Mariique relinquo,  
 640 Et senis Augusti numerum. quæ gaudia mundo,  
 Per tua lanugo cum serpere cœperit ora,  
 Cum tibi prodiderit festas nox pronuba tædas!  
 Quæ tali devota toro, quæ murice fulgens  
 Ibit in amplexus tanti Regina mariti?  
 645 Quænam tot Divis veniet nurus, omnibus arvis,  
 Et toro dotanda mari? quantûsque feretur  
 Idem per Zephyri metas Hymenæus & Euri.

## INTERPRETATIO.

se per ora quinque, vix egerit sanguinem Barbarorum. Et pater tuus Theodosius factus est se reportavisse tuâ felicitate opima spolia de Rege Odothæo, & pradas. Tu verò perficis secundo tuo Consulatu civile prælium. Mundus debet tibi funera Gruthungorum, & Tyrannum profligatum, Danubius. Consule te, voluit acervos mortuorum cruentos. At quondam autor existeras felicitatis paternæ, nunc eris ipse autor tuæ. Tropæa semper contigerunt cum Consulatu tuo, & victoriâ comitatur fas-

ces tuos. Utinam sis Consul perpetuus, & expleas numerum Consulatum Marii & Augusti senis. Verum qua lætitia erit Orbi, cum prima barba inceperis vestire genas tuas, cum nox nuptialis protulerit tibi faces solennes! Qua Imperatrix destinata est tali viro, qua micans purpurâ veniet in conjugium sponsi tanti? Qua nurus veniet tot Divis, locupletanda terris omnibus, & mari universo? Et quantus hymenæus idem celebrabitur per fines Orientis & Occidentis?

## ANNOTATIONES.

630. *Vix egerit.* ] Re verâ Promotus unus ex Ducibus Theodosii Odothæum navigiis aggressus, tantam stragem edidit, ut flumen cadaveribus repletur.

634. *Tyrannum.* ] Odothæum, quem Theodosius vicit suâ virtute, sed ex Claudiano, felicitate Honorii.

635. *Sanguineos montes.* ] Acervos mortuorum cruentos & sublatos instar montium.

640. *Numerum.* ] Utinam expleas numerum Marii, qui septies fuit Consul; & Augusti, qui ter decies.

641. *Lanugo cum serpere cœperit.* ] Quam lætabitur Orbis, cum te virum videbit,

Lanuginem ponere magno cum gaudio, magnâ cum cæremoniâ solebant apud antiquos.

642. *Nox pronuba.* ] Nox nuptialis, gerens officium pronubæ, quæ deducere solet novam nuptiam.

643. *Murice.* ] Purpurâ Imperatoriâ. Purpura quippe ex Murice pisce manare credita.

645. *Tot Divis.* ] Tot Imperatoribus, qui in Deorum numerum ascripti sunt.

647. *Zephyri & Euri.* ] Per hos ventos intelligit Orientem à quo fiat Eurus, & Occidentem à quo fiat Zephyrus.

O mihi si liceat thalamis intendere carmen  
 Connubiale tuis, si re jam dicere patrem!  
 650 Tempus erit, cum tu trans Rheni cornua victor,  
 Arcadius captæ spoliis Babylonos onustus,  
 Communem majore togâ signabitis annum,  
 Crinitusque tuo sudabit fasce Suevus:  
 Ultima fraternas horrebunt Bactra secures.

## INTERPRETATIO.

O si permittatur mihi canere versus conjugales in nuptias tuas, & si permittatur laudare te patrem! Tempus adveniet, cum tu triumphator trans brachia Rheni, cum Arcadius oneratus exuviis Babylonis

*captiva, nominabitis annum communem cum Majestate grandiori, & Suevi capillati laborabunt in fascibus tuis gestandis, sed Oriens ultimus timebit secures fratris tui Arcadii.*

## ANNOTATIONES.

648. *Intendere carmen.*] Lyrâ tensâ canere carmen nuptiale, seu Epithalamium, de quo mox.

650. *Trans cornua Rheni.*] Subactâ Germaniâ ultimâ, ubi Rhenus in duo cornua immania funditur: unum dicitur *Vahalis*, & alterum *Isala*.

651. *Babylonis.*] Intellige Persas & Parthos, populos invictos. Hi eo anno quo natus est Honorius, pacem à Theodosio per legatos petierunt.

652. *Communem annum.*] Id est, si-

mul geretis Consularum: *majore togâ*, cum majestate grandiore, statique Orbis clariore.

653. *Tuo sub fasce.*] In tuâ militiâ, in tuis stipendiis.]

*Suevus.*] Suevi populi ad Danubium, denotant Imperium Occidentis. *Crinitis* autem dicuntur, quod comam alerent, id quod & barbari plerique faciebant.

654. *Bactra.*] Urbs & regio, in Scythiâ Asiaticâ, designant Imperium Orientis.





# CL. CLAUDIANI

## \* EPITHALAMIUM

### IN NUPTIAS

### HONORII ET \* MARIÆ.

#### ARGUMENTUM PRÆFATIONIS.

**U**T nuptiis Thetidis & Pelei Dii adsunt, Apollo Musæque canunt, sic & in nuptiis Honorii & Mariæ.

#### PRÆFATIO.

**S**urgeret in thalamum ducto cùm Pelion arcu,  
Nec caperet tantos hospita terra Deos;  
Cum focer æquoreus, numerosæque turba sororum  
Certarent epulis continuare dies,

#### INTERPRETATIO.

**C**um Pelion mons fornicatis ant- tanta Numina; cùm focer marinus, &  
tris, attolleretur in formam tha- ingens multitudo Nympharum sororum  
lami, neque tellus hospita contineret conarentur perpetuare dies in convivio;

#### ANNOTATIONES.

\* EPITHALAMIUM.] Hymnus in nuptiis cani solitus. Dicitur ab ἔπι, super, & ἄλαιμος, cubiculum conjugale.

\* MARIÆ.] Hæc erat filia Stilichonis Ducis fortissimi, de quo multa jam diximus.

1. Surgeret.] Attolleret fornices, ut Pelco & Thetidi thalamum præberet: hoc est, cùm Pelion mons Thessaliæ magnifi-

centius exornaretur, ac velut majori pompâ altius assurgeret, extentis sinuatque, in arcus speciem, antri sui fornicibus, ad celebrandas Pelei Thetidisque nuptias, ad quas Dii ipsi convenirent.

3. Socer.] Nereus pater Thetidis, quæ nupsit Pelco, cujus Pelei proinde erat focer.

Sororum.] Nereidum, maris Nympharum, quæ filiæ sunt Nerei & Doridis, idèoque Thetidis sorores.

Præberétque

- 5 Præberétquæ Jovi communia pocula Chiron ,  
Molliter obliquâ parte refusus equi ;  
Peneüs gelidos mutaret nectare fontes ,  
OEtæis fluerent spumea vina jugis ;  
Terpsichore facilem lascivo pollice movit  
10 Barbiron , & molles duxit in antra choros.  
Carmina nec superis , nec desplicuère Tonanti ,  
Cum teneris nossent congrua vota modis.  
Centauri , Faunique negant : quæ flectere Rhætôn ,  
Quæ rigidum poterant plectra movere Pholum ?  
Septima lux aderat cælo , totiêsqûe renatus

## INTERPRETATIO.

ac Chiron leniter inclinatus parte inflexâ equi, ministraret vinum idem Jovi, & hominibus; cum Peneus transformaret aquas frigidâs in nectar, & vina copiosa efflueret ex monte OEtæo; Terpsichore tetigit citharam mollem digitis luxuriantibus, & traxit in cavernam choros lascivientes, Cantilena

Terpsichores, neque Jovi injucunda fuerit, neque Diis aliis, cum agnoscerent nuptias esse convenientes cantibus tenellis, Centauri & Fauni insciantur cantus esse jucundos. Sed quæ carmina valebant tangere Rhætôn, quæ valebant tangere Pholum agrestem? Septima dies advenerat Cælo, & vesper toties

## ANNOTATIONES.

5. *Communias pocula.* ] Cum Chiron vinum idem Jovi, Diisque aliis, atque hominibus ministraret, ipse communis omnium pincerna: tum enim Dii dignati sunt communibus epulis uti, cum mortalibus.

*Chiron.* ] Centaurus, partim hominis, partim equi figuram habens. Possidebat regionem Thessalicam, circa montem Pelium: erat optimus, & Medicus, & Astronomus, Achillisque futurus præceptor.

6. *Molliter refusus.* ] Chiron in latius leniter reclinatus, eâ parte quâ equus erat.

7. *Peneus.* ] Fluvius Thessaliæ in Græciâ.

8. *OEtæis.* ] OEtæ mons est Thessaliæ; unde OEtæus dicitur.

9. *Terpsichore.* ] Τέρψις, delectatio, χορός, chorus, saltatio, hinc dicta est Terpsichore una ex Musis, quasi delectatio, voluptasque chori seu saltationis.

10. *Barbiron.* ] Barbitos est instrumentum musicum, multis intentum chordis.

12. *Vota.* ] Nuptiæ, quæ sunt vota & desideria parentum atque virginum.

*Congrua vota modis.* ] Id est modi cantusque congrui & convenientes votis seu

nuptiis, vel carmina digna festivitate nuptiarum.

13. *Fauni.* ] Sunt rustica Numina.

*Negant.* ] Centauri & Fauni negant molles Terpsichores cantus placere. Claudianus per Centauros Faunosque creditur carpere quosdam ineptos ætatis suæ censors, quibus versus suos non placuisse cognoverat.

*Quæ flectere Rhætôn.* ] Quæ porro plectra seu carmina movere possent Rhætum, Pholum, & alios Centauros agrestes, duos, intractabiles, & rusticis cantibus assuetos?

15. *Septima lux aderat.* ] Numerus septenarius apud antiquos celebratus, & præsertim in nuptiis. Donatus in Phormione Terentii; In nuptiis septimus dies instaurationem voti habet, ut in funere nonus dies, quo parentalia concluduntur. Macrobius: Hic numerus est, qui hominem concipi, formari, edi, vivere, ali, ac per omnes ætatum gradus tradi senectæ, atque omnino constare facit. Unde non mirum est hunc diem usurpari, & præcipuè cum agatur de Peleo & Thetide, unde nascitur Achilles patre major. Fortè & conjugium per sex dies celebratum, &

X


- Viderat exactos Hesperus igne choros.  
 Tum Phœbus, quo saxa domat, quo pertrahit ornos,  
 Pectine tentavit nobiliore lyram.  
 Venturumque sacris fidibus jam spondet Achillem.  
 20 Jam Phrygiæ cædes, jam Simoënta canit.  
 Frondoso strepuit felix Hymenæus Olympo.  
 Reginam resonant Othrys & Ossa Thetin.

## INTERPRETATIO.

*resurgens aspexerat suâ luce saltationes perfectas. Tunc Apollo impulit citharam plectro diviniore, quo mollit rupes, quo trahit arbores; & jam, Lyra sacratâ, promittit Achillem nasciturum esse, jam* | *prædicit clades Trojanas, jam Simoëntem. Hymen fortunatus personuit per Olympum frondentem: Othrys & Ossa repetunt nomen Regina Thetidis.*

## ANNOTATIONES.

- die septimo consummatum. Id quod conjicitur ex verbis sequentibus, *Frondoso strepuit*, &c. Hæc perbenignè mihi suppediravit nobilissimus doctissimisque Huëtius; ad quem, si quis in Claudiano nostro locus est difficilis, aut interpretibus intactus, velut ad inexhaustum eruditio- nis, & humanitatis fontem confugere soleo.
16. *Hesperus.* ] Seu vesper est stella se-  
 rotina, quæ matutinis horis dicitur Lu-  
 cifer & Phosphorus.
17. *Ornos.* ] Quaslibet arbores: species  
 pro genere.
18. *Nobiliore.* ] Apollo canit nobilius  
 diviniusque quàm Terpsichore.
19. *Spondet Achillem.* ] Apollo fatidi-  
 cus præcinit nasciturum esse Achillem,  
 ex hoc Pelei & Thetidis conjugio; ip-  
 sumque editurum esse Trojanorum cædes  
 ad fluvium Simoëntem in Troade.
21. *Frondoso Olympo.* ] Olympus mons  
 est altissimus Thessaliæ, sylvis frondenti-  
 bus variis in locis confusus. Virgilius:  
*Frondosum Olympum.*
- Hymenæus.* ] Vel Hymen, Deus Nuptia-  
 rum, vel Hymnus, qui canitur in laudem  
 nuptiarum, ut in hoc loco.
22. *Othrys & Ossa.* ] Sunt Thessaliæ  
 montes, qui sæpius in hac nuptiarum ce-  
 lebritate, resonant nomine Reginae The-  
 tidis, quæ nupsit Peleo Thessaliæ Regi.



## ARGUMENTUM LIBRI.

**H**ONORIUS amat, suspirat, poscit Mariam sibi promissam,  
 conqueritur de morâ. Subridet Cupido, volat ad montem Cy-  
 prium, matri Veneri denuntiat suum Triumphum. Venus gaudet,  
 festinat, & Diis maris plaudentibus Tritone investa, Amoribusque  
 comitata, Mediolanum petit: ejus adventu recedunt nubes, arma;  
 succedunt serenitas, lyrae, flores; paratur Thalamus. Hinc Mariam  
 vestit, ornat, eamque ducit venienti obviam Honorio. Post exerci-  
 tus gratulatur Theodosique Manibus, & Stilichoni, cujus laudes  
 celebrantur: votumque additur in gratiam nepotum.

## CARMEN X.

- H**AUSERAT insolitos promissæ virginis ignes  
 Augustus, pronoque rudis flagraverat æstu.  
 Nec novus unde calor, nec quid suspiria vellent  
 Noverat insipiens, & adhuc ignarus amandi.  
 5 Non illi venator equus, non spicula curæ:  
 Non jaculum torquere libet. mens omnis aberrat  
 In vulnus, quod fixit Amor. quàm sæpe medullis  
 Erupit gemitus! quoties incanduit ore  
 Confessus secreta rubor! noménque beatum  
 10 Injussæ scripsère manus! jam munera nuptæ  
 Præparat, & pulcros, Mariæ sed luce minores,

## INTERPRETATIO.

**H**onorius Imperator conceperat amorem ex Mariâ Stilichonis filiâ, velut ex fonte amorum plenissimo, hoc est ex puellâ omnium maximè amabili.  
 & inexpertus, incensus fuerat ardore prompto: & amens. & adhuc imperitus amoris non cognoscebat unde flamma illa recens nasceretur, nec quid gemitus significarent. Non ille curat equum venatorum, non tela: non juvat illum vibrare sagittas, totus animus occupatur in istu, quem Cupido fecit. Quàm crebrò suspiria exierunt ex pectore intimo! quoties rubor prodens arcana animi exarsit in vultu ejus! & quoties manus ejus ultro signaverunt felix nomen Mariæ! Jam deligit dona pro sponsâ, & vestes magnificas, sed inferiores tamen pulchritudine Mariæ:

## ANNOTATIONES.

1. **H AUSERAT.**] Honorius hauserat amorem ex Mariâ Stilichonis filiâ, velut ex fonte amorum plenissimo, hoc est ex puellâ omnium maximè amabili.  
 2. **Prono æstu.**] Amore prompto & proclivi, quod Mariæ forma videri non posset, quin amor conciperetur. Alii legunt *primo æstu*, id est primo amore: primi amores sunt vehementiores.  
 Rudis. ] Rudis & imperitus in arte amandi.  
 3. **Nec novus unde calor.**] Negligit venerationem, & alias exercitationes: ardet, suspirat, nec tamen cognoscit adhuc ea omnia ex amore provenire.  
 4. **Insipiens.**] Amens & velut extra se positus.  
 5. **Aberrat.**] Notum Proverbium, *Anima est magis, ubi amat, quàm ubi animat*. Itaque Honorii torus animus videtur esse extra illum, aberrat, exulat, & nihil spectat, nisi vulnus, quod amor fecit, hoc est semper se pascit amore Mariæ.  
 7. **Vulnus.**] Vulnus, ignes, flammam, de amore dici notissimum. Virgilius: *Vulnus alit venis, & caco carpitur igni*. Alii legunt: *In vultus quos sinxit*, vel *pinxit amor*: id est, animus ejus torus est in vultu Mariæ, quem amor ipsi representavit formavitque.  
 Medullis. ] Ex intimo cordis recessu.  
 9. **Rubor.**] Ruber subitus frontis, inter amoris indicia reponitur; Ovidius, *Et rubor in vultu pignora mentis habet*.  
 10. **Injussa.**] Manus scripserunt nomen beatum Mariæ, sed sponte, sed injussæ, quasi non ipse Honorius sentiret. Id quod accidit amantibus, suâque naturâ cogitatione aliquâ defixis, qui etiam canunt, nec canere se sentiunt.  
 11. **Luce.**] Pulchritudine micante lucis instar.



- Eligit ornatus, quidquid venerabilis olim  
 Livia, Divorūmque nurus gessere superbæ.  
 Inculsat spes ægra moras, longique videntur  
 15 Stare dies, segnemque rotam non flectere Phœbe,  
 Scyria sic tenerum virgo flammabat Achillem,  
 Fraudis adhuc expers, bellatricisque docebat  
 Ducere fila manus, & mox, quos horruit Ide,  
 Thessalicos roseo pectebat pollice crines.  
 20 Hæc etiam queritur secum: Quonam usque verendus  
 Cunctatur mea vota socer? quid jungere differt  
 Quam pepigit, castasque preces implere recusat?  
 Non ego, luxuriam Regum, morēque secutus,  
 Quæsiui vultum tabulis, ut nuntia formæ  
 25 Lena per innumeros iret pictura penates:

## INTERPRETATIO.

deligit scilicet, quidquid Livia veneranda tulit quondam, & quidquid nurus gloriosa Deorum tulerunt. Spes Honorii inquietam damnat moras; & dies longiores videntur consistere, & Luna videtur non volvere currum inertem. Ita Deidamia puella Scyri, ignara adhuc doli, inflammabat Achillem juvenem; & instruebat manus bellicas Achilles ad fila nenda; & pollice purpureo pectebat capillos Thessalicos, quos mox Troja formidavit. Honorius sic quoque conqueritur secum: quousque socer venerandus Stilicho differt mea desideria? Quare procrastinat conjungere mihi virginem, quam promisit, & refugit cumulare preces meas pudicas? Haud ego imitatus pompam & consuetudinem regum, exquisivi pulchritudinem per simulachra aliqua, ut imago illa adulatrix nuntia pulchritudinis circumferretur per domos innumerabiles,

## ANNOTATIONES.

12. *Venerabilis Livia.*] Augusti conjux, quæ inter Deos relata est, ideoque veneratione digna.

*Nurus gessere.*] Adulatio Poëtica, quasi hæc ornamenta jure hæreditatis ad Honorium venirent.

14. *Spes ægra.*] Non quod spes sit ægra, sed quod curis continuis reddat sollicitum & ægrum amantem, Virgilius:

*Ægram vanâ spe lusit amantem.*

*Moras.*] Sallustius: *Animo cupienti nihil satis festinatur.*

15. *Stare.*] Dies non fluere, sed stare videntur; adeo longi apparent!

*Scyria.*] Apud Lycomedem Scyri Ægæi maris insulæ regem Achilles à matre Thetide bellum Trojanum filio funestum timente, habitu muliebri occultatus fuerat. Tum Deidamia Regis filia, ab Achille compressa peperit Pyrrhum, Neoptolemum dictum.

16. *Flammabat.*] Amore vehementer inflammabat.

17. *Fraudis adhuc.*] Nondum gnara fraudis, quæ Achilles veste puellari indutus seipsam decepit.

18. *Horruit Ide.*] Ida mons Trojæ, seu potius ipsa Troja tremuit, adventu Achillis pulchrè capillati: *Lucianus:* Quam speciosa Cæsaribus! quam terribilis in bellatoribus! quam decora in adolescentibus! &c.

19. *Thessalicos crines.*] Pectebat crines Achillis Thessali: hunc enim Phthia urbs Thessaliæ genuerat.

20. *Queritur.*] Ob amoris impatentiam.

23. *Non ego.*] Non petivi, ut pulcherrimarum Principum imagines pictæ ad me mitterentur; id quod faciunt Reges ad pompam & ostentationem.

25. *Lena.*] Ut imago adulatrix, lepo

Nec variis dubium thalamis lecturus amorem  
 Ardua commisi falsæ connubia ceræ.  
 Non rapio præceps alienæ fœdera tædæ,  
 Sed quæ sponfa mihi pridem, patriisque relicta  
 30 Mandatis uno materni sanguinis ortu  
 Communem partitur avum. fastigia supplex  
 Deposui, gessique procum. de limine sacro  
 Oratum missi proceres, qui proxima nobis  
 Jura tenent, fateor, Stilicho, non parva poposci:  
 35 Sed certè mereor princeps, hoc principe natus,  
 Qui sibi te generum fraternâ prole revinxit,

## INTERPRETATIO.

*Neque ego electurus amorem ambiguum* | *abjeci majestatem imperatoriam, & egi me*  
*facturum thoros diversos, credidi speciei fal-* | *procum. Primores, qui occupant locum pro-*  
*laci conjugia difficilia. Non ego temerarius* | *pinquū nobis, missi sunt ex aulâ sacrâ ro-*  
*aufero pactum alieni matrimonii, sed eam,* | *gaturi. Confiteor, ô Stilicho, non petivi rem*  
*quæ desponsata est mihi, & data imperio* | *exiguâ, at quidem hac dignus sum ego Im-*  
*patri mei, vindicat sibi avum communem* | *perator oriundus tali Imperatore Theodosio,*  
*unâ origine generis materni, Ego precaturus* | *qui devinxit sibi te generum per filiâ fratris.*

## ANNOTATIONES.

cinans, & amoris conciliatrix circumfer-  
 retur per domos. *Lena* autem dicitur,  
 quasi fungatur officio lenæ, dum puellas  
 minus decoras, adulante penicillo depi-  
 ctas ostentat principibus, quos sic ad  
 amorem & matrimonium accendit, de  
 eo nunquam cogitaturos, nisi talibus le-  
 nociniis decepti fuissent. Ovidius, *maxi-*  
*ma lena mora est*, id est maxima amoris  
 conciliatricula. Alii hoc verbum *lena* aver-  
 sati legunt *lava*, id est favorabilis, ut  
 apud Virgilium, *Numina lava sinunt*.  
*Pictura.*] Mos ille antiquus mittendi  
 puellarum principum imagines, etiam à  
 nostris observatus. Missa enim est Hen-  
 rico Magno Mariz Medicæ effigies. Cæ-  
 terum, Claudianus arguit tacite factum  
 Eutropii, qui Flavii Promoti filiam, vel  
 Neptim egregie depictam Arcadio osten-  
 tans, illum vel solâ picturâ pellerit ad  
 nuptias.  
 26. *Nec variis, &c.*] Non elegi amo-  
 rem dubium, hoc est instabilem, & toties  
 mutandum, variisque thalamis occasio-  
 nem daturum, quoties nova virginum  
 aliarum imago mihi proponeretur.  
 27. *Ardua commisi.*] Non ego exposui,  
 credidi imaginî ceræ sæpe fallaci, conju-  
 gum meum, cum arduum ac difficile sit  
 optimè eligere, ac præsertim, cum vi-  
 dentur tantum imagines.  
 28. *Non rapio fœdera.*] Non rapio nu-  
 ptas, aut fœdere pactoque aliquo aliis  
 desponsatas. Sic Augustus abduxit Li-  
 viam etiam prægnantem.  
 29. *Patriisque relicta mandatis.*] Pro-  
 babile est Theodosium, antequam more-  
 retur, mandavisse, ut Honorius Mariam  
 Stilichonis filiam duceret in uxorem.  
 31. *Partitur avum.*] Theodosium senio-  
 rem; qui filios habuit Theodosium Ma-  
 gnum, & Honorium seniore; hujus  
 Honorii filiam Serenam Stilicho uxorem  
 duxerat: ex Serenâ & Stilichone nata est  
 Maria, quæ nubit Honorio juniore: hinc  
 & Honorius junior & Maria agnoscunt  
 communem, hæc proavum maternum,  
 ille avum paternum, Theodosium scilicet  
 seniore.  
*Fastigia.*] Ego, qui Imperatoris titulo  
 imperare poteram, me supplicem exhibui.  
 33. *Missi proceres.*] Hæc dicta sunt ad  
 Stilichonis laudem.  
 36. *Qui se tibi generum.*] Mereor Ma-  
 riam ego natus Theodosio, qui tibi dans  
 uxorem Serenam fratris sui Honorii fi-  
 liam, & à se adoptatam, te fecit suum  
 generum.

- Cui Mariam debes. fœnus mihi solve paternum.  
 Redde suos aulæ. mater fortasse rogari  
 Mollior. ô patrui germen, cui nominis hæres  
 40 Successi, sublime decus torrentis Iberi,  
 Stirpe soror, pietate parens, tibi creditus infans,  
 Inque tuo crevi gremio, partique remoto  
 Tu potius Flaccilla mihi. quid dividis ergo  
 Pignora? quid juveni natam non tradis alumno?  
 45 Optatusne dies aderit? dabiturne jugalis  
 Nox unquam? tati solatur vulnera questu.  
 Risit Amor, placidèque volat trans æquora matri  
 Nuntius, & totas jactantior explicat alas.  
 Mons latus Ionium Cypri præruptus obumbrat,  
 50 Invius humano gressu, Phariûmque cubile  
 Proteos, & septem despectat cornua Nili.  
 Hanc neque candentes audent vestire pruinx:  
 Hunc ventri pulsare timent; hunc lædere nimbi.

## INTERPRETATIO

cui debes Mariam. Repende mihi usuram paternam: restitue suos palatio. Serena mater Maria forsân facilius est exorari. O soboles patrui mei Honorii: cui ego Honorius successi hæres nominis ejusdem, ô Serena altus honor Iberi rapidi, soror gente, sed mater affectu, ego infans commissus sum tibi, & crevi in sinu tuo, & partu excepto, tu potius es mihi Flaccilla. Cur igitur separas filios tuos? Cur non das alumno tuo juveni filiam tuam? an non dies exoptatus veniet? an non nox nuptialis concedetur unquam? Honorius mulcet vulnus suum hac querelâ. Cupido subrisit, & statim evolat ultra maria, nuntius futurus matri blanda, atque superbiôr porrigit pennas omnes. Mons altus tegit latus Ionium Cypri, mons inaccessus pedibus hominum, despicit lectum Ægyptium Protei. & septem ostia Nili. Glacies alba non audent tegere hunc montem, venti metuunt hunc percutere, Nubes metuunt offendere hunc:

## ANNOTATIONES.

37. Cui debes. ] Cui Theodosio debes Mariam: hanc enim accepisti à conjuge Serenâ, quam ipse tibi dedit.  
 Fœnus solve. ] Da mihi Mariam, quæ mihi erit velut fœnus & merces ampliorum, quæ debes patri meo Theodosio.  
 38. Aulæ. ] Redde suas Principes aulæ Cæsareæ.  
 39. O patrui germen. ] O Serena filia patrui mei Honorii senioris, cujus nomen ego Honorius velut hæres gero.  
 40. Torrentis Iberi. ] Fluvii Hispaniæ, sed ponitur pro ipsâ Hispaniâ.  
 41. Stirpe soror. ] Nam Serena adoptata fuerat à Theodosio patre Honorii.  
 42. Partique remoto. ] Si partum demas, tu potius mihi mater es, quàm Flaccilla. Hæc obiit, Honorio puero admodum relicto. Ea porrò non minùs dicenda est mater, quæ affectu materno educavit, quàm quæ genuit.  
 44. Pignora. ] Quid separas Mariam & Honorium, quos aut spectas, aut spectare debes, ut proprios liberos.  
 49. Latus Ionium Cypri. ] Cyprus insula maris Mediterranei credita est Veneri sacra sedes, ob amœnitatem; & quia ad eam nata est; Ionium latus, id est quâ Cyprus respicit mare Ionium, quod ad Ægyptum usque extenditur.  
 50. Phariûmque. ] Id est, Ægyptium, à Pharo parvâ olim Nili insulâ, ad quam Porteus ille formarum mutatione insignis stabulabat.  
 51. Septem cornua. ] Septem ostia Nili, qui inde dicitur à Virgilio, Septemgeminus.  
 53. Venti pulsare timent. ] Monti V-

- Luxuriæ Venerique vacat. pars acrior anni  
 55 Exulat. æterni patet indulgentia veris.  
 In campum se fundit apex. hunc aurea sepes  
 Circuit, & fulvo defendit prata metallo.  
 Mulciber, ut perhibent, his oscula conjugis emit  
 Mœnibus, & tales uxori obtulit arces.  
 60 Intus rura micant manibus quæ subdita nullis  
 Perpetuùm florent Zephyro contenta colono:  
 Umbrosùmque nemus, quo non admittitur ales,  
 Ni probet antè suos Divâ sub iudice cantus.  
 Quæ placuit, fruitur ramis: quæ victa, recedit.  
 65 Vivunt in Venerem frondes, omnisque vicissim  
 Felix arbor amat. nutant ad mutua palmæ  
 Fœdera. populeo suspirat populus ictu;  
 Et platani platanis, alnôque affibilat alnus.  
 Labuntur gemini fontes. Hic dulcis, amarus  
 70 Alter, & infusis corrumpunt mella venenis,  
 Unde Cupidineas armavit fama sagittas.  
 Mille pharetrati ludunt in margine fratres,  
 Ore pares, habitu similes, gens mollis Amorum.

## INTERPRETATIO.

Hic servit voluptatis & Veneri. Pars violentior anni expellitur. Clementia veris perpetuus aperitur. Vertax montis extendit se in planitiem. Aurata sepes cingit hunc. & tuerur prata metallo fulvo. Vulcanus, ut aiunt, emisit basia uxoris suæ, his muris. & ipse uxori dedit sales turres. Intus agri splendent, qui nullis subacti manibus, & contenti Favonio cultore, florent continuo: & intus sylva est frondosa, in quâ avis non recipitur, nisi prius sub Deâ iudicante probet conceptus suos. Quæ avis probata est, positur sylva; quæ superata est, abit. Folia vivunt pro Venere, & arbor omnis fortunata amat mutuo. Palma annuunt ad amicitiam reciprocam: populus gemit impulsu populeo; & platani ad-murmurant platanis, & alnus alno. Fontes duo hic fluunt. Unus dulcis est, alter est amarus, & inficiunt mella venenis immixtis, quibus fama armavit tela Cupidinis. Mille fratres pharetrati, qui sunt genus blandum Amorum, colludunt in ripâ, similes vultu, similis veste.

## ANNOTATIONES.

- neris nullam hyemem, ver perpetuum tribuit. Hæc enim Dea est serenitatis, risuùmque & voluptatis.  
 55. *Patet.* ] Aperitur, porrigitur: omnia quippe verno tempore explicantur, aperiuntur.  
 58. *Mulciber.* ] Vulcanus omnia opera insignia, & duratura, facere fingitur.  
 59. *Uxori.* ] Qui uxori placere gestit.  
 61. *Zephyro.* ] Carus Veneri ventus, cujus uxor Flora, seu Zephyritis, Veneri itidem cara.  
 66. *Felix arbor.* ] Frugifera, fœcunda. Arbores autem à Poëtis amare finguntur, cum levi Zephyro pulsæ sese osculantur.  
*Nutant palma.* ] In palmis duplex sexus agnoscitur: si hinc inde ad ripas exurgant mas & fœmina, inclinare & admove se se videntur velut ad oscula.  
 69. *Dulcis, amarus.* ] Fontium montis Veneri, alter dulcis est & melle plenus, cum felix amor; alter amarus, & felle infestus, cum infelix amor est.  
 71. *Unde.* ] In utroque fonte amor sagittas tingit: est enim & melle & felle fœcundus.

- Hos Nymphæ pariunt, illum Venus aurea solum  
 75 Edidit. ille Deos cælumque & sidera cornu  
 Temperat, & summos dignatur figere reges.  
 Hi plebem feriunt. nec cætera numina desunt.  
 Hic habitat nullo constricta Licentia nodo,  
 Et flecti faciles Iræ, vinoque madentes  
 80 Excubiæ, Lacrymæque rudes, & gratus amantum  
 Pallor, & in primis titubans Audacia furtis,  
 Jucundique Metus, & non secura Voluptas;  
 Et lasciva volant levibus Perjuria pennis.  
 Hos inter petulans altâ cervice Juventas  
 85 Excludit Senium loco. procul atria Divæ  
 Permutant radios, silvæque obstante virescunt.  
 Lemnius hæc etiam gemmis extruxit & auro,  
 Admiscens artem pretio, trabibusque smaragdis

## INTERPRETATIO.

*Nympha producant hos: pulchra Venus peperit illum solum Cupidinem. Ille moderatur arcu suo Deos, Cælum, & Astra; & dignatur ferire reges supremos: hi Amores percutiunt vulgus. Neque numina alia hic absunt. Hic Licentia nullis compressa catenis manet, & Ira prompta excitari, ac Vigilia ebria vino, & Fletus juveniles, & Pallor jucundus amantum, & Audacia* tremens in furtis prioribus, & Metus dulces, & Voluptas non tuta, & Perjuria impudica volitant ventis velocibus. Inter quos Deos Juventas impudens celso capite, expellit ex sylvâ Senectutem, Palatium Dea longè mutat splendorem, & florescit nemo re invito, Vulcanus construxit hoc etiam ex gemmis & ex auro, conjungens industriam, & subjecit trabibus smaragdis

## ANNOTATIONES.

75. Deos Cælumque. ] Omnia vincit amor, superos quoque, Muretus, Poëtæ tamen in Minervam & in studiorum præfides Musas nihil Veneri, nihil Cupidini, juris esse voluerunt.

76. Dignatur. ] Reges tantum dignos putat, quos suis ligat telis.

77. Numina. ] Alia sunt Numina, vel potius aliæ pestes, quæ comitantur amorem: tales sunt Licentia, Iræ, &c.

79. Ira. ] Terentius: *Amantium ira, amoris redintegratio est. Vino madentes.* ] Item Terentius: *Sine Cære & Libero friget Venus.*

80. Excubia. ] Solitæ agi ad fores Amasiarum.

*Lacryma rudes.* ] Effusæ à juvenibus rudibus, & primos tum amores expertis.

83. Perjuria. ] Ovidius: *Juppiter ex alto perjuria videt aman-*

*tum.*  
*Et jubet Æolios irrita ferre Notos.*  
 At contra Propertius: *Non semper placidus perjuros ridet amantes Juppiter.*

89. Permutant. ] Palatia aurea ob varium lucis repercussum, radios identidem permutare videntur.

*Virecunt.* ] Etiam invitâ & obstante sylvarum opacitate. Vel Palatia hinc auro, inde smaragdis nitentia, modò radios flavos, modò virides emittunt, atque permutant.

87. Lemnius. ] Vulcanus, qui habitat modò Lemnon insulam, in mari Ægæo, modò Ætnam.

88. Trabibusque smaragdis. ] Trabibus, quæ sunt smaragdi. Sic Stautius dixit *turmas hostes*: Persius *Herom sensus*. Smaragdus autem est gemma coloris viridis.

Supposit

- Supposuit cælas hyacinthi rupe columnas.  
 90 Beryllo paries, & iaspide lubrica surgunt.  
 Limina, despectusque solo calcatur achates.  
 In medio glebis redolentibus area dives  
 Præbet odoratas messes. hic mitis amomi,  
 Hic casia matura seges, Panchaia turgent  
 95 Cinnama, nec sicca frondescunt vimina costo,  
 Tardaque sudanti prorepunt balsama ligno.  
 Quò postquam dilapsus Amor, longasque peregrin  
 Penna vias; alacer, passusque superbior intrat.  
 Cæsariem tunc fortè Venus subnixa corusco  
 100 Fingeat folio. dextrâ lævâque sorores  
 Stabant Idaliæ. largos hæc nectaris imbres  
 Irrigat: hæc morsu numerosi dentis eburno  
 Multifidum discrimen arat: sed tertia retro

## INTERPRETATIO.

*columnas recisas ex lapide Hyacinthi, Murus ex Beryllo, & limina lævia ex iaspide attolluntur, & ex Achate sperto. In medio planities locuples fundit messes fragrantis fructus bene olentibus. Hic est copia exquisitissima amomi suavis, & via sternitur casia. Cinnama Arabica abundant; neque rami sybiæcunt, costo arente, neque balsama sera stillant ex caudice lacrymanti.*

*Quò posteaquam Cupido descendit, & alacrus absolvit iter longum, ingreditur lætus, & gloriosior incessu. Tum fortè Venus innixa folio micanti comebat capillos. Sorores Idalia Charites adstabant ad dextram & sinistram. Hæc adspersit comæ ipsius copiam ingentem ambrosia: hæc separat differentiam multiplicem crinium, cum pectine eburneo habente multos dentes: At tertia*

## ANNOTATIONES.

89. *Hyacinthi, &c.*] Vide v. 587. & 588. iv. Conf. Hon.  
 90. *Beryllo.*] Gemma subviridis in India frequens.  
*Lubrica.*] Limina lævia, facta ex iaspide lævi, politissima. Iaspis est gemma ex genere viridium, sed tamen varii sunt hujus colores & species.  
 91. *Calcatur.*] Quasi solum sternatur Achate, ex quo stratum sit pavimentum. Achates est gemma versicoloribus venis ita distincta, ut nemorum, fluviorum, montium, nonnunquam & curruum speciem referat. Laudatur à Plinio Pyrrhiæ achates, in quo novem Musæ & Apollo spectabantur.  
 92. *Glebu.*] Hæc sunt frusta aut thuris aut myrrhæ.  
 94. *Matura seges.*] Collecta in ipsâ maturitate, & ideo exquisitior.  
*Panchaia.*] Panchazi populi habitant deserti Sabæ, ubi thus optimum. Alii legunt *Panchaia* ob Panchaiam regionem Arabiæ thure & aromatis divitem.  
 95. *Costo.*] Costum est Persidis arbor, quæ unguentum pretiosissimum fundit, in monte Veneris, non sicco caudice, sed abundante.  
*Vimina.*] Sunt rami lentis, qui facili flexuntur.  
 96. *Prorepunt.*] Non balsama lenta guttatim prorepunt, stillant, sed uberrime effluunt.  
 97. *Quò.*] Quem locum, quod Veneris palatium postquam Amor attingit.  
 98. *Superbior.*] Gloriosior, & ipso incessu jactantior, quòd fixerit Honorium.  
 100. *Sorores.*] Charites seu Gratia administræ Veneris. Charites porro sunt tres Aglaia seu Pasithea, Thalia, & Euphrosyne.  
 103. *Multifidum discrimen arat.*] Crines ita pectit, ut arare videatur, còsque discriminare filios in multas partes.

- Dat varios nexus, & iusto dividit orbes  
 105 Ordine, neglectam partem studiosa relinquens.  
 Plus error decuit: speculi nec vultus egebat  
 Judicio. similis tecto monstratur in omni,  
 Et rapitur quocunque videt, dum cingula cernit,  
 Sæque probat, nati venientis conspicit umbram;  
 110 Ambrosiôque sinu puerum complexa ferocem,  
 Quid tantum gavisus, ait? quæ prælia sudas,  
 Improbe? quis jacuit telis? iterumne Tonantem  
 Inter Sidonias cogis mugire juvencas?  
 An Titana domas? an pastoralia Lunam  
 115 Rursus in antra vocas? durum magnûmque videris  
 Debellasse Deum. suspensus in oscula matris  
 Ille refert: Latere, parens. immane tropæum  
 Rettulimus. nostrum jam sensit Honorius arcum.

## I N T E R P R E T A T I O.

*nectis cincinnos diversos, & discriminat rotulas serie aequali, omittens consultò partem comarum velut contemptam. Negligentia magis convenit. Neque facies indigebat approbatione speculi. Similis Venus apparet in totâ domo, & trahitur quemcumque afficiat locum. Dum videt omnia, & approbat se; spectat umbram filii advenientis. Ac Venus amplexata gremio suo immortalis natum superbum; Cur, inquit,*

*adeo lætaris? ob qua sudas certamina? maligne? Quis prostratus est jaculis tuis? an cogis rursus Jovem mugire inter boves Phœnicia? an vincis solem? an evocas iterum Lunam in cavernas pastorales? Videris mihi superasse Deum aliquem ferocem & ingentem. Ille Cupido inclinans se ad matrem osculandam, respondet: Gaude, ô mater, Reportavi victoriam maximam. Honorius nunc sensit tela nostra,*

## A N N O T A T I O N E S.

104. *Orbes.* ] Rotulas, spiras, comarum, seu capillos in orbem replicatos, & ut ait Ovidius, *in statione positos.*

106. *Error decuit.* ] Non est error, sed negligentia quædam, quæ videri posset error, & quæ magis decora est, quàm si coma composita esset diligentia accuratissima.

*Speculi.* ] Non indigebat speculo, quia tota domus crystallina, & gemmata speculum erat.

107. *Et rapitur.* ] Quocumque vertat oculos, ea rapitur, hoc est tota effigies trahitur atque exhibetur in auribus crystallinis, aureis, gemmatis.

109. *Sæque probat.* ] Dum se approbat, & considerat, exploratque, an sua pulchritudo ex ipsâ crystalli inspectione sit probatissima.

110. *Ambrosio.* ] Βροτός *mortalis*: ἀθάνατος *immortalis*: hinc ambrosius, id est

fragens spiransque suavitatem immortalitatis.

112. *Tonantem mugire.* ] An iterum cogis amoris vi Jovem se in taurum transformare, & mugire inter boves Phœnicæ, ut Europam aliquam rapiat.

113. *Sidonias.* ] Sidon est urbs Phœnicæ; unde Sidonius & Phœnix promiscuè usurpantur: pars pro toto.

114. *Titana.* ] An vincis Solem, seu Phœbum; qui amavit Daphnen, & alias.

*Lunam.* ] An evocas Lunam in antra, ut Endymioni pastori placeat. Endymio per annos 30, observavit Lunæ cursum; inde habitus est Lunæ amasius.

115. *Durum.* ] Nullis vacantem deliciis.

*Cuspide.* ] Hastâ, potentiâ, non enim Stilicho est Imperator, sed Imperatoris vices obit.

- Scis Mariam, patrémque ducem, qui cuspide Gallos  
 120 Italiámque fovet: nec te præclara Serenæ  
 Fama latet. propera. regalibus annue voris.  
 Junge toros. gremio natum Cytherea removit:  
 Et crines festina ligat; peplúmque fluentem  
 Allevat, & blando spirantem numine ceston  
 125 Cingitur, impulsos pluviis quo mitigat amnes;  
 Quo mare, quo ventos, itatâque fulmina solvit.  
 Ut stetit ad litus, parvis hæc fatur alumniis:  
 Equis erit, pueri, vitreas qui lapsus in undas  
 Huc rapidum Tritona vocet, quo vecta per altum  
 130 Deferat? haud unquam tanto mihi venerit usu.  
 Sacri, quos petimus, thalami. pernitiùs omnes  
 Quærite, seu conchâ Libycum circumtonat æquor;  
 Ægeas seu frangit aquas. quicumque repertum  
 Duxerit, auratâ donabitur ille pharetrâ.  
 135 Dixerat, & sparsâ diversi plebe feruntur  
 Exploratores. pelagi sub fluctibus ibat.

## INTERPRETATIO.

Nosti Mariam & patrem ejus ductorem Stilichonem, qui regit hastâ suâ Italiâ & Gallos: neque fama illustris Serena incognita est. Festina, fave nuptiis Imperatoris. Conjunge horum thalamos. Venus repulit filium ex sinu suo, & prompta religat comam, & attollit vestem laxiorem, atque circumdat sibi cingulum respersum odore Diva amabilis, quo cingulo temperat fluvios tumentes imbribus, quo placat mare, quo ventos, & fulmina furentia. Postquam Venus constitit ad litus, sic alloquitur amores

alumnos teneros. Quis erit, ô pueri, qui currens ad aquas nitentes, huc adducat Tritonem velocem, quo ego invecta rapiar per mare? Numquam Triton venit ad me, in tanto opere. Conjugia, quæ nos adimus, sacra sunt: explorato omnes citius Tritonem, seu personat mare Libycum buccinâ, seu findit aquas maris Ægei: quicumque adduxerit invnetum, ille ornabitur pharetrâ aureâ. Venus sic locuta erat, & statim indagatores varii ex vagabunda Amorum multitudine eunt. Triton nabat sub undis maris

## ANNOTATIONES.

119. Gallos, Italiâ.] Stilicho præfectus erat Occidenti, sed Italiâ præsertim Galliamque nominat, quia dulcius id Stilichoni, qui eos à Barbaris liberaverat.

120. Serena.] Hæc uxor Stilichonis, Mariæque mater.

122. Cytherea.] Venus à Cytheris, vulgò Cerigo, insulâ maris Mediterranei, in quâ colebatur.

123. Peplum.] Peplus est vestis foemineæ, laxior.

124. Ceston.] Cestus, καὶ δὲ τὸ ῥῶ

καὶ τὴν pungere, est cingulum acupictum quo utebatur Venus, & quo placare dicebatur fluvios, mare, &c.

125. Impulsos pluvis amnes.] Id est torrentes.

129. Tritona.] Tritones sunt Veneris vectores ideòque Veneri sacri ut Palumbi, quòd fingunt Poëtæ ob eorum salacitatem.

130. Tanto usu.] Nunquam mihi Triton fuerit utilior.



- Carpathii Triton, obluſtantémque petebat  
 Cymothoën. timet illa ferum, ſeſéque ſequenti  
 Surripit, & duris elabitor uda lacertis.
- 140 Heus, inquit ſpeculatus Amor, num veſtra ſub imis  
 Furta regi potuère vadis? accingeré noſtram  
 Vecturus dominam. pretium non vile laboris  
 Cymothoën facilem, quæ nunc detrectat, habebis.  
 Hac mercede veni. prorupit gurgite torvus.
- 145 Semifer. undofî verrebant brachia crines.  
 Hiſpida tendebat biſido veſtigia cornu,  
 Quâ priſtis commiſſa viro. ter peſtora movit.  
 Jam quarto Paphias tractu ſulcabat arenas.  
 Umbratura Deam retrò ſinuatur in arcum
- 150 Bellua. tum vivo ſqualentia murice terga  
 Purpureis mollita roſis. hoc navigat oſtro  
 Fulſa Venus. niveæ delibant æquora plantæ.

## INTERPRETATIO.

*Carpathii*, & perſequatur Cymothoën reluctantem, illa metuit beſtiam, & ſubtrahit ſeſe illi prementi. & ipſa lubrica effugit ex brachiis ejus crudis. Heus, unus Amorem intuiſus illum, ait: Num amores veſtri potuerunt occultari ſub aquis profundis? præpara te, portaturus Reginam noſtram Venerem, conſequeris mercedem non parvam operis tui, ſcilicet Cymothoën docilem, quæ nunc renaiſ. Adveni ob hoc præmiæ. Semifer terribilis feſtinavit per mare, capilli madentes verrebant lacertos ejus. Quâ parte piſcis conjunctus eſt homini, ferebat pedes hiſtuſos cornu biſulco: ſer agitavit membra. Et jam quarto motu ſindebat mare Paphium. Triton ponè curvaſur in orbem, obumbraturus Deam. Tunc doſſum ejus rigens oſtro vivo temperatum eſt roſis purpureis. Venus innixa hæc purpurâ navigat: pedes candidi perſtringunt mare.

## ANNOTATIONES.

137. *Carpathii*.] Mare Carpathium dicitur ab inſulâ Carpatho ad oras Aſiæ minoris, inter Aegyptum & Rhodum, *Mer de Scarpanto*.
138. *Cymothoën*.] Eſt Triton ſcœmina, ſic dicta quod per fluctus currat *κύμα* fluctus, & *κύω* curro.
141. *Furta*.] Amores furtivi & clandeſtini.
- Detrectat*.] Concubituſ.
146. *Biſido cornu*.] Triton cdm deſinat in piſcem, non habet pedes biſculos, ſed branchias quaſdam biſculas ſub ventre, crurum ſimilitudinem habentes.
147. *Priſtis*.] Genus piſcis longiſſimi, ſed hic ponitur pro eâ parte Tritonis, quâ viro committitur.
148. *Paphias*.] Paphos eſt urbs Cypri Veneri ſacra.
149. *Umbratura*.] Triton, quâ parte bellua eſt, incurvat caudam immenſam, ut hac, quaſi fornice aut arcu triumphali obumbret Venerem, eamque à Solis ardoribus defendat.
150. *Squalentia murice*.] Doſſum Tritonis ſqualens rigensque ſquammiſ rubris aut violaceis, ideòque murici aut purpuræ ſimilibus, mitigatur roſis Veneri ſacris.
151. *Roſis*.] Veſtibus, aut contextâ ex roſis ſtragulâ purpureâ, ſeu Tritone tamquam navi vehitur. Flores ſpargere adventu Heroûm ſolebant: id accidit Alexandro, cui totas vias populû floribus ſternebant.
152. *Niveæ*.] Candidæ inſtar nivis,

- Prosequitur volucrum latè comitatus Amorum,  
 Tranquillúmque choris quatitur mare. ferta per omnem  
 155 Neptuni dispersa domum. Cadmeia ludit  
 Leucothoë, frenátque rosis delphina Palæmon,  
 Alternas violis Nereus interfert algas.  
 Canitiem Glaucus ligat immortalibus herbis.  
 Nec non & variis vectæ Nereïdes ibant  
 160 Audito rumore feris. hanc pisce volutam  
 Sublevat Oceani monstrum Tartessia tigris.  
 Hanc timor Ægæi rupturus fronte carinas  
 Trux aries. hæc cæruleâ suspensa leânâ  
 Innatat, hæc viridem trahitur complexa juvencum.  
 165 Certatimque novis ornant connubia donis.  
 Cingula Cymothoë, rarum Galatea monile,  
 Et gravibus Spatale bacchis diadema ferebat  
 Intextum, rubro quas legerat ipsa profundo.  
 Mergit se subito, vellitque coralia Doto.  
 170 Vimen erat, dum stagna subit. processerat undis:

## INTERPRETATIO.

Turba Amorum alatorum comitatur hanc undique; & mare placidum verberatur: ab his cœtibus, flores sparsi sunt per totum palatium Neptuni. Leucothoë Cadmeia lascivii, & Palæmon infranat rosis Delphinum. Nereus adjungit violis algas vicissim. Glaucus alligat canos graminibus æternis, & Nereïdes accepto murmure, inter vestra bestias diversis, ferebantur. Tigris Tartessia, portentum maris tollit hanc vectam pisce. Aries crudelis terror maris Ægæi fracturus fronte naves portat illam. Una sublimis in leânâ marinâ natat. Altera rapitur amplexata bovem viridem. Et cumulant certatim matrimonium muneribus recentibus. Cymothoë afferebat zonam; Galatea torquem pretiosum, & Spatale diadema insignitum gemmis pulcherrimis, quas ipsa collegerat in mari rubro. Doto mergit se repente, & avellit Corallium; quod frutex erat, cum intrat aquas, cum exiit aquis.

## ANNOTATIONES.

154. *Quatitur.* ] Chori Amorum Veneri famulantes remis quatunt mare.  
 155. *Cadmeia Leucothoë.* ] Ino Cadmi filia. Vid. v. 464. iv. Conf. Hon.  
 156. *Frenat rosis.* ] Frænis roseis vel ex rosâ nexis retinet Delphinum. Apuleius: *Auriga parvulus Delphini Palæmon.*  
 161. *Tartessia tigris.* ] Monstrum maris, quod visitur frequens citra Tartessum urbem Hispaniæ in extremâ Andaluziâ, habet similitudinem aliquamcum Tigride, unde ipsi nomen inditum est.  
 163. *Aries, leana, juvencus.* ] Sunt totidem monstra marina, ab animalium terrestrium similitudine sic appellata.  
 165. *Onerant connubia.* ] Cymothoë, Galatea, Spatale, Doto, Nymphæ marinæ, onerant Venerem gemmis suis, quibus Venus ornet connubia, onerétque novos conjuges.  
 167. *Gravibus* ] Gemmis gravibus, & ideo pulchrioribus. Vide v. 601. iv. Conf. Hon.  
 170. *Vimen erat.* ] Ovidius: *Sic quoque corallium, quo primum surgit in auras.*  
*Tempore durefcit, mollis suis herba sub undis.*

Gemma fuit. nudâ Venerem cinxere coronâ,  
Plaudentesque simul tali cum voce sequuntur.

Hos Mariæ cultus, hæc munera nostra precamur  
Reginæ Regina feras. dic talia nunquam

- 175 Promeruisse Thetin, nec cum soror Amphitrite  
Nostro nupta Jovi. devotum sentiat æquor,  
Agnoscat famulum virgo Stilichonia pontum.  
Victrices nos sæpe rates, classēque paternam  
Veximus, attritis cū tenderet ultor Achivis.

- 180 Jam Ligurum terris, spumantia pectora Triton  
Appulerat, lassosque fretis extenderat orbes.  
Continuò sublimè volans ad mœnia Gallis  
Condita, lanigeri suis ostentantia pellem  
Peruenit. adventu Veneris pulsata recedunt

- 185 Nubila. clarescunt puris Aquilonibus Alpes.  
Lætitæ causas ignorat dicere miles.  
Lætatūrque tamen. Mavortia signa rubescunt  
Floribus, & subitis animantur frondibus hastæ.  
Illa suum dictis affatur talibus agmen:

- 190 Gradivum, nostri comites, arcete parumper,

## INTERPRETATIO.

*margarita fuit. Cætus nudi circumdederunt Venerem, & unâ applaudentes prosequuntur eam hoc sermone. Rogamus te, ô Venus Regina, ut offeras Mariæ Regina hac ornamenta, & hac dona nostra. Dic ipsi Thetidem nunquam consecutam esse hos honores, neque Amphitriten sororem nostram, cū ea ducta est à Jove nostro Neptuno. Puella Stilichonia experiat mare sibi esse additū, cognoscat aquas famulantes. Nos frequenter tulimus naves triumphales, & classē patris ipsius, cū vindex rediret, Gracis profligatis. Jam*

*Triton admoverat sinibus Ligurum pectus spumosum, & porrexit arcus fessos in aquis. Et statim ille volans in alium advenit ad urbem adificatam à Gallis, ostendentem pellem suis mediâ parte lanati. Nubes expulsa diffugiunt, adventu Veneris; Alpes nitebant, Aquilonibus siccis: miles nescit asferre rationes gaudii, & tamen gaudet: vexilla Martis vernant floribus rubentibus, & Cuspides trundunt folia repentina. Illa Venus allocitur his verbis choros suos, ô comites nostri, removete tantisper Martem,*

## ANNOTATIONES.

175. *Thetin.*] Thetis etiam mater futura esset Achillis, hæc tamen non est consecuta.

176. *Jovi.*] Juppiter æquoreus pro Neptuno: Juppiter Stygius pro Plutone dicitur.

181. *Lassos orbes.*] Triton fatigatus exibat in aquis caudam orbiculatam, quâ obumbrabat Venerem.

183. *Lanigeri suis.*] Mediolanum à Gallis Insubribus conditum, ubi tunc de-

gebat Honorius, sic dictum à sue mediâ parte lanato in fundamentis reperto.

*Urbs quæ lanigero de sue nomen habet.* Sidonius Apollinaris.

185. *Puris Aquilonibus.*] Id est, puram aërem reddentibus sine pluvîâ scilicet, sine nube.

186. *Ignorat dicere.*] Dicit se ignorare.

188. *Animantur.*] Hastæ tridunt frondes, quasi animatæ essent ab ipsâ parente terrâ.

- Ut soli vacet aula mihi: procul igneus horror  
 Thoracum, gladiosque tegat vagina minaces.  
 Stent bellatrices aquilæ, lævique dracones.  
 Fas sit castra meis hodie succumbere signis.
- 195 Tibia pro lituis, & pro clangore tubarum  
 Molle lyræ, faustumque canant. epulentur ad ipsas  
 Excubias. mediis spirent crateres in armis.  
 Laxet terribiles Majestas regia fastus,  
 Et sociam plebem non indignata potestas
- 200 Confundat turbæ procures. solvantur habenis  
 Gaudia: nec leges pudeat ridere severas.  
 Tu festas, Hymenææ, faces; tu, Gratia, flores  
 Elige; tu geminas, Concordia, nocte coronas.  
 Vos, pennata cohors, quocumque vocaverit usus,
- 205 Divisâ properate manu, neu marceat ulla  
 Segnities. alii funalibus ordine ductis  
 Plurima venturæ suspendite lumina nocti.  
 Hi nostrâ nitidos postes obducere myrto  
 Contendant: pars nactareis adspargere tecta

## INTERPRETATIO.

ut aula sit mihi soli. Horribilis splendor  
 loricarum longè sit, & vagina occultet en-  
 ses minitantes. Aquila bellica figantur, &  
 dracones crudeles. Decet hodie castra cedere  
 vexillis meis. Tibia sonet pro lituis; &  
 pro strepitu buccinarum, lyra personent le-  
 niter & feliciter. Milites genio indulgeant  
 in ipsis stationibus: patera spument in me-  
 dio armorum. Majestas imperatoria remit-  
 tat superbiam verendam; & potestas im-  
 peratoris non repudians societatem populi

miscet primores multitudinî. Frana la-  
 xentur lætitiâ: neque Leges rigida erubef-  
 cant ridere. O Hymenææ, tu delige tadas  
 solennes, tu flores & Gratia; tu & Concor-  
 dia para coronas duas. Vos, & cœtus alatus.  
 festinate, turbâ vestrâ separatâ, quocum-  
 que utilitas impellit; & ne ulla pigris-  
 siâ langueat. Alii candelabris ordine rite dis-  
 positis, suspendite faces multas nocti immi-  
 nenti. Hi continentur ornare januas micantes  
 myrto nostrâ: pars veltrûm irrigare domum

## ANNOTATIONES.

193. *Dracones.*] Signis insculpti.  
 197. *Spirent.*] Crateres reddant opti-  
 mum odorem, spument & impleantur vini  
 copiâ, quæ spirare facit, seu quæ spiri-  
 tibus vivis & igneis homines implet &  
 inflammat.  
 200. *Confundat turba procures.*] Licen-  
 tiâ nuptiali.  
 201. *Leges ridere.*] Non leges rident,  
 sed Legislatores & Judices severi: causa  
 pro effectu.  
 202. *Hymenææ.*] Est hic filius Veneris,  
 seu adolescens Atheniensis, qui post li-  
 beraras à Piratis virgines intactas, datâ  
 optione, unam ex iis duxit, cum eâ felici-  
 ter vixit, ideoque est in nuptiis invocatus.  
*Faces.*] Nuptiales: hæ pingebantur in  
 manu Hymenæi: Hymenæus cum face &  
 coronâ pingi solitus.  
 203. *Concordia.*] Ea in nuptiis invocari  
 solita, & merito.  
 208. *Nostrâ myrto.*] Myrtus est arbor  
 sacra Veneti.

- 210 Fontibus, & flammâ lucos adolète Sabæos.  
 Pars infecta croco velamina lutea Serum  
 Pandite, Sidoniâsque solo prosternite vestes.  
 Ast alii thalamum docto componite textu.  
 Stamine gemmato, picturatisque columnis  
 215 Edificet apex: qualem non Lydia dives  
 Erexit Pelopi: nec quem struxêre Lyæo  
 Indorum spoliis & opaco palmite Bacchæ.  
 Illic exuvias omnes cumulate parentum:  
 Quidquid avus senior Mauro vel Saxone victis,  
 220 Quidquid ab innumeris socio Stilichone tremendus  
 Quæsit genitor bellis: quodcumque Gelonus  
 Armeniûsve dedit: quantum crinita sagittis  
 Attulit extremo Meroë circumflua Nilo:  
 Misit Achæmenio quidquid de Tigride Medus,  
 225 Cùm supplex emeret Romanam Parthia pacem.  
 Nobilibus gaxis opibûsque cubilia furgant  
 Barbaricis. omnes thalamo conferte triumphos.

## INTERPRETATIO.

aquis ambrosiis, & incendite igne sylvas  
 Sabæos: pars explicite vestes fulvas Serum  
 tinctas croco, & sternite solum stragulis pu-  
 pureis. Sed alii concinnato cubile textu eru-  
 dito. Vertex lecti extollatur filis gemmeis &  
 columnis picturatis: qualem non Lydia opu-  
 lenta extruxit Pelopi: qualem non Bac-  
 chantes condiderunt Baccho ex prædâ Indo-  
 rum, & ex umbraculis vitis. Illic conge-  
 rite spolia omnia parentum: quicquid  
 avus Theodosius senior comparavit dele-  
 tis Mauris vel Saxonibus: quicquid me-  
 tendus pater Theodosius, Stilichone co-  
 mitante collegit à bellis innumerabilibus,  
 quodcumque Geloni; vel Armeniis dede-  
 runt: quantum Meroë capillata telis, cir-  
 cumdata Nilo ultimo apportavit: quicquid  
 Medi miserunt de Tigride Achæmenio,  
 cùm Parthia humilis emeret pacem Ro-  
 manorum: lectus attollatur gaxis Regali-  
 libus, & divitiis barbarorum, aggerite  
 omnes victorias in lecto.

## ANNOTATIONES.

210. *Lucos Sabæos.*] Incendite tantam  
 thuris copiam, ut sylvæ ipsæ incendi vi-  
 deantur. Copiam thuris majorem tibi, ô  
 Leonida, mittimus, aiebat Alexander,  
 ne sis parvus in Deos. *Sabæi* autem sunt  
 populi Arabiæ thure divites, dicti δὲν  
 τῷ οὐέδω, *Venerari, colere*, quod  
 Dii thure colantur.

211. *Serum.*] Hi sunt populi extremi  
 Orientis, ultra Sinenses, unde Serica  
 advehuntur.

212. *Sidonias.*] Purpureas, à Sidone ur-  
 be Phœniciz purpuris commendatâ.

213. *Thalamum.*] Veteres genialem tho-  
 rum impensius ornare consueverant.

215. *Lydia dives.*] Regio minoris Asiæ,  
 Croeso & aurofero Pactolo insignis.

216. *Pelopi.*] Tantalii filio.

*Lyæo.*] Baccho δὲν τῷ λύφῃ *solvere*,  
 quod solvat curis animos.

219. *Mauro.*] Mauri sunt Africæ populi:  
 Saxones Germaniz.

221. *Gelonus.*] Geloni sunt populi Scy-  
 thiz.

222. *Armenius.*] Armenia regio est  
 Asiæ.

223. *Meroë.*] Insula facta à Nilo vulgò  
*Guegueres*, cujus populi sagittas suis crini-  
 bus indebant.

224. *Achæmenio.*] Persico: Achæme-  
 nia enim est pars Persidis, à Rege Achæ-  
 mene.

227. *Omnes triumphos.*] Omnes cumu-  
 late fructus omnium triumphorum.

Sic

- Sic ait, & sponsa petit improvisa penates.  
 Illa autem secuta tori, tædæque parari  
 230 Nescia, divinæ fruitur sermone parentis,  
 Maternòsque bibit mores, exemplàque discit  
 Prisca pudicitia: Latios nec volvere libros  
 Definit aut Graios, ipsa genitrice magistrâ,  
 Mæonius quæcumque senex, aut Thracius Orpheus,  
 235 Aut Mitylenæo modulatur pectine Sappho.  
 Sic Triviam Latona monet: sic mitis in antro  
 Mnemosyne docili tradit præcepta Thaliam.  
 Cum procul augeri nitor, & jucundior ær  
 Attonitam lustrare domum, fundique comarum  
 240 Gratus odor. mox vera fides. numenque refulsit.  
 Cunctatur stupefacta Venus. nunc ora puellæ,  
 Nunc flavam niveo miratur vertice matrem.  
 Hæc modò crescenti, plenæ par altera Lunæ,  
 Assurgit ceu fortè minor sub matre virenti

## INTERPRETATIO.

*Venus loquitur, ita & inexpectata vadit domum sponsa Maria, illa autem Maria non sollicita de matrimonio, & ignara nuptias præparari sibi, posita colloquiis matris divinæ Serenæ, & imbibit animo Virtutes maternas, atque ediscit exempla antiqua castitatis, neque cessat legere libros Latinos vel Græcos, matre ipsâ præceptrice. Legit quæcumque senex Mæonius canis, aut Orpheus Thracius, aut Sappho canis pletho Mitylenæo. Latona ita admo-* *net Dianam: ita Mnemosyne lenis dat in recessu suo documenta Thalia ingenua. His Maria vacat, cum splendor longè cœpit crescere, & ær purior illustrare domum admirantem, ac suavis odor capillorum dispergi. Statim veritas patuit, & Dea effulsit. Venus attonita remanet: modò obstupescit pulchritudinem igneam filia, modò matrem micantem capite cano: una similis est Luna crescenti, altera plena Luna: quemadmodum laurus fortè inferior*

## ANNOTATIONES.

228. *Improvisa.*] Ipsa inexpectata, & ex improvise adveniens.

230. *Nescia.*] Felicem virginem, cui Numina student inapensius, dum vacat ipsa, & fruitur innocentia ætatis.

*Divina fruitur sermone parentis.*] Serenæ, quæ docta erat, & Doctorum patrona, ut Proba mater Probi & Olybrii, & Cornelia mater Gracchorum.

234. *Mæonius senex.*] Homerus, natus, secundum aliquos, ad Mæonem fluvium Afiz minoris.

235. *Mitylenæo.*] Mitylene est Urbs in Lesbos maris Ægæi insula, ubi nata Sappho poetria excellentissima.

236. *Triviam.*] Dianam in triviis colit

solitam.

237. *Mnemosyne.*] Hæc ex Jove in serpentem versa, novem Musas peperit.

*Thalia.*] Una est Musarum, sic dicta; ὁπὸ τοῦ θάλλειν, *florere*, quod Poëtarum laudes in dies magis ac magis efflorescant.

241. *Cunctatur.*] Venus stat velut dubia & suspensa, quam magis admiretur, an matrem Serenam, an filiam Mariam? quarum hæc, formâ ignis instar micant; illa, venerabili canitie, conspicua est.

244. *Sub matre.*] Arbor enim est mater alterius, Horatius, *Sylvæ filia nobilis*.

- 245 Laurus; & ingentes ramos, olimque futuras  
 Promittit jam parva comas: vel flore sub uno  
 Ceu geminæ Pæstana rosæ per jugera regnant.  
 Hæc largo matura die, saturataque vernis  
 Roribus indulget (spatio: latet altera nodo,  
 250 Nec teneris audet foliis admittere soles.  
 Adstitit, & blandè Mariam Cytherea salutat.  
 Salve fidereæ proles Augusta Serenæ,  
 Magnorum soboles Regum, parituraque Reges.  
 Te propter Paphias sedes, Cyprumque reliqui,  
 255 Te propter libuit tantos explere labores.  
 Et tantum tranasse maris, ne vilior ultra  
 Privatos paterere lares, neu tempore longo  
 Dilatos juvenis nutriret Honorius ignes.  
 Accipe fortunam generis, diadema resume,  
 260 Quod tribuas natis. & in hæc penetralia rursus,  
 Unde parens progressa, redi. fac nulla subesse  
 Vincula cognatæ: quamvis aliena fuisses.  
 Principibus, regnum poterat hoc ore mereri.

## I N T E R P R E T A T I O.

*attollitur sub matre virentis, & paron-  
 jam pollicetur ramos magnos, & verticem  
 suorum aliquando: vel quemadmodum  
 una rosa triumphans sub uno ramulo per  
 agros Pæstanos: hac matrem ob multum  
 compita, & satiatam voribus Veris, porrigitur  
 in loco, altera delitescit sub nodo, neque  
 audet recipere calores frondibus delicatis.  
 Venus stetit propè, & alloquitur officiosè  
 Mariam. Ave ô filia Augusta Serena di-  
 vina, progenita ab Imperatoribus inge-  
 nibus, & progenitura Imperatores: tui  
 causâ deserui palatium Paphi & Cyprum:*

*tui causâ juvit perficere tantum laborem.  
 & transire tantum maris: ne tu diu-  
 tius minus honorata, quàm par est re-  
 maneres in domo privata, nève Hono-  
 rius juvenis aleret per tempus longius  
 amorem dilatum. Fruere felicitate gen-  
 tis tue, & recipe diadema, quod des  
 filiis tuis: ac revertere iterum in hanc  
 Regiam, unde mater tua orta est. Esto,  
 nulla supersint jura cognationis: etsi non  
 fores cognata Imperatoribus, poterat ta-  
 men promereri Imperium ob hanc pul-  
 chritudinem.*

## A N N O T A T I O N E S.

246. *Comas.* ] Ostendit spem comæ  
 cujusdam eximie.

*Flore sub uno.* ] Sub uno ramulo flo-  
 rido.

247. *Pæstana.* ] Urbs Pæstum est in Ca-  
 labriâ, Italiz regione, in quâ bis per an-  
 num nascuntur rosæ. Virgilius:

— biferique rosaria Pæsti.

248. *Matura.* ] Quali matura sit, quod  
 largam & copiosam multorum dierum lu-  
 cem hauserit.

257. *Paterere.* ] Ne sustineres te rema-

nere diutius in privata domo, quæ te in-  
 digna erat.

259. *Fortunum.* ] Fruere felicitate gene-  
 ris tui, hoc est Augustâ dignitate, quæ  
 tibi deberet, & propter genus tibi com-  
 mune cum Honorio, & propter pulchri-  
 tudinem tuam.

*Diadema resume.* ] Quod jure cognat-  
 ionis cum Theodosio habere debebas.

261. *Parens progressa.* ] Tua quippe ma-  
 ter agnoscit avum Theodosium senioreta,  
 cujus nepos est Honorius.

- Quæ propior sceptris facies? quis dignior aulâ  
 265 Vultus erit? non labra rosæ, non colla pruinæ,  
 Non crines æquant violæ, non lumina flammæ.  
 Quam juncto leviter sese discrimine confert  
 Umbra supercilii! miscet quam iusta pudorem  
 Temperies! nimio nec sanguine candor abundat.  
 270 Auroræ vincis digitos, humerisque Dianæ.  
 Ipsam jam superas matrem. si Bacchus amator  
 Dotali potuit cælum signare Coronâ,  
 Cur nullis virgo redimatur pulchrior astris?  
 Jam tibi molitur stellantia ferta Bootes,  
 275 Inque decus Mariæ jam sidera parturit æther.  
 I digno nectenda viro, tantique per orbem  
 Consors imperii! jam te venerabitur Ister.  
 Nomen adorabunt populi. Jam Rhænus & Albis  
 Serviet. in medios ibis Regina Sicambros.  
 280 Quid numerem gentes, Atlanticisque recessus  
 Oceani? toto pariter dotabere mundo.  
 Dixit, & ornatus, dederant quos nuper ovantes

## INTERPRETATIO.

*Qua forma dignior erat sceptro? qua facies dignior Regiâ? rosa non adæquant labra, non nives collum, non viola capillos, non ignis oculos. Umbra supercilii quàm leniter producit sese differentiâ conjunctâ! quàm equalis temperies affundit ruborem! neque candor affluit sanguine nimio! superas digitos Aurora, cervicem Diana, jam vincis matrem ipsam. Si Bacchus amans potuit cælum insignire coronâ conjugali, quare puella formiosior Ariadne, nullis ornatur sideribus? jam*

*Bootes præparat tibi ferta sidera, & cælum jam parit astra in honorem Mariæ. Mariæ conjungenda viro merito, & socia futura imperii tanti per orbem. Jam Danubius colet te. Gentes omnes colent nomen tuum, jam Rhænus, & Albis obediunt tibi: incedes tu Imperatrix in Sicambros medios. Quare commemorem populos, & fines Atlanticæ Oceani? Dotaberis equaliter orbe universo. Venus sic locuta est: & accommodat cervici, & corpori Mariæ splendens.*

## ANNOTATIONES.

266. *Viola.* ] Non æquant crines subnigros, & violis similes.  
 268. *Supercilii.* ] Supercilia sese producant, sese conferunt separata à se invicem quodam discrimine, quod tam leve est ut juncta esse videantur.  
 269. *Candor.* ] Ita temperatus est, huic ut nimius sanguis non officiat.  
 270. *Digitos.* ] Roseos, Aurora dicitur ποδάρις, id est, digitos roseos habens.  
 271. *Superas matrem.* ] Pulchrior es, quàm fuit tua mater.  
 272. *Coronâ.* ] Ariadnem Minois filiam amavit Bacchus, ejusque coronam inter astra retulit.  
 274. *Bootes.* ] Supra in ist. Conf. Hon. v. 170.  
 279. *Sicambros.* ] Hi sunt bellicosissimi Germaniæ populi.  
 280. *Atlanticisque recessus.* ] Loca remota Africa, quæ ab Oceano Atlantico



- Nereïdes, collo membrisque micantibus aptat.  
 Ipsa caput distinguit acu, substringit amictus:  
 285 Flammea virginis accommodat ipsa capillis.  
 Ante fores jam pompa sonat, pilentæque sacram  
 Præradiant ductura nurum. calet obuius ire  
 Jam princeps, tardumque cupit discedere solem.  
 Nobilis haud aliter sonipes, quem prius amoris  
 290 Sollicitavit odor, tumidus quatiensque decoras  
 Turbarâ cervice jubas Pharsalia rura  
 Pervolat, & notos hinnitu flagitat amos;  
 Naribus accensis. mulcet fœcunda magistrum  
 Spes gregis, & pulcro gaudent armenta marito.  
 295 Candidus interea positus exercitus armis  
 Exultat focerum circa: nec signifer ullus,  
 Nec miles pluviae flores dispergere ritu  
 Cessat, purpureoque ducem perfundere nimbo.  
 Hæc quoque velati lauro myrtôque canebant:  
 300 Dive parens, seu te complectitur axis Olympi,  
 Seu colis Elysiæ animarum præmia valles,  
 En promissa tibi Stilicho jam vota peregit.

## INTERPRETATIO.

ea ornamenta, qua modo Nereïdes gaudentes tribuerant ipsi. Ipsa Venus discriminat acu capillos capitis, constringit vestes ejus: ipsa adaptat velum nuptiale comis puellaribus. Jam comitatus resonat ante portam, & currus portaturus nurum sacram præfulget. Imperator Honorius ardet procedere obviam, & expectit Solem longiorem abire. Ita insignis equus, quem odor primus amoris impulit, pratrepidans & concutiens jubas pulchras, collo undante, curstat per agros Thessalos, ac petit hinnitu suo fluvios cognitos, naribus inflammatis: hic equus spes abundans gregis recreat rectorem ejus, & armenta latantur marito præstanti. Interim exercitus togatus, armis depositis gaudet prope focerum Stilichonem, neque ullus vexillifer, neque ullus miles, desinit spargere flores, instar imbrium: & aspergere ductorem Stilichonem nube florâ. Milites etiam coronati lauro & myrto cantabant hac: O Dive pater, Theodosi, seu sedes cæli possidet te, seu habitas valles Elysiæ, quæ sunt merces animarum fortium, ecce Stilicho complevit vota promissa tibi.

## ANNOTATIONES.

284. *Substringit.*] Ut Maria tenuior graciliôrque appareat.  
 285. *Flammea.*] Flammeum est velum nuptiale, sic dictum à colore flavo flammæ imitante.  
 286. *Pompa.*] Comitatus egregius, quo pompa nuptiarum celebrior efficitur.  
 287. *Pilentæ.*] Species currus, quo virgines sacræ, seu sacrorum antistitæ, vehi solebant. Sed postea hic mos ad virgines principes, quæ quodammodo sacræ dici possunt, transit.  
 289. *Haud aliter sonipes.*] Vel ex hac comparatione discas paganorum turpitudinem. Hanc tamen comparationem laudat Scaliger Pater.  
 291. *Pharsalia.*] Thessalica: Thessaliæ autem equi optimi.  
 295. *Candidus.*] Vel togatus, placidusque armis depositis: vel revera albâ veste indutus ad hilaritatem.

- Jam gratæ rediêre vices. cunabula pensat,  
 Acceptum reddit thalamum, natôque reponit  
 305 Quod dederas, genitor. nunquam te, sancte, pigebit  
 Judicii, nec te pietas suprema fefellit.  
 Dignus quem legeres; dignus cui pignora tanti  
 Principis, & rerum commendarentur habenæ.  
 Dicere nunc possem quæ prælia gesta sub Æmo,  
 310 Quæque cruentarint fumantem Strymona pugna.  
 Quàm notus clypeo, quantâ vi fulminet hostem,  
 Ni prohiberet Hymen: quæ tempestiva relatu  
 Nunc canimus. quis consilio, quis juris & æqui  
 Nolle modum melior? quod semper dissidet, in te  
 315 Convenit: ingenio robur, prudentia forti.  
 Fronte quis æquali! quem sic Romana decerent  
 Culmina? sufficerent quæ tantis pectora curis?

## INTERPRETATIO.

Jam vicissitudo jucunda reversa est. Compensat te ob cunas suas: restituit thalamum acceptum à te: redditque filio tuo, quod tu pater concesseras. Nunquam premittebit te, Divæ Theodosi, delectus tui. Neque voluntas extrema decepit te. Dignus erat Stilicho, quem diligeres; dignus erat, cui Imperator, qui est tantum pius, & habena Imperii committerentur. Nunc possem referre bella, quæ gesta sunt à Stilichone sub Æmo, & certamina, quæ infecerint Strymonem calentem. Pos-

sem referre; quàm insignis est armis, quantâ fortitudine dejiciat hostem, nisi nuptia Honorii impedirent: nunc cantamus, quæ sunt idonea dictu. Quis præstantior est Stilichone providentia? quis præstantior cognoscere rationem justitiæ & æquitatis? Quod ubique disjungitur in aliis, conjungitur in te, scilicet fortitudo cum ingenio, & sapientia cum fortitudine. Quis est simili dignitate oris? Quem ita fastigium Romanum deceret? Quis animus par esset tantis laboribus?

## ANNOTATIONES.

303. Rediêre vices.] Grata redit vicissitudo, quâ, ut tu, Theodosi, dederas filiam adoptivam Serenam conjugem Stilichoni; hic vicissim dat Mariam filiam Honorio, sicque reddit thalamum, seu matrimonium alterum, seu alternatum, vicissim.

Cunabula pensat.] Te compensat ob cunas & educationem suam. Stilicho quippe educatus fuerat à Theodosio.

306. Pietas.] Supremus piæ voluntatis actus, quo Theodosius Stilichonem dedit Honorio tutorem.

309. Æmo.] Monte Thraciæ, vbi Theodosius comitante Stilichone Thracas, Scythasque vicerat.

309. Fumantem.] Strymonem fluvium Thraciæ calido hostium sanguine fumantem.

tem.

311. Notus clypeo.] Exercitatus insignisque armorum tractatione. Virgilius, *Quantus in Clypeum assurgat*, id est, quàm fortis sit.

313. Juru & æqui.] Jus est summus rigor: æquitas, est benigna legis interpretatio. Ut si quis transilierit muros ad tuendam urbem: si summum jus spectes, necandus; si æquitatem, remunerandus.

Æquitas dicitur *omixta*.

316. Quem sic Romana decerent culmina.] Quem sic deceret regere Imperium Romanum, & in solio sedere! Miror tamen, cur ista Claudianus dicat, augeat quippe suspensionem, quæ in multorum animis infederat, Stilichonem de imperio cogitare.

- Stes licet in populo, clamet, quicumque videbit.  
 Hic est, hic Stilicho. sic te testatur, & offert  
 320 Celsa potestatis species non voce feroci,  
 Non alto simulata gradu, non improba gestu.  
 Affectant alii quidquid: fingique laborant,  
 Hoc donat natura tibi. pudor emicat una,  
 Formosusque rigor, vultusque auctura verendos  
 325 Canities festina venit. consorte remotâ,  
 Continguat gravitasque seni, viresque juventæ.  
 Utraque te cingit propriis insignibus ætas.  
 Ornatur fortuna viro. non ulla nocendi  
 Tela, nec infecti jugulis civilibus enses.  
 330 Non odium terrore moves, nec fræna resolvit  
 Gratia. diligimus pariter, pariterque timemus.  
 Ipse metus te noster amat, justissime legum  
 Arbiter, egregiæ custos fidissime pacis,

## INTERPRETATIO.

*Etiamsi stes inter vulgus; quicumque aspiciet, exclamabit, hic est hic Stilichus. Ita alta majestas potestatis ostendit & exhibet sese non affectata sermone superbo, non arroganti passio, non lasciva gestu. Quicquid alii exquirunt, & tentant formari, natura tribuit hoc tibi. Pudor & pulchra gravitas simul nitens in te. Et cani citius adveniunt, aucturi venerationem oris tui, expulsa fato pro aliis*

*sunt tibi & gravitas senectutis, & vigor juventutis. Ætas utraque ornat te ornamentis propriis. Fortuna commendatur te tali viro; nulla sunt arma ad nocendum, neque gladii polluti sanguine civium: non excitas odium terrore, neque gratia relaxat habenas: amamus te simul, & simul timemus: ipse noster timor colit te, moderator aequissime legum, conservator religiosissime pacis*

## ANNOTATIONES.

319. *Hic est.*] Perhinc:

*At pulchrum est digito monstrari, & dicier hic est.*

320. *Celsa potestatis.*] Status erectus & excelsus cum quadam majestate conjunctus, seu animus ille victor, Regumque tutor, sese prodit eximiam quadam ipsius corporis specie, & sermone, incessu gestuque quodam gravi, sine ulla affectatione.

321. *Improba.*] Effeminata, lasciva, turpis, ob gestum indecorum.

322. *Fingique laborant.*] Quicquid alii effecupiant, quascunque formas induere conantur, eas omnes Natura tibi liberaliter impertita est.

325. *Canities festina.*] Sic Plinius de Trajano, *Nec sine quadam munere Deum festinatæ senectutis insignibus ad augendam majestatem ornata casarius.*

*Consorte remotâ.*] Id est ægritudine; dolore, languore, qui consortes & socii sunt canities, seu senectutis. Nam ex Horatio:

*Multa senem circumveniunt incommoda,* Heinsius: Cum sorte remota, id est, tibi & gravitas senis seu senectutis, & vires juventutis, sorte, seu ipsa natura remotæ pro aliis senibus, tibi contingunt præter sortem conditionemve communem.

327. *Insignibus.*] Insignia senectutis sunt canities; insignia juventutis sunt robur. Utrumque habet Stilicho.

328. *Ornatur fortuna viro.*] Sic fortuna ornabatur Alexandro. Plutarchus.

330. *Fræna.*] Non gratia quicquam remittit ex iustâ suâ severitate.

332. *Metus.*] Qualis scilicet est filiorum in parentes, quos metuant offendere.

- Optime ductorum, fortunatissime patrum,  
 335 Plus jam plus domino cuncti debere fatemur,  
 Quod gener est, invicte, tuus. vincere coronâ:  
 Inferre te nostris contempto jure choreis.  
 Sic puer Eucherius superet virtute parentem:  
 Aurea sic videat similes Thermantia tædas.  
 340 Sic uterus crescat Mariæ: sic natus in ostro  
 Parvus Honoriades genibus considerat avitis.

## INTERPRETATIO.

*eximia, fidelissimo ducum, felicissimo patrum; plus jam, plus omnes confitemur, & insuperabilis Stilicho, nos debere imperatori, quod est gener tuus: circumda tibi coronam; misce te choris nostris, magisteratui seposito. Hoc annuas, & sic Eucherius filius tuus vincat patrem te virtute; sic Thermantia formosa filia tua aspiciat nuptias tales: sic venter Maria turgeat: sic tenellus Honoriades natus in purpurâ, sedeat in genibus avi Stilichonis.*

## ANNOTATIONES.

337. *Contempto jure.*] Sepositâ illâ dignitatis ræ gravitate, quæ debet removeri à turbâ hominum, ob lætitiâ nuptialem.

338. *Eucherius.*] Stilichonis filius.

339. *Thermantia.*] Stilichonis filia, quæ similiter nupsit Honorio; sed paulò post extincta fæto præcoce. Zozimus addit Setenam regnandi cupiditate incensam, ope veneficæ effecisse, ne Honorius suscipere liberos.

340. *Mariæ.*] Claudiani vota ventus rapuit; nam hæc nymphea delicatula non suscipit liberos, quia immaturâ morte

abrepta est, & sepulta in Basilicâ S. Petri. Ejus sepulchrum haud ita pridem paruit Romæ: ubi ejus pepulum, pila lusoria, & alia crepundia, quibus viva delectabatur, inventa sunt, cum hæc inscriptione, *Maria florentissima.*

341. *Honoriades confidat.*] Parvus Honorii filius, natus in purpurâ, imponatur genibus avi Stilichonis, seu statim excipiat ab avo. Veteres recens natos liberos tollebant, sublatis genibus imponebant. *Ingrederet ad illam, ut pariat super genua matris.* sicbat Rachel, Genesios, cap. 30.





## CL. CLAUDIANI

IN NUPTIAS

HONORII AUGUSTI

ET MARIÆ,

FESCENNINA.

ALCAICUM.

ARGUMENTVM.

**L**AUDATUR Honorius à formâ, à dexteritate in jaculando & lequitando : præfertur Heroibus Diisque ; ejus pulchritudo digna est, quæ moveat Deas, quæ flectat Scythas, Amazonas ; unde beatior est, quæ tam pulchro nubet Principi.



## CARMEN XI.

**P**RINCEPS corusco fidere pulcrior  
Parthis sagittas tendere certior,  
Eques Gelonis imperiosior,  
Quæ digna mentis laus erit arduæ,

## INTERPRETATIO.

**O** Imperator formiosior astro micanti, | audacior Gelonis, quod meritum erit elo-  
peritior Parthis vibrare tela, eques | gium pulchritudinis tuæ radiantis.

## ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> NUPTIAS.] De his nuptiis cogitavit Stilicho, ut rudi Principe in generum adscito securius imperium regeret.

<sup>b</sup> FESCENNINA.] Sunt species carminum, quæ majori cum licentiâ composita sunt : sic dicta ab Urbe Fescennia in Etruriâ, unde primum allata sunt.

<sup>c</sup> ALCAICUM.] Hoc carminum genus sic appellatum est ab Alceo Lesbio inventore.

2. Parthis.] Asiæ populis, qui in sagittis vibrandis solertiores erant ; aded ut vel fugiendo vincerent.

Certior.] Aded, ut nullus ictus à scopo aberraret.

3. Gelonis.] Hi sunt Scythiæ populi equitandi peritissimi.

Imperiosior.] Aded ut equum vertat quocunque voluerit.

4. Mentis arduæ.] Rebus excelsis occupatæ, vel animi sublimis.

Quæ

- 5 Quæ digna formæ laus erit igneæ?  
Te Leda mallet quàm dare Castorem.  
Præfert Achilli te proprio Thetis.  
Victum fatetur Delos Apollinem.  
Credit minorem Lydia Liberum.
- 10 Tu cùm per altas impiger ilices  
Prædo citatum cornipedem regas;  
Ludântque ventis instabiles comæ;  
Telis jacebunt sponte tuis feræ,  
Gaudénsque sacris vulneribus leo
- 15 Admittet hastam morte superbior.  
Venus reversum spernat Adonidem;  
Damnet reductum Cynthia Virbium.  
Cùm post labores sub platani voles  
Virentis umbrâ, vel gelido specu
- 20 Torrentiorem fallere Sirium,  
Et membra somno fessa resolveris:  
O quantus urer tum Dryadas calor?  
Quot æstuentes ancipiti gradu  
Furtiva carpent oscula Nâides?

## INTERPRETATIO.

*Leda mallet peperisse te, quàm Castorem. Thetis anteponeret te Achilli suo filio. Delos consecratur Phabum superatum à te. Lydia putat Bacchum inferiorem. Tu cùm venator diligens impellat equum stimulatam per sylvas excelsas, & crines tui mobiles diffundantur ventis, fera ultro cadens jaculis tuis, & leo laetatus plagis sacratis, gloriosior suâ morte recipiet cusp-*

*idem. Venus contemnat Adonidem redeuntem: Diana condemnet Hippolytum resuscitatum. Sed cùm post venationem voles eludere Sirium ardentiorum sub tegmine platani viridantis, vel sub antro frigido, & cùm relaxaveris sopore corpus fatigatum: o quantus amor inflammabit Dryades? Quot Nâides fluctuantes pede suspensio delibabunt basia occulta?*

## ANNOTATIONES.

5. *Forma ignea.* ] Excellentis, cœlestis, divinæ.

6. *Leda.* ] Uxor Tyndari Spartanorum Regis, mater Pollucis & Castoris.

10. *Per altas ilices.* ] Per sylvas aliis invias.

11. *Prædo.* ] Prædator venatorque ferarum. Alii legunt, *prædâ citatum*, quasi ipse equus inflammatus prædâ volat.

14. *Sacris vulneribus.* ] A principe sacro illatis.

16. *Reversum.* ] Ex fato, alternis semestribus, postquam ab apro occisus est.

Hunc dicunt fuisse Solem, qui per sex menses hyemis hirsutâ facie à nobis longius recedit.

17. *Virbium.* ] De bello Getico, v. 440.

20. *Sirium.* ] Stella in ore Caniculæ, ex Servio. Ponitur & pro toto sidere Caniculæ, Græcè *οὐρεος*, *ὄρε* *οὐρεος* *exsiccare*, ex Vossio, quod illa stella ardentissima crederetur à veteribus.

22. *Dryades.* ] Dicuntur *ὄρε* *δρυάδες* à quercu. Sunt Nymphæ sylvarum.

24. *Nâides.* ] *Ναῖς*, nato, *fluo*, sunt hæ Nymphæ aquarum.

- 25 Quis verò accipere horridior Scythis?  
 Quis belluarum corde furentior?  
 Quis, cùm micantem te propè viderit,  
 Non optet ultro servitium pati?  
 Quis non catenas arripiat libens,  
 30 Collòque poscat vincula libero?  
 Tu si nivalis per juga Caucaſi  
 Sævas petiſſes pulcer Amazonas,  
 Peltata pugnas defereret cohors,  
 Sexu recepto: patris & immemor  
 35 Inter frementes Hippolyte tubas  
 Strictam securim languida poneret,  
 Et feminudo pectore cingulum  
 Forti negatum solveret Herculi,  
 Bellumque solus conficeret decor.  
 40 Beata, quæ te nox faciet virum,  
 Primisque sese junget amoribus.

## INTERPRETATIO.

*Ecquis autem inhumanior Scythis divis; resumpto ingenio muliebri, & Hippolyte  
 ecquis crudelior naturâ ferarum, qui cùm oblita patris, abjiceret mollita bipennem  
 aspexeris propius te fulgentem, non spon- districam inter buccinas clangentes, &  
 te expetat ferre jugum tuum? Ecquis non mamma exerta exueret Balteum recusa-  
 rapiat volens catenas, & poscat vincula tum Herculi generoso: atque una pul-  
 cervice liberâ. Si per culmina Caucaſi chrisudo absolveret pugnam. Felix illa,  
 nivosi tu formosus laceſſiſſes Amazonas, qua reddet mox se maritum, & conjun-  
 crudeles, caterua peltata deſiſteret pralio, get sese tibi primis amoribus.*

## ANNOTATIONES.

31. *Caucaſi.*] Mons hic Scythiæ.

32. *Amazonas.*] Mulieres bellicosæ, ha-  
 bitantes in Scythiâ ad fluvium Thermo-  
 doontem: sic dictæ ab α privante, &  
 μάτος *mamma*, quodd scilicet mam-  
 mam dextram exurerent, quod essent ad  
 jaculandum peritiores. Vel dicuntur quasi  
 αμα & σευ simul viventes, ab omni vi-

rorum consortio separatæ.

34. *Patris.*] Hippolyte Regina Ama-  
 zonum oblita patris Martis.

38. *Negatum.*] Hercules, secundum  
 quosdam, dum contra Amazonas bellum  
 gerit, balteum Hippolytæ detrahare non  
 potuit, priusquam extincta foret.

## CARMINIS XII. ARGUMENTVM.

**I**N nuptiis Honorii lætentur omnia, terra, nemora, fluvii, campi,  
 montes. Adstrepat Athesis, Mincius, Padus, Tiberis, Roma:  
 gaudeat natalis Hispania, cûsque fluvii, & Oriens & Occidens:  
 taceant omnes venti, unus regnet zephyrus.

## CARMEN XII.

- \* **A**GE cuncta nuptiali  
 Redimita vere tellus,  
 Celebra toros heriles.  
 Omne nemus cum fluviis  
 5 Omne canat profundum.  
 Ligures favete campi,  
 Veneti favete montes,  
 Subitisque se rosetis  
 Vestiat Alpinus apex,  
 10 Et rubeant pruina.  
 Atheſis ſtrepat choreis,  
 Calamiſque flexuoſus  
 Levè Mincius ſuſurret,  
 Et Padus electriferis  
 15 Admoduletur alnis.  
 Epuliſque jam repleto  
 Reſonet Quirite Tiberis,  
 Dominique læta votis  
 Aurea ſeptemgeminas

## INTERPRETATIO.

*E*la ò terra univerſa coronata floribus  
 genialibus, honora matrimonium do-  
 mini tui Honorii. Omnis ſylva cum flu-  
 minibus, omne mare reſonet; plaudite ò  
 agri Ligurum, plaudite ò montes Vene-  
 tium, & cacumen Alpium ornate ſe ro-  
 ſariis repentinis, ac nives floſcens. A-  
 theſis reſonet choris, & Mincius ſinuſue  
 admurmuret leniter cum arundinibus ſuis,  
 & Eridanus accinat alnis electriferis. Ac  
 Tiberis perſonet, Romanis jam plenis da-  
 pum, & Roma pulchra gaudens nuptiis

## ANNOTATIONES.

- \* Sunt hi Verſus Trochaïci Iambici, in quibus ſcilicet dominantur pedes Trochæus & Iambus.  
 1. *Cuncta.* ] Nuptiis Regum & Imperatorum lætentur omnes, coronas ſumant, choreas ducant.  
*Nuptiali vere.* ] Vere nubant, omnia, Flora cum Zephyro, aves cum avibus, &c.  
 3. *Toros heriles.* ] Omnium rerum dominum facit Honorium.  
 6. *Ligures.* ] Mediolani celebratæ ſunt nuptiæ, non longè ab Alpibus, Liguribus, &c.  
 8. *Subitis.* ] Repentè natis, ſponte terræ prodentibus.  
 10. *Rubeant pruina.* ] Vertantur in roſas rubentes.  
 11. *Atheſis.* ] Atheſis, Mincius, & Padus, totidem fluvii in Galliâ Cîſalpinâ.  
 14. *Electriferis.* ] Ad Padi ripas ſorores Phaëthontis verſas eſſe in arbores electræ ferentes Poëtæ fabulantur.  
 16. *Repleto.* ] Dapibus ab Imperatore datis; in magnis enim celebritatibus publicum dabatur epulum.  
 18. *Votis.* ] Nuptiis, quæ ita optatæ ſunt: *Læta votis*, id eſt, gaudens votis ſatiatis.  
 19. *Aurea.* ] Pulchra vel ſplendida, ob templâ auratâ.

A a ij



- 20 Roma coronet arces.  
 Procul andiant Iberi;  
 Fluit unde semen aulæ:  
 Ubi plena laurearum,  
 Imperio fæta domus,  
 25 Vix numerat triumphos.  
 Habet hinc patrem maritus,  
 Habet hinc puella matrem,  
 Geminâque parte ductum  
 Cæsareum flumineo  
 30 Stemma recurrit ortu.  
 Decorent vireta Bætin,  
 Tagus intumescat auro,  
 Generisq[ue] procreator  
 Sub vitreis Oceanus  
 35 Luxurietur antris.  
 Oriensq[ue] regna fratrum,  
 Simul Occident[is]q[ue] plaudat.  
 Placidæ jocentur urbes,  
 Quæque novo, quæque nitent  
 40 Deficiente Phœbo;  
 Aquiloniæ procellæ,  
 Rapidi tacete Cori.  
 Taceat sonorus Aust[er].  
 Solus ovan[te]m Zephyrus  
 45 Perdominetur annum.

## INTERPRETATIO.

*Imperatoris sui, coronet colles septemplexes, exundet auro, & Oceanus author gentis, Audiant Hispani longè, ex quibus sanguis lascivias sub cavernis byssallinis, & Oriens Imperium fratris Arcadii, & unde Imperatorum deducitur: ubi domus est repleta lauris, & fecunda imperiis vix recuset victorias. Sponsus trahit inde patrem Theodosium; sponsa trahit inde matrem Serenam: & Nobilitas Cæsarea deducta ex parte duplici redit velut origine flumineâ. Viridaria orment Bætin, Tagus*

## ANNOTATIONES.

20. *Coronet,* ] Postes ædium novis nuptis destinatarum fertis coronabantur.  
 22. *Semen.* ] Theodosiorum, qui nati sunt in Hispaniâ.  
 30. *Recurrit ortu flumineo.* ] Nobilitas conjugum ex latere paterno & materno recurrit ortu flumineo, id est, serie non interruptâ, quasi fluxu perpetuo ex eâdem Hispaniâ nascens recurrit, redit, conjungitur in Honorio & Mariâ. Claverius legit, *Ortu famineo recurrit*, ob Mariam scilicet nuptam Honorio.  
 31. *Bætin.* ] Bætis & Tagus sunt fluvii Hispaniæ, vulgò *Tajo* & *Gnadalquivir*.  
 33. *Generis procreator.* ] Quia ad Occanum Theodosius natus est.  
 39. *Novo.* ] Nonnulli ex Philosophis dicebant, Solem nocte extinguî, & denuò in diem accendi.

## CARMINIS XIII. ARGUMENTVM.

**S**TILICHO coronetur, tubas expellat tæda nuptialis : sanguis ab  
Saulâ tractus recurrit in aulam : Stilicho & gener est & socer Imperatoris.

## CARMEN XIII.

- \* **S**OLITAS galeâ fulgere comas  
Stilicho molli nocte coronâ.  
Cessent litui, sævumque procul  
Martem felix tæda releget.  
5 Tractus ab aulâ rursus in aulam  
Redeat sanguis patris officii.  
Junge potenti pignora dextrâ.  
Gener Augusti pridem fueras,  
Nunc rursus eris socer Augusti.  
10 Quæ jam rabies livoris erit?  
Vel quis dabitur color invidiæ?  
Stilicho socer est, pater est Stilicho.

## INTERPRETATIO.

**O** Stilicho cinge coronâ floreâ crines : *junge* ô Stilicho liberos tuos *firmiter* fœdere.  
consuetos micare casside. Tuba ta- *Jamdudum fueras gener Imperatoris*  
ciens, & facies nuptiarum fortunata ex- *Theodosii, nunc iterum eris socer Im-*  
pellant longè Mariem terribilem. Sanguis *peratoris Honorii. Quis jam furor eris in-*  
fluens ex palatio recurrit iterum ad pa- *vidia? Quam Zelotypia speciem sumes?*  
latium, officii patris Stilichonis. Con- *Stilicho socer est. Stilicho pater est.*

## INTERPRETATIO.

\* Versus Anapæstici, in quibus pes  
Anapæstus dominatur.

1. *Molli.* ] Floreâ, nuptiali.

7. *Pignora.* ] O Stilicho junge filios  
Honorium & Mariam; non quodd Hono-  
rius sit filius, sed quia à Stilichone tutore  
educatus est, ut filius.

*Dextrâ.* ] Firmiter fœdere, quod intelli-  
gitur per dextram, quam jungebant con-  
venientes in matrimonium.

8. *Gener Augusti.* ] Ob Serenam à Theo-  
dosio adoptatam, quam in uxorem du-  
xerat.



## CARMINIS XIV. ARGUMENTUM.

CLAUDIANUS prosequitur Honorium euntem ad thalamum nuptialem, hortaturque omnes ad cantus & jocos.

## CARMEN XIV.

ATTOLLENS thalamis Idalium jubar  
Dilectus Veneri nascitur Hesperus.

Non quisquam fruitur Veris odoribus,  
Hyblaos latebris nec spoliat favos,  
Si fronti caveat, si timeat rubos.  
10 Armat spina rosas, mella tegunt apes.

Dices ô, quoties, Hoc mihi dulcius,  
15 Quam flavos decies vincere Sarmatas!  
Adspirate novam pectoribus fidem,  
Manfuramque facem tradite sensibus.

## INTERPRETATIO.

Hesperus charus Veneri exoritur, ef-  
ferens radios Idalios pro nuptiis.

apes defendunt mella.

Nemo consequitur odoramenta suavissima, neque refert mella Hyblea ex alvearibus, si parcat vultui suo, si meminet senticeta, Vepres defendunt rosas,

O quotiescunque dies! Hoc est gratius mihi, quam superare decies Sarmatas flavos. Infundite vestris cordibus novam fidelitatem, & fegite ignis sensibus flammam duraturam.

## ANNOTATIONES.

1. Idalium jubar. ] Seu radios Idalios, id est Veneri sacros: ab Idalo Cypri monte.

2. Dilectus. ] Oriente Hespero, seu stellâ vespertinâ, sponsâ collocabatur in

thalamo sponsi, & idè dilectus Veneri & amantibus Hesperus.

3. Hyblaos. ] Ab Hyblâ monte Siciliæ, ubi apes optimæ.

20 Quàm frondens ederâ stringitur æsculus,  
Quàm lento premitur palmitè populus.

25

30 Ducant pervigiles carmina tibiæ,  
Permissisq; jocis turba licentior,  
Exultet tetricis libera legibus.  
Passim cum ducibus ludite milites.  
Passim cum pueris ludite virgines.  
35 Hæc vox ætheriis intonet axibus.  
Hæc vox per populos, per mare transeat:  
Formosus Mariam ducit Honorius.

INTERPRETATIO.

Quàm æsculus frondescens constringitur ab  
ederâ, quàm populus comprimitur ramis  
lentis, concessio, ceterum liberior, soluta severis  
legibus, saltet, O milites, colludite promiscuè  
cum ducibus: & virgines colludite  
promiscuè cum adolescentibus. Hæc vox  
resonet per Polos caelestes: hæc vox per-  
volet per terras, per mare: Pulcher Ho-  
norius ducit Mariam conjugem.

ANNOTATIONES.

30. Tibia pervigiles.] Per totam noctem  
tibicines pervigiles, seu insomnes canant. 36. Populos.] Per terras, quæ continent  
populos, Metonymia.





## CL. CLAUDIANI

\* D E

## BELLO GILDONICO

LIBER.

## A R G U M E N T U M.

**P**OETA exultat ob restitutam à Stilichone Libyam. Res narratur. Roma macilentum queritur apud Jovem, quòd olim rerum domina, ob ademptam sibi à Gildone Libyam, pane indigeat. Diisque Deaque moventur. Adest & Africa querula & præferens serpentes suos Gildoni tyranno, latroni, impuro & venefico. Juppiter motus promittit Gildonem ab Honorio victum iri. Hinc duo Theodosii Avus & Pater petunt, hic Constantinopolim, ille Italiam: ambo detestantur inimicitias fraternas, perfidiámque Gildonis; & hortantur fratres Arcadium & Honorium ad concordiam. Post Honorius ardet vincere, sed ab hoc bello, ut indigno, hunc deterret Stilicho, qui eo auspice armat, & statuit petere Africam, Gildonemque vincere.

## N O T A.

\* DE BELLO GILDONICO.] <sup>quam</sup> partem invaserat. Ille autem Gildonem, qui mortuo Theodosio, <sup>do</sup>, auspiciis Honorii, à Stilichone de-  
<sup>minimam</sup> victus est, sicque Imperio Romano resti-  
 spem in parvulis Arcadio & Honorio <sup>tuta est Africa.</sup>  
 fore arbitratus, ~~Africam~~, aut Africa ma-



CARM.V.

## CARMEN XV.

**R**EDITUS imperiis Auster, subjunctaque rursum  
 Alterius convexa poli. rectore sub uno  
 Conspirat geminus frænis communibus orbis,  
 Junximus Europæ Libyæ. concordia fratrum  
 5 Plena redit. patriis quod solum defuit armis,  
 Tertius occubuit nati virtute tyrannus.  
 Horret adhuc animus, manifestaque gaudia differt,  
 Dum stupet, & tanto cunctatur credere voto.

## INTERPRETATIO.

**P**ARS 'Meridiana restituta est ditioni Romanæ, & convexitas poli alterius est iterum subdita: uterque Mundus conjurat sub uno moderatore legibus iisdem. Conjunximus Europam cum Africa. Concordia fratrum perfecta revertitur. Tyrannus tertius prostratus est fortitudine filii Honorii, id quod unum defuit triumphis patris Theodosii. Animus meus horrescit adhuc, & differt tam apertam latissimam, dum obstupescit, ac moratur credere tantis operatis.

## ANNOTATIONES.

1. *Auster.* ] Ventus est Meridianus: ponitur pro Africa, quæ terræ pars est Meridiana, comparatione Romanorum. Id est, altera pars Orbis, Africa nempe, seu pars Meridiana: in quo Orbe Imperatores Arcadius & Honorius regnant.

2. *Alterius convexa poli.* ] Duo Imperatores regnant in orbe terrarum, velut duo Numina in suo polo seu Cælo. Polus autem duplex, Arcticus seu Septentrionalis, quem Romani conservabant & polus Antarcticus, seu Meridianus, quem Gildon invaserat. At duce Stilichone hic polus, seu convexitas hujus poli, seu potius regio vergens ad hunc polum, scilicet Africa, reddita est Imperio Romano.

*Rectore sub uno.* ] Stilichone, qui Rufino sublato, rector erat Arcadii & Honorii, ac proinde totius Orbis.

3. *Geminus orbis.* ] Oriens, & Occidens, vel potius Septentrio, & Meridies.

*Frænis communibus.* ] Legibus, impetibus, quibus tanquam habenis homines regantur. Mens autem ex fuerat Theodosii, ut Arcadius & Honorius simul or-

bem possiderent: at Rufinus invasit Illyricum, Eutropius partem Africæ; partem aliam Gildon antè occupaverat: tres illi tyranni à Stilichone sublati sunt: quorum tertius est Gildon.

4. *Libyæ.* ] Africæ: pars ponitur prototo; vel Libyæ quia Gildo magnam Libyæ interioris partem expilavit.

5. *Plena.* ] Absoluta, perfecta fratrum Arcadii, & Honorii renovatur concordia; quæ artibus Rufini turbata; atque imminui videbatur.

*Defuit.* ] Theodosius non vicit Gildonem, ac proinde hæc victoria ejus felicitati defuit.

6. *Nati virtute.* ] Honorius non inter fuit huic bello, sed bellum hujus auspiciis à Stilichone gestum est.

8. *Cunctatur cedere.* ] Etsi victoria de Gildone clara est, tamen tam admirabilis est, tam subita, atque insperata, ut dubitem huic credere.

*Tanto voto.* ] Tantæ victoriis ex voto, seu ex desiderio contingentibus, vel ita desideratis.

B b.

- Nec dum Cinyphias exercitus attigit oras,  
 10 Jam domitus Gildon. nullis victoria nodis  
 Hæsit, non terræ spatios, non objice ponti.  
 Congressum, profugum, captum vox nuntiat una,  
 Rumoremque sui prævenit laurea belli.  
 Quo, precor, hæc effecta Deo? robusta verisque  
 15 Tempore tam parvo potuit dementia vinci?  
 Quem veniens indixit hyems, ver perculit, hostem.  
 Exitii jam Roma timens, & fessa negatis  
 Frugibus, ad rapidi limen tendebat Olympi,  
 Non solito visu, nec qualis jura Britannis  
 20 Dividit, aut trepidos submittit fascibus Indos.  
 Vox tenuis, tardique gradus, oculique jacentes:  
 Interiùs fugère genæ. jejuna lacertos

## INTERPRETATIO.

Exercitus non adhuc pervenit ad gradus Africanos, & Gildon jam superatus est. Triumphus non impatiens est altis difficultatibus, non longitudine viarum, non obstaculis maris. Vox eadem refert eum Gildonem certasse, fugisse, & captum esse. Et victoria prævenit famam belli sui. Quo, quaeso, Deo auspice hæc res perfecta est? An insania violentia, & inueterata supbari potuit tam brevi

tempore? quem hyems adveniens declaravit hostem: ver prostravit eundem. Roma jam metuens perniciem, ac fatigata frugibus sibi ademptis, ibat ad portam Cæli volubilis, non vultu consueto, nec qualis dat leges Britannis. aut subicit imperiis suis Indos timentes. Vox ipsi erat infirma, & gressus leni, & oculi languentes: genæ ceciderunt interiùs: macies orta ex jejuniis

## ANNOTATIONES.

9. Cinyphias.] Africanas, à fluvio Cinyphæ. Cinyphis, vel Cinyphos, inter duas Syrtis in colle gratiarum nascitur, teste Herodoto, & grandes hircos alit, dictos inde Cinyphios, vel Cinyphios.

12. Hæsit.] Virgilius:

Hostis, Enæque manu victoris  
 Graiùm Hæsit, &c.

Spatio terra.] Poterat enim Gildo in immensâ Africæ spatia recedere, sicque bellum producere: id ne fieret Stilicho, mirâ prudentiâ providit: vel potius spatio terræ, id est locorum distantia.

12. Congressum.] Mira victoriæ celestas, & Cæsarianæ similis, Veni, vidi, vici.

Profugum.] Gildo tentabat fugere, & ideo profugus dicitur, & mox captus est.

13. Prævenit.] Victoria penè ante bellum nuntiata est.

16. Quem veniens.] Hyeme bellum in-

dictum est, Vere hostis velut fulmine aliquo percussus est.

17. Exitii jam Roma timens.] Ut hominibus, sic & urbibus sunt sua fata. Tot oppidorum cadavera præjacta jacent: Cicero. Mortis timens, Lucretius.

Negatis frugibus.] Gildo frumentariæ Romæ naves ita in Africâ retinuerat, ut jam Proceres timerent, ne plebs ob annonæ caritatem essetata in seditionem erumperet.

18. Olympi rapidi.] Cæli, quod rapido motu volvitur.

20. Fascibus.] Fasces sumuntur pro Imperio, cujus signa sunt: signum pro re signatâ, Metonymicè.

22. Fugère genæ.] Genæ olim rubentes, & succo optimo plene, marcescunt, fugiunt, cadunt, cadunt.

- Exedit macies. humeris vix sustinet agris  
 Squalentem clypeum. laxatâ casside prodit  
 25 Canitiem, plenâque trahit rubiginis hastam.  
 Attingit ut tandem calum, genibûsque Tonantis  
 Procubuit, tales orditur mœsta querelas:  
 Si mea mansuris meruerunt mœnia nasci,  
 Jupiter, auguriis; si stant immota Sibyllæ  
 30 Carmina; Tarpeias si necdum respuis arces:  
 Advenio supplex, non ut proculcet Araxem  
 Consul ovans, nostrave premant pharetrata secures  
 Susa, nec ut rubris aquilas figamus arenis.  
 Hæc nobis, hæc antè dabas. nunc pabula tantum  
 35 Roma precor. miserere tuæ, pater optime, gentis.  
 Extremam defende famem. satiavimus iram,  
 Si qua fuit. lugenda Getis, & flenda Suëvis,  
 Haufimus. ipsa meos exhorret Parthia casus.

## INTERPRETATIO

*attenuavit brachia: agere sustentas humeris infirmis solum tristo: galeâ solutâ ostendit canos, & trahit cuspidem oppletam rubigine. Postquam tandem contigit Calum, & accidit ad genua fovit; mœrens incipit hos questus. Si muri mei meriti sunt surgere, auspiciis æternis: & Jupiter, si prædictiones Sibyllæ remanent constantes; si non adhuc contemnitis turres Tarpeias, venio ad te rogans, non ut consul triumphans proterat Araxem, & possitis nostra contundas Susa Phætreas ferentia, neque ut figamus signa ad rubrum mare. Hæc nobis, hæc prædâ indulgebat. Ego Roma nunc solum rogo alimenta: & pater optime, miserere populi tui. Remove famem ultimam. Explevimus iracundiam tuam, si qua fuit. Pertulimus mala dolenda Getis, & dolenda Suëvis: Parthia ipsa horret calamitates meas.*

## ANNOTATIONES.

25. *Canitiem.*] Velut senectus argumentum esset fati imminenti.  
*Trahit.*] Quasi onus molestum, cui ferendo vires tenues non sufficient.  
 28. *Mansuris auguriis.*] Præfagiis ex avium inspectione observatis, & æternitatem Imperio Romano promittentibus.  
 29. *Sibyllæ carmina.*] Quæ itidem populo Romano imperium Romanum sempiternum promiserunt: Sibylla dicitur, quasi *σπουδὴ*, *consilium Dei*.  
 30. *Tarpeias arces.*] Capitolium, sic dictum à Tarpeia vestali, Tarpeii custodis filia, à Sabinis, quibus arcem prodiderat, oppressâ.  
 31. *Araxem.*] Fluvium Armeniæ, sed accipitur pro Asia: pars pro toto.  
 33. *Susa.*] Regia est Persarum peritissimorum usu sagittarum.  
*Aquilas.*] Non ut signa Romanorum figamus ad rubrum mare.  
 35. *Tua gentis.*] Ex te ortæ; nam Romulus Martis filius; Mars filius erat Jovis, sicque Romani originem ducunt ab ipso Jove.  
 37. *Getæ.*] Getæ, & Suevi, populi immanissimi, qui Romanos sæpius infestaverunt.  
 38. *Parthia.*] Parthorum, Persarumque regio tangitur casibus meis; sicque sum vel hosti miseranda. Adagium.



- Quid referam morbive luem cumulosve repletos  
 40 Stragibus, & crebras corrupto sidere mortes?  
 Aut fluvium, per tecta vagum, summisque minantem.  
 Collibus? ingentes vixi submersa carinas,  
 Remorumque sonos, & Pyrrhæ secula sensi.  
 Hei mihi, quod Latæ vires, Urbisque potestas  
 45 Decidit? in qualem paullatim fluximus umbram?  
 Armato quondam populo patriisque vigebam  
 Consiliis. domui terras, urbisque revinxi  
 Legibus. ad Solem victrix utrumque cucurri.  
 Postquam jura ferox in se communia Cæsar  
 50 Transtulit, & lapsi mores, defuetaque prisca  
 Artibus in gremium pacis servile recessi,

## INTERPRETATIO.

Quorsum narrem contagia morbi, & ingentes strues cadaverum, ac funera assidua ex astro maligno? Vel flumen errans, per domos, & prope assurgens ad verticem montium? Ego mersa tuli magnas naves; ac passa sum murmur remorum, atque mala ætatis Pyrrhæ. O me infelicem! quod imperium Italiæ & potentia urbis Romæ abiit? In quam devenimus sensim umbram? Olim ego valebam armis populi mei, & prudentiâ Senatorum subegi Orbem, & astringi uno imperio homines: ego triumphans volavi ad Orientem, & Occidentem. Postquam Cæsar fortissimus transmisit in se potestatem communem; & mores corrupti sunt; atque oblita antiqua disciplina, abiit in sinum turpis pacis:

## ANNOTATIONES.

39. *Luem.* ] Ex fame pestis, ex peste mors latè grassabatur.  
 40. *Corrupto sidere.* ] Non quodd sidus corruptum sit, sed quodd astorum malignitate aër corruptatur.  
 41. *Fluvium.* ] Tiberim exundantem per domos: mira enim & prodigio similis est Tiberis exundatio.  
 43. *Pyrrhæ secula.* ] Diluvium, quale tempore Deucalionis & Pyrrhæ contigit in Græciâ.  
 45. *Umbram.* ] In vanam levemque speciem atque inanem effigiem devenimus; nos, quæ caput eramus totius Orbis, ac solido imperio omnia regebamus.  
 46. *Armato.* ] Populo Martio, & arma victricia gestanti.  
*Vigebam.* ] Valebam, florebam sapientiâ Senatorum meorum, qui Patres dicti sunt, quodd consilio, auctoritate, & fide patriâ Reipublicam regerent.  
 47. *Hominesque revinxi.* ] Ego quasi omnium hominum parens atque Imperatrix eos unis legibus, uno imperio, velut communi vinculo, retinui, atque patère assuefeci. Alii legunt, *Urbisque revinxi.*  
 48. *Solem utrumque.* ] Id est, utramque Solis Oram, Orientem, & Occidentem.  
 49. *Ferox Cæsar.* ] Julius Cæsar, armis acerrimus.  
 50. *Prisca artibus.* ] Antiquæ oblita disciplinæ, quæ fovebat frugalitatem, removebat luxum, qui paci successit. Quippe remoto Carthaginis metu sublataque imperii amulâ, non gradu, sed precipiti cursu à virtute discitum, ad vitia transfusum, Velleius; idque futurum prædixerat Scipio Nasica, dum contra Catonem probabat Carthaginem non esse delendam.  
 51. *Servile.* ] Servili modo, turpiter elanguescere corpori in sinu pacis tutæ, ac profundæ.

- Tot mihi pro meritis Libyam Nihumque dedere,  
 Ut dominam plebem, bellatoremque Senatum  
 Classibus æstivis alerent, geminoque vicissim  
 55 Littore diversi complerent horrea venti.  
 Stabat certa salus. Memphis si fortè negasset,  
 Pensabam Pharium Gætulis messibus annum.  
 Frugiferas certare rates, latèque videbam  
 Punica Niljacis concurrere carbasa velis.  
 60 Cum subiit par Roma mihi, divisæque sumpsit  
 Equales Aurora togas, Ægyptia rura  
 In partem cessere novam. spes unica nobis

## INTERPRETATIO.

Imperatores pro tantis meis beneficiis donaverunt mihi Libyam, & Ægyptum, ut nutriverent navibus æstate missis populum, Principem, & Senatum bellorum arbitrum, & ex duobus littoribus venti alternatim repleverent granaria publica urbis. Tum victus certus manebat: si fors Ægyptus recusabat frumentum, re-

pendebam proventum Ægyptium frugibus Libya. Cernebam undique naves frumentarias contendere, & naves Carthaginienses accelerare cum navibus Ægyptiis. Cum Roma altera aqualis mihi exorta est, & Oriens separatim capis togas similes: agri Ægyptii fecerunt partem novam. Lybia spes una, supererat nobis,

## ANNOTATIONES.

52. *Libyam.*] Aucto populo Romano fruges Italæ, Siculæque non sufficiebant: addæ classes, quæ ex Africâ, & Ægypto, ubi est Nilus, frumentum asportarent.

53. *Dominam plebem.*] Populum aliàs latè regem; Senatum bellatorem, cujus nutu bella gererentur.

54. *Gemino littore.*] Ex litore, & Libyz, & Ægypti.

55. *Complerent.*] Non venti quidem ipsi adflantes ex variis regionibus, Libyâ scilicet, & Ægypto, repleverunt horrea, sed impellerent classes onustas frumento, quod repleverunt horrea, quæ in urbe numerata sunt, plusquam trecenta.

56. *Stabat.*] Firma erat, & fixa remanebat salus, seu certus victus, certum alimentum, quo vita seu salus fovetur.

*Memphis.*] Urbs Ægypti, vulgò *Grand Cairo*, ponitur pro totâ Ægypto, pars pro toto.

57. *Pharium annum.*] Annonam annuam, ubertatēque Ægyptiam. Pharos olim insula Ægypti, à Nilo destructa; inde Ægyptus dicitur Terra Pharia. Ovid. *Fluctibus ambita fuerant Antissa, Pha-*

*ròsq̃ue,*

*Et Phœnissæ Tyros, quarum nunc insula nulla est.*

*Gætulis.*] Gætulia pars est Libyz: ponitur pro ipsâ Libyâ, pars pro toto.

59. *Punica vela.*] Id est vela seu naves Carthaginienses, seu Libycas, cum velis, seu navibus Ægyptiis, ad afferendum mihi frumentum certatim contendere, atque concurrere videbam, cum exorta est Constantinopolis, quæ est altera Roma, mihiq̃ue similis; & cum Aurora, seu Imperium Orientis divisum, ac separatim ab Imperio Romano, quod est in Occidente, sumpsit *aquales togas*, id est æqualia Imperii & gentis insignia. Porro *vela Punica* dicta sunt à Phœniciâ, quæ pars est Asiæ, quod populi Libyz, & Carthaginis, ex Phœniciâ advenerant. Nec omittendum est translatum in urbem Constantinopolim Imperium, omen multis visum esse Imperii Rómاني labantis, atque morientis.

62. *Cessere novam.*] Ægyptus à novo domino occupata est, scilicet ab Arcadio Imperatore Orientis.

Bb iij

- Restabat Libye, quæ vix ægræque fovebat  
Solo ducta Noto, nunquam secura futuri.
- 65 Semper inops ventique fidem poscebat, & anni.  
Hanc quoque nunc Gildon rapuit sub fine cadentis  
Autumni. pavidæ metimur cærulea voto,  
Puppis si qua venit, si quid fortasse potenti  
Vel pudor extorsit domino, vel prædo reliquit.
- 70 Pascimur arbitrio Mauri, nec debita reddi,  
Sed sua concedi jactar, gaudetque diurnos,  
Ut famulæ, præbere cibos, vitæque famemque  
Librat barbarico fastu, vulgique superbit  
Fletibus, & tantæ suspendit fata ruinæ.

## I N T E R P R E T A T I O.

qua nos alebat magnâ difficultate impulsa uno Austro, nunquam tuta pro futuro usque pauper. & rogabat favorem venti, & anni. Gildon ademisti nobis etiam hanc Libyam, sub exitum Autumni finientis. Prospectamus maria, desiderio timido, si aliqua navis advenit, si forsan aut verecundia expressit aliquid à tyranno formidando, vel si prædo omisit aliquid. Nutrimur ad nutum Mauri. Hæ ille gloriatur non rependi debita frumenta, sed sua dari, & latatur ministrare alimenta quotidiana mihi Romæ sicut ancilla; & ambitione barbarâ trutinatur vitam & famem meam, acturgescit lachrymis populi, atque differt fata tanti exitiæ.

## A N N O T A T I O N E S.

65. *Lybie, vel Libye.* ] Hæc sola nobis restabat, spēsque erat unica frumenti advehendi, si Austro secundus afflaret.

64. *Solo ducta Noto.* ] Non quòd Libya ad nos Austro adducatur, sed frumentum in Libyâ contentum. Austro sive Notus, ventus pluvius, sed in Africâ serenus, faveret Nautis ex Africâ in Italiam venientibus.

*Nunquam secura futuri.* ] Libya annona nunquam satis tuta ac certa erat nobis, pro futuro tempore, ob incertam anni, Libyæque sitientis spem, incertamque navigationem: sicque ut adveheretur, optabamus ut annus, seu proventus Libyæ annuus esset fidus, & bene responderet votis agricolæ; optabamus etiam, ut ventus Austro faveret fideliter: nam alioquin Romam advehi non posset annus ille proventus.

67. *Metimur.* ] Prospectamus maria oculis, ut solent frumentum, alimentumque expectantes, sed timido voto, seu desiderio: sæpius enim desperamus, seu

metimur, id est spectamus quàm longum mari interjecto distet à nobis frumentum.

*Cærulea.* ] Maria sic dicta à colore cæruleo.

69. *Vel pudor.* ] Si pudor aliquid frumenti extorsit à Gildone tyranno potente.

*Vel prædo.* ] Si Gildo, qui Africam prædatus est, aliquam terræ partem reliquit, quam non sit depopulatus.

70. *Mauri.* ] Gildonis, qui interiorem Africa partem, ubi Mauri sunt, diripuit.

*Nec debita.* ] Gloriatur se non reddere frumenta, quæ deberet Romæ rerum dominæ, sed dare ut famulæ, quæ suæ sunt.

73. *Librat.* ] Pendit, atque librat, non vitam, non famem, sed vel ampliorem annonam, vel pauciora grana, quæ aut vitam foveant, aut famem pariant: quasi diceret: Do fruges amplas, vivant: do exiguas, patiantur, esuriant.

74. *Suspendit.* ] Vel differt ruinam Romæ, quasi esset in suâ potestate.

- 79 Romuleas vendit segetes, & possidet arva  
Vulneribus quæsitæ meis. ideòne tot annos  
Flebile cum tumidâ bellum Carthagine gessi?  
Iccirco voluit contemptâ luce reverti  
Regulus? hoc damnis, genitor, Cannensibus emi?
- 80 Incassum toties lituis navalibus arsit  
Hispanum Siculumque fretum: vastatâque tellus,  
Tôtque duces cæsi, ruptâque emissus ab Alpe  
Pœnus, & attonitæ jam proximus Hannibal urbi?  
Scilicet, ut domitis frueretur Barbarus Afris,
- 81 Muro sustinui Martem, noctesque cruentas  
Collinâ pro turri tuli: Gildonis ad usum  
Carthago ter victa ruit: hoc mille gementis  
Italiz clades, impensâque secula bellis,

## INTERPRETATIO.

Vendit frumenta Romana, atque occupat agros partos plagis meis. An idcirco per tot annos feci bellum lacrymabile cum Carthagine superba? An ideo Regulus optavit redire, vitâ spretâ? Hoc acquisivi, & Pater supplicet, clade Cannensi? An mare Siculum, & Hispanum toties frustra incensa sunt tubis navalibus? An ideo agri mei depopulati sunt, totque durescentes interfe-

Si, & erupis ab Alpibus effractis Annibal Carthaginienſis, & jam propinquus urbi obſtupefaſta? Nempe, ut Gildo barbarus potiretur Afris ſuperatis, ſuſtentavi bellum muris meis, atque paſſa ſum noctes ſanguinolentas ante turrim Collinam? Carthago ter ſubacta cecidit pro emolumento Gildonis? Mille ſtrages Italia conſtitata, & ſecula inſumpta ad bellum, hoc faciabant;

## ANNOTATIONES.

79. *Regulus.*] Atilius Regulus, qui à Carthaginiensibus captus Romanus, ut ageret de permutatione captivorum, probavit non esse permutandos, causatus eos capi non potuisse, si generose mori voluissent: indeque rediit Carthaginem, dissuadentibus amicis, non ignarus quid sibi barbarus terror pararet.
- Damnis Cannensibus.*] Vicos Apulie in Italia prope Avium Anfidum; vulgo *Loſanno*, ubi quadraginta Romanorum milia fusa sunt.
80. *Lituis navalibus.*] Tubis seu pæliis navalibus; signum pro reſignatâ.
81. *Alpe.*] Hannibal superavit Alpes, ceptis aceto ignique cantibus.
82. *Proximus.*] Hannibal tertio ab Urbe lapide castra metatus est: unde *Proximum*, *Hannibal ad portam*, ad indicandum maximum Romanorum terrorum? Sed ille insuperum, ventosumque violentiâ, velut divinitus, ab urbis mœnibus summotus est.
86. *Mare.*] Sustinui meis muris Martem, hoc est Hannibalem, circum meos Mœnia cum duobus equitum milibus obsequitantem.
- Noctesque cruentas Collinâ pro turri.*] Hannibal à portâ Collinâ usque ad templum Idæculis obsequitans, Romam explorabat: Fulvius Flaccus non tulit, sed armatâ manu illum in castra sua recedere coegit. Die postea, & adhuc sequente, ambo exercitus alacrior pugnare apparabant, sed exortâ subitâ tempeſtate, semel atque iterum perculâ, à pugnâ destituerunt. Caterum quam Livius *Collinam* vocat, Valerius Maximus appellat *portam Capenam*, quâ ſolideet iux Capuam. Sic enim ille: *Capenam* portam armis Annibalis quæſantem.
88. *Secula.*] Tribus bellis Punicis, vel Carthaginiensibus, Roma diutissime fatigata est.

- Hoc Fabius fortisque mihi Marcellus agebant,  
 90 Ut Gildo cumularet opes? haurire venena  
 Compulimus dirum Syphacen, fractumque Metello  
 Traximus immanem Marii sub vincla Jugurtham,  
 Et Numidæ Gildonis erunt? proh funera tanta,  
 Proh labor! in Bocchi regnum sudavit uterque  
 95 Scipio. Romano vicistis sanguine Mauri.  
 Ille diu miles populus, qui præfuit orbi,  
 Qui trabeas, & sceptrum dabat, quem semper in armis  
 Horribilem gentes, placidum sensere subactæ,  
 Nunc inhonorus, egens, perfert miserabile pacis  
 100 Supplicium, nulloque palam circumdatus hoste,  
 Oblessi discrimen habet. per singula lethum  
 Impendet momenta mihi, dubitandaque pauci

## INTERPRETATIO.

*Fabius, & Marcellus bellicosus hoc faciebant mihi; ut Gildo accumularet divitias? cogimus Syphacem crudelem bibere virus, & rapimus in catenas Marii Jugurtham efferum, jam edomum à Metello? Et hæc pertinebunt, ad Gildonem Numidam? o mortes tanta! o labor! ambo Scipiones sudaverunt, ut Bocchus regnaret? o Mauri superastis cruore Romano? Ille populus tandiu bellator, qui imperavit Orbi, qui donabat consulatum, & regna, quem nationes experta sunt formidabilem in bello, domita lenem in pace: ille populus, nunc inglorius & pauper patitur penas deplorandas otii. & à nullo cinctus hoste aperte suffert pericula obsidionis. Mors imminet mihi per momenta quaque, & annona dubia.*

## ANNOTATIONES.

90. *Syphacen.* ] Hic Rex Numidæ Scipioni per Lælium conciliatus, violatâ fide, Hannibali adhæsit, sed victus à Massinissâ, & à Scipione, in triumpho ductus est. In carcere inedia perit: non tamen venenum hausit, sed Hannibal. Unde nonnulli, legunt *Compulimus dirum Hannibalem*. Ovidius *Syphacem* producit in secundâ syllabâ *Superas Masinissa Syphacem*.  
 92. *Jugurtham.* ] Micipsa Rex Numidæ Jugurtham fratris sui Manastabalis filium, cum duobus filiis suis, heredem relinquit: at Jugurtha fratres patruales impuberes occidit, ut solus regnet. Romani crimen ulturi huic bellum indicunt: variis cladibus ille à Metello affligitur, atque frangitur, sed tandem captus, atque à Mario in Triumpho ductus, post in carcere, dolore contabuit.  
 93. *Et Numidæ Gildonis erunt.* ] Et hæc erunt in potestate Gildonis, qui modò
- Manus, modò Numida dicitur, quia his populis imperabat.*  
 94. *In Bocchi regnum.* ] Ut Bocchi posteritas Africâ potiretur? Bocchus autem fuit Rex Mauritaniz, & Gætuliz.  
 95. *Mauri.* ] Populi Africæ: vicistisne effuso sanguine Romanorum? An idem effusus est eorum sanguis, ut vinceretis?  
 97. *Trabeas.* ] Consulatum, qui designatur per trabeas, quæ sunt vestes consulares.  
 99. *Pacis supplicium.* ] Patior mala, quæ longa pax peperit. Juvenalis:  
*Nunc patimur longa pacis mala.*  
 101. *Oblessi discrimen.* ] Populus, etsi non cinctus ab hoste, tamen ob famem in periculum vitæ incidit, quasi obsideatur.  
 102. *Dubitandaque.* ] Annona, quæ dubia, atque incerta est, mihi præfinire as præscribere videtur paucos ad vivendum dies.

Præscribunt

- Præscribunt alimenta dies. heu prospera fata,  
 Quid mihi septenos montes, turbamque dedisti  
 105 Quæ parvo non posset ali? felicior essem  
 Angustis opibus. malletm tolerare Sabinos,  
 Et Veios. brevior duxi securiùs ævum.  
 Ipsa nocet moles. utinam remeare liceret  
 Ad veteres fines, & mœnia pauperis Anci.  
 110 Sufficerent Etrusca mihi, Campanaque culta;  
 Et Quincti, Curique seges, patriæque petenti  
 Rusticus inferret proprias Dictator aristas.  
 Nunc quid agam? Libyam Gildo tenet, altera Nilum.  
 Ast ego, quæ terras humeris, Pontumque subegi,  
 115 Deseror. emerita jam præmia nulla senectæ.  
 Dii, quibus iratis crevi, succurrite tandem,  
 Exorate patrem: tūque ô, si sponte per altum

## INTERPRETATIO.

præfuit mihi dies exiguos. O sortem secundam! quare, ô Jupiter, tribuisti mihi colles septem, & multitudinem, quæ non posset nutriri parvo commatu? forem beatior divitiis exiguis; satius esset pati Sabinos & Veios. Ego minor traduxi vitam tutius. Ipsa magnitudo incommodat mihi, utinam permisteretur mihi redire ad prisca limites, & muros Anci pauperis, agri Hetruria & Campania, & fruges Quin-

ti, ac Curii satis essent mihi, ac Dictator agrestis afferret spicas suas patria roganti. Nunc quid faciam? Gildo possidet Libyam, altera Aurora occupat Egyptum: Ast ego, quæ domui terras & mare dextrâ meâ, derelinquor. Merces nulla est senectutis meæ desesse. O superi, quibus indignantibus aucta sum, subvenite mihi tandem: rogate Jovem parentem, & tu ô Cybele, quæ advecta per mare

## ANNOTATIONES.

103. *Hæu prospera fata.*] Quasi dicat heu! nimis prospera nobis fuerunt fata, quæ tantam mihi dederunt civium multitudinem, quæ ali nunc non posset.

106. *Sabinos & Veios.*] Primos Romanorum hostes.

107. *Brevior.*] Minor, & breviores habens Imperii limites.

109. *Anci.*] Ancus Martius fuit quartus Rex Romanorum, pauper quidem, si cum immensis Imperatorum divitiis census ejus comparetur.

111. *Quincti.*] Lucius Quinctius Cincinnatus ab agro evocatus, ut Dictator fieret, suâ manu semen spargens inventus est.

*Curii.*] Curius Romanus civis fortissimus, & frugalissimus, Pyrrhum Regem Epirotarum victum, Italiâ expulit, Samnitarum munera contempsit, sedens in

scamno, rapasque in foco torrens.

112. *Dictator.*] Lucius Quintius Cincinnatus, de quo supra modò diximus.

113. *Alterâ.*] Aurora, Imperium Orientis, Constantinopolis, in quâ imperabat Arcadius.

114. *Humeris.*] Totis viribus, omniconatu.

115. *Emerita.*] Bellicis laboribus defessæ senectutis, quæ mitius excipi deberet, instar emeritorum, qui post multos labores vacationem à ludis obtinuerunt.

116. *Quibus iratis.*] Ego Roma, Diis iratis, crevisse videor, si tantam mihi concessere magnitudinem, ut fame pressa miserabiliter perirem.

117. *Exorate.*] Precibus vestris evincite, expugnatæ, reddite propitium.

*Vecta per altum.*] Tūque, ô Cybele Deorum mater, quæ advecta mari mu-

- Veſta Palatinis mutaſti collibus Idam,  
 Prælatoque lavas Phrygios Almone leones,  
 120 Maternis natum precibus jam fleſte Cybelle.  
 Sin prohibent Parcæ, falſiſque eluſa vetuſtas  
 Auſpiciis, alio ſaltem proſternite caſu,  
 Et pœnæ mutate genus. Porſenna reducat  
 Tarquinius. renovet ferales Allia pugnas.  
 125 Me potiùs ſæyi manibus permittite Pyrrhi.  
 Me Senonum furiis, Brenni me reddite flammis.  
 Cuncta fame leviora mihi. Sic fata, reſuſis  
 Obſecruit lacrymis. mater Cytherea, parénſque

## INTERPRETATIO.

*ultrò permutaſti Idam montem, cum collibus Romanis, & abluiſ Leones Trojanos in Almone antepoſito, nunc move filium Jovem precibus maternis. Sin fata vetant, & antiquitas decepta eſt auguriis fallacibus, ſaltem percollite me aliâ ruinâ, & com-*

*mutate genus ſupplicii. Porſenna revocet Tarquinius: Allia redintegret funeſta prælia: tradite me potiùs poteſtati Pyrrhi crudelis, tradite me furori Senonum, tradite me ignibus Brenni. Ita Roma locuta, ſiſuit ſletibus abortis. Venus mater ſet, &*

## ANNOTATIONES.

taſti Idam montem cum collibus Romanis. Cybele autem, ſeu Cybeles ſimulachrum adveſtum eſt ductu Claudie virginis Veſtalis, quæ navim in quâ illud ſimulachrum erat, adverſo Tiberi, Zonâ ſuâ traxit, *precata propalam, ut ita demum ſequeretur ſi ſibi pudicitia conſtaret*: Suetonius.

118. *Palatinis.* ] Mons Palatinus Romæ, dictus primò *Palantium*, deinde *Palatium*: inde Palatinus.

*Idam.* ] Montem Phrygiæ, in quo Cybele colebatur.

119. *Almone.* ] Fluvius Romæ vicinus, in quo Cybeles ſimulachrum ſaxum ablutum eſt à ſacrificulis: qui mos quot annis renovabatur die 12. Aprilis, tùmque Dea mitigari credita, & cum ſordibus depocere quidquid malevolentie contra Romanos concipere potuiſſet. At ſimulachrum ablutum in urbem referebatur. Sed & Cybeles Sacerdotes fanatici, & turpes.

120. *Cybelle.* ] Claudianus geminat litteram *l*, ut producat: contra Martialis dixit *Porſena*, tollendo *n*.

*Leones.* ] Hi ſinguntur trahere currum Cybeles: quia Cybele, ſeu Veſta, ſeu Terra, mater communis omnium animalium,

121. *Parcæ.* ] Seu fata, quæ ſunt etiam ſupra Jovem. Sed fatum illud nihil eſt aliud, quam verus Deus, qui eſt *ſupra omnes Deos*.

122. *Auſpiciis.* ] Duodecim vulturum, quos vidit Romulus antequam Romam conderet.

123. *Porſenna.* ] Rex Hettruriz reducat Tarquinius ſuperbum, & ejus filios libidinofos, quos mei cives ejecerunt.

124. *Allia.* ] Fluvius, qui inſluit in Tyberim, inſignis clade Romanorum, qui ibi à Brenno Gallorum duce proſtigati ſunt. Unde Lucanus:

*Et damnata diu Romanis Allia ſaſtis;*

125. *Pyrrhi.* ] Regis Epirotarum inter inſenſiſſimos Romanorum hoſtes repomendi.

126. *Me Senonum.* ] Senones, Brenno duce, Romam incenderunt.

127. *Cuncta fame.* ] Omnia mala potiùs feram, quàm famem. Homerus, *μηδ' εὖ οἰκτιρὼν Δαίμον, fame περὶ τοῖς μίσερριμον.*

128. *Mater Cytherea.* ] Venus ſic dicta à Cytheris, inſulâ contra Cretam, Veneri dicata: vocatur autem mater, quia Roma ex Ænâ, Æneas ex Venere ducebat originem.

- Plet Mavors, sanctæque memor Tritonia Vestæ.  
 130 Nec sicco Cybele nec stabat lumine Juno.  
 Mœrent indigetes, & si quos Roma recepit  
 Aut dedit ipsa Deos. gonitor jam corda remitti  
 Cœperat, & sacrum dextrâ sedare tumultum,  
 Cum procul infans quatiens ululatus axem,  
 135 Et contusa genas, mediis apparet in astris  
 Africa. rescissæ vestes, & spicea passim  
 Seta jacent. lacero crinales vertice dentes,  
 Effractum pendebat ebur. talique supernas  
 Irrupit clamore fores. quid magne moraris  
 140 Jupiter, avulso nexu, pelagique solutis  
 Legibus, iratum populis immittere fratrem?

## INTERPRETATIO.

Mars pater, & Pallas recordata Vesta sancta: neque Cybele manebat sicco oculis, neque Juno: Indigetes lugent, & ii, si quos Deos Roma accepit, vel ipsa dedit. Pater Juppiter jam incipiebat mollire peccata, & placare manu murmur sacrum, cum longè Africa concutens Cælum lamentis horrendis, & laniata per genas, ostendit se in medio aethere: vestimenta ejus discepta, & seta aristarum jacent, pecten scissus, & ruptum ebur suspendebatur ex capite lacerato: illa irrumpit in Cœli limina, hac vociferans. Quare cunctaris, ô magne Juppiter, laxare fratrem Neptunum indignantem in terras ruptis vinculis, & dissolutis legibus maris?

## ANNOTATIONES.

129. *Parents Mavors.*] Mars pater erat Romuli, ac proinde Romanæ gentis: multi ferre non possunt Deos fientes: sed tales erant Dii Homericæ.

*Tritonia.*] Pallas sic dicta à fluvio Tritone in Africâ, quod primum virginali habitata ad hunc vel fluvium vel lacum apparuerit: qui fluvius vel lacus erumpit ex Palude Tritonide: hinc Pallas dicta *Tritonia*, & *Tritonis*, *idis*.

*Vesta memor.*] Palladium, seu Palladis simulachrum custodiebatur apud Virgines Vestales; idè Tritonia seu Pallas recordatur Vestæ.

130. *Cybele.*] Mater Deorum: nonnulli eam cum Vestâ confundunt.

131. *Indigetes.*] Homines præstantissimi, qui in Deorum numerum adscripti sunt: ut Romulus, &c.

*Roma recepit.*] Roma, ut Cælum ali-quod, recepit gentium omnium devictarum Deos, nequis scilicet remaneret in urbibus, aut provinciis suum honorem ulturus. Lepidam certè superstitionem! Roma tamen solum Hebræorum Deum

non consecravit, quia is jubeat se coli solum, cæteris exterminatis; & Deum aliquem colere alio, quo ipse jussisset modo, nefas. At Romani plures Deos volebant, ut fortè nullum haberent: sic tamen apud eos omnium superstitionum colluvies confluxerat.

132. *Aur dedit.*] Roma dedit Romulûm, & Cæsares qui inter Deos referebantur.

133. *Sacrum tumultum.*] Excitatum à Diis Romæ calamitatem indignantibus.

*Dextrâ sedare.*] Mos eorum, qui erant locuturi, Eucannus:

*Dextrâque silentia jussit.*

137. *Dentes, & ebur.*] Id est, dentes eburnei, seu pecten eburneus, quo Africa utitur ad pectendos crines. Huic autem datur pecten eburneus propter Elephantos quos alit.

140. *Avulso nexu, &c.*] Avulsis illis limitibus, qui quasi vincula mare retinent: & dissolutis illis legibus, quæ mare vetant transgredi terminos.

141. *Iratum fratrem.*] Neptunum, qui ponitur pro mari,



Mergi prima peto. veniant prærupta Pachyno  
 Æquora. laxatis subsidant Syrtibus urbes.  
 Si mihi Gildonem nequeunt abducere fara,  
 145 Me rape Gildoni. felicior illa perusta  
 Pars Libyæ, nimio quæ se munita calore  
 Defendit, tantique vacat secunda tyranni.  
 Crescat zona rubens. medius flagrantis Olympi  
 Me quoque limes agat. melius deserta jacebo  
 150 Vomeris impatiens. pulsus dominantur aristis  
 Dipśades, & sitiens attollat gleba cerastas.  
 Quid me temperies juvit? quid mitior æther?  
 Gildoni fecunda fui. jam Solis habenæ  
 Bis senas torquent hyemes, cervicibus ex quo  
 155 Hæret triste jugum: nostris jam luctibus ille  
 Consenuit, regnūque sibi tot vindicat annos:  
 Atque utinam regnum! privato jure tenetur,  
 Exigui specie fundi, quod Nilus & Atlas

## INTERPRETATIO.

posco prima submergi: erumpant maria præcipitantia ex Pachyno: oppida obruantur Syrtibus apertis. Si fara non possunt eripere mihi Gildonem, eripe me Gildoni. Illa regio Libya ardentis fortunatior est, quæ defensa ardore immodico tutatur se, quiescitque tuta à tyranno tanto. Zona torrida augeatur: semita media Cæli ardentis rapiat me quoque. Felicius jacebo sterilis, non ferens aratrum, Dipśades regnent, sibi-  
 cis remotis, terra striculosa proferat cerastas. Quid salubritas profuit mihi? Quid æther lenior? Fertilis fui pro Gildone. Jam sed cum loris volvis duodecim hyemas, ex quo tempore ferale jugum adhærescit collo meo: ille jam senior factus est inter calamitates nostras, & per tot annos sumit sibi imperium. Et utinam imperium! quicquid est inter Nilum & Atlantem, occupatur lege privata, quasi

## ANNOTATIONES.

142. Pachyno.] Pachynus unus est ex promontoriis Siciliæ, respicit Africam: hodiè Capo passaro.

143. Laxatis Syrtibus.] Ita Syrtes Africa laxentur, & aperiantur, ut pateat via facilior undis erumpentibus, & obrutæ urbes subsidant. Syrtes dicuntur, δὲν τὸ σύρην, trahere. quod naves trahere videantur. Avienus, Latè trahit aquora Syrtis.

145. Perusta.] Libyæ interioris, quæ perpetuis Zonæ torridæ fervoribus aduritur.

148. Crescat.] Zona torrida, & totus ille circulus, quo illa continetur, crescat, & me quoque comburat, ut siam sterilis. Imprecatio est.

151. Dipśades.] Sunt serpentes dicti

δῶν τὸ δι-ψᾶν, sitire, quia ab his percussis, quod plus potant, plus sitiunt, siti-que pereunt.

Cerasta.] Sunt etiam serpentes, sic dicti, quod cornua exerant, κέρας cornu.

156. Consenuit.] Alii legunt consuevit, nec malè: consuevit luctibus, ac proinde non movetur.

157. Atque utinam regnum.] Si enim Rex esset Gildo, me blandius exciperet, & huic parterem libentius; sed quis non doleat se servire prædoni immanissimo?

158. Exigui fundi.] Quasi Gildo vilem, vel parvam Africa possessionem reputet.

Quod Nilus & Atlas.] Immensa illa vastitas terræ, per quam Nilus & Atlas, Barce & Gades, Ganges & Ægyptus disjunguntur, servit prædoni Gildoni.

- Diffidet. occiduis quod Gadibus arida Barce ,  
 160 Quòdque Paratonio secedit littore Ganges ,  
 Hoc sibi transcripsit proprium. pars tertia mundi  
 Unius prædonis agor. distantibus idem  
 Inter se vitiis cinctus : quodcúmque profundâ  
 Traxit avaritiâ : luxu pejore refundit.  
 165 Instat terribilis vivis , morientibus hæres ,  
 Virginibus raptor , thalamis obscœnus adulter.  
 Nulla quies. oritur prædâ cessante libido ,  
 Divitibusque dies , & nox metuenda maritis.  
 Quisquis vel locuples , vel pulcrâ conjuge notus ,  
 170 Crimine pulsatur falso. si crimina desint ,  
 Accitus conviva perit. mors nulla refugit  
 Artificem, varios succos spumâsque requirit  
 Serpentum virides , & adhuc ignota novercis  
 Gramina. si quisquam vultu præsentia damnet ,  
 175 Liberiúsve gemat , dapibus crudelis in ipsis

## INTERPRETATIO.

*campus parvus. Secundum quod Barce sitiens recedit à Gadibus occidentalibus, & secundum quod Ganges recedit ab orâ Ægyptiacâ, hujus sibi Gildo tribuit proprietatē. Pars tertia Orbis est campus latronum unius, ipse stipatus vitiis multum differentibus : quicquid rapuit immensâ avaritiâ, dissipat luxu deteriore. Formidabilis est viventibus, hæres morientibus, raptor puellis, adulter infamis connubiis. Nulla est illi requies, deficiente prædâ, nascitur impudicitia : & dies timendus est locupletibus, & nox conjugibus. Quicumque est aut dives, aut cognitus formosâ uxore, accusatur falso scelere. Si non sunt scelera, invitatus in convivium occiditur. Nullum mortis genus latet inventore sceleris Gildonem. Vestigat liquores diversos, & spumas lividas draconum, & herbas incognitas adhuc novercis. Si aliquis vultu arguat statum præsentem, & ingemiscat liberiús, satellites savi inter ipsa*

## ANNOTATIONES.

159. *Barce.* ] Oppidum Pentapoleos in Africâ.

160. *Paratonio.* ] Ægyptiaco : nam Parætanium oppidum est Alexandriæ vicinum.

*Ganges.* ] De hoc sæpius alibi.

162. *Distantibus vitiis.* ] Avaritia & luxu quasi obsessus est, vel cinctus est. atque septrus, velut suis ipse, iisque contrariis vitiis fortior; quasi vitia sint ejus comites & satellites.

165. *Morientibus.* ] Persequitur viventes, quibus eripit bona : persequitur morientes, ut seipsum faciant hæredem : rapit puellas, conjuges, &c.

170. *Pulsatur.* ] Accusatur, evertitur.

171. *Accitus conviva.* ] Invitatur in convivium, ubi vel gladio vel veneno, seu boletis pestiferis perit. Unde Distichum :

*Defungi fungis hominem, Macrino, putabat*

*Boleti lethi causa fuere tui.*

Martiali tribuit hoc Distichum Cujacius.

172. *Artificem.* ] Gildo sævus mortis artifex scit omnes artes, quibus quis occidi possit; & nemo tam callidus est, ut effugere valeat ejus dolos.

174. *Gramina.* ] Herbas, venena, quæ non dum norunt novercæ, id est teterima : notæ novercarum insidiæ. Ovidius :

*Lurida terribiles miscent aconita novercæ,*

C c iij

- Emicat ad nutum stricto mucrone minister.  
 Fixus quisque toro tacitâ formidine libat  
 Carnifices epulas, incertâque pocula pallens  
 Haurit, & intentos capiti circumspicit enses.  
 180 Splendet Tartareo furialis mensa paratu,  
 Cæde madens, atrox gladio; suspecta veneno.  
 Ut vino calefacta Venus, tum sævior ardet  
 Luxuries: mistis redolent unguenta coronis,  
 Crinitos inter famulos pubémque canoram  
 185 Orbatas jubet ire nurus, nupérque peremtis  
 Arridère viris. Phalarin, tormentâque flammæ  
 Profuit, & Siculi mugitus ferre juvenci,  
 Quàm tales audire choros. nec damna pudoris,

## INTERPRETATIO.

*convivia exilit nudo gladio ad arbitrium Gildonis. Quisque affixus lecto cum tacito metu gustat cibos morisferos, & expallescentes vacuat scyphos dubios, atque circumspicit gladios imminentes capiti. Mensa funesta resulget pompâ infernâ, exundans strage, crudelis ob enses, timenda ob virus. Postquam amor incensus est vino, tunc libido* | *atrociore inflammatur: corona fragrant unguentis permixtis. Gildo cogit incedere uxores viduatas inter servos comatos, & pueros symphoniacos, & arridère sibi post conjuges modo interfectos. Præstabat pati Phalarin, & supplicia ignium, & proferre beatus tauri Siculi, quàm adesse huius saltationibus. Neque infamis iactura honoris,*

## ANNOTATIONES.

176. *Emicat.* ] Satellites ad arbitrium Gildonis emicat, ut occidat eum, qui liberius ausit gemere, & præsentem rerum statum vel vultu arguere. Sic tyrannus flentes & gementes occidit; sic Caligula, Nero, & alii inter pocula occiderunt convivas.
177. *Fixus.* ] Quisque in lecto seu triclinio fixus, ac velut attonitus ob timorem gustat epulas, quæ sæpius necant comedentes, idèoque dicuntur, *carnifices epula.*
178. *Incertâque pocula.* ] Dubia, & anticipia: postquam enim ea quis hausit dubitare potest, an non mortem simul hauserit.
179. *Intentos capiti.* ] Videt, metuitque enses capiti imminentes, instar Damoclis Horatiani,  
*D. strictus ensis cui super impia  
 Cervice pendet, &c.*
180. *Tartareo.* ] Apparatu, qui convivas sæpius sub tartara mittat.
182. *Vino labefacta Venus.* ] Quæ sine Cerere & Libero frigere solet.
183. *Coronis.* ] Coronæ redolent, suavis-
- simumque affiant odorem, quia mistæ sunt unguentis, seu suffimentis: in conviviis autem veteres coronari floribus solebant, & ad voluptatem, & ad retundendos vini vapores.
184. *Crinitos.* ] Servos illos crinitos, atque calamistratos antiqui magno pretio parabant, & epulis ministros præstiebant.
- Pubémque canoram.* ] Nec minore delectu conquirebant pueros symphoniacos psalteriâque & lasciva ministeria, ad cantus sensuumque voluptatem.
185. *Nurus.* ] Fœminas, uxores maritis orbatas; vel nurus propriè: quasi Gildo eas jubet ire in conspectum socerorum, id quod est crudelius: easque jubet sibi Gildoni arridère, quarum maritos modò occiderit: id quod est crudelissimum.
186. *Phalarin.* ] Tyrannum Agrigentinum in Sicilia, qui homines in tauro æneo inclusos flammis suppositis omni immanitate torcebat.
188. *Quàm.* ] *Phalarin ferre profuit, quàm choros.* intellige *profuit potius.* Livius dixit orationem precibus, quàm jur-

Turpia sufficiunt. Mauris clarissima quæque  
 190 Fastidita datur. mediâ Carthagine ductæ  
 Barbara Sidoniæ subeunt connubia matres.  
 Æthiopem nobis generum, Namaſona maritum  
 Ingerit. exterret cunabula degener infans.  
 His fretus lociis, ipſo jam principe major  
 195 Incedit. peditum præcurrunt agmina longè.  
 Circumdant equitum turmæ, Regesque clientes,  
 Quos nostris ditat ſpoliis. proturbat avitâ  
 Quemque domo, veteres detrudit rure colonos.  
 Exiliis diſperſa feror. nunquàmne reverti  
 200 Fas erit, errantesque ſolò jam reddere cives?  
 Iret adhuc in verba dolor, niſi Jupiter alto  
 Cæpiſſet ſolio. voces adamante notabat

## INTERPRETATIO.

*ſatis eſt: illuſtriſſima quæque ſœmina con-*  
*tempta traditur Mauris. Matres Cartha-*  
*ginieſes maritata in luce media Cartha-*  
*ginu tolerat matrimonia barbara. Gildo*  
*obtrudit nobis Æthiopem pro genere, Na-*  
*maſonem pro conjuge: infans degenerans*  
*terrât ipſas cunabula. Gildo ſtipatus fœde-*  
*ratis his monſtris, & jam potentior ipſo*  
*Imperatoris. Caterua peditum procul an-*  
*tevolant: caterua equitum cingunt eum.*  
*& Reges clientes, quos locupletat exuviis*  
*noſtris: ejicit unumquemque ex avitâ*  
*domo: expellit agricolas antiquos ſuis prædiis.*  
*Errabunda agitor exiliis: an non licebit un-*  
*quam redire, ac reſtituere terris noſtris ci-*  
*ves vagantes? Mæror ulterius progredereſtur*  
*in ſermonem, niſi Juppiter ex ſolio excelsò*  
*incepiſſet loqui. Atropos imprimebat verba*

## ANNOTATIONES.

*gio ſimilem. Tacitus, pacem, quàm bel-*  
*lum optabant.*

*Choros.] Cantus ſaltationeſque impu-*  
*riſſimas.*

189. *Sufficiunt.]* Nec ſatis eſt violâſſe  
 pudorem ſœminarum nobilium; cùm  
 Gildonis ſatiata eſt libido, ſaſtidiuntur,  
 Mauriſque exponuntur.

191. *Barbara.]* Matres Carthaginenſes  
 coguntur nubere barbaris: Sidoniæ au-  
 tem dicuntur ab Urbe Sidone in Phœni-  
 ciâ, unde primi Carthaginis incolæ ad-  
 recti ſunt.

192. *Æthiopem.]* Æthiops dicitur *ὄψις*  
*τὸ αἶναι* ardere, & *ὄψις* vultus,  
 quod hi vultu nigro, & velut aduſto ſint.

*Namaſona.]* Namaſones ſunt populi  
 Africæ.

193. *Ingerit.]* Obtrudit in vitis ac repu-  
 gnantibus,

*Degener.]* Infans diſcolor, ſeu dege-  
 nerans à colore, & virtute parentum, eos  
 terret, imò & ipſa cunabula non aſſucta  
 his monſtris territare videtur.

194. *Sociis.]* Æthiopibus, & Namaſo-  
 nibus ſuperbiens Regum ipſorum poten-  
 tiam ſuperare ſe putat.

196. *Reges clientes.]* Quos in fidem &  
 clientelam recepit: quod invidioſum eſt,  
 tantum potuiſſe Gildonem.

199. *Exiliis.]* Ego Africa ſum diſperſa,  
 id eſt incolæ mei variis exiliis à Gildone  
 diſperſi ſunt.

*Nunquàmne reverti.]* An non licebit  
 civibus meis redire in Africam natalem?  
 An non licebit eos exules reſtituere ſolò  
 natali, ſeu patriæ.

201. *Iret adhuc.]* Africa adhuc mœrens  
 pergeret loqui, niſi Juppiter ipſe veta-  
 ret ac loqueretur.

- Atropos, & Lachesis jungebat stamina dictis.  
 Nec te, Roma, diu, nec te patiemur inultam  
 205 Africa. communem prosternet Honorius hostem.  
 Pergite securæ. vestrum vis nulla tenorem  
 Separat: & soli famulabitur Africa Romæ:  
 Dixit, & afflavit Romam meliore juventâ.  
 Continuo redit ille vigor, senisque colorem  
 210 Mutavere coræ, solidatam crista refurgens  
 Erexit galeam, clipeique recanduit orbis,  
 Et levis excussa micuit rubigine cornus.

## INTERPRETATIO.

Jovis in adamante, & Lachesis inferebat fila verbis jungendis. Neque ferebat diu te, ait Juppiter, sine vindictâ, & Roma, neque te & Africa. Honorius profligabit hostem utriusque. Ite sine curâ; nulla violentia sejungat vestram conjunctionem, & Africa obediens uni Roma.

Locutus est, & inspiravit Roma juventutem vegetiorem. Statim vis illa renovatur, & crines vertierunt colorem senectutis: crista elata simul extulerunt cassidem firmam, & rotunditas scuti refulsit, ac celer hasta enituit, rubigine deterâ.

## ANNOTATIONES.

203. *Atropos.* ] Una ex Parcis, sic dicta ab *a'* sine, & *trêm* vertere, quod hæc non possit verti, aut mutari. Parcæ autem sunt Jovis amanuenses, & ejus verba excerpunt, exscribuntque, & quod firmiora sunt, in adamante notant, atque incidunt.

*Lachesis.* ] Altera ex Parcis, dicta *ἀπὸ τοῦ λαχάειν* fortiri, quod fortiatu seu sortetrahatur fila, simulque hominum vitam. Hæc verò jungebat, necebatque fila seu stamina, ad dicta Jovis simul jungenda, melius ut possent custodiri, quæ dicta Jovis sunt fata irrevocabilla. Statius:

*Græve, & immutabile sanctis  
 Pondus adest verbis, & vocem fata sequuntur.*

Alii fata supra Jovem constituunt, sed hoc liberum Poëtis in varietate fabularum.

206. *Pergite securæ.* ] Pergite esse securæ, & nihil de Gildonis tyrannide timete.

*Tenorem.* ] Vestram conjunctionem, vestram illam Romæ in imperando, Africa in obediendo constantiam immutabilem vis nulla separabit.

208. *Afflavit.* ] Decorum afflatu omnia reflorescunt.

209. *Vigor.* ] Vis illa antiqua Romæ renovatur, adeo ut crines qui modò erant cani, mutaverint colorem illum senectutis, & colorem juventutis induerint.

210. *Crista.* ] Crista, quæ dejecta erat à Româ seniore, quæ languida, ac debilis videri poterat, resurgit, & simul galeam ostendit erectiorem, atque firmiorem, sic Poëtæ dant sensum rebus inanimis.

211. *Clypeique recanduit.* ] Orbis clypei refulsit, atque novo candore emicuit. Dicitur *clypeus*, vel *clipeus*: hic *ἀπὸ τοῦ κλύπειν*, tegere, furari, quod tegat & quasi furetur oculis lævam hominis partem: ille dicitur *ἀπὸ τοῦ γλύφειν*, scalpere, quod cæletur in sculptis imaginibus, & præclaris in bello gestis: vel *ἀπὸ τοῦ κλύπειν*, tegere, ita ut dicatur *clypeus* per syncopen, quasi *calupeus*.

212. *Cornus.* ] Arbor ex quâ fiunt hastæ, lanceæ, tela: hic ponitur pro hastâ aut lanceâ: causa pro effectu, materia scilicet pro materiato.

Humentes

Humentes jam noctis equos, Lethæaque Somnus  
Fræna regens, tacito volvebat sidera curru.

215 Jam duo Divorum proceres, majorque minorque  
Theodosii pacem laturi gentibus ibant :

Qui Jovis arcanos monitus, mandatæque ferrent  
Fratribus, & geminis sancirent fœdera regnis.

Sic cùm præcipites artem vicere procellæ ;

220 Assiduoque gemens undarum verberere nutat

Descensura ratis, cæcâ sub nocte vocati

Naufraga Ledaï sustentant vela Lacones.

Circulus ut patuit Lunæ, secuere meatus

Diversos. Italas senior tendebat in oras.

225 At pater, intrantem Pontum quâ Bosporus arctat ;

## INTERPRETATIO.

Jam Somnus ducens equos humidos noctis, & habenas Lethæas, torquebat astra curru silente. Jam Theodosii bini, primores Divorum, & senior & junior incedebant, daturi pacem populis : qui Theodosii reportarent duobus fratribus secretas admonitiones, & jussu Jovis, ac stablissent fœdera in duobus Imperiis. Itacùm turbulenta tempestas superaverunt industriam gubernatoris, & navis percussa agitatione continuâ fluctuum vacillat mox submergenda : Lacones Ledaï invocati inter caliginem obscuram, sustinent navim mox facturam naufragium. Ubi globas Luna apertus est. Theodosii fecerunt sibi vias varias : senior avus ibat in tractus Italia : sed pater, quâ parte Bosporus Thracius angustat mare ingredivus descendit in.

## ANNOTATIONES.

215. *Humentes.*] Equos noctis rore madentes.

*Somnus.*] Deus habitus ab antiquis, & placidissimus, fingitur spargere maledicta sua papavera somnos, regere habenas Lethæas, hoc est inducentes oblivionem ; nam per somnum videas corda oblita laborum. Somnus noctis frater. *Τὸν δὲ θεὸν τοῦ ὕπνου ὀνομάζουσιν*, quidam fratrem mortis somnum vocant : Athenagoras.

215. *Theodosii.*] Theodosius major, seu senior avus ; & Theodosius minor, seu junior, pater Arcadii & Honorii : neque Dii tantum dicuntur, sed proceres eminentes inter Deos : hunc statum inexit Poëtarum Ethnicorum vel ambitio, vel adulatio.

*Senior.*] Theodosius avus, vir bello strenuus : sed malevolorum invidia, & Valentis Imperatoris superstitiosa suspitione oppressus est. Etenim hic princeps audiens ab aruspibus sibi funestas fore literas, Θ. Ε. Ο. Δ. multos occidit, quorum nomina ab iis literis incipiebant, &

inter eos Theodosium seniore, cujus caput Carthagine amputatum est.

218. *Fratribus.*] Arcadio, & Honorio.

219. *Sic cùm.*] Hæc comparatio haud satis magna visa est Scaligero patri.

*Geminis regnis.*] Duobus Imperiis, Orientis & Occidentis, stablissent pacem, quæ velut quodam fœdere immutabili rata, & sancita floureret.

222. *Ledaï Lacones.*] Ut Castor & Pollux ex Jove & Leda geniti in Laconiâ Græciæ regione nautis sunt propitii, & pulsatæ tempestate navem sustentant : sic duo Theodosii, avus & pater, Reipublicæ navim fluctuantem servaverunt.

223. *Circulus.*] Poëta finxit circulum lunæ esse superis ad nos venientibus, ostium ultimum : sub quo circulo posita sunt ea omnia, quæ sunt morti obnoxia.

225. *Pater.*] Theodosius pater Arcadii & Honorii.

*Bosporus.*] Thracius ; ad quem est urbs Constantinopolis, ubi sedes Imperii Eoi, id est Orientis, seu Auroræ. *Ἑως & ἡ ἡμέρα*.

- Arcadii thalamis, urbique illapsus Eoz.  
 Quem simul ac vidit natus (nam clara nitebat  
 Cynthia) permisso tremuerunt gaudia fletu,  
 Complexuque fovens, quos non speraverat, artus  
 230 O mihi post Alpes nunc primum reddite, dixit,  
 Unde tuis optatus ades? da tangere dextram,  
 Quam gentes cecidere feræ. quis tale removit  
 Præsidium terris? ut te mortalia pridem  
 Implorant, hægentque pium, fortemque requirunt?  
 235 Cui pater in tales rupit suspiria voces.  
 Hoc erat? in fratres medio discordia Mauro  
 Nascitur, & mundus germanaque diffidet aula?  
 Gildonisne salus tanti sit palma furoris?  
 Scilicet egregius morum, magnoque tuendus,

## INTERPRETATIO.

*cubiculum Arcadii, & in urbem Orientis. Quem statim atque filius aspexit (etenim Luna nitida micabat) latitia ejus horruit mistis lacrymis, & constringens amplexu corpus, quod non expectaverat, ait, o rediens ad me nunc primum post Alpes, unde venis expectitus à tuis filiis? permitte contingere manum, quam barbara nationes oppressa sunt. Quis avertit te tantum co-* *lumen à terris? Quomodo te homines mortales invocant jamdudum, & desunt ut clementem, & desiderant ut generosum! Ad quem Arcadium pater abruptis suspiria in hac verba. Hoc erat! certamen oritur inter fratres, Mauro interposito, atque Orbis & Aula fratrum dissensit. An incolumitas Gildonis erit primum tantorum odiorum? Est nempe ille excellens virtutibus, &*

## ANNOTATIONES.

- Aurora.* Bosphorus dicitur quasi βόας ποταμός, transitus bovis; quia mare ibi tam angustum est, ut bos hac transire queat.  
 228. *Cynthia.* Luna à Cyntho monte Deli insula, ubi Diana nata est; quæ Diana eadem est ac Luna.  
*Tremuerunt gaudia.* Arcadius ipse gaudens tremuit ob visum ex improvise patrem, quem non sperabat se visurum.  
 229. *Artus.* Non artus quos mortui non habent; sed nescio quam paterni corporis imaginem.  
 230. *Post Alpes.* Ubi Theodosius tanta dederat virtutis documenta, ut supra diximus.  
 234. *Fortemque requirunt.* Ob tumultus secutos, quos tamen feliciter Stilicho compefcuit.  
 235. *Rupit suspiria.* Pater Theodosius abruptis silentia imo pectore suspirans, & alloquens filium Arcadium.  
 236. *Hoc erat.* Ironica indignatio: quasi diceret: hæc ergo erat causa, cur vobis fratribus tantum Imperium relinquere, ut inter vos dissensio excitaretur. *Hoc erat alma parens quod me per tela, per ignes eripis, &c.* Virgilius.  
*Medio Mauro.* Gildone interposito, quem aggrediebatur Honorius, sed Arcadius eum tutabatur, & ideo inter fratres nascebatur discordia.  
 237. *Germana Aula.* Aula Orientis in urbe Constantinopoli, & Aula Occidentis in urbe Roma, quæ fratrum Aula una esse deberet, & uno animo administrari.  
 238. *Salus.* An salus Gildonis esse debet præmium, mercesque tantorum inter fratres odiorum, tantarumque cladum, Honorio illum lacescente, & defendente Arcadio, ut scilicet ab hoc contra illius ejus vita conservetur.  
 239. *Morum.* Virtutum, nam mores sunt omne genus virtutis. *Maxima enim*

- 240 Et cujus meritis pietas à fratre recedat.  
In primo genitore, vide, civile calebat  
Diffidium. dubio stabant Romana sub ictu.  
Quis procul Armenius, vel quis Mæotide ripæ  
Rex ignotus agit, qui me non juvit euntem?  
245 Auxilio fovère Getæ, venère Geloni.  
Solut at hic non puppe datâ, non milite missâ  
Subsedit fluitante fide. si signa petisset  
Obvia, defecto submissius hoste dolerem.  
Restitit in speculis fari, turbâque reductus  
350 Libravit geminas eventu judice vires,  
Ad rerum momenta cliens, seseque daturus  
Victori. fortuna simul cum Marte pependit.

## INTERPRETATIO.

conservandus ingenti pretio, ac dignus cu-  
jus virtute amor fratris advertatur à fratre.  
Considera primum in me patre tuo merita  
Gildonis. Bellum civile ardebat: res Ro-  
mana stabant sub ictu ancipiti. Quis longè  
Armenius Rex, aut quis Rex incognitus in  
liore Mæotico vivis, qui non adjuverit me  
proficiscentem ad bellum? Getæ sustenta-  
mini nos suis viribus, Geloni advenierunt:  
sed iste unus Gildo ambigua fide remansit,  
navi non ministratâ, non missis militibus.  
Si fuisset in vexilla mihi contraria, minùs  
irascerer, ipso hoste aperto. At mansit in-  
considerandâ sorte futurâ, & sejunctus à  
ceterois pependit vires utraq; exitu ju-  
dicaturâ, cliens pro varietate rerum, &  
susceptorus partes victoris: fortuna ejus  
suspensa est una cum bello.

## ANNOTATIONES.

morum semper patientia virtus: Cato.  
Egregiâque animi, Virgilius: reticetur,  
virtute.

Magno. ] Pretio, Virgilius:

Cum magno optaverit emptum  
Intactum Pallantia.

240. Pietas. ] Gildo dignus est, qui ef-  
ficiat, ut frater à fratre recedat, ut frater  
fratrem oderit. Pietas dicitur de Deo, de  
patriâ, de parentibus, de fratribus, &c.

241. Vide. ] In me patre tuo vide meri-  
ta Gildonis, qui me solus non adjuvit,  
cum reges omnes me adjuverent.

Civile. ] Cum Maximo & Victore, qui  
à Theodosii virtute oppressi sunt. De Ma-  
ximo supra, Victor autem erat hujusce fi-  
lius: Utrumque Theodosius in urbe Aquil-  
leâ morte multavit.

242. Sub ictu. ] Imperium Romanum,  
quasi victima, stabat, & velut expecta-  
bat ictum subitum, qui dubiam efficeret  
ejus salutem.

243. Armenius. ] Armenia est regio  
Asiæ.

Mæotide. ] Palus Mæotis est supra Pon-

tum Euxinum, cujus ripam Mæotidem  
incolunt varii populi.

245. Getæ, Geloni. ] Sunt populi versûs  
Septentrionem.

248. Defecto. ] Ipso Gildone deficiente,  
factoque hoste manifesto, minùs dolerem;  
sed ferre non possum hominis perfidiam.  
Alii legunt, defecto, & melius, id est, hoste  
aperto.

249. In speculis fari. ] Remansit, quasi  
speculaturus quod fatum, quæ fors futura  
esset belli, & pependit utriusque exercitus  
vires ex eventu judicaturus, & fortioris  
partes susceptorus. Cicero, Rex semper  
in speculis fuit.

251. Cliens. ] Gildo scilicet imitans li-  
bræ ancipitis motum, clientem se profite-  
batur pro momentis, seu motu, seu va-  
rietate rerum atque temporum, adeo ut  
cui fortuna, eidem ipse adhaereret, & eo  
penderet, quò res melius verterentur.

252. Fortuna. ] Gildo fortunam suam  
suspensam tenuit, nec cuiquam favit, do-  
nec fors belli remansit dubia atque sus-  
pensa.



- Et si non cupidis essem præreptus ab astris,  
 Exemplum sequerer Tulli, laniandâque dumis  
 255 Impia diversis raptarem membra quadrigis.  
 Germani nunc usque tui responsa colebat.  
 En iterum calcar. tali te credere monstro  
 Post patrem fratremque paras? sed magna rependit,  
 Inque tuam sortem numerosas transtulit urbes.  
 260 Ergo fas pretio cedit? mercede placebit  
 Proditio? taceo, læsi quod transfuga fratris;  
 Quod levis ingenio, quamvis discrimine summo  
 Proditor apportet suspensam morte salutem,  
 Nusquam gratus erit. damnamus luce repertâ  
 265 Perfidiam: nec nos patimur committere tali  
 Hoc genus emptori. cives cum mœnibus offert?

## INTERPRETATIO.

*Esse ego Theodosius non fuisset raptus à Cælo desiderante me, imitaver exemplum Tulli Hostilii, & traherem per quadrigas oppositas corpus impii Gildonis lacerandum sentibus. Ille ad hoc usque tempus venerabatur imperia fratris tui: ecce rursus proculcat ea. Apparas confidere tali portento post patrem, & fratrem? At verò Gildo reddidit magna, & transmisit multa oppida in tuam partem. Aequitas igitur vincetur mercede? Perfidia placebit ob munera? Silo, quod iste sit desertor fratris tui offensus, quod sit inconstans indole. Etiam si tamen perfidus ille ingenti cura periculo afferat vitam, qua fluctuabat in morte, nunquam erit iacundus: vitam restituta condemnamus proditionem; neque nos sinimus credere hanc gentem nostram ejusmodi emptori: isto proponis cives*

## ANNOTATIONES.

253. *Præreptus.* ] Si non fuisset morte præreptus, & in Cælum adscriptus.

254. *Tulli.* ] Albani Fidenate bello missi in auxilium Romanorum ex fœdere, modii inter duos expectavere fortunam. At Tullus Hostilius tertius Romæ Rex hoste victo ruptorem fœderis Metium Suffetium, seu Fufetium, religatum inter duos currus, perniciosus equis distraxit: Albamque ipsam, quamvis parentem, amulam tamen, diruit. Florus.

*Raptabâtq; viri mendacis viscera Tullus Per sylvam. & sparsi rorabant sanguine vepres.* Virgilius.

258. *Post patrem fratremque.* ] Quos Gildo fefellit, elusit.

*Sed magna.* ] Objicitur, sed Gildo reddit Arcadio magnas urbes, & Africam ipsam Honorio ereptam parat ipsi tradere. Quasi verò id proditor faceret.

260. *Ergo fas.* ] Responsio: ergo fas seu æquitas vincetur mercede? Et placebit perfidia ob talia munera?

261. *Fratris.* ] Deseruit fratrem tuum, cujus erat cliens.

263. *Salutem.* ] Et si de honore, de Imperio, de vitâ periclitemur, tamen non placet salus, quam attulerit proditor.

*Suspensam salutem.* ] Salutem, quæ suspensa sit, & incerta, quæ vacillat modò casura morte impendente, non placet; si proditor eam afferat.

264. *Damnamus.* ] Nos certiores facti salutis, de quâ desperaverimus, damnamus tamen eum, qui nos perfidiâ aliquâ à periculo liberavit: placet enim aliquando perfidus, semper displicet perfidia. Augustus apud Plutarchum, ἐγὼ οὐδὲν οἶδ' ὅτι, οὐδὲν οἶδ' ὅτι ἐπ' αὐτῷ, ego prodicionem amo, proditores non laudo. Philippus prodituros amabat, non proditores.

266. *Emptori.* ] Nec unquam nos patiemur hoc genus nostrum Imperatorium, hosce nostros filios, credere emptori per-

- Hoc vendit patriam. plerique in tempus abusi  
 Mox odere tamen. tenuit sic Graia Philippus  
 Oppida, Pellæo libertas concidit auro.  
 170 Romani scelereum semper sprevere ministros.  
 Noxia pollicitum domino miscere venena  
 Fabricius Regi nudatâ fraude remisit,  
 Insesto quem Marte petit, bellumque negavit  
 Per famuli patrare nefas. ductosque Camillus  
 175 Trans murum pueros obsessæ reddidit urbi.  
 Traduntur pœnis alii, cum prælia solvant;  
 Hic manet, ut moveat? quem respuit alter in hostem,  
 Suscipis in fratrem? longi proh dedecus ævi!  
 Cui placet, australes Gildo condonat habenas,  
 180 Tantâque mutatos sequitur provincia mores.

## INTERPRETATIO.

Venales cum urbibus; ista vendit patriam. Multi abusi ad tempus, statim tamen oderunt: ita Philippus occupavit urbes Græcas, libertas eversa est pecuniâ Pellæâ, Romani semper contempserunt administratos criminum, Fabricius, detecto dolo, remisit Pyrrho medicum promittentem dare virus mortiferum domino suo, quem Pyrrhum Fabricius laceffit pugnâ infensâ, & noluit conficere bellum per crimen servi: atque Camillus restituit civibus obsessis pueros adductos ad se trans murum, Cateri exponuntur suppliciis, cum dirimant pugnas: hic Gildo remanet, ut excites bellum, id aggredieris contra fratrem, quod alius renuit contra hostem; ô opprobrium non visum longâ atate! Gildo dat Imperium meridianum cui lubet, & provincia tanta obtamparat levitati inconstanti.

## ANNOTATIONES.

- Gildo, qui vendet cives, urbisque: non fecimus hanc eis inuri maculam, ut alter alterius Imperium minuat artibus cujuscumque proditoris.  
 167. *Abusi.* Multi ad tempus abusi proditoribus, mox tamen eos oderunt.  
 168. *Philippus.* Rex Macedonum pater Alexandri dictitabat nullam arcem esse inexpugnabilem, in quam introduci posset asellus auro onustus.  
 169. *Libertas.* Libertas Græcorum periiit, eversa est auro Philippi Pellæi, sic dicti ab urbe Macedoniæ Pellæ, Philippi & Alexandri natalibus inclatâ.  
 172. *Fabricius.* Cum vicina castra ipse Fabricius, & Rex haberent, Timochares medicus Pyrrhi, vel Nicias amicus, nocte ad eum venit, promittens se Pyrrhum veneno occisurum, si sibi quidquam pollicitaretur: quem Fabricius victum reduci iussit ad dominum, Pyrrhoque dici, quæ contra caput ejus spondidisset. Hoc factum Curio tribuit Florus.  
 174. *Patrare.* Conficere, & ad finem perducere. Cicero, *promissa patravit*, id est, *perfecit*.  
 175. *Pueros.* Primorum urbis Faliscorum filios, quos ludi magister sermonibus variis pertrahendo usque ad castra Camilli perduxerat, ipsique Camillo prodiderat: sed hic victum ludi-magistrum urbis proditorem ultro remisit, sicque Faliscos beneficio magis, quam armis superatos portas sibi pandere officiosè coëgit.  
 176. *Solvant.* Medicus Pyrrhi, ludi-magister Faliscorum rapiuntur ad pœnas, quod dolo & scelere tentent solvere, & finire prælia.  
 178. *Longi ævi.* O dedecus tale, quale nec visum, nec videndum est per longa secula.  
 180. *Mutatos.* Sequitur mutationem, & inconstantiam morum, levitatēque Punicam Gildonis.

D d iij

- Quassibet ad partes animus nutaverit anceps:  
 Transfundit secum Libyam, refluumque malignus  
 Commodat imperium. Mauri fuit Africa munus.  
 Tollite Massylas fraudes. removete bilingues  
 285 Insidias, & verba foli spirantia virus.  
 Ne consanguineis certetur cominus armis,  
 Ne, precor. hæc trucibus Thebis, hæc digna Mycenis;  
 In Mauros hoc crimen eat. quid noster inquam  
 Molitur Stilicho? quando non ille jubenti  
 290 Paruit? an quisquam nobis devotior extat?  
 Ut fileam varios, quos mecum gesserit, actus,  
 Quæ vidi post fata, loquar. cum Divus abirem,  
 Res inkompositas, fateor, tumidasque reliqui.  
 Stringebat vetitos etiamnum exercitus enses  
 295 Alpinis odiis, alternaque jurgia victi

INTERPRETATIO.

quancumque in partem mens dubia propendat, transfert secum Libyam, & im-  
 probus ille prabet regnum mobile. Africa  
 fuit donum Mauri. Reicite astutiam Massylam, rejicite dolos ambiguos, & ser-  
 mones redolentes venenum loci. Ne pugne-  
 tur propè telis fraternis, ne quæso, pugne-  
 tur. Hæc prælia digna Thebis crudelibus  
 & Mycenis: hoc scelus, vertatur contra  
 Mauros. Quid noster Stilicho machina-  
 tur injustum? Quando non ille obedi-  
 vit imperanti? An aliquis est addi-  
 tior nobis? Ut taceam facta diversa,  
 qua edidit mecum, dicam ea, qua aspo-  
 xi post mortem. Cum ego Divus fierem,  
 deserui, confiteor, res inordinatas, & in-  
 quietas. Tunc etiam exercitus obsidiones  
 Alpinas nudabat gladiis illicitis, & victi,

ANNOTATIONES.

282. *Refluumque.* ] Gildo Maurus quo-  
 tumque inclinaret, transfert secum Libyam,  
 & simul Imperium, instar maris reflu-  
 commodat, pro nutu id ut arenam tra-  
 hens, atque retrahens, & ex Africa do-  
 num faciens; quod mirum, Africam esse  
 latronis manus.  
 284. *Massylas.* ] Massyli sunt populi  
 Africae, quos omnes arguunt, ut perfidum,  
 ut perniciosum, & fugiendum hominum  
 genus; quorum verba venenata sunt, quia  
 mira promittunt, moxque fallunt, ideò  
 que bilingues dicantur. Virgilius:  
*Quippe domum times ambiguam, Ty-  
 riò que bilingues.*  
 286. *Ne consanguineis.* ] Ne frater in  
 fratrem pro Gildone arma capiat. Hoc  
 enim tentabant vel Gildo, vel Eutropius,  
 ut fratribus inter se commissis securi fo-  
 rent.  
 287. *Thebis.* ] Prælia fraterna digna sunt  
 Thebis, ubi Etheocles, & Polymices fra-  
 tres inter sese crudelissimè pugnarunt, &  
 sese invicem occiderunt.  
*Mycenis.* ] Hæc prælia digna sunt etiam  
 Mycenis, ubi fratres inter se Atreus &  
 Thyestes sese invicem odio nefario per-  
 sequebantur. Thebæ & Mycenæ sunt in  
 Græciâ, hæc in Peloponneso; illa in Bœo-  
 tiâ, unde Thebæ Bœotiæ dictæ sunt.  
 288. *In Mauros hoc crimen eat.* ] Sole-  
 bant omnia mala precari hostibus.  
 290. *Devotior.* ] Alii legunt *devinctior*.  
 292. *Cum divus abirem.* ] Cum ex vitâ  
 abirem inter divos referendus.  
 293. *Tumidas.* ] Res malè quiescentes,  
 & adhuc agitationem ostendentes instar  
 tumidi maris.  
 295. *Alpinis odiis.* ] Remanebant adhuc  
 semina odii Alpini; hoc est quod Euge-  
 nius, & Arbogastes excitaverant ad Alpes  
 contra Imperium.

Victorēsq̄ue dabant. vix hæc amentia nostris  
 Excubiis, nedum puero rectore, quiesceret.  
 Heu quantum timui vobis, quid libera tantū  
 Militis auderet moles, cū cæca remoro  
 300 Ferveret jam læta metu. dissensus acerbus,  
 Sed gravior consensus erat. tunc ipse paternū  
 Successit pietate mihi, tenerūque rudēque  
 Fovit, & in veros eduxit principis annos:  
 Rufinūque tibi, quem tu tremuisse fateris,  
 305 Depulit. hunc solum memorem solūque fidelē  
 Exporior. volui si quid, dum vita maneret,  
 Aut visus voluisse, gerit: venerabilis illi  
 Ceu numēque vocor præsens. si tanta reculas,

## INTERPRETATIO.

& victores vicissim præbebant occasiones  
 rixarum: hac insania agere sedata fuisse  
 nostris curis, & minis adhuc à puero  
 gubernatore. Ah! quantum ego sollicitus  
 fui pro vobis, ne multitudo tot militum  
 liberata metu Principis, tentaret aliquid,  
 cū jam amens & gaudens effruesceret  
 pulso timore: discordia atrox inter eos erat  
 sed concordia atrocior contra Principem. Tū  
 ipse Stilicho successit mihi amore patrio, &  
 educavit te ad legitimā aetatem Imperatoris  
 te, tenellum & ignarum, & amovit Rufi-  
 num, quem tu turpiter tibi timor fuisse con-  
 suleris. Agnosco hunc Stilichonem solum  
 gratum, & solum fidum: siquid volui, aut  
 siquid visus sum voluisse, dum vita superes-  
 set mihi, ille facit. Ille me invocat, ut Di-  
 vum verēdum, ac præsentiē: si renuis talia;

## ANNOTATIONES.

297. Nedum puero.] Hos motus ego  
 non potui sedare meis curis, meis excu-  
 biis, à fortiori puer rector Imperii sedare  
 non potuisset.

298. Libera.] Nequid moverent mili-  
 tes liberati metu Principis, qui eos suā au-  
 thoritate compescere poterat.

299. Moles.] Multitudo, roburque mi-  
 litum.

300. Dissensus.] Inter milites tumultu-  
 antes gravis erat dissensio, aliis alia vo-  
 lentibus, sed gravior & magis timenda  
 consensus, simulque periculum, ne spre-  
 ta stirpe Theodosii, novum Imperatorem in-  
 gererent, ut sæpe antè à militibus facti-  
 tarum.

302. Tenerūque.] Arcadius tamen  
 moriente Theodosio annum agebat vige-  
 simum, sed quæ in tali ætate rerum ex-  
 perientia? Huic erat nigra cæcitas, &  
 prava statuta, sed in pingendo vel scri-  
 bendo magna dexteritas: hunc docuerat  
 illustis sanctūque Senator Arsenius, quem

non modò sprexit, sed etiam in eum dira  
 statuit. Quæ de re cū cogitaret Arse-  
 nius, hanc vocem audivisse dicitur, fuge,  
 sede, tace. Hinc desertum petit, sicque  
 fugit, sedit, tacuit, & ob suam virtutem  
 inter Sanctos est adscriptus.

303. In veros eduxit.] Formavit annos  
 tuos tales, quales esse debent anni Prin-  
 cipis veri, principis optimi.

304. Tremuisse.] Erat certè, quòd Ar-  
 cadius timeret Rufinum; nisi enim obsti-  
 tisset Stilicho, Rufinus aut invasisset, aut  
 oppressisset Imperium.

308. Præsens.] Numina antiqui puta-  
 bant ubique præsentia, & nihil non vi-  
 dentia.

Recusus.] Si non te movent talia mo-  
 nita, si non virtus Stilichonis, at saltē  
 moveat te observantia ei debita, qui so-  
 cer est fratris tui Honorii, quique te, ut  
 pater, fovet; sicque avertaris à fovendo  
 Gildone hoste publico.

- At soceri reverère faces, at respice fratris  
 310 Connubium, pignúsque meæ regale Serenæ,  
 Debueras etiam fraternis obvius ire  
 Hostibus, ille tuis. quæ gens, quis Rhenus & Ister  
 Vos opibus junctos, conspirantesque tulissent?  
 Sed tantum permitte, cadat. nil poscimus ultra.  
 315 Ille licet sese prætentis Syrtibus armer,  
 Oppositoque Atlante regat: licet arva referta  
 Anguibus, & Solis medios objecerit æstus:  
 Novi consilium, novi Stilichonis in omnes  
 Æqualem casus animum. penetrabis arenas:  
 320 Invenier virtute viam. sic Divus, & inde  
 Sic natus. jussis genitor parebitur ultro.  
 Amplector præcepta lubens. nec carior alter  
 Cognato Stilichone mihi. commissa profanus.  
 Ille luat. redeat jam tutior Africa fratri.

## INTERPRETATIO

*honora saltem affinitatem soceri! Considera saltem matrimonium fratris tui, & nuptias regias Serena mea. Imò debuisses progredi oppositus hostibus fratris tui, illo tuis: qua natio, quis Rhenus & Danubius sustinuerint vos conjunctos copiis. & consentientes? At patere solum, ut Gildo opprimatur: nihil petimus amplius. Iste etiam si muniat se oppositis Syrtibus, ac protegat se Atlante objecto: etiam si iste opposuerit agros plenos serpentibus, & calores arden-*

*tissimos Solis: cognosco prudentiam Stilichonis, cognosco fortitudinem ejus parem cunctis: pervadat arenas, reperiet iter virtute suâ. Ita Theodosius Divus locutus est, & ita deinde filius ejus Arcadius dixit. Sponte obediatur imperiis tuis, & pater: recipio volens mandata tua: nequius est mihi dilectior, Stilichone affinis: iste impius Gildo puniatur ob delicta: Africa jam securior restituatur fratri meo Honorio.*

## ANNOTATIONES.

309. *Soceri.*] Vocat Socerum, qui erat socer, non Arcadii, sed Honorii.

*Faces.*] Reverere affinitatem Stilichonis, qui perfaces, hoc est conjugium, dedit filiam Mariam conjugem fratri tuo Honorio, cujus est socer.

310. *Serena.*] Reverere nuptias regales Serenæ, fratris mei filiz, sororisque tuæ patnelis, & filiz meæ adoptivæ, quæ nupsit Stilichoni, & quæ tibi velut certum pignus esse deberet & mei, & tui in Honorium Stilichonemque amoris.

311. *Debueras.*] Debuisses, & Arcadij, proficisci contra hostes fratris Honorii, & ille contra tuos.

315. *Syrtibus.*] De his supra alibi.

316. *Atlante.*] Hic mons est Mauri-

taniz in Africâ:

317. *Anguibus.*] Africa scâtet omni serpentum genere, quorum pulchra descriptio apud Lucanum lib. 9.

*Medios.*] Licet se abscondat in regionibus Zonæ mediæ, seu torridæ subjectis, ac perinde in locis, quæ ardentissimo Solis calore torrentur.

319. *Æqualem.*] Novi fortitudinem, & prudentiam Stilichonis nihil non posse agredi, sustinere, vincere.

*Penetrabis.*] Permeabit desertâ arenosa Africæ, & nihil tam arduum est, quod non penetret ejus virtus. *Invia virtus nulla est via.* Ovidius.

323. *Profanus.*] Impius, qui violat sacram Imperatoris sui majestatem.

325 Talia

- 325 Talia dum longo secum sermone retexunt,  
Hesperiam pervenit avus, castumque cubile  
Ingreditur, Tyrio quo fusus Honorius ostro  
Carpebat teneros Mariâ cum conjuge somnos.  
Assistit capiti. tunc sic per somnia fatur.
- 330 Tantane devictos tenuit fiducia Mauros  
Care nepos? iterum post me conjurat in arma  
Progenies vesana Jubæ, bellumque resumit  
Victoris cum stirpe sui? Firmumne jacentem  
Obliti? Lybiam nostro sudore receptam
- 335 Rursus habent? ausus Latio contendere Gildo?  
Germani nec fata timet? nunc ire profecto  
Nunc vellem, notosque senex ostendere vultus.  
Nonne meam fugiet Maurus, cum viderit, umbram?  
Quid dubitas? exurge toris. invade rebellem.
- 340 Captivum mihi redde meum. desiste morari.  
Hoc generi fatale tuo. dum sanguis in orbe  
Noster erit, semper pallescit Regia Bocchi.

## INTERPRETATIO.

*Dum hac Theodosius pater, & Arcadius revolvunt inter se verbis multis. Theodosius avus attingit Italiam, & intrat cubiculum pudicum in quo Honorius cubans in purpura Tyriâ fruebatur sopore dulci cū uxore Mariâ. Astat prope caput ejus: tum ita alloquitur eum in somnis: an confidentia tanta cepit Mauros subactos, & nepos dilecti? Post prælia mea genus insanum fuba rursus conspirat in certamina, & instaurat pugnas eum prole domitoris sui? An obliti sunt Firmum tyrannum deletum? possident ite-*

*rum Libyam restitutam nostris laboribus? Gildo audet pugnare contra Italiam? neque metuit calamitatem fratris sui? nunc coram, nunc ego senex ardorem proficisci, & ostentare illi ora cognita. An non Gildo Maurus effugiet eam aspexeris vel speciem meam? Quid cunctaris, & Honori, surge ex thalamo, aggredere rebellem Gildonem. Restitue mihi captivum meum: noli cunctari. Hoc munus est fatale gentis tue. Dum genus nostrum regnabit in mundo, palatia Bocchi perpetuo extimescent.*

## ANNOTATIONES.

327. *Ostro.*] Vestes purpureæ antiquis pro stragulis erant in lectis sternendis. Purpura Tyria in pretio fuit: dicitur ab Urbe Tyro in Phœnicia.
330. *Tantane.*] Alludit ad illud Virgilii: *Tantane vos generis tenuis fiducia vestri?*
331. *Conjurat.*] Quasi non tam bellum sit, quam conjuratio. Sic tamen Virgilius: *motu*  
*Conjurat trepido Latium.*
332. *Juba.*] Hic Rex erat Mauritaniz in Africa.
333. *Firmumne.*] Firmus Gildonis frater insolens Tyrannus Zamam fratrem peremerat, & ne, ut contumax, damnatus perimeretur, à Romanis desisterat;
- hinc pressus à Theodosio seniore homo crapulæ deditus, in mortem ruit voluntariam.
336. *Germani.*] Neque Gildo timet fatalem casum Firmi fratris sui, qui à Theodosio seniore debellatus est.
337. *Notosque.*] Quasi solo vultu posset profligare Gildonem: & re quidem ipsâ aiunt in Theodosio avo fuisse Martiam vultus torvitatem.
341. *Fatale.*] Hoc munus à fati concessum est generi Theodosiorum, ut vincant Mauros, Firmum, Gildonem, aliosque, qui Bocchi Mauritaniz Regis Palatium occupant.
342. *Pallescit.*] Non Regia pallescit, sed

E. c

- Jungantur spoliis Firmi, Gildonis opima.  
 Exornet geminos Maurusia laurea currus.  
 345 Una domus toties unâ de gente triumphet.  
 Dii benè, quodd tantis interlabentibus annis  
 Servari Firmusque mihi, fraterque nepori.  
 Dixit, & afflatus vicino Sole refugit.  
 At juvenem stimulis immanibus æmula virtus  
 350 Exacuit. jam puppe vehi, jam stagna secare  
 Fervet, & abentes invadere cuspi de Mauros.  
 Tum jubet acciri socerum, dextramque vocato  
 Conferit, & quæ sit potior sententia, quærit.  
 Per somnos mihi, sancte pater, jam sæpe futura  
 355 Panduntur, multæque canunt præfagia noctes.  
 Namque procul Libycos venatu cingere saltus,  
 Et juga rimari canibus Gætula videbar.  
 Mœrebat regio sævi vastata leonis  
 Incurfu. pecudum strages, passimque juveni

## INTERPRETATIO.

Opima (spolia Gildonis) jungantur cum  
 æquæ Firmi. Laureus Mauritia de-  
 coret currus duos: una domus triumphet  
 toties de stirpe unâ, & Superi. benè fe-  
 cistis! quod spatio tot annorum inter-  
 fluentium referunt sunt, & Firmus mi-  
 hi, & Gildo Firmi frater nepoti meo Ho-  
 norio. Sic Theodosius avas laetus est,  
 & mox totius radiis Solis appropinquantis  
 evanuit. Sed fortitudo imitatrix excitat  
 juvenem Honorium stimulis ingentibus:  
 jam ille ardet ferri navibus, jam su-

dere aquas, & aggredi gladio Mauros  
 remotos. Tum imperat advocari socerum  
 Stilichonem, & jungit dextram cum eo  
 accito, ac petit quod consilium sit melius?  
 Res ventura jam aperiuntur mihi per  
 somnia, & Socrer venerando, & noctes plu-  
 res canunt mihi certa præfagia. Ete-  
 nim mihi videbar circumdare in vena-  
 tione sylvas Libycas longè, & vastigare  
 cum canibus montes Gætulia: traxit ille  
 squalebas depopulatus excursantibus leonis  
 crudelis: cadis pecorum cernebantur & cauri

## ANNOTATIONES.

ii Reges, qui sunt in Regiâ extimescent  
 pallefcéntque. Sic ponitur continens pro  
 contento, & effectus pro causâ, quia pal-  
 lor est timoris effectus.

343. Opima.] Opima spolia sunt ea,  
 quæ dux duci eripit.

344. Laureæ.] Currutriumphales lau-  
 ro ornabantur.

346. Dii bene.] Gloriæ nostræ consu-  
 luerunt, quodd mihi avo Firmum Tiran-  
 num viacendum dederunt; quoddque tri-  
 ginta circiter annis elapsis, tibi nepoti  
 Gildonem Firmi fratrem superandum re-  
 servarunt.

348. Afflatus.] Impulsus radiis Solis  
 appropinquantis; tandiu enim umbræ  
 versari poterant cum mortalibus, quan-

diu Sol non oriretur; tum enim evanes-  
 cebant. Virgilius:

*Et me servus equis oriens afflavit ambelu.*

349. Stimuli immanibus.] Ingentibus,

sævis, ad cædem & sanguinē impellentibus.

Æmula.] Virtus, seu fortitudo æmula,  
 atque imitatrix virtutis Theodosii, inflam-  
 mat Honorium.

351. Abentes.] Honorius tanto Mar-  
 tis cestro percitus est, ut in Mauros, licet  
 abentes ac remotos, convertat mucro-  
 nem, aut jam se convertere putet. *Sævis*  
*in abentes* Virgilius de lupo furente in  
 agnos inclusos, & muro remotos.

354. Sanctus.] Sanctus est venerandus;  
 quem qui violat capitali supplicio puniri  
 debet. Justinianus de rerum div. §. 10.

- 360 Semineces, & adhuc infecta mapalia tabo,  
 Sparſaque ſanguineis paſtorum funera campis.  
 Aggredior latebras monſtri, mirumque relatu  
 Conſpicio. dilapſus honos. cervice minaces  
 Deſluxère jubæ. fractos inglorius armos  
 365 Suppoſuit ſervilè gemens, ingeſtæque vincla  
 Unguibuſ, & ſubitæ collo ſonuère catenæ.  
 Nunc etiã paribuſ ſecum certare tropæiſ  
 Hortator me cogit avuſ. quonam uſque morati  
 Cunctamur, decuit pridem complere biremeſ,  
 370 Et pelagi ſuperare minas. tranſmittere primuſ  
 Ipſe paſo. quæcumque meo gens barbara nutu  
 Stringitur, adveniat. Germania cuncta feratur  
 Navibuſ, & ſociâ comitentur claſſe Sicambri.  
 Pallida tranſlatum jam ſentiat Africa Rhenum.  
 375 An patiar tot probra ſedens, juveniſque relinquam  
 Quæ tenui rexique puer? biſ noſter ad Alpes

## INTERPRETATIO.

*ſemianimes undique, & tuguria adhuc commaculata ſanie, & cadavera paſtorum diſjecta in agris cruentatiſ, Invado latibula portenti, & video rem admirabilem diſſu: decus ejus evanuiſ: villi formidabileſ demiffi ſunt in collo. Ipſe inhornuſ ſubjecit humeroſ ſubactiſ ingemifcens ſerviliter: & compedeſ injecta unguibuſ ejuſ, ac catena repentina reſonuerunt ſuper eum. Nunc etiam avuſ Theodoſiuſ ſuaſor impellit me pugnare ſecum pro victoriis ſmilibuſ: quo ſine*

*nos ſemper leniſ hævemuſ? Jamdudum oportuit replere naveſ, & vincere itaſ maruſ. Ego ipſe prior apparo trajicere illud mare. Nationeſ barbaraſ, quacumque cohibentur imperio meo, accurrant: Germania tota portetur navibuſ, & Sicambri ſtipentur me claſſibuſ auxiliariibuſ. Jam Africa timenſ experiatur Rhenum eſſe tranſmiſſum contra ſe. An ego otioſuſ tolerabo tot opprobria? An juveniſ deſeram ea, qua ego puer poſſedeſ. & gubernavi? noſter parentiſ biſ properavit ad Alpineſ*

## ANNOTATIONES.

360. *Mapalia.*] Sunt caſæ paſtorum Libycorum, ſeu caſæ Punicæ. Virgiliuſ:

*Et rariſ habitata Mapalia ſætiſ.*

*Funera.*] Per ſparſa funera, intellige diſjecta cadavera. Virgiliuſ:

*Aut funuſ lacerum telluſ habet?*

*Funuſ lacerum.* id eſt, cadaver laceratum. Cicero de Clodio: *Neque ullo in loco poſitiſ mortem ejuſ lacerari, quàm in quo vita eſſet damnata. Per mortem intellige cadaver.*

363. *Dilapſuſ honoſ.*] Ea forma, ea ſpecies, quæ Leoni regi animantium conciliat honorem ac decuſ inter beſtias, fluxa eſt, ac marceſcere videtur.

364. *Deſluxère jubæ.*] Quæ alioqui ſtant erectæ, ut minari putes.

365. *Servilè.*] ſerviliter: quod argu-

mentum eſt Gildonem Regem, mox inſtar Leonis populariſ eſſe vincendum, ac ſervili jugo premendum.

367. *Paribuſ.*] Avuſ meuſ Theodoſiuſ hortatuſ me certare, hoc eſt certatim, & ad ſui imitationem pugnare, ut vincam Gildonem, ſicut viciſ Firmuſ Gildoniſ fratrem, & talia de hoc tropæa erigam, qualia de Firmo ipſe erexit.

372. *Stringitur.*] Nationeſ quæ meo imperio ad nutum meum conſtringuntur, retinentur.

373. *Sicambri.*] vel *Sycambri.* populi Rheni accolæ, de hiſ ſuprà.

374. *Rhenum.*] Africa ſentiat Rhenum, id eſt univerſaſ genteſ, quæ Rhenum accolunt, quæque mihi ſubditæ ſunt.

376. *Alpes.*] Contra Eugeniuſ, & As-

E c ij



- Alterius genitor defensum regna cucurrit.  
 Nos prædæ faciles insultandique jacemus?  
 Finierat: Stilicho contra cui talia reddit:  
 380 Adversine tubam, Princeps, dignabere Mauri?  
 An feret ignavus clari solatia fati  
 Te bellante mori? decernet Honorius inde,  
 Hinc Gildo? prius astra chaos miscebit Averno.  
 Vindictam mandasse sat est. plus nominis horror,  
 385 Quam tuus ensis, aget. minuit præsentia famam.  
 Qui stetit, æquatur campo, collatæque nescit  
 Majestatem acies. sed quod magis utile factu,  
 Atque hosti gravius, sensus adverte, docebo.  
 Est illi patribus, sed non & moribus iisdem  
 390 Mascezel; fugiens qui dira piacula fratris

## INTERPRETATIO.

*sutaturus Imperium alterius? Nos expositi populationi facili & opprimendi torpescimus? Honorius absolvit sermonem suum, cui Stilicho respondet hac contrâ. An putabis bellum Mauri oppositi, te dignum, ô Imperator? An ille inerat referet consolationem mortis illustri, cadere scilicet te dimicante? Honorius inde pugnabit, hinc Gildo? Chaos antè confundat sidera cum Inferis: sufficit imperare ultionem.*

*terror nominis tui plus faciet, quàm gladius tuus: præsentia imminuit famam. Princeps, qui stetit in arenâ, sit æqualis; & exercitus instructus non respicit Majestatem. At quod magis accommodatum est operi, atque acerbius hosti ostendam tibi, adhibe mentem. Est illi Gildoni frater Mascezel eodem genere, sed non eodem ingenio, qui evitans crimina crudelia fratris sui, credidit,*

## ANNOTATIONES.

bogasten; contrâque Maximum, de quibus omnibus supra.

377. *Alterius.* ] Valentiniani Imperatoris; cujus post Gratiani cædem, imperium ut proprii filii tutatus est grato animo Dux conspicuus Theodosius.

378. *Nos prædæ faciles.* ] Nos jacemus, torpescimus, tanquam ii, qui facile explari possunt, & quibus facile est insultare.

380. *Tubam dignabere.* ] An judicabis. conflictum bellicum sonante tubâ cum Mauro commissum, dignum esse te, tanto Imperatore? *Tuba* pro bello ponitur, signum pro re signatâ, Metonymicòs.

381. *Solatia.* ] Ab Augusto victore superari gloriosum est. Ovidius:

*solamen habeto  
 Mortis, ab Æmonio quod sis jugulatus  
 Achille.*

382. *Honorius.* ] Inde pugnabit Honorius Augustus Imperator, hinc Gildo prædo Africæ!

383. *Chaos.* ] Chaos Poëtis est rerum omnium horrenda confusio, quæ erat ante orbem conditum.

*Averno.* ] Avernus lacus Italiæ, de hoc alibi.

384. *Nominis horror.* ] Alexander plus terrore nominis sui, quàm armis superavit.

386. *Qui stetit.* ] Princeps qui se commisit, qui stetit in acie, sit quodam modo æqualis in campo, & exercitus inter tubas non respicit ampliùs Majestatem Principis Romani. Unde Principes in bello cum inferioribus pugnare non debent: nam si vincant, gloria exigua est, si vincantur, grande dedecus.

389. *At non & moribus.* ] Nec mirum est: studia fratrum sunt sæpe diversa, & inter se pugnantia. Ovidius:

*Fratrum quoque gratia rara est.*

390. *Mascezel.* ] Magna certè sagacitas Stilichonia, qui eam nomine Honorii

- Spēsque suas, vitāque tuo commisit asylo.  
 Hunc ubi tentatis frustra mactare nequivit  
 Insidiis, patrias in pignora contulit iras;  
 Et quos ipse sinu parvos gestaverat, unā  
 395 Obtruncat juvenes, inhumatāque corpora vulgō  
 Dispulit, & tūmulo cognatas arcuit umbras:  
 Naturāque simul, fratrēque hominēque cruentus  
 Exuit, & tenuem cæsis invidit arenam.  
 Hoc facinus refugo damnavit Sole Mycenæ,  
 400 Avertitque diem. scelere sed reddidit Atreus  
 Crimen, & infandas excusat conjugē mēsas.

## INTERPRETATIO.

& spes suas, & vitam suam praesidio suo. Postquam Gildo non potuit immolare hunc Mafcezelem, dolis expertis inutiliter, convertit odium patris in filios ipsius, & quos ipse tulerat tenellos in gremio, trucidat simul juvenes, ac disiecit passim cadavera eorum insepulta, atque removit umbras consanguineas à sepulchro, & crudelis expulit sensus natura simul, & fratris, & hominis; atque privavit interfectos pulvere exiguo. Tale crimen infamavit Mycenæ, Sole fugiente, & amovit lucam: at Atreus rependit scelus pro scelere, & purgat mēsas crudeles ob uxorem violatam.

## ANNOTATIONES.

non posset bellum inferre Gildoni sine offensā Arcadii, Mafcezelem privatā injuriā accensum summisit in fratrem Gildonem, qui mox versus in desperationem seipsum occidit. Et victor Mafcezel pōst signo à Stilichone dato, in ponte quodam ambulans in aquam detrusus atque dejectus est. Hanc Mafcezelis, Firmi, & Gildonis fratrum, & Cyriæ sororis opibus abundantis familiam laudat S. Hieronymus ob fidem in Africā susceptam, ubi amplum patrimonium habuerunt.

*Piacula.*] Crimina, quæ expiari mereantur.

391. *Asylo.*] Ad te confugit, tanquam ad asylum. Asylum enim est locus tutissimus, ac sanctissimus οὔλον, & οὔλον σπολιον - εὐλοος inspoliatus, seu qui non debet, spoliari; οὔλον locus in quo nefas quemquam spoliare.

393. *Patrias iras.*] Convertit iras, quas in patrem eorum Mafcezelem conceperat, in filios ipsius. *Patrias iras* activè, ut vocant, summi potest, & passivè. Nam vel est ira quā pater filios suos insectatur; vel est ira quā pater ipse ab aliquo vexatur. Itā Spermachus injuria Agamem-

nonis, quam fecit, vel quam excepit. Virgilio, *vulnus* dicitur, quod quis fecit, vel quod quis excepit.

395. *Juvenes.*] Occidit filios Mafcezelis, fratris junioris.

398. *Invidit.*] Invidere sepulturam mortuis, iisque fratribus, aut fratris sui filiis, hoc sapit patrui reterrimam immanitatem. Cicero, *spoliatus illius diei supremi celebritate, quam concedere etiam inimici solent.*

399. *Hoc facinus damnavit Mycenæ.*] Hoc est Mycenæ damnatæ sunt, & infamatæ ob tale facinus, sive ob eandem puerorum, quos Atreus ex uxore Ærope à Thyeste fratre adulteratâ susceptos eidem Thyestæ dedit epulandos. Quod facinus ita Sol exhorruisse dicitur, ut revocato ad auroram cursu diem averterit. Ovidius:

*Si non Ærope frater sceleratus amasset,*

*Aversos Solis non legeremus equos.*

*Mycenæ.*] Mycena, vel Mycenæ, urbs Peloponnesi, ubi regnavit Atreus.

401. *Conjuge.*] Atreus reddidit scelus pro scelere, & ideo factum excusat, quod uxor sua à Thyeste fratre consuepata fuerit.

E c iij

- Hic odium, non pœna fuit. te prodita jura,  
 Te pater ultorem, te nudi pulvere Manes,  
 Te pietas polluta rogat. si flentibus aram,  
 405 Et proprium miseris numen statuisti Athenæ:  
 Si Pandionias planctu traxere phalanges  
 Inachides, belloque rogos meruere maritis:  
 Si mœstæ squalore comæ, lachrymisque Senatum  
 In Numidas pulsus solio commovit Adherbal:  
 410 Hunc quoque nunc Gildo, tanto quem funere meruit,  
 Hunc doleat venisse ducem, seseque minorem  
 Supplicibus sciat esse tuis. quem sede fugavit,  
 Hunc præceps fugiat: fregit quem clade, tremiscat;  
 Agnoscatque suum, trahitur dum victima, fratrem.

## INTERPRETATIO.

*Hic furor fuit, non supplicium. Leges delicta invocant te, & Honori, pater Mafcezel orat te punisorem; te umbra privata cinere, te pietas violata orat. Si decrevisti, & Athena, altaria lugentibus, & Deus proprios pro afflictis: si Inachides rapuerunt fletu catervas Athenienses, & promerita sunt pugnam suam pyras pro conjugibus suis: Si Adherbal detrusus ex solio suo incendit sordibus capillorum tristitiam, & flentibus Senatum contra Numidas: Gildo pariter mœrebit ob hunc Mafcezelem quem affixis tantis mortibus, mœrebit nunc adesse hunc ducem. & cognoscat inferiorem se esse clientibus tuis. Ille Gildo effugiat celer cum, quem expulsi ex solio: timeas eum, quem deiecit strage filiorum: & cognoscat eum fratrem esse suum, etiam dum rapitur, ut hostia.*

## ANNOTATIONES.

401. *Hic.* ] Atreo odium fuit Thyestes, non pœna: hoc est pro scelere reddidit scelus, quod est impetus animi effervescentis, non verò punivit Thyesten, ut fuit justitiæ & æquitatis; hoc est, odio persecutus est Thyesten; non eum pœnâ mortis affecit; sed in odium ejus, mactavit pueros ex Ærope natos.  
*Prodita.* ] Jura naturæ, humanitatis, sanguinis, quæ ab omnibus fideliter servari debent, à Gildone prodita, neglecta, proclibata sunt.  
 403. *Pater.* ] Mafcezel pater Liberruti, à Gildone interfectorum rogat te statuerunt ultorem impie cordis.  
*Nudi pulvere.* ] Manes horum juvenum, qui nudati sunt, exiguo pulvere, velut indumento necessario exuti, destituti sunt à Gildone, quod summa est impietatis.  
 404. *Planctibus.* ] Ara Misericordiæ, & Clémentiæ in foro Atheniensium constituta, miseros & afflictos statuerunt per fugium.  
 406. *Pandionias.* ] Athenienses à Pandione Rege.  
 407. *Inachides.* ] Argivæ mulieres, dictæ ab Inacho fluvio Argos alluente.  
*Belloque rogos.* ] Creon Thebarum Rex Argivos occisos vetabat sepeliri, volebatque esse prædam canum, aviumque: ac mulieres Inachides, seu Argivæ, suis fletibus eò impulerunt Athenienses, ut bellum gererent contra Creontem: quo implicato hæc pugna, illæ meruerunt hæc arte, ut sibi maritos suos sepelire liceret.  
 409. *Adherbal.* ] Africanus victus, & pulsus à Jugurthâ, supplice habitu commovit Romanos in Jugurtham Numidiam Regem.  
 410. *Meruit.* ] Velut in malorum gurgite. Virgilius: — *His mersere malis.*  
 411. *Clade.* ] Filiorum suorum.  
 414. *Dum victima.* ] Dum trahetur orans, obsecrans, & immolandus ut victima. De morte Gildonis, historici non satis consentiunt: Zosimus eum suâ manu, Orosius ab aliis esse strangulatum,

- 415 Hæc ubi sedērunt genero; notissima Marti  
 Robora, præcipuos electâ pube maniplos  
 Disponit, portuque rates instaurat Etrusco.  
 Herculeam suus Alcides, Joviâque cohortem  
 Rex ducit Superum: premitur nec signifer ullo  
 420 Pondere: festinant adeo vexilla moveri.  
 Nervius insequitur, meritisque vocabula Felix,  
 Dictâque ab Augusto legio, noménque probantes  
 Invisi, clypeoque animosi teste Leones.  
 Dictis antè tamen princeps confirmat ituros  
 425 Aggere conspicuus. Rat circumfusa juvenus  
 Nixa hastis, pronâsque ferox accommodat aures:

## INTERPRETATIO.

Postquam hæc statuta sunt à genero Hon-  
 orio; Stilicho præparat cæteros exi-  
 mias è selectâ juventute, corda probatis-  
 sima bello. & reficit naves in portu He-  
 truria. Hercules favens ducit turbam  
 Herculeam, & Rexor Deorum Joviam:  
 neque signifer fatigatur ullo onere: adeo  
 signa ipsa properant promoveri! Nervius  
 sequitur, & Felix promeritis hoc nomen.  
 & legio appellata ab Augusto; & con-  
 firmantes vocem Invisi, ac Leones in-  
 domiti scuto testante. Prius tamen Imp-  
 erator spectabilis in cæpitæ excelsa excitat  
 verbis suis milites profecturos, juvenus  
 circum effusa adstat fulca lanceis, &  
 animosa adhibet aures attentas.

## ANNOTATIONES.

415. Sedērunt.] Postquam talia sedē-  
 runt, id est rara ac fixa fuerunt in animo  
 Honorii, qui gener erat Stilichonis. Di-  
 citur optimè, Hæc animo sententia sedet,  
 vel, Quæ animo sententia surgat?

417. Etrusco.] vel Hetrusco, in urbe  
 Pias, quæ urbs est Hetruriz cum portu  
 commodo.

418. Herculeam.] Hercules suus, id est  
 favens ducit legionem à suo nomine di-  
 ctam. Legio Herculeæ dicta est à Maxi-  
 miano Herculo; Jovia autem à Diocle-  
 tiano Jovio, qui eas instituerunt.

Alcides.] Hercules sic dictus, dicitur  
 à λῆς, à robore.

419. Premitur.] Nec signiferi laborant  
 in avellendis signis, quod bonum erat  
 omen victoriæ referendæ: contra, si agrè  
 signa avellerentur pro infelici portento  
 habebantur. Id quod & Flaminio, quem  
 delevit Annibal, & Craffo, quem Parthi  
 profigarunt, evenit.

421. Nervius.] Unus è Ductoribus.

Felix.] Unus quæ è Ductoribus,  
 cui res prosperæ & feliciter gestæ nomen  
 Felicis pepererunt.

422. Dictâque.] Legio Honoriana di-  
 cta ab Honorio Imperatore Augusto.

423. Invisi.] Legio Invisita nominata,  
 cujus milites probant suâ virtute non im-  
 meritò legionē suam appellari Invisitam.

Clypeo teste.] Quia præzolaræ facta sup-  
 in scutis depingebant; unde Virgilius,  
 picti scuta viri, idèque fortes, quod fac-  
 ta edant digna, quæ depingantur in  
 scuto. Contra parma pura & alba de iis  
 dicitur, qui nihil adhuc memorabile fece-  
 runt, idem Virgilius, Parmæque inglo-  
 riæ albæ.

Leones.] Legio Leonum dicta, quod  
 hujus milites leonum gestarent insignia.  
 Leones autem animosi, id est milites Le-  
 gionis Leonum, animosi & indomiti in-  
 star Leonum, quorum gerebant insignia.

424. Princeps.] Honorius hortatur in-  
 cenditque milites eloquentiâ suâ, ut tum  
 moris erat.

425. Aggere.] Spectabilis in aggere;  
 id est in Tribunali castrensi, quod cæpitæ  
 congesto extructū in medio attollebatur.

426. Ferox.] Vel in ipso silentio milites  
 præferunt ferociam Martis.

- Gildonem domitura manus, promissa minasque  
 Tempus agi. si quid pro me doluistis in armis,  
 Ostentate mihi. iusto magnoque triumpho  
 430 Civiles abolete noras. sciat orbis Eous,  
 Sitque palam, Gallos causâ, non robore, vinci.  
 Nec vos, barbariem quamvis collegerit omnem,  
 Terreat. an Mauri fremitus raucosque repulsus  
 Umbonum, & vestros passuri cominus enses?  
 435 Non contra clypeis tectos, galeisve micantes  
 Ibitis. in solis longè fiducia telis.  
 Exarmatus erit, cum missile torserit, hostis.  
 Dextra movet jaculum. præterrat pallia lævâ.  
 Cætera nudus eques. sonipes ignarus habenæ.  
 440 Virga regit. non ulla fides, non agminis ordo.

## INTERPRETATIO.

8 exercitus superature Gildonem, jam tempus est impleri promissa, & comminationes, si quid indignati estis pro me in bello, ostendite mihi, eluite maculas civiles Triumpho pleno, & ingenti. Imperium Orientis cognoscat, & sit notum publicè. Gallos superari aqutate causa, non vi. Neque Gildo territet vos, etiamsi congregaverit totam Barbariam. An Mauri sustinebunt propè impetum vestrum, & re-

percussus stridentes scutorum, & gladios vestros? Non irruetis contra homines munitos scutis, & resurgentes casside? Confidentia eorum est in jaculis solis ex longinquo: hostis inermis remanebit, cum vibraverit telum. Dextera eorum impellit spiculum: at sinistra opponit pallia, quoad cætera eques est detectus. Equus est imperitus lori: virga ducit hunc. Fides nulla est inter illos, nullus ordo exercitus.

## ANNOTATIONES.

427. *Minasque.*] Quas toties intentatis in barbarum Gildonem.  
 428. *Si quid doluistis.*] Si quo dolore, si quâ indignatione accensi estis contra Gildonem in mei gratiam.  
 429. *Iusto.*] Triumpho pleno, & numeris omnibus absoluto.  
 430. *Civiles notas.*] Eluite maculas, seu dedecus susceptum in bello civili, in quo pro Eugenio, & Maximo, Tyrannis, arma tulistis contra Romam. In exercitu Honorii multi erant milites, qui Eugenium, Maximumque, & bellum civile secuti fuerant.  
 431. *Causâ*] Galli erant in exercitu Honorii, atque eos nunquam posse superari nisi causâ legitimâ destituantur. Id quod contigit, cum Eugenium & Maximum sequerentur. Et verò cum sequantur nunc Honorium Principem legitimum, rogar eos, ut probent se ante victos esse causæ aqutate, non verò robore, & vi armorum. Gallorum fortitudinis infinita sunt propemodum exempla: hos Julianus Imperator Romanis præferebat. Sed cum semper fortes fuerint, nunquam tamen fortiores, quàm his temporibus, quibus sub auspiciis Ludovici Magni in præliis omnibus triumphant.  
 432. *Barbariem.*] Gildo non terrebis vos, licet colligat omnes gentes barbaras, imò licet armet ipsam barbariem.  
 433. *Fremitum.*] Milites ruentes, & arma quatientes cum fremitu, & clamore.  
 437. *Exarmatus.*] Cum Mauri vibraverunt tela, in quibus solis confidunt, remanent exarmati.  
*Missile.*] Telum omne, quod jacitur, quod mittitur.  
 438. *Pallia.*] Quod designat tumultuariam Maurorum, & impeditam quandam pugnandi rationem; contra Romani erant sine pallio expeditiores.

Arma

- Arma oneri, fuga praesidio; connubia mille.  
 Non ulli generis nexus, non pignora cura;  
 Sed numero languet pietas. hæc copia vulgi.  
 Umbratus dux ipse rosis, & marcidus ibit  
 445 Unguentis, crudusque cibo; titubansque Lyxo,  
 Confectus senio, morbis, stuprisque solutus.  
 Excitet incestos turmalis buccina somnos,  
 Imploret citharas, cantatricisque choreas  
 Offensus stridore tubæ, discarque coactus,  
 450 Quas vigilat Veneri, castris impendere noctes.  
 Nonne mori satius, quam vitæ ferre pudorem?  
 Nam quæ jam regio restat, si dedita Mauris  
 Regibus, Illyricis accesserit Africa damnis?  
 Jus Latium, quod tunc Meroë, rubroque solebat  
 455 Oceano cingi, Tyrrhenæ clauditur undæ.  
 Et cui non Nilus, non intulit India metas,  
 Romani jam finis erit Trinacria regni?

## INTERPRETATIO

*Arma* itis sunt oneri, effugium est auxilio: nulla conjugia sunt illis: nulla sunt vincula consanguinitatis: liberi non sunt in cura, sed pietas eorum minuitur multitudinem: hæc facultas est plebi. Ipse dux cor coopertus rosis, & emollitus aromatibus, & onustus dapibus crudis incedit: & vacillans vino, oppressus senectute, morbis, & enervatus libidine. Tuba bellica excutiat soporem impudicum: invocet lyras, & saltationes canentium, ipse læsus clangore tubæ, & invitatus discat insumere in castris noctes, quas insumit in voluptatibus. An non prastaret emori, quam pati hoc dedecus vita? Etenim quæ jam ora superest nobis; si Africa subacta à regibus Mauris, addatur jactura Illyrica? Imperium Italia, quod consueverat tunc terminari Meroë, & mari rubro, terminatur aquis Hetruria? Et Sicilia jam erit limes Imperii Romani, cui non Nilus definit limites, non India.

## ANNOTATIONES.

441. *Arma.* ] Arma eis onerosa & molesta sunt: fuga salutaris praefertur.  
*Connubia.* ] Habent multas conjuges: numerus certus pro incerto ponitur.  
 442. *Non pignora curant.* ] Nulla habent inter se generis & consanguinitatis vincula; non curant liberos; quorum ob multitudinem, multum minuitur, inane evanescit fere amor patrius, Ovidius:  
*Alterius vires subtrahis alteri amor.*  
 443. *Copia.* ] Hæc est copia, hæc est facultas populi: tale est vulgus.  
 444. *Umbratus.* ] Tectus grandienti coronâ, quæ umbræ instar illum operiat.  
 445. *Lyxo.* ] Baccho, qui dicitur δῶρο ἔν λυξῷ, solvere, quod solvat curas. Hic *Lyxum* sumitur pro vino.  
 447. *Incestos.* ] Somnos non solum impudicos sed etiam incestos, quod forte  
 448. *Imploret.* ] Ironicas, ipse nimirum Gildo pressus Romanorum telis, imo læsus solo tubæ clangore imploret, invocet, in auxilium citharas, chorosque mulicrum ac puerorum inter cœnam saltantium & canentium.  
 449. *Illyricis.* ] Illyria capta fuerat: ac vastata ab Alarico.  
 454. *Meroë.* ] Hodie, *Gangave*, insula quam Nilus efficit.  
 459. *Tyrrhenæ.* ] Hetruscæ, seu mari infero, quod & Tyrrhenum appellatur.  
 457. *Trinacria.* ] Sicilia dicitur τριῶν ἀκρῶν, à tribus promontoriis, ut supra dictum est.

- Ite recepturi, prado, quem sustulit, axem,  
 Ereptumque Notum. caput insuperabile rerum  
 460 Aut ruet in vestris, aut stabit Roma lacertis.  
 Tot mihi debetis populos, tot rura, tot urbes  
 Amissas. uno Libyam defendite bello.  
 Vestros imperium remos, & vestra sequatur  
 Carbas. despectas trans æquora ducite leges.  
 465 Tertia jam solito cervix mucrone rotetur,  
 Tandem funereis finem positura tyrannis.  
 Omina conveniunt dicto, fulvusque Tonantis  
 Armiger ad liquidam cunctis spectantibus æthram  
 Corruptum pedibus curvis innexuit hydrum.  
 470 Dumque reluctantem morsu partitur obunco,  
 Hæsit in ungue caput. truncatus decidit anguis.  
 Illicet auguriis alacres per saxa citati,  
 Torrentesque ruunt. non mons, non sylvæ retardat  
 Pendula. ceu parvis moturæ bella colonis  
 475 Ingenti clangore grues æstiva relinquunt

## INTERPRETATIO.

*Properate milites restituri regionem, & tractum Australem ablatum, quem Gildo prado eripuit nobis. Roma caput indomitum Mundi, aut cadet in brachiis vestris, aut stabit. Debetis mihi tot gentes, tot agros, tot oppida erepta: tutamini Libyam uno praelio. Imperium committetur vestras naves, & vela vestra. Reducite trans maria leges contemptas. Jam caput tertium tyrannorum demetatur ense consueto allaturum tandem finem tyrannis funestis. Prasagia consentiunt his ver-*  
*bis Honorii, & aquila fulva armigeræ Jovis, omnibus videntibus, implicuit unguibus aduncis serpentem raptum in aëre sereno, & dum dilaniat illum resistentem rostro recurvo, caput ejus adhaesit inter ungues, corpus draconis mutilatum corruit, statim milites hilares excitati his auspiciis currunt per rupes, & fluvios, non mons remoratur illos, non sylvæ. Quomodo grues indicant pugnas in aëre suspensas incolis exiguis deserunt magno strepitu æstiva Thraciæ.*

## ANNOTATIONES.

459. *Notum.* ] Tractum seu Africam Australem, vel Meridianam.

463. *Imperium.* ] Quocumque remos, navisque agatis, vincatis, & sic vos Imperium sequatur.

464. *Leges.* ] Romanas leges reducere trans maria, in Africam scilicet, ubi a Gildone impie contemptæ sunt.

465. *Tertia cervix.* ] Cervix Gildonis tyranni rotetur, id est gladio rotato amputetur, & addatur cervicibus amputatis Eugenii & Maximi tyrannorum, de quibus supra dictum est.

466. *Funereis.* ] Qui perpetuo gaudent exde, sanguine, funere.

468. *Armiger.* ] Hæc comparatio poetis familiaris, Homero, Virgilio, &c.

471. *Truncatus.* ] Id quod indicabat Gildoni caput esse amputandum, ejusque corpus truncum remansurum esse.

474. *Parvis colonis.* ] Pygmæis populis Thraciæ, cum quibus bella gerere grues dicuntur ab Aristotele. Pygmæi pugnaturi insident arietibus, armati lanceis scirpeis. Pygmæi appellantur *δὲν τὸ πύγμω*, pugno aut cubito, cujus mensuram magnitudine non excedunt.

475. *Æstiva.* ] Loca Thraciæ, in quibus æstatem tradebant.

Thracia, cùm tepido permutant Strymona Nilo,  
 Ordinibus variis per nubila textitur ales  
 Littera, pennarúmque notis inscribitur aër.  
 Ut fluctus tetigere maris, tunc acrior atsit  
 480 Impetus. arripiunt naves, ipsique rudentes  
 Expediunt, & vela legunt, & cornua summis  
 Associant malis. quatitur Tyrrhena tumultu  
 Ora, nec Alphæ capiunt navalia Pisæ.  
 Sic Agamemnoniam vindex cum Græcia classem.  
 485 Solveret, innumeris fervebat vocibus Aulis.  
 Non illos strepitus, impendentisque procellæ  
 Signa, nec adventus dubii deterruit Austri.  
 Vellite proclamant, socii, jam vellite funem.  
 Per vada Gildonem quamvis adversa petamus.  
 490 Ad bellum nos trudat hyems. per devia Ponti.  
 Quassatis cupio tellurem figere rostris.

## INTERPRETATIO.

cùm mutant Strymonem cum Nilo tepenti: trix emitteret naves Agamemnonias.  
 volatus celer implicatur per aërem serie Aulis incendebatur clamoribus infinitis.  
 diversâ, & aër notatur signis alarum. Non murmur, & indicia tempestatis im-  
 Postquam milites attigerunt undas maris, minentis avertit illos milites, neque ac-  
 tunc vis vehementior incaluit: occupans cessus Noti incersi: exclamant, rapite &  
 naves, & ipsi explicans funes, atque commisiones, rapite jam funem: aggre-  
 eonstringunt vela, & conjungunt malis al- diamur Gildonem per freta, eisi infesta:  
 tis antennæ. Litus Hætruscum concutitur tempestas impellat nos ad prælia: exopto  
 hoc motu, & Pisæ Alpha non compre- penetrare terram rostris navium concus-  
 hendunt tot naves. Ita cùm Græcia ul- sis per anfractus maris.

## ANNOTATIONES.

476. *Strymona.*] Strymon est fluvius Thraciæ, ob grues satis notus. Hinc dicuntur Strymoniz.  
*Nilo.*] Fluvio Ægypti notissimo; tepidus dicitur, est enim sub ardenti Cælo.  
 477. *Ales littera.*] Volatus gruæ celer ac velox, imitaturque litteram Græcam A: de gruibus tempestate sparsis Lucanus:  
*Et surbata peris dispersis littera pennis.*  
 481. *Tyrrhena ora.*] Hetruria, quæ dicitur Tyrrhenia à Tyrrheno Atys filio, qui ex Lydiâ in hanc regionem colonos deduxit.  
 483. *Pisæ Alpha.*] Pisæ urbs est Hetruriæ, condita à Pisani, qui Arcades erant, & quos aluit fluvius Alpheus in Elide regione Græciæ.  
 485. *Aulis.*] Portus est Bæotiæ in Græciâ, ubi sub Agamemnone congregatæ Græcorum naves contra Trojanos ituræ, & raptam à Paride Helenam ulturæ.  
 486. *Illos.*] Milites *Honorianos* dictos à Stilichone.  
 490. *Hyems.*] Ipsa tempestas nos impellat ad bellum Gildonicum: *Hyemem* pro tempestate ponit Virgilius:  
*Emisistamque hyemem sensit Neptunus.*  
*Per devia.*] Etiam si ego Miles Honorii cursum teneam per ipsos anfractus maris, hæc tamen viâ volo figere, ac velut superare terram Africam rostris navium concussis atque vibratis.  
 491. *Figere.*] Superare, confodere non terram, sed rebelles qui sunt in terrâ Africâ: ponitur *continens pro contento*, Metonymicè.

Ff ij



Heu nimium segnes, cautâ qui mente notatis,  
Si revolant mergi, graditur si litore cornix.  
Ora licet maculis adsperserit occiduus Sol,

495 Lnnâque conceptis livescat turbida Coris,  
Et contusa vagos jaculentur sidera crines,  
Imbribus humescant Hædi, nimboſaque Taurum  
Ducat Hyas, totûſque fretis descendat Orion:  
Certa fides cæli, sed major Honorius auctor.  
500 Illius auspiciis immensa per æquora miles,  
Non Plauſtris, Arctove regor. contemne Booten  
Navita. turbinibus mediis permitte carinas.

## INTERPRETATIO.

Heu! vos nimios inertes, qui animo provido animadvertitis, si Mergi redeamus, si cornix spatietur in arenâ. Etiamſi Sol occidens inficiat os suum maculis, & Luna turbulenta subrubescat ventis formatis; & astra confusa emittant comas errantes: & si Hædi madefiant pluviis, & Hyas aquosa regas Taurum, & Orion totus dolabatur in mare, indicia Cæli certa sunt, sed Honorius est auctor certior. Ego miles sub auspiciis ipsius Honorii; per maria insuſita non ducor Plauſtris, aut Urâ: O Nauta despicere ſignum Bootæ: trade naues procellis ipsis.

## ANNOTATIONES.

492. *Cautâ.* ] Vos estis nimium prædentes, imò inertes, si observatis aliâ signa, quàm quæ dat Honorius.

493. *Si revolant mergi.* ] Mergi sunt aves, quæ continuò merguntur, ideòque si immergi deſinant, atque revolent, hoc contra naturam eſſe creditur, & idcirco auspicium navigaturis inauspicatum, quafi imminet tempeſtas aliqua turbulentior.

*Cornix.* ] Et illud quoque eſt auspicium infaustum ex Virg.

*Si Cornix pluviam aucat improba voce*

*Et ſola in ſiccâ ſecum ſpatietur arenâ.*

494. *Maculis.* ] Sol habet ſuas maculas: nemo dubitat: ſed hic nubes intellige.

495. *Conceptis Cauris.* ] Cauri vel Cori ſunt venti flantes ab occaſu ſolſtitiali, hoc eſt ab iis regionibus in quibus Sol occidere videtur tempore brumali: hic ponuntur pro ventis violentis, & ex Virgilio, *Semper frigora ſpirantibus.*

496. *Crines.* ] Eſi aſtra confuſa, ſeu obtuſa, vel confuſa, ac turbida oftendunt, ac vibrant crines terribiles, ſbimus in hoſtem. *Cometas* intelligit, quos antiqui timebant, velut certa calamitatum imminentium præſagia.

497. *Hædi.* ] Duo ſunt ſigna cœleſtia Septentrionalia in manu ſinistrâ Aurigæ

ſeu herioclæ, creant pluviæ: Unde Virgilio dicuntur, *Pluviales hædi.*

498. *Hyas.* ] Hyas ſeu Hyades, ſunt ſeptem ſtelle in capite Tauri ſigni cœleſtis, quæ orta ſuo creant pluviæ: hinc dicuntur *Hyades*, unde & *ſeu pluere*: Latiniſ dicuntur *ſues & ſubucula*, quod ſues imbribus, & luto gaudeant, & *amica luto ſus*, Horatius.

*Orion.* ] Signum itidem cœleſte eſt, inter ſigna meridiana repositum: diciturque vel *æp* æp ab *Urînâ*, quod genus ſic ex *Urînâ* trium *Daorææ*, Jovis, Neptuni, Mercurii, aut Apollinis, vel *æp* æp *o* *æp* *æp* excitare, quod excitet tempeſtates per mare, & terras; unde & *aquosum*, & *nimboſus* Orion paſſim dicitur.

499. *Certa fides.* ] Cœlo ſignifque cœleſtibus certa fides habenda eſt, ſed major habenda eſt Honorio, qui auctor eſt, qui jubet: ſatis enim eſt eum imperaſſe, ſient enim, quæcumque imperavit. Sic Poëtæ adulantur.

500. *Illius auspiciis.* ] Miles Martio faſtore abreptus pro ineptiſ habet ſigna cœleſtia, quæ nautæ obſervant ad viam in mari regendam.

501. *Non Plauſtris, Arctove.* &c.] Sunc ſigna Septentrionalia. De his ſupra 3. Conf. Hon. v. 170.

- Si mihi tempestas Libyam ventique negabunt,  
 Augusti Fortuna dabit. jam classis in altum  
 505 Provehitur. dextrâ Ligures, Hetruria lævâ.  
 Linquitur, & cæcis vitatur Corsica saxis.  
 Humanæ in speciem plantæ se magna figurat  
 Insula. Sardoam veteres dixere coloni.  
 Dives ager frugum. Pœnos Italosve petenti  
 510 Opportuna situ. quæ pars vicinior Afris,  
 Plana solo, ratibus clemens. quæ respicit Arcton,  
 Immitis, scopulosa, procax, subitique sonora  
 Fluctibus. *Insanos* infamat navita montes.  
 Hinc hominum, pecudumque lues, hinc pestifer aër  
 515 Sævit, & exclusis regnant Aquilonibus Austri.  
 Quos ubi luctatis procul effugere carinis;

## INTERPRETATIO.

*Si tempestas & venti non dent mihi Libyam,* ca pars, quæ propior est Africa habet  
*felicitas Imperatoris dabit eam mihi, jam* planitiem camporum, & est benigna navi-  
*classis progreditur in mare profundum,* bus: quæ pars spectat Septentrionem, est  
*Liguria relinquitur à dextrâ, Hetruria* aspera, lapidosa, molesta, & stridens flu-  
*à sinistrâ, & Corsica vitatur ob rupes* minibus repentinis. Nanta malediciti mon-  
*latentes, Insula ingens formatur se in figu-* tibus *Insanis* hujus insulæ: hinc pestis ho-  
*ram pedis humani (antiqui incolæ appel-* minum & bestiarum, hinc aër insalu-  
*larunt eam Sardiniam) terra est fecunda* bris furis & Noti dominantur pulsis A-  
*et messibus: commoda ob situm Nantæ* quilonibus. Quos Notos postquam mi-  
*suavi ad Carthaginenses, aut ad Italos:* lites procul evitarunt detortis navibus,

## ANNOTATIONES.

504. *Fortuna.* ] Julius in Suetonio:  
*Quid times nauta, Casarem vehis & Ca-*  
*saris fortunam.*

505. *Ligures.* ] Liguria, Cossæ de Ge-  
 nes, in ipso limine Italiæ.

*Hetruria.* ] Italiæ regio dicta quasi  
*ήτρεσία, ἀφ' ήτρεσς οὐρου ab altero*  
*sine, termino, quod ad alteram Tyberis*  
*ripam extenderetur, qui terminus est in-*  
*ter Latium & Hetruriam.*

506. *Corsica.* ] Corse, ou Corseque, in-  
 sula ad oras Hetruriæ.

508. *Sardoam.* ] Sardinia dicitur à Sar-  
 do Herculis filio, nam antea dicebatur  
*Sandalia & Sandakatis; δὲν τὸ σαρδάνη,*  
*solea vel calceus, cujus figuram imitatur.*  
 Sallustius, *Sardinia facie vestigii humani.*

512. *Arcton.* ] Ἀρκτον Ursam, signum  
 Septentrionale: hic pñit ur, pro Septen-  
 trione.

512. *Procax.* ] Obnoxia Austis pro-  
 cacibus, & nautas crudeliter impeten-  
 tibus.

513. *Infamat.* ] Nautæ, qui sæpius hic  
 naufragium patiuntur, reddunt scopulos  
 illos infames, & conviciis crebris detor-  
 tandos, dirisque ab irato nautarum ge-  
 nere devovendos.

*Insanos.* ] Nihilentium gentium feritas,  
 atque *Insanorum* montium (nam ita vo-  
 cantur) immanitas profuere. Florus.

514. *Hinc.* ] Ex hoc insalubri, ac pesti-  
 lenti situ insulæ, in quam ideo exules non-  
 nunquam mittebantur. Martialis:

*Nullo fatis loco possis excudere; cum mors*  
*Venerit in medio Tyburæ Sardinia est.*

515. *Austri.* ] Morborum, pestis, mor-  
 tisque parentes.

516. *Luctatis carinis.* ] Hoc est navibus  
 luctando seu magno conatu, & discrimi-  
 ne aversis ac detortis.

Per diversa ruunt sinuosa litora terræ.

Pars adit antiquâ ductos Carthagine Sulcos:

Partem litoreo complectitur Olbia muro.

520 Urbs Libyam contra Tyrio fundata potenti

Tenditur in longum Calaris, tenuemque per undam.

Obvia dimittit fracturum flamina collem.

Efficitur portus medium mare, tutâque ventis

Omnibus ingenti manfuescunt stagna recessu.

525 Hanc omni petière manu, prorisque reductis

Suspensâ Zephyros expectant classe faventes.

#### INTERPRETATIO.

eunt per varia litora terra curvata. Pars militum intrat Sulcos conditos à Carthagine: Olbia recipit partem militum in mœnibus litoreis. Urbs Calaris à regione Libya extructa à Carthaginensibus potentibus porrigitur in longum, & opposita protendit per aquas montem exiguum ruptu-

rum ventos: mare intermedium fit portus: & stagna maris defensa à ventis omnibus sedantur cum secessu magno: milites eunt in hanc urbem cum omni impetu, & proris navium retro versis operiuntur ventossecundos, classe retentâ.

#### ANNOTATIONES.

517. *Sinuosa terra.*] Circumeunt, ruuntque per diversa litora terræ, variis anfractibus plenæ.

518. *Sulcos.*] Urbem Sardiniz à Carthaginensibus conditam. Alii dicunt *Sulchos*, & Plinius hujus urbis incolas, *Sulchiranos*.

519. *Olbia.*] vel *Ulbia*. Urbs itidem Sardiniz, recipit milites in suis mœnibus ad litus extructis, ideòque dictis *litoreis*.

520. *Tyrio.*] Urbs condita à Carthaginensibus, qui ex Phœniciâ oriundi sunt, ubi urbs *Tyrus*.

521. *Calaris.*] Metropolis Sardiniz, optimo portu insignis, quò naves Honorii convenisse testatur Claudianus. Floro

*Calaris* dicitur *urbs urbium*.

522. *Dimittit.*] Protendit collem velus promontorium, contra impetum ventorum.

523. *Medium mare.*] Sed quod inter urbem, & collem illum prominentem, portum facit commodum.

525. *Hanc.*] Calarim omni conatu petere contendunt.

*Reductis.*] Proris retroversis versus mare, adeout puppes in terrâ figantur.

526. *Suspensâ.*] Classe funibus retentâ, & coërcitâ, sicque ventos faciles expectante.

*Zephyros.*] Ventos prosperos: ponitur species pro genere, Synecdochicâs.

#### OBSERVATIO.

Multis deesse videtur Liber secundus: alii negant plura dicenda fuisse propter similitates, quæ erant inter Arcadium & Honorium Imperatores.

Cæterum omittendum non est, in hujus operis gratiam Claudiano nostro statuem aheneam erectam esse. Sed hac de re infra in Præfatione de Bello Getico,



## CL. CLAUDIANI

DE

CONSULATU

\* FL. MALLII THEODORI

PANEGYRIS.

## ARGUMENTUM PROLOGI.

POETA increpat Musæ suæ audaciam, quodd sese exponat iudicio Senatûs, qui tantus est, ut quemadmodum Iuppiter Aquilarum ope orbem cognoscere potuit: sic & Honorius Senatorum concilio possit orbem metiri.

## \*\* PROLOGVS.

A Udebisne, precor, doctæ subjecta catervæ  
Inter tot proceres, nostra Thalia, loqui?

## INTERPRETATIO.

O *Thalia* Musa nostra, an audebis, *quæso*, loqui, *exposita cæcæi studio*, inter tot primores?

## ANNOTATIONES.

\* FL. ] Flavius Mallius Theodorus, vir clarissimus atque doctissimus, Consul fuit anno Domini 399. Collegam habuit in Oriente Eutropium: nam alter Consul erat in Imperio Arcadii, alter in Imperio Honorii, at Eutropius hic damnatus est, ipsiusque nomen ex fastis erasum.

*ante*, & λόγος *sermo*: quasi esset id quod dicitur ante sermonem aliquem longiorum.

1. *Subjecta*.] Exposita iudicio virorum doctissimorum.

2. *Thalia*.] Musa δὲ τῆς δόξης; *florere*, quodd Poëtarum gloria, vel quodd laudes versibus Poëtarum comprehensæ magis ac magis efflorescant.

\*\* PROLOGUS. ] Præfatio, *pro*

- Nec te fama vetat, vero quam celsius actam  
 Vel servasse labor, vel minuisse pudor.  
 5 An tibi continuis crevit fiducia castris?  
 Totaque jam vatis pectora miles habet;  
 Culmina Romani majestatemque Senatûs,  
 Et, quibus exultat Gallia, cerne viros,  
 Omnibus audimur terris, mundique per aures  
 10 Ibimus. ah nimius Consul is urget amor!  
 Jupiter, ut perhibent, spatium cum discere vellet  
 Naturæ, regni nescius ipse sui,  
 Armigeros utrimque duos æqualibus alis  
 Misit ab Eois Occiduisque plagis.  
 15 Parnassus geminos fertur junxisse volatus;  
 Contulit alternas Pythius axis aves.

## INTERPRETATIO.

*Neque fama prohibet te, quam famam difficile est, aut conservare elatam jam altius merito tuo, aut pudendum est imminuere. An confidentia aucta est tibi, o Musa, bellis assiduus, & audacia militis possidet jam totum animus poeta. Aspice magnitudinem & majestatem Curia Romana. & viros, quibus Gallia triumphat. Terra universa audiet nos, & dicta nostra* volabunt ad aures totius Orbis. Tene te, o Musa. Sed ah! nimius amor in consulem Theodorum impellit me. Jupiter, ut aiunt, cum vellet cognoscere vastitatem Orbis, non cognoscens ipse imperium suum; emisit hinc inde à finibus Orientis, & Occidentis duas aquilas pennis similibus. Parnassus dicitur conjunxisse volatum utriusque. Ora Apollinis Pythii recepit simul ambas volacres.

## ANNOTATIONES.

3. *Vero celsus.*] Elatam altius merito meo, vel elatius quam quisquam verè dicere queat. Jam statua Claudiano erecta fuerat, quem honorem vix credibilem, & supra veritatem esse poeta innuit.

6. *Miles.*] Tum Claudianus arma gezebat: militaverunt ante illum Ennius, Ovidius, Horatius.

7. *Culmina.*] Senatores qui sunt culmina Senatûs: alii legunt *lumina*, nec male: de quibus Regi *Pyrrho* interroganti *legatos suos*, quid de hostium sede sentiant, ii responderunt, *urbem templum sibi visum, Senatûm Regem esse confasum*. Florus.

8. *Gallia.*] Mediolanum urbs à Gallis condita, & in Galliâ Cisalpinâ reposita: ibi tunc degebat Imperator Honorius. Hanc urbem nonnulli Imperatores Romanæ præulerunt. Atrius, Suidâ teste, videns Mediolani Imperatores in aureis solis sedentes, Scythas verò ad eorum pe-

des depictos: se in folio sedentem, Romanos verò Imperatores saccos humeris ferentes, & ante pedes suos aurum effundentes pingi voluit.

9. *Audimur.*] Hæc urbs tam celebris est, ut quicquid in eâ dictum fuerit putare quis debeat dictum orbi universo. Unde major est difficultas: unde o Musa te tenere debes, sed nimius amor Theodori impellit te, ut filere possis.

13. *Æqualibus.*] Id est, Aquilæ erant æquales ætate, & robore.

14. *Eois.*] Hæc vel hæc, *Aurora*, inde Eois, ad Orientem, *Auroramve* pertinens.

15. *Parnassus.*] Hic mons dictus est terræ ambilicus, quasi in medio terrarum existeret.

16. *Contulit.*] Simul recepit, & contulit volatum utriusque.

*Pythius.*] Vide *Præf.* lib. 1. in *Ruf.*

Princeps

Princeps non aquilis terram cognoscere curat.

Certius in nobis æstimat imperium.

Hoc ego concilio collectum metior orbem,

Hoc video cœtu quidquid ubique micat.

## INTERPRETATIO.

*Imperator non laborat noscere Orbem ope aquilarum, noscis imperium certius per nos. Ego definio in hoc conventu Mundum congregatum, aspicio quicquid splendet ubique terrarum in hoc consessu.*

## ANNOTATIONES.

18. *Æstimat in nobis.*] Satis noscit Imperium per nos, satis judicat ex nostro consessu, quantum sit Imperium. In nobis. *Se quoque principibus permixtum agnovit Senatoribus Claudianus.*  
19. *Metior.*] Reputo ex tanto, talique Senatorum cœtu, quantus sit Orbis, cogno- hic esse quicquid est in Orbe præstantius.



## ARGUMENTVM LIBRI.

**H**ONORES ambiunt virtutem in Theodoro, qui in adolescentiâ sapiens fuit & eloquens: rexit Libyam & Macedones. Hinc factus Quæstor rexit Provincias Occidentis, postea incumbit studiis, excutit varios Philosophos de Physicâ, Morali, Mathematicâ. His cum vacantem adit Justitia, hortatur Curiam repetere, vivere cum Stilichone virtutum fautore. Cunctatur ille, vitam rusticam causatus, sed tamen obedit: fit Rector Italiæ, Libyæ, Illyriæ, Sardinia, semper constans, justus, incorruptus, moderatus, iræ inimicus, nunquam superbus; omnibus admirandus ob probitatem & eloquentiam. Fit Consul ab Honorio unis virtutibus favente. Lætatur Helicon, & potissimum Urania, quæ hortatur Musas ad gaudia & ludos, Equorum, Pugilum, Venationum: hortatur ad Risus, Facetias, Comœdiam, Tragœdiam, & omnia cantuum lætitiæque genera. Sic colitur doctus Theodorus, cui similes optantur nepotes.

## CARMEN XVII.

**I**Psa quidem virtus pretium sibi, solâque latè

Fortunæ secunda niret, nec fascibus ullis

Erigitur, plausu petiit clarescere vulgi.

## INTERPRETATIO.

*Virtus cerid ipsa merces est sibi, & una micat passim, non curans fortunam: neque attollitur ullis honoribus, aut poscit celebrari acclamatione populari.*

## ANNOTATIONES.

1. *Virtus.*] Virtutum omnium pretium in ipsis est. Seneca, 2. *Fascibus.*] Nullis extollitur honoribus, quorum insignia sunt fasces.

- Nil opis externæ cupiens , nil indiga laudis ,  
 5 Divitiis animosa suis , immotâque cunctis  
 Casibus ex altâ mortalia despicit arce.  
 Attamen invitam blandè vestigat , & ultrò  
 Ambit Honos. docuit toties à rure profectus  
 Lictor , & in mediis quæsitus Consul aratris.  
 10 Te quoque naturæ sacris mundique vacantem ,  
 Emeritum pridem , desudatîsque remotum  
 Judiciis , eadem rursus complexa potestas  
 Evehit , & reducem notis imponit habenis.  
 Accedunt trabes. nil jam , Theodore , relictum ,  
 15 Quo virtus animo crescat , vel splendor honore.  
 Culmen utrumque tenes. talem te protinus anni  
 Formavère rudes , & dignum vita curuli

## INTERPRETATIO.

non avida ornamentorum alienorum , gloriosa ornamentis propriis , & incensissa eventibus omnibus , despicias res caducas ex turro excelsâ. Honos tamen quaris leniter hanc refugientem , & sponte huic blandisur : lictor toties veniens ex agris id præbuit , & Consul accessit ab aratro ipso : purpura eadem iterum cingens te extollit etiam , & trahit te redeuntem cognito regimini : te occupatum in arcanis natura & Mandâ , defunctum officiis jam dudum , & recedentem à Curia , in quâ sudasti : vestis Consularis adjicitur tibi. Nihil jam ô Theodore , deest , quo virtus augmentur in animo tuo , aut gloria tua magistratibus. O Theodore astigisti fastidium utriusque , virtutis & gloriæ : atque remota tuis de statum talem , & vita tua inspicit via

## ANNOTATIONES.

5. *Animosa.* ] Fréta , audax , gloriosa. Sic vir constans , sua se virtute movet. Cicero.  
 6. *Ex arce.* ] Virtus super res mortales continua , velut ex arce despectat peritura. Ipsa sibi arx est , ipsa sibi turris inexpugnabilis : veteres Sapientie arcem constituerunt , quæ nihil aliud est , quam securitas & constantia , quibus munitum pectus omnia despicit , tanquam moes Olympus.  
 8. *Ambit honos.* ] Honor & gloria sequuntur fugientes.  
 9. *Consul.* ] Quintius Cincinnatus ab aratro ad Dictaturam accessit. Item de Serrano : quidam eum cum Cincinnato confundunt.  
 10. *Vacantem.* ] Theodorus erat versatus in Philosophiâ , Geometriâ , Astrologiâ , sed in rebus gerendis minus foveat fœlix : unde Claudianus paulò post in eum scripsit Epigramma , & S. Augustinus  
 nus dolet se ad ipsum , librum scripsisse , & quamvis docto ac Christiano viro , plus tribuisse , quam debuisset.  
 11. *Emeritum.* ] Defunctum officiis militiæ , & æmata , & togata.  
 12. *Potestas.* ] Idem Magistratus te suâ purpurâ complectitur.  
 13. *Reducem.* ] Redeuntem ex alio vitæ instituto , ex recessu ad Senatum.  
 14. *Habenas.* ] Potestas tibi habenas tradit , hoc est regimen , seu administrationem reipublicæ.  
 16. *Talem.* ] Talem eras vel à primâ pueritiâ , hoc est plenus virtute , & dignus gloriâ.  
 17. *Curuli.* ] Sella eburnea , quâ Senatores sedebant. Hæc ponitur pro Senatoriâ , vel Consulari dignitate.

- Traxit iter, primæque senes cessere juventæ.  
 Jam nunc canities animi, jam dulce loquendi  
 20 Pondus, & attonitas sermo qui duceret aures.  
 Mox undare foro victrix opulentia linguæ,  
 Tutarique reos. ipsa hæc amplissima sedes  
 Orantem stupuit, bis laudatura regentem.  
 Hinc te pars Libyæ moderantem jura probavit,  
 25 Quæ nunc tota probat. longi sed pignus amoris  
 Exiguæ peperere moræ, populûmque clientem  
 Publica mansuris testantur vocibus æra.  
 Inde tibi Macetûm tellus, & credita Pellæ  
 Mœnia, quæ famulus quondam ditavit Hydaspes.  
 30 Tantæque commissæ revocasti gaudia genti  
 Mitibus arbitriis, quantum bellante Philippo  
 Floruit, aut nigri cecidit cùm regia Pori.  
 Sed non ulterius te præbuit urbibus aula:  
 Maluit esse suum. terris edicta daturus,

INTERPRETATIO.

*dignâ Consulatu, ac senes cesserunt adoles-*  
*centia tuæ primæ.] Jam tum maturitas ju-*  
*dicii erat tibi, jam gravitas grata sermo-*  
*nis, & oratio, quæ traheret auditores ad-*  
*mirantes. Continuo post ubertas trium-*  
*phantis oris tui cœpit profluere in Curia, &*  
*defendere reos. Ipse hic Senatus Augustissi-*  
*mus admiratus est te dicentem, bis pradi-*  
*caturus te moderatorem Reipub. Postea*  
*pars Libya adprobavit te dantem leges, quæ*  
*Libya nunc universa approbat te: at brevis*  
*tempus dedit tibi munusculum amoris a-*

*terni, & statua publica ostendunt inscrip-*  
*tionibus duraturis gentem illam clientem.*  
*Inde terra Macedonum, & urbs Pella*  
*commissa est tibi, quam Pellam Hydaspes*  
*subactus locupletavit. Et leni im-*  
*perio renovasti tantam latissimam populo*  
*credito tibi, quantum vixit Philip-*  
*po belligerante, aut cùm Palatium Po-*  
*ri nigri eversum est. Sed Regia Im-*  
*peratoris non commodavit te diutius*  
*urbibus externis. Maluit te esse suum.*  
*Advenis pronuntiaturus edicta orbi, &*

ANNOTATIONES.

19. *Canities.* ] Maturitas quædam judicii, quæ viros graves canitie spectabiles deccat.

21. *Undare.* ] Eloquentia tua, sicut torrens, cœpit exundare.

*Opulentia.* ] Fusâ, abundansque dicendi copia.

22. *Tutarique reos.* ] Principum Romanorum Liberi illustri aliquâ aut accusatione, aut defensione famam quærebant.

23. *Regentem.* ] Bis Consulcm, idcœque regentem statum Reip.

24. *Moderantem jura.* ] Libya te probavit Proconsulem, seu moderatorem suum.

26. *Exigua mora.* ] Breve spatium temporis, quo tu Libyam rexisti, peperit tibi pignus & monumentum amoris Libycorum. Id videtur in tabulis æreis, quibus inscriptæ res tuæ ostendunt te fuisse patrum hujus populi.

28. *Macetûm.* ] Macedonum, nam & Maxima, Macedonia est.

*Pella.* ] Hæc est urbs Macedoniæ Alexandri natalibus insignis, & ejus vicinioris ad Hydaspem Indis fluvium relatis ditata.

32. *Pori.* ] Regis Indis, qui ab Alexandro victus est. Regia pro Regno dicitur.

Gg ij



- 35 Supplicibus responsa, venis. oracula Regis  
 Eloquio crevère tuo. nec digniùs unquam  
 Majestas meminit sese Romana locutam.  
 Hinc sacræ mandantur opes, orbisque tributa  
 Possessi; quidquid fluviis evolvitur auri:  
 40 Quidquid luce procul venas rimata sequaces  
 Abdita pallentis fodit solertia Bessi.  
 Ac velut exertus lentandis navita tonsis  
 Præficitur lateri custos; hic ardua proræ  
 Temperat, & fluctus rempestatésque futuras  
 45 Edocet, assiduo cùm Dorida vicerit usu:  
 Jam clavum totâmq; subit torquere carinam.  
 Sic cùm clara diu rerum documenta dedisses,  
 Non te parte sui, sed in omni corpore, sumpsit  
 Imperium, cunctâque dedit tellure regendos  
 50 Rectores. Hispana tibi Germanâque Tethys  
 Paruit, & nostro diducta Britannia mundo:

## INTERPRETATIO.

*responsa rogantibus. Rescripta Imperatoris aucta sunt eloquentiâ tuâ: neque majestas Imperatoria recordatur se unquam elocutam esse splendidius. Hinc gaza sacrata committitur tibi, & vestigalia Mundi possessi; quicquid auri affertur ex fluviis, quicquid industria occultata Bessi pallidi effodit scrutans venas sequendas longè à lumine. Et quemadmodum nauta probatus remis agitandis constituitur custos lateris, ex hoc loco regis aliam proram, & ostendit undas, ac procellas imminentes, cùm superaverit mare continuâ experientiâ: & jam incipit moderari gubernaculum, & totam navim. Ita tu, cùm prabuisse jamdudum insignem scientiam rerum, Romanum Imperium adhibuit te, non in parte sui regendâ, sed in totâ mole, & commisit tibi gubernatores gubernandos per terram universam. Mare Hispanum & Germanum tibi obediverunt, & Anglia separata ab orbe nostro:*

## ANNOTATIONES.

35. *Oracula.* ] Rescripta Imperatoris, quæ hîc appellantur oracula.

36. *Crevère.* ] Ampliora & illustriora facta sunt eloquentiâ tuâ.

38. *Sacræ opes.* ] Mallius fuit Quæstor, quia ei gaza servanda committitur, & ore ipsius loquitur Imperator.

41. *Abdita.* ] Solertia abdita Bessi, id est, Bessi in terrâ abditi & occultati.

*Pallentis.* ] Perpetuus ille color est ejusmodi operarum. Silius Italicus:

*Et redit infelix effosso concolor auro.*

*Bessi.* ] Bessi sunt Thraciæ populi, quos Pacatus appellat *Quasiores*, quod aurum in terræ visceribus exquirant.

44. *Exertus.* ] Probatu, paratu, expeditus. Sic à Statio dicitur, *Diana exerta*, id est, prompta, experta.

*Lentandis.* ] Id est, remis lentè obluendo agitandis: vel lentare remos dicimus, quia remi ex lentâ arbore facti curvantur. Virgilius:

*Andè & Trinacriâ lentandus remus in*

*Tonsis.* ] Remi qui dicuntur tonsi à rondendis, decutiendisque fluctibus.

41. *Lateri custos.* ] Inspector Nauticarum operarum, ideòque in navis latere constituitur.

45. *Dorida.* ] Doris est Dea marina, Nereidum mater. Hic sumitur pro mari.

50. *Tethys.* ] Tethyos, est itidem Dea marina, quæ sumitur pro mari.

51. *Britannia.* ] Domita à Julio Cæsare velut in alio orbe collocata dicebatur Virgilius:

*Et penitus toto divisos Orbe Britannos*

- Diversoque tuas coluerunt gurgite voces  
 Lentus Arar, Rhodanusque ferox, & dives Iberus.  
 O quoties doluit Rhenus, quâ barbarus ibat,  
 55 Quodd te non geminis frueretur iudice ripis!  
 Unius fit cura viri, quocumque rubescit  
 Occasu, quodcumque dies devexior ambit.  
 Tam celer assiduos explevit cursus honores.  
 Una potestatum spatiis interfuit ætas,  
 60 Tórque gradus fati juvenilibus inulit annis.  
 Postquam parta quies, & summum nacta cacumen,  
 Jam secura petit privatum gloria portum;  
 Ingenii redeunt fructus, aliique labores,  
 Et vitæ pars nulla perit. quodcumque recedit  
 65 Litibus, incumbit studiis, animusque vicissim  
 Aut curam imponit populis, aut otia Musis.  
 Omnia Cecropiæ relegis secreta senectæ,  
 Discutiens quod quisque novum mandaverit ævo,

## INTERPRETATIO.

*& Arar tardus, & violentus Rhodanus, & opulentus Iberus venerati sunt tua dista in alveis variis. O quoties Rhenus ingemuit, quâ parte allucebat barbaros, quod nonte posiretur moderatore ad utrumque suum litus. Quodcumque rubet Sole occidente, quodcumque cingitur luce proclivore, fit cura unius viri: tam promptus cursus absolvit præfecturus non interruptus! Una ætas, juvenus suffecit variis temporibus Honorum, & dedit ætati juvenili tot gradus felicitatis. Postquam requies acquisita est tibi & gloria tua attingit verticem ælium, jam ea tuta intrat secessum privatum. Fructus mentis revertuntur. & labores alii, & pars nulla vita amittitur. Quodcumque eripitur negotiis forensibus, additur studiis, & mens tua alternatim, aut impendit labores populis, aut quietem Musis. Recolis arcana omnia antiquitatis Græcæ, examinans quid novi unusquisque prodiderit literis.*

## ANNOTATIONES.

53. *Rhennus ferox, & dives Iberus.* Id est, Galli feroces, divites Hispani, Theodorus autem præfectus Galliarum, sub quibus Germaniæ & Hispaniæ partes continebantur.  
 54. *Rhennus.* Hic fluvius erat limes Imperii Romani, ac proinde pars tantum Germaniæ subdita erat Romanis.  
 57. *Dies devexior.* Sol ad occasum pronior, proclivior.  
 58. *Cursus.* Tam celeri velut cursu Theodorus ivit per omnes gradus Honorum, non interruptorum, sibi que invicem velut adhaerentium.  
 59. *Una ætas.* Una juvenus interfuit, suffecit tot variis temporibus Honorum gerendorum.  
 60. *Fati.* Honorum fato concessorum, contingentium.  
 62. *Privatum portum.* Ex longâ diuturnorum laborum agitatione Theodorus se in vitam privatam, tanquam in portum placidissimum recipit, Musis operam daturus.  
 63. *Fructus.* Doctrinæ, quæ velut fructus suavissimus animum pascit. Virtus enim & scientia animæ sunt nutrimenta.  
 64. *Perit.* Nulla vitæ pars male impenditur.  
*Quodcumque.* Secundum quamcunque partem recedit à litibus. Heinſius legit *recidit*, id est, quodcumque demit à litibus, dat studiis.  
 67. *Cecropia senectæ.* Antiquitatis Græcæ. Græci dicuntur Cecropidæ à Cecrope Athenarum Rege.

Gg iij

Quantâque diversæ producant agmina sectæ.

- 70 Namque aliis princeps rerum disponitur ær :  
Hic confidit aquis : hic procreat omnia flammis.  
Alter in Ætnas casurus sponte favillas  
Dispergit revocatque Deum , rursusque receptis  
Nectit amicitias quidquid discordia solvit.
- 75 Corporis hic damnat sensus , verumque videri  
Pernegat. hic semper lapsuræ pondera terræ  
Conatur rapido cæli fulcire rotatu ,  
Accenditque diem prærupti turbine saxi.

## INTERPRETATIO.

*Et quantos varia secta pariant cætus. Ut enim ær constituitur ab aliis , ut principum rerum : alter confisus aquam : hic producit omnia ex igne. Ille lapsurus ultro in flammam Ætna diffundit , & retrahit animam Mundi , & conjungit iterum re-* *novato fœdere quidquid contravictas dissolvit. Hic condemnat sensus corporis , & inficiatur veritatem posse cognosci. Ille tentat sustinere vertigine volubili Cœli , onus terra semper casura , & inflammat Solem vortice lapidis immensi.*

## ANNOTATIONES.

69. *Secta.* ] Quantis agminibus, quantâ velut familiâ stipati sint variarum sectarum auctores.

78. *Ær.* ] Anaximenes ponit ærem pro rerum principio : Thales Milesius aquam ; hinc Virgilius :

*Oceanumque patrem rerum.*

Heraclitus ignem , pro principio statuit. Hippocrates ærem , aquam , & ignem. Ceterum hic Claudianus attingit rerum principia.

71. *Procreat.* ] Procreata putat.

72. *Alter.* ] Empedocles totum se Catansum Ætnæ donavit incendiis. Terullianus. Ille statuebat quatuor elementa, aquam, ignem, terram & ærem , & ( quod & dixit Anaxagoras ) mentem sacram per omnia diffusam movere omnia , & eam in singula rerum creaturarum corpora recurrere dicebat. Unde & Virgilius :

*totâque infusa per artus  
Mens agitat molem , & magno se corpore miscet.*

73. *Deum.* ] Animam Mundi per omnia diffusam , quam esse Deum credebant Empedocles & Anaxagoras, dispergebant ad res generandas , revocabant ad res destruendas.

74. *Discordia.* ] Elementorum, quorum

amicitia , & inimicitia omnia aut facit ; aut destruit : hæc dissolvit , illa connectit.

75. *Verum.* ] Pyrrhon sectæ Pyrrhoniorum autor , negat veritatem posse videri, ideòque de omnibus dubitabat. Pyrrhoni dicti sunt *σκηπτικοί*, id est *contemplatores*. Nihil enim statuunt , sed in quærendo & contemplando toti sunt : dicti sunt etiam *ὑποπτικοί*, id est, dubitantes, quòd nihil affirmando de omnibus dubitent. Et immeritò sanè, unum enim saltem scire deberent, se dubitare.

76. *Semper lapsura.* ] Casum semper minitantis.

77. *Rotatu.* ] Quasi volubilis Cœli rapiditas suo imperu sustineat molem terræ, seu quasi terra quiescat in suo centro ob cœsum Cœli rapidissimum. Aristoteles, *ὅταν Ἐμπεδοκλῆς τὴν γῆν ἐν τῇ σφύρῃ ἡρμῶν*, ait Empedocles terram quiescere ob rapiditatem Cœli.

78. *Saxi.* ] Anaxagoras, Solem saxum, & glebam auream esse dicebat. De hoc Plinius, *Celebrant Græci Anaxagoram Clazomenium Olympiadis 78. anno secundo pradixisse cœlestium literarum scientiâ, quibus diebus saxum casurum esset à Sole. Idque factum interdiu in Thracia parte ad Egos flumen, &c.*

- Ille ferox unôque regi non passus Olympo ,  
 80 Immensum per inane volat, finemque perosus  
 Parturit innumeros angusto pectore mundos.  
 Hi vaga collidunt cæcis primordia plagis.  
 Numina constituunt alii, casusque relegant.  
 Graiorum obscuras Romanis floribus artes  
 85 Irradias, vicibus gratis formare loquentes  
 Suctus, & alterno verum contexere nodo.  
 Quidquid Socratico manavit ab ordine, quidquid  
 Docta Cleanthæ sonuerunt atria turbæ,  
 Inventum quodcumque tuo, Chrysippe, recessu;  
 90 Quidquid Democritus risit, dixitque tacendo

INTERPRETATIO.

Ille violentus, & non ferens se operiri uno  
 Cælo, volitat per aërem infinitum, & abhor-  
 rens res finitas, procreat in animo arcto mū-  
 dos innumerabiles. Hi committunt principia  
 rerū errantia hamulis occultis. Illi statuunt  
 providentiam Dei, & expellunt casum. Tu  
 ô Theodore illustras doctrinam obscuram

Græcorum elegantia latinâ, solitus instruere  
 dicentes dialogis festivis, & concinnare al-  
 ternatim veritatem seriis florum. Scilicet  
 quicquid fluxit ab institutis Socratis, quic-  
 quid schola erudita cæth Cleanthæ emisit:  
 quicquid excogitatum est, ô Chrysippe, in se-  
 cessu tuo; quicquid Democritus rideo dixit,

ANNOTATIONES.

79. *Ferox.*] Violentus furiosus.  
 81. *Parturit.*] Quasi hi mundi sint tan-  
 tum ejus stultæ imaginationis foetus.  
*Innumeros mundos.*] Nonnulli tot mun-  
 dos esse volebant, quot sunt stellæ. De-  
 mocritus, Epicurus, & Metrodorus ad-  
 mittebant infinitos. Et Anaxarchus ille,  
 qui lacrymas excussit Alexandro: Ἀλέ-  
 ξανδρος Ἀναρχῶν μοι κόσμων ἀνυ-  
 είας ἀκούων ἵδμενος: Alexander Ana-  
 xarchum de Mundorum infinitate audiens,  
 lacrymatus est.

82. *Vaga primordia.*] Democritus, &  
 Epicurus dicebant Mundum ex turbulentâ  
 & temerariâ quadam atomorum incurio-  
 ne esse conflatum: atomos autem illas,  
 seu *vaga primordia* sibi invicem hærrere  
 per plagas seu hamulos quosdam.  
 83. *Numina constituunt.*] Platonici  
 contra Epicurum.

85. *Irradias.*] Illustras nitidâ orationis  
 luce, & amœnitate Philosophos Græcos,  
 qui de Ethicâ egerunt.

*Vicibus gratis*] Dialogis, quos Prin-  
 ceps Philosophorum Socrates invenisse di-  
 citur, & Philosophiam moralem à Cælo  
 evocasse. Cicero.

86. *Alterno nodo verum contexere.*]   
 Id est per dialogos elegantes concinnare  
 & explicare veritatem, quasi contexeres  
 rosas in sexta nodis jucundissimis.

88. *Cleanthæ.*] Cleanthes vir laboriosus,  
 & ideo Hercules dictus, Zenoni adhæsit,  
 & à Cicerone dicitur *Stoicorum pater*.  
 Tradunt eum fuisse pauperimum, & no-  
 ctu aquam hausisse, unde se per diem in  
 studiis alere posset, eumque præterea,  
 quæ à Zenone audierat, omnibus bonum &  
 testis fide libris perscribere solitum.

89. *Chrysippe.*] Chrysippus Tar'o oriun-  
 dus Philosophus Stoicus, Dialecticâ ex-  
 cellens; cum Asinum sic comedentem  
 videret, effusus in gaudium risumque ob-  
 iisse dicitur. In recessu autem, quia Chry-  
 sippus secessu delectabatur, & sæpe studio  
 intentus tantâ voluptate perfruebatur, ut  
 eum, tanquam extra se positum, cibi po-  
 tionisque caperet oblivio. M. A. Muræus.

90. *Democritus.*] Summum bonum  
 in tranquillitate animæ ponebat, cætera  
 omnia ridebat; unde dictus est γελαστος  
 risor, quod semper rideret: contra Hera-  
 clitus perpetuò flebat.

- Pythagoras, uno se pectore cuncta vetustas  
 Condidit, & major collectis viribus exit.  
 Ornantur veteres, & nobiliore magistro  
 In Latium spretis Academia migrat Athenis,  
 95 Ut tandem propius discat, quo sine beatum  
 Dirigitur; quæ norma boni, qui limes honesti;  
 Quænam membra sui virtus divisa domandis  
 Objectet vitiis, quæ pars injusta recidat,  
 Quæ vincat ratione metus, quæ frænct amores.  
 100 Aut quoties elementa doces, semperque fluentis  
 Materie causas: quæ vis animaverit astra,  
 Impuleritque choros: quo vivat machina motu?  
 Sidera cur septem retro nitantur in ortus

## INTERPRETATIO.

& Pythagoras edocuit silendo: tota anti-  
 quitas inclusit se in unâ mente Theodoti,  
 & inde copiosior prodit viribus conjunctis.  
 Antiqui autores illustrantur, & sub do-  
 ctore illustriore Academia transit in La-  
 tium, Athenis contemptis, ut tandem  
 ediscat certius, quâ in re summum bo-  
 num consistat, quæ regula boni, quis ser-  
 minus honestatis, quasnam sui partes vir-  
 tus separata opponat vitiis superandis?  
 Quæ pars amputet res iniquas? Quæ  
 pars superet timorem ratione? Quæ  
 pars comprimat amores? Vel quoties &  
 Theodore monstras elementa, & can-  
 sas materia perpetuè mota: vel doces,  
 quæ virtus animam dederit sideribus, &  
 excitavit Harmoniam? Quo spiritu moles  
 agitur? Quare septem Planeta obfistenses

## ANNOTATIONES.

91. *Pythagoras.*] Samius Philosophus, docuit apud Crotoniatis in Italiâ. Ejus discipuli quinquennii taciturnitate initia-  
 bantur ipsius sacris, ut ad Cœlestia ca-  
 pienda essent idonei.  
 92. *Major.*] Copiosior, tanquam flu-  
 vius, qui cum tantisper retinetur, postea  
 exit major, & abundantior.  
 93. *Ornantur.*] Illustrantur à Theodo-  
 ro, scriptis elegantibus, & sub Theodoro,  
*Nobiliore Magistro*, quàm Plato fuit;  
 Academia, hoc est Philosophia, omnif-  
 que doctrina transit in Italiam.  
 94. *Academia.*] Locus prope Athenas  
 datus ab Academio, in hunc Plato Plato-  
 nicique confluebant.  
 96. *Boni.*] Quæ sit regula justitiæ,  
 æquitatis?  
 99. *Metus, amores.*] Dux furie, aut dux  
 tranquillitatis humanæ pestes, quâ parte,  
 seu quâ virtute frændæ sint?  
*Frænct.*] Velut equum indomitum.  
 100. *Elementa.*] Hic tractantur ele-  
 menta, astra, metæora.  
*Fluentis materia.*] Doces quæ causa  
 sit, cur materia, instar fluminis, perpe-  
 tuè fluat, & unâ re corruptâ generetur al-  
 tera.  
 101. *Animaverit.*] Veteres astra ani-  
 mata esse putabant, usque Genios moto-  
 res adscribebant.  
 102. *Impuleritque choros.*] Id est excita-  
 rit illud agmen, illam harmoniam Astro-  
 rum, quæ ita suos cursus absolvunt, ut  
 quasi in choreâ ad numerum in coronam  
 orbemque cœant. Alii legunt, *Implevit-  
 que choros*, id est absolverit, perfecerit  
 numeros, seu numerosam illam Harmo-  
 niam.  
*Quo vivat.*] Quo spiritu machina Cœ-  
 lestis ita agatur, ut videatur vivere.  
 103. *Retro nitantur.*] Ex priscis Phi-  
 losophis Cœlum incredibili rapiditate mo-  
 vetur ab Oriente in Occidentem, septem  
 Planetæ eodem motu rapiuntur, sed alio  
 motu sibi proprio quasi retrocedant, ni-  
 tantur ire ab Occidente in Orientem, sic-  
 que obluantur Cœli motui. Sic Sol  
 Obluatâ

- Obluctata polo : variisne meatibus idem  
 105 Arbiter, an geminæ convertant æthera mentes:  
 Sine color proprius rerum, lucisque repulsus  
 Eludant aciem. tumidos quæ Luna recursus  
 Nutriat Oceani : quo fracta tonitrua vento.  
 Quid trahat imbriferas nubes ; quo saxa creentur  
 110 Grandinis. unde rigor nivibus : quæ flamma per atras  
 Excutiat rutilos tractus : aut fulmina velox  
 Torqueat, aut tristem figat crinita cometen ?  
 Jam tibi compositam fundaverat ancora puppim,  
 Telluris jam certus eras. fecunda placebant  
 115 Otia. nascentes ibant in secula libri.

## INTERPRETATIO.

*Cælo conentur ire retro, an idem moderator rapiat Cælum cursibus diversis, an una Intelligentia? An color proprius habeat in rebus, an res fallant oculos repercussu lucis? Qui Luna alas astus reciprocos tumefacti maris? Quo vento fulmina placentur? Quid attrahat nimbos pluvios? Quâ causâ grando saxa produ-*

*catur? Unde frigus sit nivibus? Qui ignis per ærem vibret fulgura micantia, aut rapidus jaculetur tonitrua, aut crinitus affigat Cælo maestum Cometam? Jam ancora stabilierat tibi, ô Theodore, navim placidam, jam attingebas iudæ terram: quies abundans libris juvabat te. Libri editi à te tendebant ad aternitatem,*

## ANNOTATIONES.

motu Cæli raptus facit dies; motu proprio facit annum: sive unus moderator, sic vertat Cælum, & Planetas motibus contrariis; sive duæ Mentis aut Intelligentiæ, aut duo Genii, unus Cælum, alter Planetas torqueat.

106. *Color.* ] Disputant Philosophi an color reverâ hæreat in rebus, an tantum vario lucis repercussu variatus, ludat ac velut fallat oculos, qui putant verum esse colorem, & in rebus ipsis hærentem. Virgilius:

*Rebus nox absulit atra colorem.*

107. *Luna.* ] Certum enim est Lunam dominari æstibus Oceani. Idque nonnulli tribuunt aëri à Lunâ pressio, qui premat agitæque maria. Quidquid sit, *Mirabiles elationes maris.*

108. *Vento.* ] Quâ vi fulmina fractis, & elisis inter se nubibus erumpant?

109. *Imbriferas.* ] Poëtæ secuti vulgus, pluvias tribuunt Jovi per cribrum mementi. Sed pluviarum causa Austro tribuitur. Ovidius:

*Pluviusque madescit ab Austro.*

*Saxa grandinis.* ] Non rarè grando descendit ut lapis. Hujusce rei exempla pas-

sim leguntur, videntur.

111. *Excitiat.* ] Vel fulgura, vel quandam potius stellarum cadentium speciem: Ovidius:

*Qua si non cecidis potuit cecidisse videri.*

112. *Tristem cometen.* ] Rerum tristem, calamitatûmque nuntium: Lucanus:

*Et nunquam terris spectatum impudens Cometen.*

*Figat.* ] Credebant quippe non suo, sed ætheris motu ferri Cometam.

113. *Compositam puppim.* ] Ancora, *ἀγκυρα*, seu quies amica stabilierat puppim tuam placidam, quiescentem, hoc est vitam tuam subtractam tumultibus humanis, qui vitam nostram, seu navim fluitantem in alto instar tempestatis, agitant.

114. *Certus.* ] Certo sciebas te ad terram & quietem, tanquam ad portum, mox perventurum.

115. *Otia fecunda.* ] Quæ producunt præclaros ingenii fœtus, libros doctos scilicet. *Otia* autem vocantur tempus, quod docti studiis consecrant. Virgilius: *Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope studiis florentem ignobilis otii,*

Hh

- Cum subito liquidâ cessantem vidit ab æthrâ  
 Justitia, & tanto viduatas iudice leges:  
 Continuo frontem limbo velata pudicam  
 Deserit Autumni portas, quâ vergit in Austrum  
 120 Signifer, & noctis reparant dispendia Chelæ.  
 Pax avibus, quâcumque volat; rabiémque frementes  
 Deposuisse feræ. lætatur terra reverso  
 Numine, quod prisca post tempora perdidit auri.  
 Illa per occultum Ligurum se mœnibus infert,  
 125 Et castos levibus plantis ingressa Penates  
 Invenit ætherios signantem pulvere cursus;  
 Quos pia sollicito deprendit pollice Memphis:  
 Quæ moveant momenta polum, quam certus in astris

## INTERPRETATIO.

cum statim Justitia aspexit à Cælo clare  
 otiantem, & curiam privatam tanto  
 iudice. Illa habens vultum castum seclum  
 fasciâ longâ relinquit limen Autumni,  
 quâ parte Zodiacus inclinat se in meri-  
 diem, & brachia Scorpionis resarciunt  
 damnum noctis. Quâcumque Justitia volat  
 pax est volucris: & fera crudeles ab-  
 jecerunt furorem. Terra gaudet Deâ re-

deunte, quam amiserat post seculum an-  
 tiquum aurea ætatis. Illa Justitia tacita  
 ingreditur urbem Ligurum Mediolanum,  
 & intrans pede celeri domum sanctam  
 Theodori, reperit eum delineantem motus  
 cælestes in pulvere, quos motus Memphis  
 religiosa excogitavit operâ curiosâ. Desi-  
 gnat nempe, quæ velut pondera agitant  
 Cælum, quàm stabilis sit circuitus in

## ANNOTATIONES.

118. *Nimbo*.] *Nimbus*, vel *limbus* est  
 fasciola transversa, ex auro assuta in lin-  
 teo, quod est in fronte sceminarum, &  
 quod ut nimbus Soli, sic vultui obtendi-  
 tur. Virgines autem non procedebant  
 olim in publicum, nisi velatâ fronte. Est  
 & alia causa, cur Justitia veletur, quod  
 scilicet æquitatis tantum, non personarum  
 rationem habeat. Ex Chrysippo tamē Ju-  
 stitia παρδύρεος σκυδαῶν γὰρ ἔσται, καὶ  
 οὐρανὸς ἔχουσα τὸ ἀργυρεόν, ὃ ἐν-  
 τόνον, ὃ δὲ δρόκός βλεπούσα, ὥστε τοῖς  
 μὲν ἀδικαῖς φόβον ἐμπνέειν. Virgo seve-  
 ra describitur, & habens vultum constan-  
 tem ac vehementem; & acros oculos, ut  
 improbis terrorem incutiat.

119. *Autumni portas*.] Justitia seu Virgo  
 sedem fixit prope Libram, quæ primum  
 est Autumni signum.

120. *Signifer*.] Zodiacus, qui gerit si-  
 gna duodecim. De hoc suprà in Conf.  
 Prob. v. 241.

*Chelæ*.] Brachia Scorpii, quæ à non-  
 nullis pro Librà accipiuntur; & reparant

damna noctis, quam post æquinoctium  
 Autumni efficiunt diebus longiorem.

121. *Pax avibus*.] Justitiâ regnante,  
 omnia pacata: etiam aves & feræ nullam  
 sibi bellum inferunt; hoc enim injustitiæ  
 est.

122. *Reverso numine*.] Olim in seculo  
 aureo Justitia seu Astræa commorabatur  
 cum hominibus, sed pollutos furtis, sce-  
 leribus, & ex Ovidio, *Cæde madentes*

*Ultima Cælestium terris Astræa reliquit.*

126. *Pulvere*.] Quo utebantur ad fi-  
 guras signandas. Cicero, *Eruditus pul-  
 vis Mathematicorum.*

127. *Memphis*.] Urbs Egypti, ponitur  
 pro ipsâ Egypto, quæ mater & nutrix  
 Mathematicarum disciplinarum. *Pia* di-  
 citur, quod superstitionibus indulgeret.  
 Porro quis nescit doctrinas apud Egyptios  
 floruisse? Imò & mutarum artium Egy-  
 ptii dicuntur fuisse inventores.

128. *Momenta*.] Quæ velut pondera  
 moveant Cælum, ut moveretur Horolo-  
 gium.

- Error. quis tenebras Soli causisque meantem  
 130 Defectum indicat numerus. quæ linea Phœben  
 Damnet, & excluso pallentem fratre relinquat.  
 Ut procul adspexit fulgentia virginis ora,  
 Cognovitque Deam: vultus veneratus amicos  
 Occurrit, scriptæque notas confundit arenæ.  
 135 Tunc sic Diva prior: Malli, sincera bonorum  
 Congeries, in quo veteris vestigia recti,  
 Et ductos video mores meliore metallo:  
 Jam satis indultum studiis; Musæque tot annos  
 Eripere mihi. pridem te jura repossunt.  
 140 Aggredere, & nostro rursus te redde labori.  
 Nec tibi sufficiat transmissæ gloria vitæ.  
 Humanum curare genus quis terminus unquam  
 Præscripsit? nullas recipit prudentia metas.  
 Adde, quod hæc multis potuit contingere sedes.  
 145 Sed meriti tantum redeunt, actusque priores

## INTERPRETATIO.

*Planctus, quis calculus denotet caliginem Solis. & eclipsin advenientem certis de causis? Quæ linea nocet Luna. & deservat illam obscuratam, intercluso fratre ipsius Sole? Statimque Theodorus vidit longe vultum micantem virginis Justitiæ, & sensit Divam: colens faciem caram sibi, et obviam. & turbat signa pulveris figuræ. Tum Dea prior loquitur ita. O Malli, in quo cumulus est syncerus virtutum omnium, in quo aspicio indicia*

*acquisitis, & mores factos ex metallo excellentiore. Jam satis datum est literis & jam satis Musa subtraxerunt te mihi. Leges repetunt te jamdudum. Age, & restitue te iterum operi nostro: ne quo honos vita præterita satis sit tibi? Quis finis unquam vetuit regere gentem humanam? prudentia, nullos agnoscis limites. Adjice quod hic honos potuit evenire multis. At honores revertuntur solum, si meriti sunt, & dignitas*

## ANNOTATIONES.

130. *Linea.* ] Luna eclipsin patitur, cum est in lineâ eclipticâ, quod non accidit, nisi plenâ lunâ. *Ecliptica linea* dicitur dñi qñ ἐκλειπτικὴν, deficere.

131. *Excluso fratre.* ] Sole excluso à terra globo, qui impedit quominus Luna, ut solet, lumen à Sole fratre mutuetur.

134. *Arenæ.* ] Pulveris Mathematici notas confundit præ gaudio, quo perfundebarur, quod Justitiam videret.

136. *Congeries.* ] In quo est *congeries*, seu cumulus *honorum*, seu virtutum: vel in quo omnes boni videntur inesse: quasi Mallius haberet tantam virtutem in se congestam, quantum habent omnes boni.

*Recti.* ] Vestigia præcæ simplicitatis, æquitatis, & mores aureos, hoc est di-

gnos seculo aureo, quod, ex Ovidio:

*Sponte suâ sine lege fidem rectamque colebat.*

137. *Ductos meliore metallo.* ] Mores aureos, & meliore metallo ductos atque conflatos. Metaphorâ sumptâ ab auro, quod conflatur. Alludit autem Poëta ad mores seculi aurei.

143. *Præscripsit.* ] Quis unquam terminum sibi finemque præscripsit, cum cura habenda est humani generis, tum enim prudentis est, nullas sibi ponere metas.

*Nullas recipit prudentia metas.* ] Imò metas ipsa præscribit aliis virtutibus, & sine ipsa nulla virtus est.

144. *Sedes.* ] Honoris & dignitatis.

Hh ij



- Commendat repetitus honos, virtúsque reducit,  
 Quos fortuna legit. meliùs magnóque petendum  
 Credis, in abstrusâ rerum ratione morari?  
 Scilicet illa tui patriam præcepta Platonis  
 150 Erexêre magis, quàm qui responsa secutus  
 Obruit Eoas classes, urbémque carinis  
 Vexit, & arsuras Medo subduxit Athenas?  
 Spartanis potuit robur præstare Lycurgus  
 Matribus, & sexum leges vicêre severæ:  
 155 Civibus & vetitis ignavo credere muro  
 Tutiùs objecit nudam Lacedæmona bellis.  
 At non Pythagoræ monitus, annique silentes,  
 Famosum OEbalii luxum pressêre Tarenti.  
 Quis verò insignem tanto sub principe curam

## INTERPRETATIO.

*renovata prædicat actiones præcedentes, & virtus revocat, quos fortuna eligit. An putas justius, & id parandum magno pretio, remanere scilicet in causis rerum perscrutandis? Nimirum illa documenta Platonis tui extulerunt magis patriam, quàm Themistocles, qui obediens oraculo oppressit naves Orientis, & portavit urbem Athenas in navibus, & eripuit Athenas incendendas Persis? Lycurgus potuit inspirare vires matribus Lacedæmoniis, & leges ejus rigida superaverunt sexum muliebrem: ac prohibitis civibus fidere manibus inertibus, exposuit securus præliis Spartam nudatam muris. Sed admonitiones, & annique silenti Pythagora non represserunt luxuriam infamem Tarenti OEbalii. Ecquis autem recuset laborem sub tanto Imperatore*

## ANNOTATIONES.

246. *Commendat.* ] Dignitas repetita reddit commendabilem priorem dignitatem, ad quam nulli iterum, iterumque redeunt, nisi meriti sint.  
*Virtúsque reducit.* ] Virtus revocat ad secundam dignitatem eos, qui casu ad primam electi fuisset videri possint.  
 150. *Responsa.* ] Oracula, quæ, Xerxe in Græciam irrupente, monebant salutem querendam esse in domibus ligneis. Unus Themistocles id feliciter explicuit de navibus, feliciùsque patriam liberavit, quàm omnes Platonici fecissent.  
 151. *Eoas.* ] Acies ab Oriente in Græciam irruentes.  
 152. *Medo.* ] Persarum Regi Xerxi, Medis imperanti.  
 153. *Lycurgus.* ] Lacedæmoniorum hic Legislator iussit exercitia mulieribus, & viris esse communia, ut foeminae susceperent liberos valentiores, & pro patriâ, si ita res postularet, pugnarent.  
 154. *Sexum vicêre.* ] Foeminei sexûs solitam imbecillitatem superaverunt.  
 156. *Tutiùs.* ] Lycurgus credidit tutius esse, & fortius Spartam confidere virtuti, quàm muris, sine quibus remansit usque ad Cassandri tempora, post mortem Alexandri Græciam vastantis.  
 157. *Annique silentes.* ] Nam Pythagoræ *πνικτικὰ ἡσυχάζον, μῶρον τὸν λόγον κατακουόντες*, per quinquennium silebant solum ejus sermonem audientes. Laërtius.  
 158. *OEbalii Tarenti.* ] Id est ab OEbaliis seu Spartanis vel conditi, vel aucti: cujus urbis cives deliciis diffuentes summum bonum in voluptate ponebant. Hæc urbs est in sinu Tarentino in extremâ Italiâ.

- 160 Respuat ? aut quando meritis majora patebunt  
Præmia ? quis demens aded, qui jungere sensus  
Cum Stilichone neget ? similem quæ protulit ætas  
Consilio vel Marte virum ? nunc Brutus amaret  
Vivere sub regno. tali succumberet aulæ
- 165 Fabricius. cuperent ipsi servire Catones.  
Nonne vides, ut nostra soror Clementia tristes  
Obtundat gladios : fratresque amplexa serenos  
Assurgat Pietas. fractis ut lugeat armis  
Perfidia, & laceris morientes crinibus hydri
- 170 Lambant invalido Furiarum vincla veneno ?  
Exultat cum Pace Fides, jam sidera cunctæ  
Liquimus, & placidas inter discurremus urbes.  
Nobiscum, Theodore, redi. subit ille loquentem  
Talibus. agrestem dudum me, Diva, reverti
- 175 Cogis ; & infectum longi rubigine ruris  
Ad tua signa vocas ? nam quæ mihi cura tot annos ?  
Altera, quàm duras sulcis mollire novalis ?  
Nosse soli vires, nemori quæ commoda rupes,  
Quis felix oleæ tractus, quæ gleba faveret
- 180 Frugibus, aut quales tegetet vindemia colles ?

## INTERPRETATIO.

Honorio ? vel quando merces amplior dabitur virtuti ? Equis ita amens est, ut renuat conjungere consilia sua cum Stilichone ? Quæ secula tulerunt parem prudentiæ vel fortitudinis ? Nunc Brutus vellet vivere sub regno. Fabricius subjiceret se tali Imperio. Catones ipsi gestirent famulari. An non afficiis, ut Clementia soror nostra hebetet oculos immittes, & Pietas complexa fratres placidos, attollatur ? An non vides, ut Perfidia fleat armis ruptis, & colubri percurrentes capillis laniatis lingant catenæ Furiarum, veneno debili ?

Fides triumphat cum Pace : jam nos omnes deserimus Cælum, & cursumus per Urbes pacatas. Revertere nobiscum, & Theodore. Ille Theodorus respondet his verbis locuta Justitiæ. O Dea cogi redire me jampridem factum rusticum, & revocas ad vexilla tua me marcentem situ longo agrorum ? Etenim quis labor alius mihi per tot annos, quàm subigere agros duos vāmere, quàm cognoscere naturam terræ ; cognoscere quæ loca saxosa idonea sunt sylva, quis campus fecundus oleis, quæ arva utilia sint segeti, vel quos vitis vestiret clivis ?

## ANNOTATIONES.

163. Consilio.] Quæ ætas tulit similem Stilichoni, vel consilio in pace, vel fortitudine in bello ?
- Brutus.] Et si Regum osor, & expulsor, amaret vivere sub Regno Honorii, tutore Stilichone.
165. Fabricius.] Civis notæ frugalitatis, & Reip. amans, Regum itidem osor, sicut & Catones.
166. Tristes gladios.] Tristitiæ effectores.
167. Fratres serenos.] Arcadium & Honorium serenos, placidos & Cælo, aut numinibus tranquillis similes.
170. Furiarum.] Ubi Justitia regnat, regnant & cæteræ virtutes, exulant & scelera, scelerumque autores Furia.
172. Inter discurremus.] Per mixtæ populo, ut olim ætate aureâ, discurremus.
174. Agrestem.] Me factum agrestem, longâ meâ in agris mansione, & quasi infectum situ ac rubigine, hoc est otio & diuturno secessu.

Hh iij

- Terribiles rursus lituos veteranus adibo,  
 Et desueta verus tentabo cœnula vector?  
 Collectamque diu, & certis utcumque locatam  
 Sedibus, in dubium pariar deponere famam?  
 185 Nec me, quid valeat naturâ fortior usus,  
 Præterit, aut quantum neglectæ defluat arti.  
 Desidis aurigæ non audit verbera currus:  
 Nec manus agnoscit, quem non exercuit, arcum.  
 Esse sed injustum fateor, quodcumque negatur  
 190 Justitiæ. tu prima hominem sylvestribus antris  
 Elicis, & fœdo detergis secula victu.  
 Te propter colimus leges, animosque ferarum  
 Exuimus. nitidis quisquis te sensibus hausit,  
 Irruet intrepidus flammis, hyberna secabit  
 195 Æquora: confertos hostes superabit inermis.  
 Ille vel Æthiopum pluviis solabitur æstus:  
 Illum trans Scythiam vernus comitabitur ær.

## INTERPRETATIO.

Ego veteranus iterum repetam tubus me-  
 tuendas. & ego ut nauta senex experiar  
 maria desueta? Et sustinebo exponere for-  
 tunæ dubia gloriam meam pariam longo  
 tempore, & stabilitam quodammodo in  
 locis securis? Neque lateat me, quid con-  
 suetudo potentior naturâ valeat, vel quan-  
 tum deperdat ex industriâ contemptâ.  
 Equi non obediunt flagello vectoris ignavi:  
 neque manus cognoscit jaculum, quod non  
 experta est. At confiteor iniquum esse,  
 quod recusatur justitia. Tu prima eduxisti  
 hominem ex cavernis sylvarum, & purgas  
 orbem a vitâ turpi. Ob te veneramus leges,  
 & relinquimus naturam ferarum. Qui-  
 cunque imbibit te puro pectore, irrumper  
 audax in ignes. findet maria hyberna:  
 inermis vincet hostes densos: ille refrigera-  
 bit vel ardorem Æthiopum imbribus: cœ-  
 lum serenum sequetur illum trans Scythiam.

## ANNOTATIONES.

181. *Litnos.* ] Pugnas, prælia, per li-  
 tuos designata.  
 182. *Desueta.* ] An maria, quæ non  
 fuerunt amplius pererrare, pererrabo  
 deinceps, hoc est an illas belli forique  
 tempestates vis me deinceps experiri?  
*Vector.* ] Is est, & qui vehit, & qui  
 vehitur. Hic sumitur activè.  
 183. *Certis sedibus.* ] Famam ita stabi-  
 litam, ut in omnium animis quasi in certo  
 quodam portu, in certis sedibus infixâ  
 videatur.  
 185. *U/us.* ] Consuetudo naturâ poten-  
 tior. Curtius.  
 186. *Desueta.* ] In virtutis viâ non pro-  
 gredi, regredi est. Ex eâ enim paulatim ip-  
 sâ incuriâ & desuetudine aliquod defluit,  
 evanescit, deperditur.  
 187. *Currus.* ] Equi qui sunt in curru,  
 Virgilius: --- Neque audit currus habenar.  
 188. *Exercuit.* ] Manus non cognoscit  
 arcum, nisi se in arcu vibrando exercuerit.  
 191. *Fædo victu.* ] Revocasti primos  
 homines belluarum more viventes a fœdo  
 & inhumano victu.  
 193. *Te hausit.* ] Quisquis tua docu-  
 menta imbibit, impressit animo puro,  
 spernet omnia pericula, flammâs, frigora,  
 maria, hostes.  
 196. *Æthiopum.* &c. ] Vis justitiâ, &  
 omni tranquillitate fretus, vel in arden-  
 tissimis Æthiopum tigris se suâ virtute,  
 tanquam pluviâ solabitur, in gelidâ Scy-  
 thiâ se eadem virtute, velut verno flore  
 recreabit. Vir justus ubique beatus est,  
 ubique victor: *justum & tenacem.* &c.  
 Horatius.

Sic fatus, tradente Deâ, suscepit habenas

Quatuor ingenti Juris temone refusas.

100 Prima Padum Tiberimque ligat, crebrisque micantem

Urbibus Italiam: Libyas Pœnósque secunda

Temperat: Illyrico se tertia porrigit orbi:

Ultima Sardiniam, Cynnon, trifidamque retentat

Sicaniam, & quidquid Thyrrhenâ tunditur undâ,

205 Vel gemit Ioniâ. nec te tot limina rerum,

Aut tantum turbavit onus. sed ut altus Olympi

Vertex, qui spatio ventos hyemésque relinquit,

Perpetuum nullâ temeratus nube serenum,

Celsior exurgit pluviis, auditque ruentes

210 Sub pedibus nimbos, & rauca tonitrua calcat:

Sic patiens animi per tanta negotia liber

Emergit, similisque sui; justique tenorem

Flectere non odium cogit, non gratia suadet.

Nam speretas quis opes, intactâque pectora lucro

215 Commemoret? fuerint aliis hæc fortè decora:

Nulla potest laus esse tibi, quæ crimina purget.

#### INTERPRETATIO.

Ita locus Theodorus divâ dante, recepit quatuor frana religata magno nexu justitia. Prima habena nectit Eridanum & Tiberim, & Italiam fulgentem urbibus multis: secunda regit Libyam, & Carthaginenses: tertia extendit se tractui Illyrico: ultima moderatur Sardiniam, Corsicam, & Siciliam triangularem, ac quicquid verberatur fluctibus Hetruscis vel sonat Ioniis aquis. Neque susceptio tot negotiorum, aut pondus tantum perturbavit te. At quemadmodum culmen excelsum Olympi, quod deseris infra se ven-

tos & tempestates intervallo magno, nullâ habens infectam caligine serenitatem æternam, attollitur sublimis imbribus, & audit sub pedibus nubes bacchantes, proteritis fulmina mugientia; ita Theodorus constanti mente exit liber in rebus tantis, & semper par sibi; neque inimicitia cogit hunc detorquere seriem agnitatis, neque favor persuadet. Etenim cur referam divitias contempnas, & animum tuum intemeratum auro? hac forsan videantur aliis pulchra, nulla gloria potest estimari, à te, quæ eluat scelera.

#### ANNOTATIONES.

199. *Quatuor habenas.* ] Moderamen quatuor Provinciarum, Italiz, Libyz, Illyriz, & Insularum. His præerat præfectus Prætorii Occidentis.

203. *Cynnon.* ] Κύννος ὁ ἀπὸ τῆς Πωρείων ἑλευται Κόρον. Cynus à Romanis vocatur Corsica. Strabo.

*Trifidam.* ] In tria promontoria fissam ac distinctam Siciliam.

204. *Tyrrhenâ.* ] Mare Tyrrhenum seu Thuscum, dicitur mare inferum.

205. *Ioniâ.* ] Ionum mare dictum ab Iô Inachi filiâ: porrigitur ab extremâ

parte Siciliz & Epiri usque in Ægyptum & Cretam.

206. *Olympi.* ] Hic mons est Thessaliz altior nubibus. Lucanus: *Nubes despectat Olympus.*

211. *Liber.* ] In tantis negotiis liber & constans Theodorus servat semper eundem animum, eundem justitiæ rigorem, & velut strictam lineam; neque deflectit vel transversum unguem, vel adductus odio, vel gratiâ potentiorum.

216. *Nulla quidem laus.* ] Nequidem vis laudari, quod mundum purges criminibus.

Servat inoffensam divina modestia vocem.  
Temperiem servant oculi. nec lumina fervor  
Asperat, aut rabidas suffundit sanguine Venas.

220 Nullaque mutati tempestas proditur oris.

Quin etiam fontes expulsâ corrigis irâ,  
Et placidus delicta domas. nec dentibus unquam  
Instrebit horrendum, fremitu nec verbera poscis.  
Qui fruitur pœnâ, ferus est, legumque videtur

225 Vindictam præstare sibi: cum viscera felle  
Canduerint; ardet stimulis, ferturque nocendi  
Prodigus, ignarus caussæ. Diis proximus ille,  
Quem ratio, non ira, movet; qui facta rependens,  
Consilio punire potest. mucrone cruento

230 Se jactent alii, studeant feritate timeri,  
Addictoque hominum cumulent æraria censu.  
Lenè fluit Nilus, sed cunctis amnis extat

#### INTERPRETATIO.

*Modestia tua divina conservat sermonem placidum; oculi tui conservant moderationem; neque ardor inficit eos, aut replet corpus accensum bile, & nulla nubes vultus tui mutati offenditur. Præterea emendas nocentes irâ remotâ, & lenis punis crimina, neque frendes unquam dentibus horribiliter, neque petis flagella vociferando. Qui delectatur cruciatu, crudelis est, ac videtur præbere sibi ultionem legum. Cum præcordia ejus incensa fuerint furore, inflammatur desiderio malo, & rapitur ad nocendum largius inscius causa. Ille simile est Diis, quem ratio flehit, non iracundia: qui considerans actiones, potest castigare suâ prudentiâ, non odio. Alii gloriantur securibus nudatis, velint formidari ferocitate, & replant fisco adjudicatis divitiis hominum. Nilus fluit leniter, sed est fructuosior omnibus*

#### ANNOTATIONES.

217. *In offensam.*] Tua modestia efficit, ut sermones tui sint semper inoffensi, hoc est placidi, tranquilli, & sine cujusquam offensione pronuntientur.

219. *Asperet.*] Neque furor reddit oculos tuos asperos, & terribiles scintillis erumpentibus.

*Venas.*] Homini irato tument venæ, sanguis effervescebat, vultus, ut Cælum tempestate furente, mutatur, turbatur, modò rubet, modò pallet.

222. *Et placidus.*] Placide punis fontes, quasi invitus, legibus pœnas tum exigentibus parère videaris.

224. *Qui fruitur.*] Ferina rabies est sanguine & vulneribus gaudere. *Ipsæ Nero subtraxit oculos, iussitque scelera, non spectavit.* Tacitus.

*Legumque.*] Videtur vindictam exequi, non ut pareat legibus, sed ut pareat suis affectibus, suæ crudelitati.

227. *Prodigus.*] Nimis largâ manu pœnas infligit.

*Ignarus causa.*] Iracundiâ & cupiditas non sinunt eum perpendere, an causa sit pœnæ infligendæ.

230. *Se jactens.*] Barbarum est jactantiz genus, gloriari suâ crudelitate, quæ ita displicuit veteribus, ut nequidem cum cocis & venatoribus animalium sanguine gaudentibus habitare sustinerent. In sacra Scripturâ, *Robustus venator coram Domino arguit impium & crudelem.*

231. *Addictio censu.*] Cumulent arcas suas bonis alienis, dum proscribunt & fisco addicunt aliorum fortunas.

232. *Lenè fluit Nilus.*] Quasi diceret, tyranni fremant & omnia pessudent, torrentum instar, Reges optimi moderati sunt, & profunt omnibus, sicut *lenè fluit Nilus.* &c. rapidus tamen est, & violentus ad cataraclas,

Utilior,

Utilior, nullas confessus murmure vires.

Acrior ac rapidus tacitas prætermeat ingens

235 Danubius ripas. eadem clementia sani

Gurgitis immensum diducit in ostia Gangen.

Torrentes immanè fremant, lassisque minentur

Pontibus: involvant spumoso vortice sylvas.

Pax majora decet. peragit tranquilla potestas

240 Quod violenta nequit; mandatæque fortiùs urget

Imperiosa quies. idem prædurus iniquas

Accepisse preces: rursus quæ digna petitu,

Largiri facilis: nec, quæ comitatur honores,

Ausa tuam leviter tentare superbia mentem.

245 Fons privata manet. nec se meruisse fatetur,

Qui crevisse putat: rigidi sed plena pudoris

Elucet gravitas fastu jucunda modesto.

Quæ non seditio, quæ non infania vulgi

Te viso lenita cadat, quæ dissona ritu

#### INTERPRETATIO.

fluminibus, ostendens virtutem nullo fremitu. Ister magnus violentior, & præceps præterfluit tamen tacitè litus suum. Lenitas similis alvei placidi desert Gangen vasum in ora maris. Torrentes mugiant crudeliter, & minuentur pontibus fatigatis, rapiant vortice spumanti sylvas, quies decet fluvios majores, Imperium mite efficit, id quod vis non potest facere, & mansuetudo regnatricis impellit potentius ad jussa peragenda. Idem Theodorus in-

exorabilis est recipere preces injustas, & contrà benignus est concedere ea, qua merentur posci. Neque arrogantia, qua sequitur dignitates, ausa est aggredi, vcl leviter animum tuum: vultus remanet privatus, qui credit se auctum esse, non ostendit se meritum esse, sed gravitas emicat in te plena verecundia severa, & grata elatione moderatâ. Qui tumultus non placatus comprimatur, te conspecto? Quis furor multitudinis non comprimatur? Qua

#### ANNOTATIONES.

233. *Utilior.*] Ægyptum, mulieres pecudisque fecundat, Tibullus ad Nilum: Te propter nullos tellus tua postulat imbres

*Arida nec pluvio supplicat herba Jovi.*

234. *Acrior ac rapidus.*] Magis acer quam rapidus; vel acrior ac rapidus primò, at cùm crescit lenior est. Alii legunt, *Acrior at Rhodanus*: hunc ut Nilo opponat lenè fluenti.

235. *Danubius.*] Lenitas Danubii efficit, ut hic diceretur à Germanis omnium fluviorum uxor, ut Rhenus est maritus ob strenuitatem.

*Sani.*] Placidi & sapientum more euntis, contrà torrentes dicuntur insani, quodd ruant præcipientes in altis insaniensium.

236. *Gangen.*] Danubius & Ganges primò sunt rapidi, sed postquam majores facti sunt, fiunt leniores.

237. *Lassis pontibus.*] Quasi pontes fatigati sint ferendis torrentibus.

245. *Fons privata.*] Qualis decet privatum hominem sine dignitate viventem.

246. *Crevisse.*] Qui putat se crevisse honoribus, ostendit se non esse virtute meritum hos honores. Ex Stoicis sapiens non tantum tribuit fortunæ; ut honoribus crevisse existimetur: uno tenore vitam obeundam esse putat.

247. *Fastu modesto.*] In hoc est gravitas altâ quadam & generosâ modestiâ temperata.

249. *Te viso.*] Augustus Cæsar solo aspectu seditiones compressit.

- 250 Barbaries, medii quam non reverentia frangat?  
 Vel quis non sitiens sermonis mella politi  
 Deferat Orpheos blandâ testudine cantus?  
 Qualem te legimus teneri primordia mundi  
 Scribentem, aut partes animæ per singula, talem  
 255 Cernimus, & similes agnoscit pagina mores.  
 Nec dilata tuis, Augusto iudice, merces  
 Officiis. illumque habitum, quo jungitur aula  
 Curia, qui socio procures cum principe necit,  
 Quem quater ipse gerit, perfecto detulit anno:  
 260 Deposuitque suas, te succedente, curules.  
 Crescite virtutes, fecundâque floreat ætas  
 Ingeniis. patuit campus, certusque merenti  
 Stat favor. ornatur propriis industria donis.  
 Surgite sopitæ, quas obruit ambitus, artes.  
 265 Nil licet invidiæ, Stilicho dum prospicit orbi,  
 Sidereusque gener, non hic violata curulis,  
 Turpia non Latios incessant nomina fastos.

## INTERPRETATIO.

barbaries tam discors est moribus, quam  
 non veneratio tui interpositi vincat? Aut  
 quis cupiens dulcedinem orationis mellea,  
 non relinquat concentus Orpheos editos  
 lyra suavis? Qualem evolvimus te des-  
 cribentem tumabula mundi nascentis, vel  
 partes spiritibus mundi cunctis per omnia  
 corpora, videmus talem te. & libri tui  
 indicant mores aequales. Neque primum  
 retardatum est tuos laboribus, Imperato-  
 re astimatore: & Imperator, anno abso-  
 luto, dedit tibi vestem illam Consularem,  
 quâ Senatus conjungitur Regia, qua con-

jugis primores cum Imperatore colligâ.  
 quam ipse tulit quater. & reliquit sallam  
 suam eburneam, te successore. Q virtu-  
 tes augemini, & hoc seculum abundans  
 meritis viget. Carriculum gloriæ aperi-  
 tur ingeniis. & favor stabilis manet pro-  
 meritis. Industria cumulat præmiis de-  
 bitis tibi. O artes sopita, quas ambitio  
 oppressit, excitata vos: nihil permittitur  
 Lævori, dum Stilicho prævidet mundo. &  
 dum gener ejus divinus Honoris imperat.  
 Non hic Consulatus polluitur, nomina  
 famosa non contaminant fastos Italia:

## ANNOTATIONES.

250. Medii. ] Nulli sunt barbati tam  
 discordantes, tam efferti, qui si in sese in-  
 vicem ferociter irumpere pararent, non  
 retinerentur, ac frangerentur reverentiâ  
 Theodori medii, hoc est, se interponen-  
 tis, eoque reconcilians. Metaphora  
 sumpta ab iis, qui sese interponunt fu-  
 rentibus. Sic Lucanus:

*Crassus erat belli medius mora*, id est,  
 bello obstabat inter Pompeium & Cæsa-  
 rem erupturo.

251. Sitiens. ] Τρωαὶ γὰρ ἦν ἰσχυρὸν  
 οἱ καὶ οἱ λόγοι. Pabula animorum sunt  
 pulchra orationes. Athenæus.

254. Partes anima. ] Supra, versu 72.

*Dispergit revocatque Deum.*

*Talem.* ] Ut tu bene scribis, ita & be-  
 nè visis.

258. Socio cum principe. ] Consularis di-  
 gnitas efficit procures collegas sociisque  
 Imperatoris, & æquat eos quodammodo  
 in hoc magistratu.

260. Curules. ] Sellas eburneas, quæ  
 repositæ sunt inter Consulum insignia.

263. Stat favor. ] Favor Principis ex-  
 pectat, manet merentes.

264. Sopitæ. ] Artes ingenue sopitæ, &  
 quasi consopitæ propter ambitionem.

266. Non hic. ] Purpura Consularis non  
 Romæ polluitur, ut Constantinopoli:

Fortibus hæc concessa viris, solisque gerenda  
Patribus, & Romæ nunquam latura pudorem.

- 270 Nuntia votorum celeri jam fama volatu  
Moverat Aonios audito Consule lucos.  
Concinuit felix Helicon, fluxitque Aganippe  
Largior, & docti riserunt floribus amnes.  
Uranie redimita comas, quâ sæpe magistrâ  
275 Mallius igniferos radio descripserat axes,  
Sic alias hortata Deas: patimurne, sorores,  
Oprato procul esse die? nec limina nostri  
Consulis, & semper dilectas visimus ædes?  
Notior est Helicone domus, gestare curules,  
280 Et fasces subiisse libet. miracula plebi  
Colligite, & claris nomen celebrare theatris.  
Tu Jovis æquorei submersam fluctibus aulam  
Oratum volucres, Erato, jam perge quadrigas,  
A quibus haud unquam palmam rapturus Arion.

## INTERPRETATIO.

*hæc dignitas datur tantum viris generosis, & ferenda est à solis Senatoribus, & nunquam paritura est ignominiam Roma. Fama nuntia successuum bonorum, pennis velocibus excitaverat sylvas Pierias, accepto Consulatu Theodori, Helicon fortunatus consonuit, & Aganippe fluxit copiosius, ac fluvii Phœbei luxuriaverunt floribus: Uranie, quâ docente, Mallius designaverat virgula frequenter Cælum stelliferum: Uranie habens crimes soronatos, ita ex-*

*hortata est Deas reliquas. An finimus & sorores Musæ, longè esse die tam jucundo? neque invisimus atria Consulis nostri, domum semper amicam? Domus hæc celebrior est ipso Helicone: juvat ferre sellas eburneas, & ferre fasces. Conquirite prodigia ad populum recreandum, & predicare nomen Theodori in theatris insignibus. Tu, & Erato, jam pete aulam Jovis marini exundantem aquis, rogatura equos citatos, quibus Arion equus nunquam ablaturus est victoriam.*

## ANNOTATIONES.

nam cum Theodorus Consul factus esset in Occidente, simul factus est in Oriente; Consul Eutropius effeceminatus.

271. *Moverat Aonios.* Excitaverat, repleverat sylvas Aonias. Aonia pars est montana Bœotiz, Musis sacra.

272. *Aganippe.* Seu Hippocrene, fons Pegaseus, Musis titulum sacer, sicut & mons Helicon. *ἵππος, equus & κρήνη fons ἀγῶν* valde nimis; fons scilicet, qui creditur factus ungula equi Pegasi, quasi diceretur, *fons equi copiosus.*

273. *Riserunt.* Luxuriaverunt, vernarunt. Sic *vident præta.*

*Docti amnes.* Qui doctos faciunt ipsorum potiores.

274. *Uranie.* Quæ præsidet Cælo & Astrologiæ: *Οὐρανός Cælum.* Mallius autem Astrologiam callebat.

277. *Limina.* Alludit ad officia Romanorum, qui amicos producebant, comitabanturque in petendis honoribus.

280. *Miracula.* Bestias portentosas ad ludos edendos.

281. *Theatris.* *Ἰαττορ, δὲν τῷ ἡδαιδῶν, spectare,* est enim spectandi locus. Ideo autem Uranie loquitur de theatris, quod hæc musicis instrumentis personarent.

282. *Jovis æquorei.* Neptuni: Sic Jupiter infernus, Pluto dicitur.

283. *Erato.* *Ἐρὸς τῷ ἔσθῃ amare.* Præsidet amoribus; sed cur hæc rogat Neptunum equos? Nisi quoddam equos Neptunus produxerit, & equi valde utiles sint in amoribus, vel potius quoddam Mallius amatoria scripserit.

284. *Arion.* Equus in fabulis notissimus.



- 285 Illustret Circum sonipes, quicumque superbo  
 Perstrepit hinnitu Batin, qui splendida potat  
 Stagna Tagi, madidoque jubar adspersitur auro.  
 Calliope liquidas Alciden posce palæstras.  
 Cuncta Palæmonii manus explorata coronis  
 290 Adsit, & Eleo pubes laudata Tonanti.  
 Tu juga Taygeti, frondosaque Mænala, Clio,  
 I Triviæ supplex, non aspernata rogantem  
 Amphitheatrali faveat Latonia pompæ.  
 Audaces legat ipsa viros, qui colla ferarum  
 295 Artē ligent, certoque premant venabula nifu.  
 Ipsa truces fœtus, captivæque ducat ab antris  
 Prodigia, & cædis sitientem differat arcum.

## INTERPRETATIO.

*Equus ornēt Circum, quicumque personat* geti; *Manala sylvestra, & fac ut hæc Lato-*  
*Batin hinnitu arroganti, quicumque bibit* na filia non contemnens supplicentem. *adju-*  
*aquas micantes Tagi, & irrigatur per ju-* *vet apparatus amphitheatralem; Ipsa eli-*  
*bas auro humenti, O Calliope pete ab Her-* *gat viros animosos, qui constringant indu-*  
*cule palæstras nitidas: omnis caterva pro-* *striā suā cervicem belluarum, & compri-*  
*bata in ludis Palæmonii adveniat, & ju-* *mant venabula conatu certo. Ipsa adducat*  
*ventus probata fori Olympico. Tu verò, &* *d cavernis suis bestias immites, & monstra*  
*Clio, pete humilis Dianam ad culmina Tay-* *ligata, & retardet jaculum avidum cruoris,*

## ANNOTATIONES.

285. *Circum sonipes.* ] Circus maximus  
 dedicatus Neptuno, qui primus è terrâ  
 tridentis ictu percussâ equum fudisse di-  
 citur.

286. *Batin, Tagi.* ] Hi sunt fluvii His-  
 panix, vulgò, *Taio*, & *Guadalquivir*,  
 ad quorum ripas aluntur equi optimi.

287. *Madido auro.* ] Aquis aureis Tagi.

288. *Alciden.* ] Herculem δῶρ & ἀλκῆς  
 à robore. Ideo autem rogatur Hercules,  
 quia luctatorum fortissimus.

*Palæstras.* ] παλαίστρα, vel λυτή lo-  
 cus, vel luctatorum certamen. παλῆς,  
 luctor, πάλη, λυτή: παλαίστρας, lu-  
 ctator.

*Calliope.* ] καλὸς pulcher, & ὅψ' ὀψὲς  
 vox, quasi pulchrâ voce prædita: præsi-  
 det Heroicis versibus, & ideo petit ab  
 Heroë Hercule palæstritas, in quibus  
 debet esse robur Heroicum: vel quòd  
 hæc amica sit Mallii vatis Heroici.

*Liquidas palæstras.* ] Nitidas & liquen-  
 tes ab olei unctione.

289. *Palæmonii.* ] Ludi in Elide cele-  
 brabantur in honorem Jovis, Palæmonis,  
 &c.

*Coronis.* ] In cœtibus, & ludis, cer-  
 taminibus, victoriis.

290. *Eleo Tonanti.* ] Jovi Olympico,  
 cujus ludi celebrabantur in Elide regione  
 Peloponnesi.

291. *Taygeti, Mænala.* ] Hi sunt mon-  
 tes, Mænalus Arcadiæ, Taygetus Laco-  
 niæ: in his venatur Diana.

291. *Clio.* ] κλέος gloria. Hæc Musa  
 præsidet historiis. Sed cur hîc Clio? Nisi  
 quòd amica sit Mallii historiarum scripto-  
 ris optimi.

292. *Triviæ.* ] Dianæ, quæ Latonæ est  
 filia, venatorum Dea, in triviis adorata.

295. *Venabula.* ] ἡερομάχαι, id est;  
 qui contra feras pugnabant, aut agilitate  
 corporis in bestias irruerant, & colla arte  
 constringebant, aut earum pectora ve-  
 nabulo confodiebant.

*Premant.* ] Prementes manu venabu-  
 la, certo ictu bestias percutiant.

- Convenient urſi , magnâ quos mole rudentes  
Torva Lycaoniis Helice miretur ab aſtris :  
300 Perfoſſique quant populo pallente leones ,  
Quales Mygdonio curru frænare Cybelle  
Optet , & Herculei malint fregiſſe lacerti.  
Obvia fulminei properent ad vulnera pardi  
Semine permifto geniti , cum fortè leænz ,  
305 Nobiliorem uterum viridis corruptit adulter ;  
Hi maculis patres referunt , & robore matres.  
Quidquid monſtriferis nutrit Gætulia campis ,  
Alpinâ quidquid regitur nive , Gallica quicquid  
Sylva timet , jaceat. largo diteſcat arena  
310 Sanguine. conſumant rotos ſpectacula montes.  
Nec molles egeant noſtrâ dulcedine ludi.  
Qui lætis riſum ſalibus moviſſe facetus ,  
Qui nutu manibûſque loquax ; cui tibia flatu ,  
Cui pleçtro pulſanda chelys ; qui pulpita ſocco  
315 Perſonat , aut altè graditur majore cothurno :

INTERPRETATIO.

Urſi concurrant , quos frementes vaſto corpore Arctos zelotypa obſcupeſcat ex ſideribus Lycaoniis ; & Leones confixi cadant , populo timente , quales Cybele expetat jungere in curru Mygdonio , & manus Herculis mallet proſiſſaſſe : Pardi terribiles feſtinent ad tela oppoſita , pardi nati ex ſemine miſto , cum fortè maculoſus adulter vitia vitæ ventrem leana generoſioris : hi pardi reddunt patres noſtis , & matres fortitudino , Quicquid Gætulia aliis in agris monſtriferis , quicquid latet ſub nivibus Alpium , quicquid Gallica ſylva meſuit , occidatur , Circus abundet cruore copioſo. Ludi abſumant beſtias montium omnium. Neque verò ludi jucundi priventur ſua viſitate ſolitâ. Adſit , qui urbanus eſt excitare riſum dictis jocofis , qui loquax eſt nutu , & digitis ; cui tibia animanda eſt ſpiritu , cui tangenda eſt ciſthara peçtine , qui reſonat per theatra , gerens ſoccum , aut incedis excelsè cothurno altiore ,

ANNOTATIONES.

298. *Rudentes.* ] Rudere dicitur de Aſinis , Leonibus , Urſis. Alii legunt *ruentes* , nec malè.

299. *Helice.* ] Urſa major , quæ dicitur Helice : ἑλίκα *vertigo* , circumvolutio , quâ vertitur illud ſidus ſeptentrionale.

*Lycaonis.* ] Ex Aſtris , in quæ ipſa Calliſto Lycaonis filia , & Arcas filius Calliſtus mutati ſunt.

301. *Cybele.* ] Deorum mater adorata in Mygdoniâ Phrygiæ regione , & leonibus vehi ſolita : hinc dicitur , *Curru Mygdonius Cybeles*.

302. *Herculei.* ] Adducantur Leones quos malit Hercules viſiſſe , quam Leo-

nem ſylvæ Nemeæ.

303. *Fulminei.* ] Ob velocitatem & impetum ſic appellantur pardi.

305. *Viridis.* ] In pardis videntur quædam maculæ , velut viriditate notabiles.

307. *Gætulia.* ] Regio Africæ leonibus famoſa.

312. *Qui ſalibus.* ] Mimi dictis ſcurtilibus utentes , aut manuum geſticatione animi ſenſa expromentes , riſum moveant.

314. *Socco.* ] Calceamentum eſt Comico- rum , ſicut cothurnus Tragicorum , Sed ſoccus ponitur pro Comœdiâ , & cothurnus pro Tragœdiâ ; ſignum pro re ſignatâ.

I i iij

- Et qui magna levi detrudens murmura tactu  
 Innumeras voces segetis moderatus ænæ  
 Intonet erranti digito, penitusque trabali  
 Veste laborantes in carmina concitet undas.  
 320 Vel qui more avium sese jaculentur in auras,  
 Corporaque ædificent celeri crescentia nexu,  
 Quorum compositam puer amentatus in arcem  
 Emicet, & victus plantæ vel cruribus hærens,  
 Pendula librato figat vestigia saltu.  
 325 Mobile ponderibus descendat pagma reductis,  
 Inque chori speciem spargentes ardua flammæ  
 Scena rotet. varios effingat Mulciber orbes  
 Per tabulas impunè vagus, pictæque citato  
 Ludant igne trabes, & non permissa morarè  
 330 Fida per innocuas errent incendia tures.  
 Lascivæ subito confligant æquore lembi,

## INTERPRETATIO.

vel qui impellens sonos ingentes tactu exiguo, & regens voces innumerabiles suborum æreorum, dispositorum instar spicarum, personet digitis excurrentibus, & intus veste ingenti impellat ad casum aquas gementes. Vel adfuit, qui instar volucrum emittens sese in ærem, & attollant corpora evahentia sese gyro veloci, quorum puerulus ligatus vinculo exiliat in turram consilium factam, & constructus ad hærens pedibus, vel cruribus, ponat pedes suspensos saltatione librata. Machina lignea mobilis delabatur ponderibus rectè adductis, & instar chori theatrum elatum vibret ignes innocuos. Vulcanus efformet gyros diversos, errans sine damno per tabulata, & trabes pulchra luxurient flammis celeribus, & ignes non permissi cunctari, excurrent benigni per arces illasas. Naves lascivientes pugnent in mari repentina.

## ANNOTATIONES.

316. *Detrudens murmura.* ] Intelligit instrumentum, quod vocant organum musicum.

318. *Penitus.* ] Alii legunt *pedibus*, nec male, musici enim utuntur pedibus ad tangenda organa majora.

319. *Laborantes undas.* ] Alii legunt *relabentes*, intelligit organa hydraulica, hoc est aquis resonantia. Horum inventor fuit Ctesibius. Notabis nullam esse hic mentionem gladiatorum, quia antè sublati fuerant a Constantino.

321. *Corpora crescentia.* ] Id est, funambuli, qui ex fune in funem transeunt, & gyro multiplici corpora sua attollunt.

322. *Arcom.* ] Ex multis hominibus velut quædam arx efficitur, in cujus arcis vertice puer minimos saltus edit.

325. *Pagma.* ] *πῆγμα*, *πῆγμα*, *adifico*, hoc est machina lignea in sublime surgens, ad sustentandas statuas; quæ machina in scenam pueris-insidentibus, aut alio ludico ornatu deducebatur, & sic quodammodo descendebat in Circum, ponderibus ultro adductis, ne caderet deorsum.

327. *Scena.* ] *σκηνή* *tentorium*, quia tentoriis & umbraculis theatra regebantur. *Scena vibret ignes*, tanquam choros, quasi ignes prodeant & saliant ad numerum, & per quædam intervalla numerata, more saltantium.

329. *Ludant.* ] Trabes ligneæ, quasi colludant cum igne fido & non nocente.

331. *Subito æquore.* ] Unda subito emissâ in arenam, naumachia exhibeatur.

Stagnâque remigibus spument immissa canoris.  
 Consul per populos, idémque gravissimus auctor  
 Eloquii, duplici virâ subnixus in ævum  
 335 Procedat libris pariter fastisque legendus.  
 Accipiat patris exemplum, tribuatque nepoti  
 Filius, & cœptis ne desit fastibus heres.  
 Decurrat trabeata domus tradâtque secures  
 Mutua posteritas, servatôque ordine fati  
 340 Mallia continuo numeretur Consule proles.

## INTERPRETATIO.

*Et aqua introducta agitentur à nautis resonantibus. Theodorus Consul, & idem Orator spectatissimus eloquentiâ suâ, & fretus famâ geminâ, eas per populos legendus aqualiter in Libris suis & in Fastis. Filius ejus sequatur exemplum patris, &* *det nepotibus, & heres non deficiat Consulatus incepto. Domus ejus vestita purpurâ Consulari procedat, & posteri ejus donec sibi invicem secures; & serie factorum conservatâ, gens Mallia censeatur Consulibus perpetuis.*

## ANNOTATIONES.

332. *Remigibus canoris.* ] Ad hoc adhibitis remigibus, & simul instrumentis musicis.  
 334. *Duplici virâ.* ] Seu duplici famâ aut merito, doctrinæ scilicet & Consulatus, eat in ævum, hoc est consecratur æternitati omnium seculorum; Alii legunt *duplici virtutē*, quasi Theodorus sit Sacerdos quidam gloriæ & æternitatis, quam consequatur, & doctrinâ & Consulatu, quibus conjunctis promittebatur immortalitas, Consulatum enim nomina semper

in fastis legebantur, & doctorum nomina semper loquuntur historiz.

335. *Legendus.* ] In Libris ob doctrinam, in Fastis ob Consulatum.

336. *Trabeata.* ] Perpetuâ Consulatus purpurâ venerabilis.

339. *Servatôque ordine fati.* ] Ne filius moriatur ante patrem: quod cum accidit, fieri dicitur turbato ordine mortalitatis.

340. *Numeretur.* ] Posteritas Malli numeretur per Consules, aded ut omnes Mallii nepotes sint olim Consules.



# CL. CLAUDIANI

## IN EUTROPIUM

### LIBER I.

#### ARGUMENTUM.

**I**NSECTATUR Consulis Eunuchi creationem portentosam, servitutem, venditionem, verbera, infamiam, deformitatem, vilitatem, insolentiam, crudelitatem, superbiam, avaritiam, orbitatem: insectatur eum in judiciis, in armis; cui iudici, consuli, duci nullum est par monstrum, quod à se suisque Roma deprecatur.

#### CARMEN XVIII.

**S**EMIFEROS partus, metuendaque pignora matri,  
Mœnibus & mediis auditum nocte luporum  
Murmur, & attonito pecudes pastore locutas,  
Et lapidum duras hyemes, nimboque minacem

#### INTERPRETATIO.

**M**undus casset obstupescere fœtus bifformes, & filios timendos matris, & ululatum luporum auditum noctes in medio urbium, & boves locutas, pastore obstupescito, & tempestates saxeas grandinum, & aërem iratum

#### ANNOTATIONES.

\* EUTROPIUM. ] Hic erat æmulus Stilichonis, gratiâ valens apud Arcadium Orientis Imperatorem, & ab eo bis Consul factus.

1. SEMIFEROS. ] Biformes, & humanâ ferinâque naturâ commixtos, Diisque indignantibus editos, ad præ-nuntiandas hominibus quasdam calamitates,

Metuendaque matri. ] Lucanus:

Matremque suus conterruit infans.

quia monstruosus.

2. Luporum. ] Lupus in urbe visus inter prodigia habebatur. Virgilius:

Per noctem resonare lupis ululantibus urbem.

3. Locutas. ] Bello Punico secundo constitit Cneo Domitio bovem dixisse, Cave tibi, Roma, Val. Maximus. Imò & S. August. tradit armenta olim esse locuta.

4. Lapidum. ] Imber lapidum, pluvia, fontis que cruenti referebantur inter pro-

Sanguineo

- 5 Sanguineo rubuisse Jovem, puteosque cruore  
Mutatos, visasque polo concurrere Lunas,  
Et geminos Soles mirari desinat orbis.  
Omnia cesserunt eunucho Consule monstra.  
Heu cæli terræque pudor! trabeata per urbes  
10 Ostentatur anus, titulumque effœminat anni.  
Pandite Pontifices Cumanæ carmina vatis,  
Fulmineos sollers Etruria consulat ignes,  
Immersumque nefas fibris exploret haruspex.  
Quæ nova portendunt Superi! Nilusne meatus  
15 Devius, & nostri tentat jam transfuga mundi  
Se rubro miscere mari, ruptone Niphate  
Rursum barbaricis Oriens vastabitur armis?

## INTERPRETATIO.

*infectum nube cruentâ, & puteos convulsos in sanguinem, & Lunas observatas pugnare in Cælo, & Soles duplices, Prodigia omnia nulla sunt, Eunuchus Consule, O dedecus terra & cæli! Vetula vestita purpurâ consulari monstratur per oppida, & enervat nomen anni, O Pontifices aperite versus Sibylla Cumana. Thus-*

*cia sagax consulat flammæ fulminear, & haruspex scrutetur scelus latens in visceribus. Quæ Dii præfagiunt portenta insuescunt? An Nilus aberrans ab alveo, & jam perfuga orbis nostri conatur confundere se cum mari Erythrao? An Niphata fracto, Oriens iterum diripietur præliis barbarorum?*

## ANNOTATIONES.

digia, sicut & plures lunæ, geminique soles: ejusmodi exemplis plenus est Titus Livius. Quorum prodigiorum causam naturalem investigant Philosophi; at magnus inde populo timor, qui hæc omnia expiaretentabat & averruncare,

8. *Eunuchus.*] Eunuchus dicitur, ἀνδρὶς ἑστῆν ὄντων, ab habendo servandoque lecto, cui rei impendebantur: vel dicitur, quasi εὖ νοδῶν, habens bonam mentem.

*Cesserunt.*] Omnia monstra minoræ sunt Eunuchus consule.

10. *Anus.*] Eutropius imberbis, & vetulæ rugis obsistæ similis.

*Effœminat.*] Facit, ut annus nomine tur ab effœminato Eunuchus; sicque effœminat, dedecorat titulum anni solis viris tribuendum. Anni à Consulibus nominabantur. Verbi gratiâ, dicebatur hoc anno, *Theodoro & Eutropio Consulibus*. Sic Eutropius effœminatus facit ut annus quodammodo videatur effœminatus.

11. *Pontifices.*] O Pontifices aperite scripta, in quibus continentur versus Sibyllini, ut cognoscatur, quid mali portenda-

tur? Libri Sibyllini consulebantur, quoties Reip. grave aliquod periculum imminerebat.

*Cumana.*] Ab urbe Cumis in Campaniâ. Hic habitabat Cumæa Sibylla.

12. *Etruria.*] Etrusci scientissimè interpretabantur, quid fulgurum, fulminumque portentis ostenderetur. Cicero: *Etruria scientissimè interpretatur, quid quibû que ostendatur portentis?* Supra de bello Gild. v. 505.

13. *Haruspex.*] Sic dictus est ab harâ servitima inspicendâ. Haruspex autem scrutetur scelus latens in fibris, hoc est scrutetur ex fibris latentibus, quod scelus, quod infortunium imminet.

15. *Nostri mundi.*] Alludit fortè ad Africam, ex quâ erat oriundus Claudianus, erat enim Alexandrinus.

*Transfuga.*] Quasi Nilus, Africâ relicta, transiens ad alium orbem, scilicet Asiam, velit transfugere & se miscere cum mari rubro.

16. *Niphate.*] Hic est vel mons, vel fluvius Armeniæ, vel uterque.

K K

- An morbi ventura lues? an nulla colono  
 Responsura seges? quæ tantas expiet iras  
 20 Victima? quo diras jugulo placabimus aras?  
 Consule lustrandi fasces, ipsoque litandum  
 Prodigio: quodcumque parant hoc omine fata,  
 Eutropius cervice luat. sic omnia volvis?  
 Hoc regni fortuna tenes? quænam ista jocandi  
 25 Sævitia? humanis quantum bacchabere rebus?  
 Si tibi servili placuit fœdare curules  
 Crimine, procedat laxatâ compede Consul.  
 Rupta Quirinales sumant ergastula cinctus.  
 Da saltem quemcumque virum. discrimina quædam

## INTERPRETATIO.

*An contagia pestis accidunt? An messes nihil reddent agricolæ? Quæ hastia purget tantum furorem Deorum? Quo sanguine sedabimus alsavia crudelia? Fasces expiandi sunt cruore ipsius Consulis, & sacrificandum est monstrum ipsum. Quodcumque Dii prænuntiant hoc præfagium tristi Eutropius persolvat capite suo. O fortuna, sicine versas omnia? Sicine tantum possides imperii? Quanam est ista crudelitas irridendi nos? Quantum furis in rebus mortalibus? Si tu voluisti contaminare Consulatum probro servili, Consul prodeat vinculis solutus. Carcer fractus excipiat purpuram Consularem. Saltem præsta virum aliquem. Differentia aliqua*

## ANNOTATIONES.

19. *Non responsura.*] Deceptura spem agricolæ; sicque erit ubique *fundus mendax*, & *ingratus*.

21. *Lustrandi.*] Petit Claudianus, qui expiandum sit hoc portentum; mox sibi respondet, diciteque ipsum immolandum.

*Litandum.*] Placandi Dii immolato ipso prodigio, scilicet Eutropio. Sic olim Androgyni deportabantur in mare: aves funesta capta exurebantur; sicque, ipsis caelis, litabatur. *Litare est per immolationem hostiarum impetrare quod postulas.*

*Ipsoque litandum prodigio.*] Quasi Pœta diceret, præstat immolare prodigium ipsum, quam alii pereant. S. August. *Melius est, ut pereat unus, quam unitas.* Virgilius:

*Unum pro multis dabitur caput.* Et alibi: *Animaque litandum Argolicâ.*

22. *Hoc omine.*] Hoc tristi præfagio, angurio.

23. *Volvis.*] O fortuna an volvis verasque omnia tantâ inconstantiâ?

24. *Hoc regni.*] Tantum habes imperii? Virgilius:

*Tu mihi quodcumque hoc regni, &c. jocandi.*] Cùm fortuna evehebat indignos, dignos premebat, eam ludere & jocari dicebant. Horatius:

*Ludum insolentem ludere pertinax.*

25. *Bacchabere.*] Velut ebria, furens, & inscia quod pes ferat, ebriorum & furentium more.

26. *Servili.*] Si servum aliquem voluisti facere Consulem, & sic *Curules*, seu selas eburneas dedecoreare, prodeat Consul aliquis ex metallis, qui saltem sit vir non Eumachus. Servi compedibus vincti tenebantur in fodinis.

28. *Quirinales.*] Vestes, seu purpuram consularem à Quirino seu Romulo institutam.

*Sumant ergastula.*] Non carcer, sed servus aliquis in carcere inclusus. Contuens pro contento. Ergastulum porro est locus, in quo ad opus faciendum servi vincuntur. *Donc tu es à l'œuvre operari.* Fortè alludit ad Spartacum gladiatorem insignem, qui effracto Lentuli ludo fasces Prætoris occupavit. De hoc alibi,

- 30 Sunt famulis splendôrque suus; maculâmque minorem  
 Conditionis habet, domino qui vixerit uni.  
 Si pelagi fluctus, Libyæ si discis arenas,  
 Eutropii numerabis heros. quot jura, quot ille  
 Mutavit tabulas, vel quanta vocabula vertit!  
 35 Nudatus quoties, medicum dum consulit emptor,  
 Nequa per occultum lateat jactura dolorem?  
 Omnes pœnituit pretii, venûmque redibat,  
 Dum vendi potuit. postquam deforme cadaver  
 Mansit, & in rugas torus defluxit aniles;  
 40 Jam specie doni certatim limine pellunt,  
 Et fœdum ignaris properant obtrudere munus.  
 Tot translata jugis summisit colla vetustum  
 Servitium, semperque novum, nec destitit unquam.

## INTERPRETATIO.

est servus, & laus sua, & ille qui servierit tantum uni domino suscipit levionem infamiam conditionis suæ. Si recenseas undas maris, & arenas Libyæ, poteris recensere dominos Eutropii. Quot ille permutavit dominia, quot tabulas, quot nomina? Eutropius quoties expostus est nudus, dum emptor consulit medicum, ne quod damnum delitescat per morbum telum; pœnituit omnesolvere pretium pro isto, & revertebatur venalis, dum posuerat vendi. Posteaquam turpe corpus remansit, & abiit totus in rugas seniles, jam ejiciunt illum certatim, loco muneris, & festinant ingerere in cœcis hoc donum infame. Vetus hoc mancipium subjecit certam vicem transmissam tot jugis, & tamen semper est novum. Non unquam cessavit

## ANNOTATIONES.

31. *Vixerit uni.* ] Procul dubio honestior & melior censetur ille servus, qui ad dictus fuerit uni domino. Quippe servi nequam sæpe vendebantur, sæpe mutabant dominos.  
 33. *Jura.* ] Quoties mutavit dominia, quoties in his, in illis scriptus est tabulis dum huic, vel illi venderetur; quoties mutavit nomina, dum hujus vel alterius servus esse diceretur.  
 35. *Nudatus.* ] Servis venalibus detracta vestimenta, ut corpus non tantum ab emptore, sed & medico inspiceretur, tractareturque. Rem paganorum olim, & hodie Turcarum infamia dignam!  
 36. *Lateat jactura.* ] Lateat vitium, quod Mangoni jacturam aliquam, aut damnum impernet.  
 37. *Pœnituit.* ] Tam nullus erat servus, ut ne quidem venderetur, dum vendi posset, hoc est in foro venalis exponeretur; sicque redibat aliâ occasione vendendus.  
 38. *Cadaver.* ] Corpus glabrum, & ita rugis oblitum, ut cadaveri simile videri posset.  
 40. *Specie doni.* ] Non mittunt, sed pellunt tanquam incommodum aliquod; non dant, ut donum, sed speciem aliquam doni; seu gaudent specie doni turpem illum servum ejicere, amandare; obtrudere, ingerere hominibus inscientibus esse tam turpe mancipium.  
 41. *Ignaris.* ] Non cognantibus: etenim non inspicitur propius, quod donatur. Alioqui difficile est non nosse servum, cum titulum gerat. Propertius, *Aut quorum titulus per barbara colla pependit.* Ulpianus l. 1. §. 1. D. de ædilitio edicto; *Qui mancipia vendunt certiores faciant emptores, quid morbi, vitiique cuique sit, quis fugitivus, erroris sit, &c.*  
 42. *Jugis.* ] Tanquam jumentum aut bos.  
*Vetustum.* ] Mancipium ætate confectum; & vetus, quia semper servit; & novum, quia sæpe mutavit dominos.



Sæpe tamen cœpit. cunabula prima cruentis  
 45 Dedita suppliciis.

50

Laudemúsne manum, quæ vires abstulit hosti?  
 55 An potius fato causam tribuisse queramur?  
 Profuerat mansisse virum. felicior extat  
 Opprobrio. serviret adhuc, si fortior esset.  
 Inde per Assyriæ trahitur commercia ripæ.  
 Hinc fora venalis Galatâ ductore frequentat,  
 60 Permutatque domos varias. quis nomina possit  
 Tanta sequi?

65

## INTERPRETATIO.

esse servus, & tamen frequenter incepit.  
 Cuna hujus prima exposita sunt tormentis  
 crudelibus.

An commendemus manum, quæ vigorem  
 eripuit hosti? An magis conqueramur as-  
 cripsisse causam fato, Præstitisset eum vi-

rum remanere. Fortunatior est ob suam  
 infamiam, serviret quoque, si robustior  
 foret. Inde rapitur per nundinas litoris  
 Assyrii: hinc vendendus duce Galatâ  
 visitat emporia, ac mutat domicilia di-  
 versa. Ecquis valeat persequi tot nomi-  
 na emptorum?

## ANNOTATIONES.

45. *Suppliciis.* ] Statim atque natus est,  
 patitur poenam.

54. *Manum.* ] Quæ Eutropium faciens  
 Eunuchum, ipsi eripuit vigorem virilem.

55. *An fato.* ] An conqueremur manum  
 Mangonis Eutropium Eunuchum facien-  
 tis, causam dedisse fato, vel causam ex-  
 titisse fati, seu turpitudinis fatalis.


56. *Si fortior.* ] Ejus effœminata im-  
 becillitas facit ne serviat, sicque eum sua

ignominia felicem reddidit.


58. *Assyria.* ] Trahitur in urbem Baby-  
 lonem, quæ est nobilissimum emporium  
 in Assyriâ.

59. *Galatâ.* ] Galatæ populi Asiæ mino-  
 ris mercaturâ mancipiorum insignes, si-  
 cut & Babylonii.

60. *Nomina.* ] Emptorum, qui eme-  
 runt Eutropium,



INTERPRETATIO.



K x iij

\* \* \* \* \*

100 \* \* \* \* \*

105 \* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

- 110 Jamque ævo laxata cutis, fulcisque genarum  
 Corruerat palsâ facies rugosior uvâ.  
 Flava minus presso funduntur vomere rura :  
 Nec vento sic vela tremunt. miserabile turpes  
 Excedere caput tinea. deserta patebant
- 115 Intervalla comæ : qualis sitientibus arvis  
 Arida jejunæ seges interlucet aristæ :  
 Vel qualis gelidis plumâ labente pruinis  
 Arboris immoritur trunco brumalis hirundo.  
 Scilicet, ut trabeis injuria cresceret olim,
- 120 Has in fronte notas, hoc dedecus addidit oris

INTERPRETATIO.

*	*	*	*	Et jam cutis soluta senectute. & vultus
	*		*	afferior uvâ siccata considerat ob rugas
	*		*	genarum. Agri flaventes videntur minus
*		*	*	fulcati aratro impresso, neque carbasa ita
	*		*	agitantur vento : tinea deformes perede-
*		*	*	runt caput misellum : spatia crinium ap-
	*		*	parent destituta pilis. Sicut in campis
*		*	*	arenis, messis sicca spicarum sterilium
	*		*	intermicat : vel sicut hirundo hyberna
*		*	*	obis in stipite arboris, plumâ cadente,
*		*	*	temporibus frigidis. Nimirum. ut dede-
	*		*	cus foret majus consulatus, fortuna pe-
	*		*	tulanâ suâ adjunxis has rugas in vultu

ANNOTATIONES.

111. *Rugosior.* ] Virgilius :  
 Et frontem obscurem rugis arat.
113. *Vela tremunt.* ] Vela vementia,  
 non tunc sulcos rugasque arant, quot  
 vultus Eutropii.
116. *Jejuna.* ] Arista jejuna est, quæ  
 non tumet, quæ est sterilis.
118. *Brumalis hirundo.* ] Plinius tradit  
 hirundines quasdam hybernis menses  
 sequi montium recessus, ita ut invenian-  
 tur jam nudæ ac deplumes.
119. *Trabeis.* ] Velte seu dignitate Con-  
 sulari, quam adepturus erat vilis iste servus.
120. *Notas.* ] Inscriptionem, stigmata  
 in fronte servorum iniri solita, quæ si non  
 habuit Eutropius, habere meritis est.

- Luxuriz Fortune suæ; cū pallida nudis  
 Offibus horrorem dominis præberet imago,  
 Decolor & macies occurſu læderet omnes,  
 Aut pueris latura metus, aut tædia mensis,  
 125 Aut crimen famulis, aut procedentibus omen,  
 Et nihil exhausto caperent in stipite lucri.  
 Sternere quippe toros, vel cædere ligna culinæ;  
 Membra negant. aurum, vestes, arcana tueri  
 Mens infida verat. quis enim committere vellet  
 130 Lenoni thalamum? tandem ceu funus acerbum,  
 Infaustamque suis trusere penatibus umbram.  
 Contemptu jam liber erat. sic pastor obesum  
 Lacte canem ferroque ligat, pascitque revinctum,  
 Dum validus servare gregem, vigilique rapaces  
 135 Latratu terrere lupos. cū tardior idem  
 Jam scabie laceras dejecit sordidus aures,  
 Solvit, & exuto lucratur vincula collo.

## INTERPRETATIO.

Eutropii, & hanc deformitatem faciei. Cū spectrum pallens offibus nudatis carne incuteret terrorem dominis ejus, & cū macies deformis offenderet omnes aspectū, aut datura timorem pueris, aut fastidia convivis, aut scelus servis, aut augurium triste occurrentibus; & cū domini nullam traherent utilitatem ex trunco isto refecato: nam corpus ejus debile recusat aptare thalamos, vel scindere ligna culina: animus ejus perfidus prohibet servare pecuniam, vestimenta, secre-

ta. Etenim equis vellet credere lectum conjugalem lenoni? domum expulerunt illum suā domo, velut cadaver malefium, & larvam infelicem. Jam liber romanas ob fastidium. Ita pastor alligat neru ferro, & nutrit alligatum canem pinguem lacte, dum fortis est ad gregem defendendum, & ad lupos raptores territandos latratu impigro; at cū idem canis lentior jam dimisit turpis aures deformatas scabie, exoluit illum, & servicoe spoliata lucrificat catenam.

## ANNOTATIONES.

122. *Horrorem.* ] Veteres ejiciebant tam deformes homines, velut spectra infausta.

123. *Occurſu procedentibus omen.* ] Antiqui occurſum Æthiopum, hominum turpium, monstrorumve pro malo omine acceptum, velut mali imminem indicem, fugiebant.

124. *Tædia mensis.* ] Cujus monstri turpis & foetidi aspectus tædebat omnes diutius in mensā commorari.

125. *Crimen famulis.* ] Tanta erat monstri turpitudine, ut servi si cum illo habitarent, se crimine & opprobrio pollui crederent, tanquam si cadaver tetigissent.

126. *Stipite.* ] Cū domini non plus utilitatis traherent ex Eutropio, quam succi ex trunco exsucco & exhausto.

131. *Umbram.* ] Larvam, cacodæmonem, malum genium.

132. *Liber.* ] Liber erat ob contemptum, quia nemo sibi illum vindicabat ob turpitudinem.

133. *Lacte.* ] Canes teneros pane & lacte bubulo nutrirī præcepit Constantinus. Egregium præceptum!

137. *Lucratur.* ] In lucro putat catenam, alterius collo applicandam. Quasi catena melior sit morboſo cane: nihil ad insectandum Eutropium mordacius.

- Est ubi despectus nimius juvat. undique pulso  
 Per cunctas licuit fraudes impunè vagari,  
 140 Et fatis aperire viam. proh quisquis Olympi  
 Summa tenes, tantòne libet mortalia risu  
 Vertere? qui servi non est amissus in usum,  
 Suscipitur regnis, &, quem privata ministrum  
 Dedit domus, moderantem sustinet aula.  
 145 Ut primùm vetulam traxère palatia vulpem,  
 Quis non ingemuit? quis non irrepere sacris  
 Obsequiis doluit toties venale cadaver?  
 Ipsi quin etiam tali consorte fremebant  
 Regales famuli, quibus est illustrior ordo  
 150 Servitii, sociùmque sibi sprevère superbi.  
 Cernite, quem Latii poscant annectere fastis:  
 Cujus & eunuchos puduit. sed vilior antè  
 Obscuræ latuit pars ignotissima turbæ,  
 Donec Abundantî furiis, qui rebus Eois  
 155 Exitium, primòque sibi produxit, ab imis  
 Evectus thalamis summos invasit honores.

## INTERPRETATIO.

Occasio est, in quâ contemptus immodicus prodest. Fas fuit Eutropio ejecto undequaque errare liberè per dolos omnes, & pandere aditum fatis. Prò, quicumque occupas Cælum altum, an juvat te evertere res humanas tanto ludibrio! Ille, qui non est receptus, ut serviret, recipitur in imperio regendo, & quem domus privatorem recusavit administrum, Regia patitur esse rectorem. Statim atque Regia accipit vulpem seniore, æquis non commotus est? Ecquis non indignatus, cadaver hoc toties venditum insinuare se man-

datis sacratis Imperatoris? Præterea ipsi servi imperatorii, quibus gradus ministerii est honoratior, tali socio commurmurabant, & contempserunt arrogantius cum sodalem. Videte, quem potant adungere fastis Romanis, & quem ipsi Eunuchi erubescunt. Ast prius ille abjectior delituit ceu pars maxime incognita caterva ignobilis, donec à cubilibus infimis grassatus est ad dignitates supremas, elatus insaniâ Abundantiæ, qui peperit perniciem imperio Orientis. & prius sibi ipsi.

## ANNOTATIONES.

140. *Fatis aperire.* ] Eutropio licuit dare aditum fatis se ad honores evecturis.

144. *Moderantem.* ] Eutropius fuit præfectus Prætorio, quæ dignitas dicta est βασιλική regnum; nihilque ei defuit, præter purpuram imperatoriam.

145. *Vulpem.* ] Eutropium, qui instar vulpis veteris, cautè ac perfidè sese gerebat.

146. *Irrepere.* ] Sese leniter insinuare ad sacra Imperatoris mandata exequenda, more vulpis, quæ astuta est. Persius: *Astutam vapido servas ubi pectore vulpè.*

151. *Cernite, quem.* ] Quem hominem,

quod hominis monstrum, procures petant inscribere in fastis consulum Romanorum.

152. *Antè.* ] Antequam irreperet in Aulam.

154. *Abundantiæ.* ] Abundantius Dux fuit clarissimus; Consul fuit cum Theodosio, promovit Eutropium, cujus suasu postea ab Arcadio dignitatibus spoliatus, Aulâ ejectus, obiit Sidone in Phœniciâ, Sicque & se perdidit, & res Orientis, dum effecit, ut omnia committerentur isti monstro.

156. *Thalamis.* ] Alii legunt *Stabulis.*

Quam

- Quàm bene dispositum terris, ut dignus iniqui  
 Fructus consilii primis auctoribus instet.  
 Sic multos fluvio vates arente per annos,  
 160 Hospite qui cæso monuit placare Tonantem,  
 Inventas primus Busiridis imbuunt aras,  
 Et cecidit sævi, quod dixerat, hostia sacri.  
 Sic opifex tauri, tormentorumque repertor,  
 Qui funesta novo fabricaverat æra dolori,  
 165 Primus inexpertum, Siculo cogente tyranno,  
 Sensit opus, docuitque suum mugire juvencum.  
 Nullius Eutropius, quàm qui se protulit, ante  
 Direptas possedit opes, nullumque priorem  
 Perculit exilio, solumque hoc rite peregit,  
 170 Auctorem damnare suum, postquam oblitus ævo  
 Semivir excelsam rerum sublatus in arcem,  
 Quod nec vota pati, nec fingere somnia possent,  
 Vidit sub pedibus leges, subjectaque colla  
 Nobilium, tantumque sibi permittere fata,  
 175 Qui nihil optasset plus libertate mereri;  
 Jam jam dissimulat dominos, altèque tumescunt  
 Serviles animi, procerum squalore repletus

## INTERPRETATIO.

Quàm sapienter constitutum est in Mun-  
 do, ut merces merita consilii mali ca-  
 dat primum in consultores ipsos. Ita flu-  
 mine Nilo sæco per annos complures,  
 vates, qui admonuit flectere Jovem,  
 hospite immolato, prior tinxit alta-  
 ria excogitata à Busiride, & fuit vi-  
 ctima sacrificii crudelis, quod indicave-  
 rat. Ita machinator bovis arei, & arti-  
 fex cruciatuum, qui conflaverat as fatale  
 ad nova supplicia, prior, Tyranno Sicilia  
 Phalaride jubente, expertus est opus in-  
 tentatum, ac docuit bovem suum reboare.  
 Eutropius occupavit divitias nemini prius  
 populatas, quàm Abundantiæ, qui eva-  
 xerat sese, & neminem prius condemna-  
 vis exilio: & hoc tantum rectè fecit,  
 quod condempnaverit patronum suum. Po-  
 steaquam effeminatus ille confectus æta-  
 te, evectus est ad fastigium altum impe-  
 rii. (quod neque desideria ejus sustinere  
 potuissent, neque somnia excogitare) Spe-  
 ctavit leges sub pedibus suis, & capita  
 Procerum supposita sibi, & fata indul-  
 gere tantum sibi, qui nihil expectavisset  
 amplius, quàm acquirere libertatem:  
 jam fingit se non nosse dominos suos; &  
 animi serviles tolluntur altius: carcer plenus

## ANNOTATIONES.

158. Primis auctoribus. ] Hesiodus,  
 ἢ δὲ καὶ βουλὰ καὶ βουλευσάντων καλῶν.  
 Consultum male, consultori perniciosum.

159. Vates. ] Thrausius Cypro oriundus.

161. Busiridis. ] Crudelissimi Ægyptio-  
 rum tyranni.

163. Opifex tauri. ] Perillus Athenien-  
 sis, qui à Phalaride confectus est in tau-

rum æneum, quem ipse invenerat, &  
 flammis subjectis voces miserabiles instat  
 mugitus moriendo edidit.

172. Vota. ] Sunt hæc proverbialia, Læ  
 tantum est, ut nec optare ausus essem,  
 nec mihi fingere: Dignitas qua contingit  
 supra vota, supra somnia ipsa, vel ma-  
 gnificentiissima.

- Carcer, & exilibus Meroë campique gemicunt  
 Æthiopum. pœnis hominum plaga personar ardens:  
 180 Marmaricus claris violatur cœdibus Ammon.  
 Asperius nihil est humili, cum surgit in altum:  
 Cuncta ferit, dum cuncta timet: deservit in omnes,  
 Ut se posse putent. nec bellua tetrior ulla  
 Quàm servi rabies in libera terga furentis.  
 185 Agnoscit gemitus, & pœnæ parcere nescit  
 Quam subiit, dominique memor, quem verberat, odit.  
 Adde, quod eunuchus nullâ pietate movetur,  
 Nec generi nativæ cavet. clementia cunctis  
 In similes, animosque ligant consortia damni.  
 190 Ille nec eunuchis placidas: sed pectus in aurum  
 Æstuat. hoc uno fruitur saccis libido.

## INTERPRETATIO.

est sordibus Primorum, & Meroë & agri  
 Æthiopum ingemiscunt exilibus: zona  
 torrida resonat suppliciis hominum: Am-  
 mon Marmaricus polluitur strage nobi-  
 lium. Nihil est crudelius homine abjecto,  
 qui extollitur ad dignitates alias. Percutit  
 omnia, dum metuit omnia: furit contra  
 omnes, ut hi existiment ipsum potentem:  
 neque fera ulla est immanior, quàm servus  
 rabidus saeviens contra corpora hominum  
 ingenuorum. Nescit dolorem, & non po-  
 test moderari supplicium, quod ipse passus  
 est. ac recordatus domini, avertatur illam  
 quem plebit. Adice, quod eunuchus nullo  
 flebitur sensu pietatis, neque providet genti  
 suæ aut filiis. Mansuetudo est omnibus  
 erga aequales suos, & similitudo malorum  
 consilium moras. Is neque mitis est eunu-  
 chis, sed ardet deterioris desiderio pecunia:  
 cupidius reſecta potitur hac solâ pecuniâ.

## ANNOTATIONES.

177. *Procurum.*] Quos in carcerem con-  
 ſici jubebat Eutropius.

178. *Meroë.*] Inſula Nili, hodie *Gue-  
 gure*.

179. *Pœnis.*] Cruciatibus, gemitibus  
 exitum ab Eutropio reſectorum reſonant  
 campi Æthiopum, & zonæ torridæ ſoli-  
 tudines.

180. *Marmaricus.*] Juppiter Ammon  
 in Marmaricâ Africæ regione, in deſertis  
 Libyæ; hodie dicitur, *Le pais de Barcha*.  
*Claris violatur cadibus*, quod in his de-  
 ſertis viri illuſtres aut occidantur, aut de-  
 centi pereant. Notabile, quod dicit Stra-  
 bo ex Herodotene, τὰς δὲ καὶ τὸν δὲ  
 Αἰγυπὸς ἱερὸν ὄντας ἐν τῷ δακτύ-  
 λῳ αὐτοῦ, fortassis etiam Ammonis tem-  
 plum aliquando in mari fuiffe: &c.

181. *Deservit.*] Valde vehementerque  
 deservit: alias deservit, id est placatur. Virg.  
*Dum pelago deservit hiems.*

181. *Se posse putent.*] Qui contra vo-  
 tum facti sunt potentes, non credunt se  
 haberi pro potentibus, nisi dent indicia  
 immoderate violentæque potestatis, ac  
 tyrannidis.

*Gemitus.*] Quales ipse verberatus emi-  
 ſit.

185. *Odit.*] Vir generosus non odit, sed  
 miseratur, quem punit, non sibi, sed le-  
 gibus. At Eutropius odit, sicque atrocius  
 punit illum, quem verberat, quasi in  
 illo vindicaret acceptas olim à suis domi-  
 nis plagas.

187. *Pietate.*] Nullo sensu amoris in fi-  
 lios, aut cognatos.

189. *Consortia damni.*] Similitudo ma-  
 lorum, quæ quis pati potest, vel in se,  
 vel in liberis, conciliat animos. Virgilius  
 de Didone:

*Non ignara mali miseris succurrere  
 disco.*

191. *Exido.*] Est vel amoris in foemina.

- Quid nervos secuisse juvat? vis nulla cruentam  
 Castrat avaritiam. parvis exercita furtis  
 Quæ vastare penum, neglectaque sueverat aræ  
 195 Claustra remoliri, nunc uberiore rapinâ  
 Peccat in orbe manus. quidquid se Tigris ab Æmo  
 Dividit, hoc certâ proponit merce locandum  
 Institor imperii, caupo famosus honorum.  
 Hic Asiam villâ pactus regit. ille redemit  
 200 Conjugis ornatu Syriam. dolet ille paternâ  
 Bithynos mutasse domo. suffixa patenti  
 Vestibulo pretiis distinguit regula gentes.  
 Tot Galatæ, tot Pontus eat, tot Lydia nummis.  
 Si Lyciam tenuisse velis, tot millia ponas:  
 205 Si Phrygas, adde parum. propriæ solatia forti  
 Communes vult esse notas, & venditus ipse  
 Vendere cuncta cupit. certantum sæpe duorum  
 Diversum suspendit onus: cum pondere iudex  
 Vergit, & in geminas nutat provincia lances.

## INTERPRETATIO.

Quid prodest amputasse nervos? Nullum ferrum resecat avaritiam crudelem. Manus Eutropii experta in furtis exiguis, qua manus solita erat populari cellam, & expugnare ceram arca sepositam, nunc praedatur furto copiosiore, in mundo. Secundum id omne, quo Tigris separatur ab Æmo, Eutropius venditor regni & venditor insigni magistratum hoc exponit vendendum certo pretio. Hic moderatur Asiam emptam pradio: ille emit Syriam gemmæ uxoris suæ: ille gemis permutasse Bithyniam cum hereditate paternâ. Inscriptio præfixa in vestibulo aperto discriminat mercede certâ præfecturas populorum. Galatæ vendantur tanto pretio, tanto Pontus, tanto Lydia. Si vis regere Lyciam oportet, ut solvas tot millia: si Phrygiam adice tantillum. Statuit signa venditionis esse publica ad consolationem suæ conditionis, & ipse venditus, expetit vendere omnia: frequenter pendit pretium varium duorum amulorum, & mox ipse iudex inclinat cum onere graviore, & provincia regenda pendet in libram alterutram.

## ANNOTATIONES.

nas, vel in aurum. Sic succisa libido, id est Eutropius succifos habens nervos libidinis in forminas, retinet tamen nervos alterius libidinis & cupiditatis in aurum.

196. *Quicquid se dividit.* Est phrasis Græca, hoc est x<sup>ti</sup> secundum quicquid dividitur.

*Tigris.* Fluvius Armeniam, Assyriam, aliisque provincias alluens.

*Æmo vel Hamo.* Hic est mons Thraciz.

198. *Institor.* Est qui à mercatore ne-

gotiationi alicui præpositus est.

201. *Bithynos.* Bithynia est regio minoris Asiæ, sicut Syria, Galatia, Lycia, Phrygia, Lydia.

*Suffixa regula.* Inscriptio est, quæ denotat pretium præfecturarum, ut in scriptio Cauponum denotat pretium vini.

203. *Eas.* in possessionem mercantis.

206. *Communes.* Vult quædam esse notas publicas, quibus posset vendere omnia, sicque solatur se, qui series aliis venditus est.



- 210 Num pudeat heu, Superi, populos venire sub hasta?  
Vendentis certè pudeat. quid jure sepultum  
Mancipium tot regna tenet, tot distrahit urbes?  
Pollentem folio Cræsum victoria Cyri  
Fregit, ut Eunucho fluereut Pactolus & Hermus?
- 215 Attalus hæredem voluit te Roma relinqui,  
Restitit Antiochus præscripto margine Tauri,  
Indomitos curru Servilius egit Isauros,  
Et Pharos Augusto jacuit, vel Creta Metello,  
Ne non Eutropio quæstus numerosior esset?
- 220 In mercem veniunt Cilices, Judæa, Sophene,  
Romanusque labor; Pompeianique triumphii.  
Quo struis hos auri cumulos? quæ pignora tantis  
Succedent opibus? \* \* \*
- 225 \* te grandibus India gemmis,

## INTERPRETATIO.

Pro! Dii non pudeat vos, gentes vendi sub hasta? Venditor quidem ipse erubescat. Quid? Servus mortuus civili jure possidet tot imperia, vendit tot oppida? Triumphus Cyri deiecit imperio Cræsum potentem, ut Pactolus & Hermus fluereut pro Eunucho? Attalus voluit constitui te hæredem, ô Roma: Regnum Antiochi terminatum est limitibus præfixi Tauri montis; Servilius duxit in curru triumphali Isau-

ros invictos, & Ægyptus subacta est ab Augusto, vel Creta à Metello, ne non lucrum copiosius foret Eutropio? Cilices, Judæa, Sophene, & fructus laboris Romanorum, & victoriarum Pompeii computantur pro pretio. Quo sine aggeris hos acervos auri? Qui filii adibunt tantas divitias, ô Eutropi? \* \* \*

India locupletet te unionibus magnis,

## ANNOTATIONES.

210. Non pudeat.] Antiqui res malè succedentes Diis exprobrabant.

Sub hasta.] Ex more hasta præfixa, res, servi vendebantur.

211. Sepultum.] Servus jure civili mortuus, ut qui est in domini potestate.

213. Solio.] Imperio: signum pro re signatâ.

214. Pactolus & Hermus.] Fluvii auri ferri Asiæ minoris Lydiam Cræso regnam alluentes.

215. Attalus.] Ditissimus Pergami Rex, Populum Romanum instituit hæredem. *Luxus Attalicus*, id est maximus.

216. Tauri.] Montis Ciliciæ, cujus finibus terminatum est regnum Antiochi, qui magnam Asiæ partem tenebat.

217. Isauros.] Populos Ciliciæ, quorum arx *Isaurus* dicta, latrociniiis famosa: hanc subegit Servilius, inde dictus *Isauricus*.

218. Pharos.] Parva olim Nili insula; ponitur pro Ægypto, seu Alexandriæ regno, quod Augustus, victis Antonio & Cleopatrá, occupavit.

Creta.] Cretam insulam domuit Metellus, & hinc *Creticus* dictus est.

220. Sophene.] Regio Asiæ, sicut & Judæa.

In mercem veniunt.] Computantur pro pretio, venduntur.

225. Grandibus gemmis.] Pretiosioribus; nam gemmarum quod majores eò pretiosiores. Sic Julius Cæsar pondus gemmarum exigebat in Britannia.

Te foliis Arabes dicent, te vellere Seres :  
Nullus inops aded, nullum sic urget egestas,  
Ut velit Eutropii fortunam & membra pacisci.

- Jámque oblita sui, nec sobria divitiis mens,  
230 In miseris leges, hominúmque negotia ludit.  
Judicat eunuchus. quid jam de Consule miror ?  
Prodigium quodcunque gerit. quæ pagina lites  
Fœmineas meminit : quibus unquam secula terris  
Eunuchi vidère forum ? sed ne qua vacaret  
235 Pars ignominia, neu quid restaret inausum,  
Arma etiam violare parat, portentâque monstribus  
Aggerat, & secum petulans amentia certat.  
Erubuit Mavors, averſaque risit Enyo,  
Dedecus Eoum : quoties intenta sagittis  
240 Et pharetrâ fulgens anus exercetur Amazon :

## INTERPRETATIO.

*Arabes locupletent se aromatis, te Seres velleribus : nemo est tam pauper, mendicatus ita vexat neminem, ut velit habere opes Eutropii cum corpore ejus. Et jam animus immemor sui, & ebrius opibus, ludibrio habet leges afflictas, & res mortalium. Eunuchus judex est ? Quid jam admiror de Consule ? Quicquid facit, monstrum est. Quæ historia testantur liti- gationes muliebres ; quibus in regionibus* Senatus Eunuchi spectatus est unquam per ætates omnes. At ne qua pars caret infamia, nève quid remaneret intentatum, apparat quoque polluere arma. & vesania impudens Eutropii accumulât prodigia prodigiis. & pugnat secum. Punduit Martem ; & Enyo fastidians irrisit ignominiam Orientis ; quoties ille Eutropius Amazon vetula indulgens telis, & micans pharetrâ exercetur ;

## ANNOTATIONES.

226. *Foliis.* ] Odoratis, ex quibus fiebant aromata, seu unguentum foliatum.

*Seres.* ] Populi Asiæ, qui ex arboribus depeſcunt lanuginem quandam admirabilem. Supra de 3. Conf. Hon. v. 210.

228. *Fortunam & membrapacisci.* ] Tamen, florente Eutropio, multi se eunuchos fecerunt, ut eunuchi eunuchos fierent jucundiores, sicque ad honores pervenirent. Quid non mortalia pectora cogis Ambitio !

231. *Judicat.* ] Ita divitiis est ebrius, ita obœcatus, ut judicet per ludum, & res humanas ludibrio habere videatur.

233. *Fœmineas lites.* ] Fœminas in Senatum venire nefas erat, & inferis ejus caput devotebatur, qui mulieri auctor erat hujus violandæ legis. Valerius Maximus. Dido tamen ex Virgilio, Jove permittente. *Jura dabat, legēque viris.* Huic Jupiter, *justitiâque dedit gentes frenare su-*

*perbas.* Et Justinianus Theodoram uxorem ad Reipub. consilia adhibuit, &c.

234. *Ne qua pars.* ] Rerum humanarum, quarum pars est bellum, arma.

236. *Violare.* ] Quasi Eunuchus profanaret Marti virisquæ sacra : hæc tamen gloriôsè gessit Narses Eunuchus, Gothicis expulsis, & Totilâ interfecto, legum vindex, Romæ reparator, Christianæ fidei cultos acerrimus ; sed hic fuit post Claudiani tempora.

237. *Amentia certat.* ] An judicet, an arma gerat : utrumque in Eunuchis insanum esse.

238. *Enyo.* ] Bellona soror Martis, vel ancilla.

240. *Amazon.* ] Sic dicitur ab *αἰσῶ* & *μαλός*, *mamma*, quod Amazones sibi mammam exurerent, quo forent virbrandis sagittis habiliores.

- Arbiter aut quoties belli, pacisque recurrit,  
 Alloquiturque Getas. gaudet, cum viderit, hostis,  
 Et sentit jam deesse viros. incendia fumant.  
 Muris nulla fides. squalent populatibus agri,  
 245 Et medio spes sola mari. trans Phasin aguntur  
 Cappadocum matres, stabulisque abducta paternis  
 Caucasias captiva bibunt armenta pruinas,  
 Et Scythicis mutant Argæi pabula sylvis.  
 Extra Cimmerias Taurorum claustra paludes  
 250 Flos Syriæ servit: spoliis nec sufficit atrox  
 Barbarus. in eadem vernunt fastidia prædæ.  
 Ille tamen (quid enim servum, mollemque pudebit?  
 Aut quid in hoc poterit vultu flagrare ruboris?)  
 Pro victore redit. peditum vexilla sequuntur,  
 255 Et turmae similes Eunuchorumque manipuli,  
 Hellepontiacis legio dignissima signis.

## INTERPRETATIO.

vel quoties redit moderator belli & pacis,  
 & adfatat Getas. Hostis, cum aspexerit  
 eum, latatur & cognoscit jam non esse vi-  
 ros. Incendia fumant: nulla fiducia in  
 muris, campi desolantur direptionibus,  
 & spes una est in mari medio. Matres  
 Cappadocum capte ab hoste ducentur  
 trans Phasin, & armenta capta, abducta  
 ex stabulis arvis potant nives Caucasias,  
 ac permiscant pascua Argæi cum nemori-  
 bus Scythia, Ultra paludes Cimmerias,

quæ sunt munimenta Taurorum, juven-  
 tus Syriæ serva est: neque crudales barbari  
 sufficiunt exuviis referendis: convertuntur  
 in stragem contemptum spoliis. Et ta-  
 men iste Eutropius (nam quid servum  
 & effeminatus erubescet, & quis rubor  
 poterit ardere in facie huius?) revertitur  
 quasi triumphator. Signa peditum comi-  
 tantur hunc, & caterva aequales, scili-  
 cet multitudo Eunuchorum, exercitus di-  
 gnissimus vexillis Hellepontiacis.

## ANNOTATIONES.

242. *Getas.* ] Getæ & Gothi, unum &  
 idem sunt, sed *Getæ* nomen quia lenius,  
 Romani usurpare malunt.

243. *Dreffe viros.* ] Siquidem militat  
 Eunuchus.

244. *Populatibus.* ] Gothi omnia po-  
 pulantur, pugnante contra Eutropio.

245. *Phasin.* ] Hic est fluvius Colchi-  
 dis. De hoc supra.

247. *Caucasias.* ] Attenta pellantur  
 longè versus Caucasum, ob metum armo-  
 rum Eutropii.

248. *Argæi.* ] Hic mons pascuis nobi-  
 litatus, est Cappadociæ in minore Asia.  
 Strabo, ὄρος τῶν Ἀργαίων ὅτι πάντων  
 ἐν μέλει τῶν, sub *Argæo monte omnium*  
*altissimo,*

249. *Cimmerias.* ] Cimmerii populi  
 trans Pontum Euxinum, ita inter montes  
 absconduntur, ut apud eos densissimæ sint  
 tenebræ, usque eos Homerus, teste Stra-  
 bone, apud Inferos collocavit. Inde pro-  
 verbum, *Cimmeria tenebra.*

*Taurorum.* ] Tauri sunt Sarmatæ Ba-  
 ropææ populi ad Bosporum Cimmerium,  
 apud quos est Taurica Chersonesus.

252. *Quid pudebit servum?* ] Serviles  
 animæ pudoris nesciæ. Seneca: *Optimum*  
*in adolescente signum verecundia.*

255. *Eunuchorum.* ] Militum inertissi-  
 morum duce Eutropio militantium.

256. *Hellepontiacis.* ] Eutropii digna  
 legio, quæ militaret sub auspiciis Priapi  
 infamis, qui natus ad Hellepontum.

Obvius ire cliens, defensorémque reversum  
 Complecti, placet ipse sibi, laxásque laborat  
 Distendisse genas, fictúmque inflatus anhelat,  
 260 Pulvere resperſus tineas, & solibus ora  
 Pallidior, verbísque sonat plorabile quiddam  
 Ultra nequitiam fractis, & praelia narrat,  
 Perque suam tremulâ testatur voce sororem,  
 Defecisse vagas ad publica commoda vires:  
 265 Cedere livori nec sustentare procellas  
 Invidiæ, mergique fretis spumantibus orat.  
 Exorétque utinam, dum talia fatur, ineptas  
 Detergit lacrymas, atque inter singula dicta  
 Flebile suspirat, qualis venit arida socrus  
 270 Longinquam visura nurum, vix lassâ resedit,  
 Et jam vina petit, quid te, turpissima, bellis  
 Inferis, aut sævi pertentas Pallada campi?  
 Tu potes alterius studiis hæreere Minervæ;  
 Tu telas, non tela, pati; tu stamina nescire;

## INTERPRETATIO.

Cliens coepit ire obviam, & amplexari propugnatorem redemptum: ipse plaudis sibi, & conatur tumefacere genas pendulus, & tumidus simulat anhelitum: habens caput tineaſum sparſum pulvere, & vultum pallidiorem calore, & dictis mollioribus ipsâ mollitie pronuntiat aliquid lacrymabile, & recenset certamina; ac voce tremente testificatur per sororem suam vires defecisse ad utilitatem patriæ, se credere invidia, neque posse perferre tempestates amulorum, & cupit submergi aquis frementibus, Et utinam exorasset! dum dicit hæc, abstergit lacrymas stultas, atque inter verba omnia, suspirat flebiliter, Sicut socrus siticulosa advenit invisura nurum longinquam, agere sedis fatigata, & jam postulat vinum, Quare misces te armis deformissima, vel experiris Palladem in arenâ terribili? Tu potes applicare te artibus alacrioris Palladis; tu potes ferre telas, non tela; tu ducere fila;

## ANNOTATIONES.

259. *Fictum anhelat.*] Non reverâ anhelat, sed fictum, seu ficto modo. Quasi multum laboris exhausserit.

262. *Nequitiam.*] Hæc est amatoria mollities.

*Fractis.*] Verbis mollibus addit sævum, verbis plustquam effeminatis.

263. *Sororem.*] Per uxorem suam, quam cum vivebat ut cum sorore.

266. *Mergique.*] Optat mergi, & devoret caput lauri ad fidem dictis faciendam.

267. *Exorétque utinam.*] Eutropius orat se submergi, & utinam exoraret, hæc est, obtineat quod petit. Sic enim infelicias publicæ in caput ejus converti putabat.

271. *Turpissima.*] Sic compellat Eutropium, qui similis est vetulæ turpissimæ.

272. *Sævi pertentas Pallada campi.*] Hypallage, id est experiris sævum campum Palladis armorum Præsidis, vel experiris Palladem sævi campi, seu belli præsidem.

273. *Alterius Minerva.*] Quæ præest telis, atque lanificiis.

274. *Tu telas, non tela pati.*] Sic Sophia Justiniani Imperatoris conjux Narsen eunuchum ad fæsum & telas contumeliosè vocabat: at ille Longobardis in Irâliam accitis telam orſus est, quam nemo potuit dissolvere.

275 Tu segnes operum sollers urgere puellas,  
Et niveam dominæ pensis involvere lanam.  
Vel, si sacra placent, habeas pro Marte Cybellen.  
Rauca Celænxos ad tympana disce furores.  
Cymbala ferre licet, pectusque illidere pinu,

280 \* \* \* \* \*  
Arma relinque viris. geminam quid dividis aulam,  
Conarisque pios odiis committere fratres?  
Te magis, ah demens, veterem si respicis artem,  
Conciliare decet, gestis pro talibus annum  
285 Flagitet Eutropius. ne quid non polluat unns;  
Dux acies, iudex prætoria, tempora Consul.  
Nil adeo fœdum quod non exacta vetustas  
Ediderit, longique labor commiserit ævi.  
OEdipodes matrem, natam duxisse Thyestes

## INTERPRETATIO.

*tu sagax instare virginibus pigris ad laborem; tu potes implicare pro dominâ lanam albam ad opus faciendum. Aut si sacra grata sunt tibi, eligas Cybelen pro Marte. Edisce ve, aniam Phrygiam ad tympana stridula, permittitur tibi gestare Cymbala, & quatere sinum pinu.* \* \* \*  
*relinque bella viris. Quare turbas Regiam duplicem, & tentas armare fratres* | *pios in odia mutua? convenit tibi potius, heu insane, conciliare, si spectas ariem tuam antiquam. Pro factis similibus, Eutropius postulet consularum, nequid non solus contaminet. Duxor exercitus, iudex Senatum polluat, Consul ævum. Nihil tam turpe est, quod antiquitas præterita non produxerit, & quod non series longæ atatis admiserit. OEdipus memoratur duxisse matrem, Thyestes filiam.*

## ANNOTATIONES.

275. *Urgere puellas.* ] Quod officium eunuchorum est in Gynæceis, sive atrii mulierum.  
277. *Cybelen.* ] Cujus sacris destinati semiviri.  
278. *Celænxos.* ] Phrygios: *Celana* urbs, caput quondam Phrygia fuit. Livius. Strabo agnoscit in Troade *Κελαναι κάπυλον*, *Celanas pagum*. In Phrygiâ, Cybelen celebrabantur sacra furiosa, in quibus Galli furentes sibi sinum pinu quatiebant, & omnes corporis partes gladiis deformabant.  
282. *Pios fratres.* ] Arcadium & Honorium, inter quos ista vulpes Aleceto pejor semina discordiæ jaciebat.  
284. *Conciliare* ] Fœminas viris, lenonis est, cujus aliâs Eutropius artem exercebat.  
286. *Annum, tempora.* ] Flagitat annum, id est munus consulis, qui dominus est anni; sed hunc polluit Eutropius, simulque tempora, quæ dedecet ab eunuchis gubernari.  
287. *Exacta.* ] Hactenus acta, præterita vetustas.  
288. *Commiserit.* ] Velut crimen aliquod: monstrum enim, naturæ, Deorumque crimen, & dedecus appellabant.  
289. *OEdipodes.* ] Laius Rex Thebarum discit ex Oraculo se occidendum esse à filio: hoc ut vitet, filium natum, pastori dat occidendum. Pastor misericors, perforatis pedibus, eum suspendit ex arbore: hinc nomen, *οἰδῖα ῥυμείο τῶν ποδῶν*, inde enim pedes tumebant. Ab alio pastore suscipitur, & delatus ad Polybii Corinthiorum Regis uxorem, alitur: hic grandior factus patrem perquirir, & in quodam Phocensium tumultu patrem  
290 Cantantur.

- 190 Cantantur. peperit fratres Jocasta marito,  
 Et Pelopea sibi. Thebas ac funera Trojæ  
 Tristis Erechthei deplorat scena theatri.  
 In volucrem Tereus, Cadmus se vertit in anguem.  
 Scylla novos mirata canes. hunc arbore figit,  
 195 Elevat hunc plumâ, squamis hunc fabula vestit,  
 Hanc solvit fluvio. nusquam spado Consul in orbe,  
 Nec iudex ductorve fuit. quodcumque virorum  
 Est decus, eunuchis scelus est. exempla creantur  
 Quæ socci superent risus, luctusque cothurni.  
 300 Quam pulchrè conspectus erat, cum tenderet artus  
 Exangues onerare togâ cinctûque gravatus,  
 Indutôque senex obsecenior iret in auro!  
 Humani qualis simulator simius oris,

## INTERPRETATIO.

Jocasta genuit fratres conjugii suo OEdipo, & Pelopea sibi. Scena miserabilis theatri Atheniensis lugeat Thebas, & fata Troja. Tereus transformatus est in avem, Cadmus in serpentem, Scylla obstupuit canes novos ex se natos, fabula hunc factum arborem plantat, extollit illum pennis, hunc operit squammis, illum liquefacit in fluvium. Nusquam eunuchus extitit Consul in Mundo, neque Iudex, neque Dux: quicquid honestum est viris, crimen est eunuchos exempla producantur, qua vincant faciat comediam, & tristitiam tragediam. Quam bellè Eutropius aspicietur, cum conaretur operire veste consulari membra exsucca, & oppressus vestimento, ac vetulus turpius incederet in vestibus aureis induitis. Sicut simius imitator vultus hominis,

## ANNOTATIONES.

- Laium incognitum occidit: mox interfecit Sphinge Thebas intrat, matremque Jocastam in sciens uxorem ducit.  
 Thyestes. ] Frater Atrei Mycenarum Regis in Peloponneso.  
 191. Pelopea. ] Filia Thyestis ex suo patre peperit sibi fratrem Ægisthum.  
 Thebas. ] Thebarum casus & calamitates.  
 192. Erechthei. ] Atheniensis, ab Erechtheo aliâ Rege.  
 193. In volucrem. ] In Upupam Tereus mutatus est, ob Philomelam, uxoris suæ Prognos sororem constupratam.  
 194. Scylla. ] Se lavans in fonte, à Circe zelotypâ infecto, vidit inferiores corporis partes in rictus caninos transformatas, seq̃ue in mare præcipitans, versa est in gurgitem cognominem. Fuit & alia Scylla Nisi filia in alaudam mutata.  
 Arbore figit. ] Ut Daphnen, Myrrham.  
 195. Plumâ. ] Ut Cynum, qui rex erat Ligurum, qui morte Phaëthontis contabuit, & versus est in avem cognominem; ut etiam Picas, quæ erant Pieri filia, & quæ ob garrulitatem in picas conversæ sunt.  
 Squammis. ] Ut Glaucum.  
 196. Solut fluvio. ] Ut Proteum Nam, qui ex Virgilio:  
 Omnia transformat sese in miracula rerum.  
 Ignemque horribilemque feram, fluviumque liquentem.  
 301. Gravatus. ] Quasi ita macilentus atque infirmus foret, ut ne quidem togam ferre posset.  
 302. Obsecenior. ] Obscenus dicitur quasi abs scenâ, quod in scenâ & in theatro dici non debet, quia turpe: vel obscenus deducitur ab ob & cœnum, vel ab ob & cano, hoc est contra cano, quod sit verbum mali auspicii. Unde Virgilius dixit, Obscenus volucres, obscenamque famem. Alii alia sentiunt.

- Quem puer arridens pretioso stamine Serum  
 305 Velavit, nudasque nates ac terga reliquit,  
 Ludibrium mensis; erecto pectore dives  
 Ambulat, & claro sese deformat amictu.  
 Candida pollutos comitatur Curia faeces,  
 Forsitan & dominus: præbet miracula lictor  
 310 Consule nobilior, libertatemque daturus,  
 Quam necdum meruit, scandit sublime tribunal;  
 Atque inter proprias laudes Ægyptia jactat  
 Somnia, prostratosque canit, se vate, tyrannos.  
 Scilicet in dubio vindex Bellona pendit,  
 315 Dum spado Tiresias, enervatusque Melampus  
 Reptet, ab extremo referens oracula Nilo.  
 Obstrepere avium voces. exhorruit annus  
 Nomen, & insanum gemino proclamat ab ore,  
 Eunuchumque vetat fastis accedere Janus.

## INTERPRETATIO.

quem puer illudens toxis ornatu divite Serum, ac defecit clunes nudatos & terga ludibrium futurum convolvit: Simius locuples ingreditur sinu sublato, & deturpat se veste insigni. Senatus albatu sequitur faeces contaminatos ab Eunuchis: & forte dominus sequitur. Lictor clarior consule monstrat prodigia: & Eutropius largitur libertatem, quam nondum promeritus est, conscendit tribunal altum, & in-

ter elogia sua, ventitas deliria Ægyptia, & cantat Tyrannos debellatos, se referente vaticinia. Nimirum Bellona ultrix hæsit dubitans, dum Tiresias eunuchus, & Melampus eviratus adrepat, reportans oracula à Nilo ultimo. Garritus volucrum occinuerunt, annus horruit nomen, & Janus vociferatur ore duplici horrendum esse, ac prohibet eunuchum admoveere se fastis.

## ANNOTATIONES.

304. Serum. ] Hi sunt populi extremæ Asiæ, miræ arborum lanugine celebres, vel potius vermium in his arboribus stibulantium exuviis pretiosis divites.

307. Sese deformat. ] Optimè, quod enim velte lautior est simius, eò turpior.

308. Candida. ] Albata, seu novis vestibus induta in honorem Consulis.

309. Dominus. ] Aliquis ex veteribus scgvi Eutropii dominis.

310. Libertatemque daturus. ] More novorum consulum, quorum primus actus erat datio libertatis.

312. Ægyptia somnia. ] Theodosius contra Eugenium pugnaturus, misit Eutropium in Ægyptum ad quendam virum pium Joannem appellatum, qui cladem Maximi tyranni prædixerat. Ille verò prædixit quoque Theodosium victoriam relaturum esse, sed non incruentam, &

paulò post in Italiâ obiturum. Quæ cum ita contigerint, nihil est quod somnia vocentur: sunt enim ea certè Oracula.

313. Canit, se vate. ] Falsum igitur est ablativos, quos absolutos vocant, poni non posse, nisi rebus & personis differentiis. Ovidius, Me duce ad hunc voti finem, me milite veni. Cicero: Quæ ornamenta etiam in sexto Claudio, te Consule, esse voluisti, &c.

315. Tiresias. ] Sic vocatur Eutropius, quod Tiresias vates fuerit apud Thebanos, & utrumque sexum expertus fuerit.

Melampus. ] Nomen auguris apud Homerum.

316. Reptat. ] Quia magna est tarditas corporis enervati.

317. Obstrepere. ] Aves testatæ sunt suo strepitu averfari Consulem eunuchum, velut rem portentosam.

- 320 Sumeret illicitos etenim si *fœmina* *faeces*,  
 Esset turpe minus. *Medis* *levibusque* *Sabæis*  
 Imperat hic *sexus*, *reginarumque* *sub armis*  
*Barbariæ* *pars magna jacet*. *gens nulla probatur*,  
*Eunuchi quæ sceptrâ ferat*. *Tritonia*, *Phœbe*,  
 325 *Vesta*, *Ceres*, *Cybele*, *Juno*, *Latona* *coluntur*.  
*Eunuchi quæ templâ Dei? quas vidimus aras?*  
*Inde sacerdotes: hæc intrat pectorâ Phœbus:*  
*Inde canunt Delphi. Trojanâ sola Minervâ*  
*Virginitas Vestalis adit, flammâque tuetur*.  
 330 *Hi nullas meriti vittas, semperque profani*.  
*Nascitur ad fructum mulier, prolemque futuram*.  
*Hoc genus inventum est, ut serviat. Herculis arcu*  
*Concidit Hippolyte. Danaï fugere bipennem*  
*Penthesilea tuam. claras Carthagini arces*  
 335 *Creditur, & centum portis Babylona superbam*  
*Femineus struxisse labor. quid nobile gessit*.

## INTERPRETATIO.

*Nam si mulier usurpâret faeces vetitos, minus pudendum foret. Hic sexus dominatur Medi, & Sabæis celeribus, & pars magna Barbaria subiecta est armis regnarum. Nullus populus memoratur, qui patiatur imperium eunuchi. Pallas, Luna, Vesta, Ceres, Cybele, Latona adorantur. Quæ delubra sunt Dei eunuchi? Quæ conspeximus altaria? Inde sacerdotes. Apollo ingreditur hæc corda: inde Delphi vaticinantur. Una virginitas Vestalis accedit ad Minervam Trojanam, & custodit ignem sacrum. Hi eunuchi nullas promeriti sunt vittas, & profani semper remanent. Pœmina producit ad fœtum, & liberos suscipiendos. Hæc natio eunuchorum reperta est, ut famuletur. Hippolyte victa est sagittâ Herculis: Græci & Penthesilea effugerunt securim tuam: labor mulieris putatur condidisse turres illustres Carthagini, & Babylonem summentem portu centum. Quid clarum eunuchus*

## ANNOTATIONES.

*Annus.* ] Anni nominabantur à Consulibus; sed hic annus horruit nominari ab Eutropio; & Janus bifrons ore duplici clamavit rem esse insanam, insuetam, horrendam si eunuchus fastos intraret, hoc est Consul esset: id quod fiebat Calendis Januariis.

321. *Medis, Sabæis.* ] Asiæ populis.

324. *Sceptrâ.* ] Aristoteles tamen apud Lucianum Regem eunuchum ita miratus est, ut illi perinde ac Diis sacrafaceret.

*Tritonia.* ] Pallas à patria Tritonide in Africâ, ubi nata dicitur.

327. *Inde sacerdotes* ] Ex fœminis eliguntur sacerdotes, quarum pectorâ Phœbus afflat, & quæ vaticinantur Delphis ad radicem Parnassi.

328. *Trojanam Minervam.* ] Vel potius Palladium, seu simulacrum Trojanæ

Minervæ, quod Vestales solæ magnâ curâ asservabant; ut in quo Romæ fatum ponebatur.

329. *Flammâque.* ] Vestales ignem sacrum custodiebant; si qua neglexisset, flagris cædebatur; ignisque extinctus, ope speculi, igne Solis excitabatur.

330. *Profani.* ] Nullas merentur vittas sacerdotum, nullis mysteriis admittuntur, à sacris vasisque puris arcentur. Galli tamen evirati erant sacerdotes Cybeles.

333. *Hippolyte.* ] Regina Amazonum victa ab Hercule.

334. *Penthesilea.* ] Altera Amazon, quæ fortiter militavit in bello Trojano. Virg. *Mediis in millibus ardet Penthesilea furens, &c.*

336. *Femineus labor.* ] Didonis, quæ Carthaginem; Semiramidis, quæ Baby-



- Eunuchus? quæ bella tulit? quas condidit urbes?  
 Illas præterea rerum natura creavit:  
 Hos fecere manus. seu prima Semiramis astu  
 340 Assyriis mentita virum, ne vocis acutæ  
 Mollities, levæse genæ se prodere possent,  
 Hos sibi conjunxit similes: seu Parthica ferro  
 Luxuries vetuit nasci lanuginis umbram,  
 Servatoque diu puerili flore coëgit  
 345 Arte retardatam Veneri servire juventam.  
 Fama prius falso similis, vanoque videri  
 Ficta joco. levior volitare per oppida rumor.  
 Riderique nefas: veluti nigrantibus alis  
 Audiretur olor, corvo certante ligustris.  
 350 Atque aliquis gravior morum, si talibus, inquit,  
 Creditur, & nimiis turgent mendacia monstribus:  
 Jam testudo volat, profert jam cornua vultur:  
 Prona petunt retro fluvii jura: Gadibus ortum  
 Carmani texere diem: jam frugibus aptum  
 355 Equor, & advectum silvis delphina videbo:  
 Jam cochleis homines junctos, & quidquid inane  
 Nutrit, Judaicis quæ pingitur India velis.

## INTERPRETATIO.

fecit? Quæ gessit prælia? Quas extruxit arces? Insuper natura produxit illas foeminas: industria fecit hos eunuchos. Seu Semiramis prima simulans dolose se esse virum apud Assyrios, ne mollitudo vocis enervata, & genæ imberbes possent indicare se, adjunxit hos eunuchos similes sibi: seu latus Parthicus prohibuit cultro oriri umbram barba, & flore puerili conservato longum, coëgit juventutem fræctam industriâ vacare voluptati. Primo fama coëpit apparere par falsitati, & excogitata per ludum inanem: murmur levius coëpit currere per urbes, & crimen irrideri: quasi corvo candidiore

ligustris, Cycnus pennis nigris audiretur. Tum quidam gravior moribus ait, si fides adhibetur hijsce rebus, & mendacia tument prodigijs immodicis: jam testudo volat, jam vultur offendit cornua, flumina retro euntia ascendunt culmina montium. Carmani Indiæ populi videntur solem orientem in Gadibus, & ipsi occultant occidentem. Jam mare idoneum est segeti, & conspiciam Delphinum alatum ex sylvis: jam conspiciam homines conjunctos conchis limacum, & quodcumque India alit vanum, India qua depingitur tapetibus Judaicis.

## ANNOTATIONES.

lonem inter mundi miracula relatam condidit. Nam ex Ovidio, ---Dicitur olim Coctilibus muriscinxisse Semiramis urbem.

340. *Manus.* ] Homines manu suâ & cultro fecerunt eunuchos. Christus apud S. Matth. cap. 19. *Sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus.*

346. *Fama.* ] Quæ celebravit Eutro-

pium esse consulem; quod sine crimine fieri non poterat.

354. *Carmani.* ] Η Ν Καρμανία πλουταία ὡς ἐστὶ τῆς δὲ τοῦ Ἰνδοῦ ἐκβολῆς, Carmania ab Indi ostio ultima est. Strabo.

355. *Judaicis.* ] India & res Indiæ portentoſæ depingebantur in tapetibus, seu



- His tribuit reges, his obside fœdera sancit  
Indicto bellorum alios transcribit in usus,  
Militet ut nostris detonsa Sycambria signis,  
Læta subit Romam pietas, & gaudia pænæ  
385 Moverunt lacrymas, tantoque exultat alumno.  
Sic armenta suo jam defensante juvenco  
Cellus assurgunt erectæ cornua matri.  
Sic jam terribilem stabulis dominumque ferarum  
Crescere miratur genitrix Massyla leonem.  
390 Dimovit nebulam, juvenique apparuit ingens.  
Tum sic orsa loqui: Quantum, te principe, possim,  
Non longinqua docent, domito quidd Saxone Tethys  
Mitior, aut fracto secura Britannia Pisto.  
Ante pedes humili Franco tristisque Suëvo  
395 Perfruor, & nostrum video, Germanice, Rhenum.  
Sed quid agam? discors Oriens felicibus actis  
Invidet, atque alio Phœbi de cardine surgunt  
Crimina, ne toto conspiret corpore regnum.

## I N T E R P R E T A T I O.

*Dat his Reges, constituit his fœdera, ob-*  
*sidibus imperatis: destinat alios in subsi-*  
*dium bellorum, ut Sycambria rarsa belli-*  
*geret sub vexillis nostris. Sensus pietatis*  
*jucunda movet Romam. & lætitia exci-*  
*tavit ferè fletus, ac triumphat alumno*  
*tanto Honorio. Ita tauro suo jam tutante*  
*armenta, cornua attolluntur læta matri*  
*ejus alius. Ita mater Massyla obstupescit*  
*leonem adulescere jam metuendum stabu-*  
*lis. Regemque futurum bestiarum, Roma*  
*removit nubem, & magna visa est ju-*  
*veni Honorio. Tunc Roma ita incipit lo-*  
*qui. Quantum valeam, te imperatore.*  
*ô Honori, non facta remota testantur,*  
*quidd Saxone profligato, mare est tutius,*  
*aut quodd Anglia tuta est Pictis debellatis,*  
*Fruor Francis summissis, & Suëvis aspe-*  
*ris jacentibus ad pedes meos, & intueor*  
*Rhenum in nostrâ potestate ô Honori,*  
*Germanice. At quid faciam? Imperium*  
*Orientis emulatur facta nostra fortunata,*  
*& scelera oriuntur ex aliâ viâ Solis, ne*  
*Imperium consentiat in partibus universis.*

## A N N O T A T I O N E S.

383. *Detonsa.* ] In signum victoriæ Ro-  
manæ: alioquin Sycambri comati erant.

389. *Massyla.* ] Massylia regio Asiæ, fa-  
mosa leonibus.

390. *Nebulam.* ] Dii Deique soliti regi-  
nubibus.

*Ingens.* ] Major erat Romæ species.

392. *Non longinqua docent.* ] Non opus  
est factis longinquis ac remotis, ut osten-  
datur, quantum possim, te Imperatore.

*Saxone.* ] Saxones, Picti, Franci, Sue-  
vi, Germani, alique populi à Stilichone  
aut victi aut compulsi sunt sub auspiciis  
Honorii.

394. *Germanice.* ] Roma blanditur Ho-  
norio, dum vocat eum Germanicum;  
alludens ad Germanicum illum, urbis or-  
bisque delicias, in quo Principe virtutes  
omnes heroicæ absque ullâ vitii maculâ  
elucebant.

398. *Crimina.* ] Eutropius, qui novo  
crimine ad consulatum evehitur.

*Conspiret.* ] Ne Imperium non perfectâ  
concordiâ fruatur in toto corpore, in  
partibus omnibus; ne non uno & eodem  
spiritu animoque regatur; ne non sit  
fortunatum, surgunt crimina in Oriente;  
Eutropio facto Consule.

- Gildonis taceo magnâ cum laude receptam  
 400 Perfidiam, & fretos Eoo robore Mauros.  
 Quàm suspecta fames, quantum discriminis urbi!  
 Nî tua vel soceri nunquam non provida virtus  
 Australem Arctpis pensasset frugibus annum.  
 Invectæ Rhodano Tiberina per ostia classes,  
 405 Cinyphisque ferax Araris successit aristis.  
 Teutonicus vomer, Pyrenæique juvenci  
 Sudavere mihi. segetes mirantur Iberas  
 Horrea: nec Libyæ senserunt damna rebellis  
 Jam Transalpinâ contenti messe Quirites.  
 410 Ille quidem solvit meritas, scit Tabraca, pœnas,  
 Ut pereat quicumque tuis conflixerit armis.  
 Ecce recens clades ab eisdem partibus exit,  
 Terrorisque minùs, sed plus habitura pudoris,  
 Eutropius Consul. pridem tolerare fatemur  
 415 Hoc genus, Arfacio postquam se Regia fœda  
 Sustulit, & nostros corruptit Parthia mores.

## INTERPRETATIO.

Sileo infidelitatem Gildonis subactam cum gloriâ ingenti. & Mauros subactos, etiam multis viribus Orientis. Quàm fames fuit timenda! Quantum periculi impendit urbi Romæ! Nisi fortitudo tua vel soceri Stilichonis semper prospiciens compensasset annonam meridianam messibus Septentrionalibus. Naves advecta sunt Rhodano per ora Tiberis. & Araris fecundus successit spiciis Africanis. Aratrum Teutonicum, & boves Pyrenæi laboraverunt pro me: granaria nostra admirantur fruges Hispania; & cives Romani jam saturati frugibus Transalpinis non cogitarunt de detrimento Libya rebellantis. Ista Gildo certè luit supplicium dignum. (Tabraca testatur) ut quisquis pugnaverit contra arma tua, deleatur. En Eutropius Consul, causa exitii subiti erumpit ex eisdem regionibus, paritura minùs timoris, sed plus dedecoris. Constatumur nos pati jamdudum hanc nationem eunuchorum, posteaquam Aula extulit sese superbiam Arfaciâ. & Parthia infecit mores nostros.

## ANNOTATIONES.

399. Receptam.] Taceo perfidiam Gildonis malè receptam, subactam, vindicatam, dum iste Maurus Libyam tentabat Imperio Romano avellere. Quod cum moliretur, annonæ penuria urbem Romanam infestasset, nisi Stilicho providisset.

400. Eoo robore.] Viribus Orientis. Eutropius quippe tentabat annectere Libyam Imperio Orientis, ut bellum inter fratres aleret, in bello se potentiorum esse ratus.

403. Arctois frugibus.] Frugibus advectis ex Galliâ, quæ est versus septentrio-

nem habitâ ratione Romæ.

405. Cinyphis.] Africanis, ex Libya scilicet venientibus. Suprà de bello Gildonico v. 7.

406. Teutonicus.] Cimbri & Teutones, eam quam Dani, partem terrarum tenebant.

410. Tabraca.] seu *ῥακάδης* urbs Libya, ad quam victus est Gildo.

412. Clades.] Eutropius causa tot cladum, tanti exitii, exiit ex Africa.

415. Arfacio.] Superbiâ simili superbiz Arfacidarum qui Parthorum erant Reges.

- Præfæcti sed adhuc gemmis, vestique dabantur  
 Custodes, sacroque adhibere silentia somno.  
 Militia eunuchi nunquam transgressa cubile;  
 420 Non vitâ spondente fidem, sed inertia tutum  
 Mentis pignus erat. secreta monilia servant,  
 Ornatus curent Tyrios: à fronte recedant  
 Imperii. tenero tractari pectore nescit  
 Publica Majestas. nunquam vel in æquore puppim  
 425 Vidimus eunuchi clavo parère magistri.  
 Nos adedò sperni faciles? orbisque carina  
 Vilior? Auroram certè, quæ talia ferre  
 Gaudet, & assuetas sceptris muliebribus urbes  
 Possideant. quid belliferam communibus urunt  
 430 Italiam maculis, nociturâque probra severis  
 Admiscent populis? peregrina piacula forti  
 Pellantur longe Latio, nec transeat Alpes  
 Dedecus. in solis, quibus extitit, hæreat arvis.  
 Scribat Halys, famæ scribat contemtor Orontes

## INTERPRETATIO.

Vitâ eunuchi fiebant adhuc tantum præpositi lapillis servandis, & custodes vestimentis, & ad curanda silentia somni sacra. Bella eunuchi nunquam præterierunt lectum, vitâ eorum non promittente fidelitatem, at ignavia erat monumentum securum animi. Custodiant igitur gemmas sepositas, invigilent vestibus Tyriis: sed removeantur à gubernaculo Regni. Autoritas Reipublica non potest geri ab hoc effeminato. Numquam vel in mari, asperimus navim obedire gubernaculo eunuchi rectoris. Nos tam facile contemnuntur? An navis mundi abjectior est navi maris? Hæc monstra habeant certè Orientem, qui latetur pati talia, & civitates assuescunt potestati sceminea. Quare inficiunt communi dedecore Italiam bellicosam, & miscunt dedecora noxia cum gentibus tenacibus virtutis? crimina externa expellantur procul ex Italiâ, neque hæc infamia trajiciat Alpes: adhaereat in uno agris, in quibus est. Halys inscribas hoc, Orontes securus fama lux inscribas

## ANNOTATIONES.

417. *Dabantur adhibere.*] Phrasîs Græca, id est dabantur, ut curarent silentia sacri somni Principum Augustorum: quorum somnus dicitur sacer, quia Personæ sunt sacre. Innuit Eutropium fuisse præpositum sacri cubiculi.  
 422. *Fronte.*] A gubernaculo, seu capite imperii.  
 428. *Sceptris muliebribus.*] Ut Semiramidis, Zenobiz, Amazonum.  
 429. *Urunt.*] Velut stigmati probrosis.  
 430. *Severis.*] Populis virtutum rigidis custodibus, & hæc monstra severè expellentibus.  
 434. *Scribat.*] Halys, & Orontes inscribant in fastis nomen monstrofi Confulis. Strabo: Ὀνόμασται δὲ δὲ τῶν αἰῶν ἂς παρέρει. ἔχει δὲ τὰς πύλας ἐν τῇ μεγάλῃ Καππαδοκίᾳ. Halys nominatur à salibus, quos præterlabitur. Fontes habet in magnâ Cappadociâ. Alluit Galatas & Paphlagonas.  
*Fama contemtor Orontes.*] Fluvius Syriorum, qui molles sunt & famam contemnunt. De hoc Strabo: Τὸ δὲ ὄνομα δὲ τῶν χειρῶσαντες αὐτὸν Ὀρόντου μαπλάς, καλούμενος πρῶτον Τυφῶν. Nomen ab Oronte; qui in ipso pontem fecit, accepit, dictus ansea Typhon.

- 435 Per te, p̄rque tuos obrestor Roma, triumphos,  
Nesciat hoc Tiberis, nunquam poscentibus olim  
Qui dare Dentatis annos Fabiisque solebat.  
Martius eunuchi repetet suffragia campus?  
Æmilios inter, servatorésque Camillos
- 440 Eutropius? jam Chrysofonis tua, Brute, potestas.  
Narcissisque datur? natos hoc dedere pœnæ.  
Profuit, & misero civem præponere patri?  
Hoc mihi Janiculo positis Etruria castris  
Quæsiit, & tantum fluvio Porfenna remotus?
- 445 Hoc meruit vel ponte Cocles, vel Mutius igne?  
Visceribus frustra castum Lucretia ferrum  
Merfit, & attonitum tranavit Clælia Tiberim?  
Eutropio fasces adservabantur ademti  
Tarquiniis? quemcumque meæ vexere curules,
- 450 Laxato veniat socium aversatus Averno.

## INTERPRETATIO.

hoc monstrum. Sed ego Roma oro te per te & per victorias tuas, ut Tiberis non videat hoc; Tiberis, qui consueverat distribuere consulatus quondam Dentatis & Fabiis nunquam ambientibus. Campus Martius recitet suffragia eunuchi? Eutropius sit inter Æmilios, & Camillos custodes? O Brute, jam potentia tua conceditur Chrysofonis & Narcissi? An ideo iuvit trahere supplicio filios, & præferre civem parenti afflicto? An Thufcia peperit hoc mihi, castris metatis in Janiculo, & Porfenna exclusus solum flumine? Horatius: Cocles hoc meritis est ponte defenso, vel Mutius Scaevola flammâ spreto? Lucretia: condidit inutiliter pugionem pudicum in pectore, & Clælia trajecit Tiberim obstupescitum: An fasces orepti Tarquiniis conservabantur Eutropio? Ille, quemcumque mea sella eburnea gestaverunt, inferis solutus adveniat, persecuturus hunc collegam.

## ANNOTATIONES.

437. *Dentatis, Fabiis.* ] Hæ veterum erant Romanorum familiæ, magnâ & frugalitate & fortitudine spectabiles.
438. *Martius.* ] Quasi per indignationem diceret, fierine potest ut in campo Martio creandis magistratibus destinato reperantur videanturque suffragia eunuchis data? Fierine potest ut Eutropius videatur inter nomina Æmiliorum & Camillorum, tam illustrium Romæ Ducum?
439. *Servatores.* ] Camillus urbem servavit, Gallis expulsis; unde & dictus, aliter Roma conditor.
440. *Chrysofonis & Narcissi.* ] Hi erant liberti; hic Claudii Cæsaris, ille Syllæ.
441. *Dedere pœna.* ] An ideo Posthumius Tubertus, & Manlius Torquatus filios proprios exposuerunt supplicio, & sic prætulerunt animos civis, animo & amoris paterno? An ita se gesserunt in honorem Romæ, ut Roma serviret Eutropio?
443. *Janiculo.* ] In Janiculo, uno ex septem Romæ collibus, Porfenna Rex Thufcorum confederat; ubi, exclusus solo fluvio Tibri, Tarquinius ejectos restituere tentabat.
446. *Lucretia.* ] Casta uxor Collatini, violata ab Arunte Tarquini superbi filio, se occidit, cognatos prius & amicos ad pudicitiam suæ ultionem exhortata.
- Castum ferrum.* ] Quo feriit castum pectus.
447. *Clælia.* ] Nobilis Virgo Romana, data cum aliis Virginibus obsec Porfennæ, Tiberin vel natando, vel equitando tranavit, patriamque repetiit.

N.n.

- Impensi sacris Decii prorumpite bustis,  
 Torquatique truces, animosaque pauperis umbra  
 Fabricii, túque ô si fortè inferna piorum  
 Jugera & Elyfias scindis, Serrane, novales,  
 455 Pœno Scipiadæ, Pœno præclare Lutati,  
 Sicaniâ Marcelle ferox, gens Claudia surgat.  
 Et Curii series; & qui sub jure negasti  
 Vivere Cæsareo, parvo procede sepulcro  
 Eutropium passure Cato. remeate tenebris  
 460 Agmina Brutorum, Corvinorumque catervæ.  
 Eunuchi vestros habitus, insignia sumunt  
 Ambigui Romana mares. rapuere tremendas  
 Hannibali Pyrrhóque togas. flabella perosi  
 Adspirant trabeis. jam non umbracula gestant  
 465 Virginibus, Latias ausi vibrare secures.  
 Linquite fœmineas, infelix turba, latebras,  
 Alter quos pepulit sexus, nec suscipit alter.  
 Exocti Veneris stimulos, & vulnere casti.

## I N T E R P R E T A T I O.

O Decii devoti patriæ, emergite ex tumu-  
 lis sacratis. & vos ô Torquati severi,  
 & manes generosi Fabricii pauperis, &  
 tu ô Serrane, si forsan proscindis agros  
 inferos piorum, & culta Elyfiorum cam-  
 porum, O Scipio & Lutati illustres Car-  
 thaginiensibus victis, ô Marcelle superbe  
 Sicilia subactâ. Genus Claudiorum exur-  
 gat, & progenies Curii: & tu, ô Cato,  
 qui recusasti vivere sub potestate Cæsaris,  
 egredere tumulo exiguo, toleraturus Eu-  
 tropium. O turba Brutorum, & cohortes

Corvinorum exite inferis, Eunuchi gerunt  
 vestes vestras. mares dubii gerunt mo-  
 numenta vestra: præripuerunt vestimenta  
 timenda olim Annibali & Pyrrho: exosi  
 ventilabra, affectant vestes consula-  
 res, jam non ferunt umbellas puellis,  
 audent torquere secures Italia. Exite  
 ex secessibus mulierum, ô catervæ infor-  
 tunata eunuchorum, quos sexus alter  
 virilis expulsi, neque alter muliebris re-  
 cipit; habentes cupiditatem libidinis  
 amputatam, & pudici ob plagam:

## A N N O T A T I O N E S.

452. [Torquati.] Supra v. 441. &c.  
 455. [Lutati.] Lucatius Catulus civis  
 Romanus cum 300 navibus, Pœnorum  
 naves 600 vicit apud Ægates, inter Sici-  
 liam & Africam.  
 458. [Parvo sepulchro.] Varro Atacinus,  
 Marmoreo tumulo Licinus jacet: at Ca-  
 to parvo,  
 Pompeius nullo, &c.  
 460. [Corvinorumque.] M. Valerius  
 Corvinus, duce Camillo, in Gallum pro-  
 vocatorem solus processit: Corvus ab  
 ortu Solis, Valerii galeam infedit, & ita  
 ora oculisque Galli verberavit, ut vince-

retur à Valerio, qui inde dictus est  
 Corvinus.

462. [Ambigui mares.] De quibus du-  
 bitatur, an sint mares, an fœminæ?

463. [Flabella.] Exosi & relinquentes  
 ventilabra, quibus à virginibus nobili-  
 bus ardorem nimium removebant; aspi-  
 rant, affectantque consularum, Aspirant,  
 alludit ad alium spiritum, ad aliam au-  
 ram, auram scilicet ambitionis.

466. [Latebras.] Secessus, cubacula, in  
 quibus eunuchi adstant fœminis operam  
 præstituri,

- Mista duplex ætas. inter puerumque senemque  
 470 Nil medium. falsi complete sedilia patres.  
 Ite novi procures, infœcundoque senatu  
 Eutropium stipate ducem. celebrate tribunal  
 Pro thalamis. verso jam discite more curules,  
 Non matrum pilenta sequi, neu prisca revolvam,  
 475 Neu numerem quantis injuria mille per annos  
 Sit retro ducibus: quanti fœdabitur ævi  
 Canities: unam subeant quot secula culpam?  
 Inter Arinthæi fastus, & nomen herile,  
 Servus erit, dominoque suos æqualis honores  
 480 Inferet. heu, semper Ptolemæi noxia mundo  
 Mancipia! en alio lædor graviore Pothino,  
 Et patior majus Phario scelus. ille cruorem  
 Consulis unius Pellæis ensibus hausit.  
 Inquinat hic omnes. si nil privata movebunt,

## INTERPRETATIO.

quibus est ætas gemina: nihil medium est inter puerum & senem: patres falsi, replete subsellia. Incedite novi primores, & cingite Eutropium ductorem vestrum curiæ sterili. Frequentate tribunal pro lætæ. Jam consuetudine mutatâ, discite comitari sellas eburnæas, non currus matronarum. Nêve referam antiqua, nêve recenseam, quantis dedecus sit ductoribus per annos mille præteritos. Quanti temporis antiquitas contaminabitur? Quot secula patientur unam ignominiam? Inter magnitudinem Arinthæi, & nomen Domini, servus Eutropius invenietur, & similis miscebit magistratum suum cum domino. Prô! servos Ptolemæi semper funestos orbi! Ecce offendor Pothino altero perniciosiore. Ecce fero crimen acerbius Ægyptio crimine. Ille Pothinus exorbuuit sanguinem unius consulis Pompeii gladiis Alexandrinis: hic Eutropius inscit omnes. Si res privata nihil te commovebunt,

## ANNOTATIONES.

469. *Inter puerumque senemque*, Nil medium. ] Inter puerum & senem est vir, sed eunuchus vir non est, ac proinde nil medium inter utrumque. Eunuchus nec vir est, nec foemina.  
 470. *Falsi patres*. ] Cùm veri esse non possint. Alludit ad Patres Conscriptos.  
 476. *Sit retro ducibus*. ] Vident omnes, quanta injuria facta sit tot ducibus retro præteriti temporis, cum factus est consul indignus, qui inter eos numeratur. Id dedecus omnia ferent secula.  
 477. *Canities*. ] Antiquitas veneranda, ut canities in sene.  
 478. *Arinthæi*. ] Fieri potest ut in factis iisdem legatur nomen Arinthæi consulis, & nomen consulis Eutropii, qui fuit Arinthæi servus. Arinthæus autem fuit vir illustris, togatâ & armatâ militiâ clarissimus.  
 480. *Ptolemæi*. ] Regis Ægypti, cujus servus Pothinus ad dignitates sublarus occidi jussit Pompeium Magnum.  
 481. *Mancipia*. ] Non quòd Eutropius fuerit servus Ptolemæi, sed quòd natus fuerit ex Africâ, in quâ regnavit Ptolemæus.  
 482. *Majus*. ] Majus scelus quam Pharium, seu quod patratum est in Ægypto, quæ Pharia dicitur à Pharo insulâ Nili.  
 483. *Pellæis*. ] Alexandrinis. Alexandria enim urbs Ægypti condita fuit ab Alexandro Pellæ nato.

N n ij



- 485 At tu principibus, nostræ tu prospice causæ,  
Regalesque averte notas. hunc aspicit unum  
Aula magistratum. vobis patribusque recurrit  
Hic alternus honos. in crimen euntibus annis  
Parce, quater Consul. contagia fascibus oro  
490 Defendas ignava tuis, neu tradita libris  
Nomina, vestitusque meos, quibus omne, quod ambit  
Oceanus, domui, tantâ caligine mergi  
Calcarique sinas. nam quæ jam bella geramus  
Mollibus auspiciis? quæ jam connubia prolem,  
495 Vel frugem latura seges? quid fertile terris,  
Quid plenum sterili possit sub Consule nasci?  
Eunuchi si jura dabunt, legesque tenebunt,  
Ducant pensa viri, mutatoque ordine rerum  
Vivat Amazonio confusa licentia ritu.  
500 Quid trahor ulterius? Stilicho, quid vincere differs?

## INTERPRETATIO.

At tu, ô Stilicho, consule Principibus, & causa nostra, & remove maculas Imperatorias. Regia intuetur hunc unum magistratum. Hic honos consulatus redit vobis & Senatoribus alternatim. O Stilicho quartum consul succurre annis labentibus in scelus: vogo te, ut arceas à fascibus tuis contagionem inertem; nève permittas nomina tot consulum prodita fastis, & vestes meas, quibus superavi id omne, quod Oceanus cingit, sepeliri tantis tenebris, & proteri. Etenim qua jam facimus praelia, ducibus effœminatis? Qua jam matrimonia paritura sunt sobolem, qua seges paritura messem? Quid fecundum in orbe, quid maturum queat produci sub Consule infœcundo? Eunuchi sibi ferent jura, & si moderabuntur leges, viri trahant pensa, & serie rerum conversâ, libertas effrenata agat more Amazonum. Quare moror amplius? O Stilicho, quare procrastinas superare,

## ANNOTATIONES.

485. *Nostra causa.* ] Quæ dedecoratur à tam turpi Consule.

486. *Regales notas.* ] Averte dedecus Imperatoris Arcadii, cujus Aula hoc monstro inficitur.

487. *Recurrit.* ] Recurrit consulatus, & vos post Eutropium illum gerere sustinebitis?

488. *In crimen euntibus.* ] Anni qui nominantur à consulibus, dedecorabuntur tam turpi consule, & nemo deinceps nisi turpis, volet esse consul. Nempe majores dignitates dedecorantur ab hominibus abjectis: & dignitates vel minimæ nobilitantur à viris magnis. Sic Epaminondas, cum viarum stemendarum cura ipsi contumeliosè demandata fuit, abje-

ctissimum negotium pro amplissimo ornamento expetendum Thebis reddidit. Val. Maximus.

494. *Auspiciis.* ] Olim captabantur auspicia, seu consulebantur aves, antequam bella gererentur.

498. *Pensa.* ] Viri trahent pensa, nebunt instar mulierum, si effœminati negotia virilia obire velint.

499. *Amazonio ritu.* ] Mulieres viris dominabuntur: alii legunt *sistro*; nec malè: *σίστρον*, δὲ τὸ σὺναι quater, est crepitaculum æreum, quo Amazones in bello utebantur, & Iſidis Sacerdotes in sacris, & Egyptii etiam in bello: unde Virgilius de Cleopatra: *patrio vocat agmina sistro*.

Dum certare pudet? nescis quod turpior hostis  
 Lætitia majore cadit? piratica Magnum  
 Erigit: illustrat servilis laurea Crassum.  
 Annuis. agnosco fremitum, quo palluit Eurys,  
 505 Quo Mauri Gildoque ruit. quid Martia signa  
 Sollicitas? non est jaculis, hastisve petendus.  
 Conscia succumbent audito verberare terga.  
 Ut Scythæ post multos rediens exercitus annos,  
 Cum sibi servilis pro finibus obvia pubes  
 510 Iret, & arceret dominos tellure reverbos,  
 Armata ostensis aciem fudere flagellis.  
 Notus ab incæptis ignobile reppulit horror  
 Vulgus, & adductus sub verbera torpuit ensis.

## INTERPRETATIO.

*dum erubescis dimicare? An ignoras, quod hostis deformior vincitur cum gaudio majore? Piratica victoria extollit Magnum Pompeium. Laurus servilis nobilitat Crassum. Concedis petita. Cognosco murmur, quod terruit Orientem, quo Mauri & Gildo victi sunt? Quid requiris vexilla Martis? Non hostis aggrediendus est arcubus & cuspibus: terga hominis conscii deiciuntur flagro audito, sicut exercitus Scytharum revertens post multos annos, cum juvenis servilis veniret sibi obviam ad confinia regionis, & repellere dominos redeuntes in terram patriam, flagris monstratis vicerunt turbam armatam: timor expertus deterruit à captis multitudinem servorum obscuram, & gladius sublati ad plagam sub flagro elanguit.*

## ANNOTATIONES.

502. *Piratica.*] Pompeius vicit piratas. Crassus Spartacum aliisque servos, & ambo multam hinc laudem sibi comparaverunt.  
 507. *Conscia terga.*] Hominis servum se esse conscii.  
 508. *Ut Scythæ.*] Scythæ ex Justino, tertiâ expeditione Asiaticâ, octo annis absunt à conjugibus: hæc servis nubunt, qui armati dominos redeuntes velut advenas finibus prohibent. Scythæ post varia prælia, inopinantibus verbera inten-

tant: adeoque illos percellunt, ut quos ferro non poterant, metu verberum vincerent: alii occisi, alii capti & cruci affixi. Sic ex Pacato, tanta vi conscientia fuit, ut ab inermibus verterentur armati: & qui obtulerant mortibus pectora, darent terga verberibus.  
 513. *Adductus.*] Sublatus in plagam ferendam, vel additus, id est servilis gladius, nam olim quidam nexi in servitutem creditoribus addicebantur: idque petum est ex ipsis Juris fontibus.





# CL. CLAUDIANI

## IN EUTROPIUM

### LIBER II.

#### ARGUMENTUM PROLOGI.

**I**L LUDIT Eutropio, qui ex Consule, factus est servus & exul.

#### PROLOGVS.

**Q**UI modò sublimes rerum flectebat habenas  
 Patricius, rursus verbera nota timet;  
 Et solitos tardæ passurus compedis orbes,  
 In dominos vanas luget abisse minas.  
 Culmine dejectum vitæ fortuna priori  
 Reddidit, infano jam satiata joco.  
 Scindere nunc aliâ meditatur ligna securi,  
 Fascibus & tandem vapulat ille suis.

#### INTERPRETATIO.

**I**LLE Eutropius Patricius, qui nuper  
 imoderabatur imperium altum, metuit  
 iterum flagra experta sibi. Et toleraturus  
 batum honoribus. Nunc ille apparatus ca-  
 dero ligna bipenni alterâ, & demum  
 tiones suas inanes in dominos evanuisse. verberatur fascibus suis.

#### ANNOTATIONES.

1. *Sublimes habenas.*] Qui sublimis in altâ sede regebat habenas Imperii.
2. *Patricius.*] Senatoris instar, in nobilitatem allectus: quæ Patricii dignitas amplissima est, & non finitur, nisi cum vitâ, ex Cassiodoro: at secus accedit in Eutropio.
3. *Passurus.*] Passurus catenas, ut olim, dum vinctus opus servile faceret. Id quod
4. *Dominos.*] Eutropius factus Consul, ut exstingeret vitæ prioris sordes, suos dominos volebat extinguere: sed nunc dolet minas illas vanas fuisse.
5. *Scindere ligna.*] Ut servus vilissimus scindit ligna, sed non hac securi, quam gestabat dum esset consul.
6. *Fascibus.*] Verberatur fasciculis ex betullâ factis, more servorum. Alludit ad fasces Consulium.

- Illatas Consul pœnas, se Consule, solvit.  
 10 Annus qui trabeas, hic dedit exilium.  
 Infaustum populis in se quoque vertitur omen.  
 Sævit in auctorem prodigiosus honos.  
 Ablato penitus respirant nomine fasti,  
 Maturamque lucem sanior aula vomit.  
 15 Dissimulant focii, conjuratique recedunt.  
 Procumbunt pariter cum duce tota cohors,  
 Non acie victi, non obsidione subacti,  
 Ne pereant ritu, quo periëre viri.  
 Concidit exiguae dementia vulnere chartæ.  
 20 Confecit sævum littera Martis opus.  
 Mollis fœmineâ detruditur arce tyrannus,  
 Et thalamo pulsus perdidit imperium.  
 Sic juvenis, nutante fide, veterique reductâ  
 Pellice, defletam linquit amica domum.  
 25 Canitiem largo raram de pulvere turpat,

## INTERPRETATIO.

*Consul luit supplicium irrogatum, se Consule. Hic annus, qui dederat consulatum, dedit exilium. Augurium infortunatum gentibus convertitur etiam in se, dignitas monstrosa furit in auctorem suum. Fasti liberiores sunt, nomine Eutropii eraso omnino, & Regia sanior evomit pestem putrefactam. Comites ejus mussant, & conspirantes abeunt; omnis caterva eunuchorum cadit simul cum ductore.* Non superati sunt bello, non domiti obsidiis, ne cadant eo more, quo viri occiderunt. Amentia tota cecidit ictu papyri tenuis: epistola implevit laborem crudelem Martis. Tyrannus effœminatus deturbatur ex fastigio muliebri, & expulsus lecto amissis regnum. Ita amasia describit domum tristem, fidelitate adolescentis amici vacillante, & concubinâ antiquâ revocatâ. Eutropius deformat cinere multo canos jam paucos,

## ANNOTATIONES.

9. *Consul.* ] Qui fuit Consul, sentit eandem pœnas sibi inferri, quas aliis inferebat.

10. *Exilium.* ] In insulam Cyprum,

11. *Omen.* ] Consulatus mali ominis, seu monstrosus Eutropio datus, convertitur in se, id est ipsum Eutropium, quem in servitutem retrahit, retractum expellit: sicque sævit in ipsum autorem, id est in ipsum Eutropium autorem monstrosi consulatus; dum eum gereret.

13. *Respirant fasti.* ] Quasi gemerent oppressi nomine Eutropii.

14. *Maturam aula sanior.* ] Et velut repurgans sese, vomit Eutropium, seu vomitâ aliquam maturam, hoc est satis putrefactam.

19. *Vulnere.* ] Dementia Eutropii aliorumque eunuchorum fracta est vulnere

seu ictu rescripti Principis; sicque epistola fecit, quod bellum fecisset, Eutropium ejiciendo. Nempe Gaius seu Gaines insensu Eutropio, & impulsus à Stilichone, petit ab Arcadio, ut sibi iste dedatur. Eutropius fugit in templum tanquam in asylum. Inde per promissa educitur: relegatur in Cyprum: pōt mittitur Chalcedonem, & ibi interficitur.

21. *Arce.* ] Deturbatus ex fastigio rerum, ad quod vir effœminatus ascenderat. Alii legunt *arte fœmineâ*, quod Eudoxia Augusta ab Eutropio offensa Pulcheriam & Arcadium filiolas in sinu gerens, conquesta sit coram Imperatore Arcadio, de istius miseri impudentiâ; quæ ipsi minabatur eam se ad suos esse reduturum, quod nonnisi filias pareret.

- Et lacrymis rugas implet anile gemens.  
 Suppliciterque pius humilis prostratus ad aras  
 Mitigat iratas voce tremente nurus.  
 Innumeri glomerantur heri, sibi quisque petentes  
 30 Mancipium solis utile suppliciis.  
 Quamvis fœdus enim, mentemque obsœnior ore,  
 Ira dabit pretium. pœna meretur emi.  
 Quas, spado, nunc terras, aut quem transibis in axem?  
 Cingeris hinc odiis, inde recessit amor.  
 35 Utraque te gemino sub fidere regia damnat.  
 Hesperius nunquam, jam nec Eous eris.  
 Miror cur, aliis qui pandere fata solebas,  
 Ad propriam cladem, cæca Sibylla, taces?  
 Jam tibi nulla videt fallax insomnia Nilus.  
 40 Pervigilant vates nec, miserande, tui.  
 Quid soror? audebit tecum conscendere puppem,  
 Et veniet longum per mare fida comes?  
 An fortasse toros eunuchi pauperis odit,  
 Et te nunc inopem dives amare negat?

## INTERPRETATIO.

& flens anilior, replet rugas suas fletibus, & submissus advolutus religiosè ad altaria sacra, mulcet verbis tremulis nurus indignantes, Domini infiniti congregantur, poscentes sibi quisque servum Eutropium aptum verberibus unis. Nam etsi turpis est, & habet animum turpiorem vultu, furor numerabit pecuniam; supplicium ejus meretur emi. O Eunuche, in quas nunc transgredièris terras, aut quam in regionem? Hinc circumdavis odiis, inde amor abiit. Aula dua condemnant

te, sub duobus Imperatoribus, jam nunquam eru occidentalis, nec Eous. Admiror, cur tu qui consueveras aperire futura ceteris, sileas in calamitate tuâ, velut Sibylla muta? Jam Nilus vane nulla cernit somnia, neque harioi tui vigilans tibi, ô miser. Quid soror tua facit? An audebit ascendere navim tecum, & socia fidelis sequetur per mare longum? An fortè odit thalamum eunuchi egeni, ipsa locuples, & recusat nunc diligere te egenam?

## ANNOTATIONES.

27. *Pius aras.* ] Aras Christianorum, ad quas fugerat; & quibus se indignum præstiterat; cum eo adduxisset Arcadium, ut vetaret, ne quis ad Ecclesiam confugeret.

28. *Iratas.* ] Indignantes tale monstrum.

32. *Ira.* ] Ira dabit pecuniam, faciètiæ ut ematur ipsa pœna, hoc est homo pœnâ supplicioque mulctandus.

35. *Utraque Regia.* ] Constantinopolitana & Romana.

*Gemino sub fidere.* ] Sub Arcadio & Honorio, qui tanquam duo astra Orientem & Occidentem regunt.

37. *Aliis qui pandere fata solebas.* ] Dum referebat oracula Ægyptiorum. Supra lib. I. in Eutrop. v. 312. & 313.

38. *Cæca Sibylla.* ] Vocat & Eutropium Sibyllam, quod esset vetulæ simillimus.

39. *Insomnia.* ] Supra lib. I. in Eutrop. v. 312.

41. *Soror.* ] Uxor, quam Eutropius habebat ut sororem.

45 Eunuchi

- 45 Eunuchi jugulum primus secuisse fateris;  
Sed tamen exemplo non feriere tuo.  
Vive pudor fatis. en quem tremuere tot urbes!  
En cujus populi sustinuerunt jugum!  
Direptas quid plangis opes, quas natus habebit?  
50 Non aliter poteris principis esse pater.  
Improbe quid pulsas muliebribus astra querelis,  
Quod tibi sub Cypri litore parva quies?  
Omnia barbarico per te concussa tumultu.  
Crede mihi, terris tutius æquor erat.  
55 Jam non Armenios jaculis terrebis & arcu.  
Per campos volucrem non agitabis equum.  
Dilecto caruit Byzantius ore senatus.  
Curia consiliis æstuat orba tuis.  
Emeritam suspende togam, suspende pharetram.  
60 Ad Veneris partes ingeniumque redi.  
Non bene Gradivo Ienonia dextera servit;  
Suscipiet famulum te Cytherea libens.

## INTERPRETATIO.

Tu ð Eutropi confiteris primum te ampu-  
tasse cervicem eunuchò, astamen non per-  
cutieris exemplo tuo. Vive ignominia fa-  
torum. Ecce iste, quem tot urbes timue-  
runt? Ecce iste, cujus servitutem tot gen-  
tes tulerunt? Quare fies divitiarum tuarum po-  
pulas, quas filius tuus possidebit? Non  
poteras aliter esse pater Imperatoris. Sco-  
lariis, quare feris sidera quæstibus fami-  
neis, quid requies parata est tibi sub orâ  
Cypri? Omnia labefactata sunt per te bel-

lis barbarorum, crede mihi, mare secu-  
rius erat tibi, quam terra. Jam non per-  
cutes Armenios telis & sagittis, non ages  
equum velocem per agros. Curia Con-  
stantinopolitana privata est ore caro Eu-  
tropii, Curia fluctuat privata consiliis  
tuis. Depone vestem sanctam officio, de-  
pone pharetram, & revertere ad factio-  
nem atque Veneris. Manus Ienonia  
non rectè famulatur Marti, Venus volans  
recipiat te servum.

## ANNOTATIONES.

46. Non feriere. ] Nam vita tibi re-  
linquetur,

Præbeat ut sensum materiæque malis.  
Ovidius.

47. Vive pudor. ] Etiam vita tibi cōcede-  
tur ad te torquendū, & ad foeti pudorem.

49. Natus. ] Patricii dicebantur patres  
Imperatoris. Hinc irridet Eutropium pa-  
triciū, cujus opes possidet Imperator,  
quem vocat Eutropii filium, quod ejus  
bonis succedat velut novus hæres & filius.  
Cæterum exules, & capitali judicio dam-  
nati bona amittebant.

51. Muliebribus querelis. ] Instar fœ-  
minarum.

52. Cypri. ] Sacra Veneri est insula Cy-  
pros: & ideo jure homo effœminatus in  
hanc insulam mittitur,

53. Barbarico tumultu. ] A Barbaris per-  
te accitis, bello excitato.

57. Dilecto. ] Ironicòs, ut & multa  
alia. Dilecto ore, vel caro capite, vel  
amabili eloquentiâ Eutropii privatus est  
Senatus.

Byzantius. ] Bizantium seu Constanti-  
nopolis, urbs maxima ad Bosporum Thra-  
ciunr.

59. Emeritam. ] Emeritus est miles,  
qui functus est officio: hinc dicitur *eme-  
rita toga*, quæ post officium consulare  
deponenda est, & sic quodammodo offi-  
cio suo functa est.

Suspende. ] Eorum more, qui arcus sus-  
pendebant, cum futuri erant inutiles.

62. Cytherea. ] Venus ab insulâ Cythe-  
ris, vulgo *Cerigo*.

- Insula læta choris, blandorum mater amorum.  
 Nulla pudicitiae cura placere potest.  
 65 Prospectant Paphiae celsa de rupe puellae,  
 Sollicitae, salvam dum ferat unda ratem.  
 Sed vereor ne te teneant Tritones in alto  
 Lascivas doctum fallere Nereidas:  
 Aut iidem cupiant pelago te mergere venti,  
 70 Gildonis nuper qui tenuere fugam.  
 Inclyta captivo memoratur Tabraca Mauro.  
 Naufragio Cyprus sit memoranda tuo.  
 Vecturum moriens frustra delphina vocabis.  
 Ad terram solos devehit ille viros.  
 75 Quisquis adhuc similes eunuchus tendit in actus,  
 Respiciens Cyprum desinat esse ferrox.

## INTERPRETATIO.

*Insula est jucunda saltationibus; nutrix amorum tenerorum, nulla cura castitatis potest amari. Virgines Cypriae afficiunt ex saxis altis, anxiae, donec aqua afferat navim Eutropii incolumem. At timeo, ne Tritones retineant in mari te, paritum decipere Nereides luxuriantes: vel timeo ne iidem vansi, qui modo impediverunt* *effugium Gildonis, tentent te submergere mari. Tabraca illustris pradicatur, Mauro capto. Cyprus sit pradicanda naufragio tuo. Inutiliter implorabis obiens Delphinum portaturum te, ille portat ad litus viros unos. Quicumque eunuchus vertit se ad facta paria, spectans Cyprum cesset esse crudelis.*

## ANNOTATIONES.

65. *Paphia.*] Sic dicta ab urbe Papho, quae est in insula Cypro.  
 67. *Tritones.*] Monstra marina, caeque lasciva, atque salacia.  
 69. *Venti.*] Amici Romanorum, inimici eorum, qui rem Romanam pessum-
- dare volunt.  
 71. *Tabraca.*] Urbs Libyae, ad quam deletus est Gildo Maurus.  
 73. *Delphina.*] Ut illum invocavit Arion, & ab eo delatus incolumis.

## ARGUMENTVM LIBRI.

**E**UTROPIUS pellitur, sed serò post tot praesagia. Irridentur decretus ipsi Consulatus, statuae, uxor, secessus Ancyranus. Bellona & Mars hunc detestantur; Bellona à Marte impulsæ, sub specie conjugis, Targibilum excitat ad monstrum vindicandum. Mox Targibilus, cui Phrygia assignata fuerat, desciscit à Romanis: vastat Phrygiam: dolet Cybele. Eutropius concilium cogit hominum vilium, & gulosorum: hortatur ad bella. Leo Eutropii minister, lanificus quondam, armat, pugnat, deletur: plena omnia cladibus & rebellionibus. Omnes vindicem expetunt Stilichonem, ad id invitat illum ipsa Aurora.

## CARMEN XX.

- M**YGDONII cineres, & si quid restat Eoi;  
 Quod pereat, regni; certe non augure falso  
 Prodigiis patuere minæ, frustra peracto  
 Vulnere monstriferi præfagia discitis anni.  
 5 Cautior antè tamen violentum navita Corum  
 Prospicit, & tumidæ subducit vela procellæ.  
 Quid juvat errorem mersâ jam puppe fateri?  
 Quid lacrymæ delicta levant? stant omina vestri  
 Consulis. immotis hæc piacula fatis.  
 10 Tunc decuit sentire nefas, tunc ire recentes  
 Detergum maculas. veteri post obruta morbo  
 Corpora, Pæonias nequidquam admoventis herbas.  
 Ulcera possessis altè suffusa medullis,  
 Non leviori manu, ferro sanantur, & igni,  
 15 Ne coëat frustra mox eruptura cicatrix.

## INTERPRETATIO.

**O** Reliquia Phrygia, & si quid superest Imperii Orientis, quod everatur; minationes verè monstri cognita sunt prædictione verâ, & plagâ factâ. cognoscitis inutiliter anguria anni monstruosa. Prius tamen nauta prudentior consulit Corum rapidum, & subtrahit carbasa tempestati imminenti. Quid prodest confiteri culpam, nave jam submersâ? Quid stotus profuit peccatis? mala prodigiofa Consulibus vestri Eutropii remanent: crimina remanent, fatis inconcussis. Tum oportuit persentiscere scelus, tum properare ad eluendam infamiam novam. Post viscera oppressa morbo longo, adhibuistis frustra gramina Pæonia: ulcera inflammata profundè in medullis occupatis, curantur ferro & igne, dextrâ non parcente ne cicatrix statim emerfura obducatur inutiliter.

## ANNOTATIONES.

1. *MYGDONII.*] Phrygia, quæ & Mygdonia dicitur: quæ à Targibilo seu Trigibulo devastata fuerat per inertiam Eutropii.  
 2. *Non augure falso.*] Eventus docuit, non eos esse falsos augures, qui Eutropio consule monstruosa, mala multa eruptura prædicebant.  
 3. *Frustrâ.*] Discitis id frustra, nam malo occurrendum erat.  
 4. *Monstriferi anni.*] Anni qui Eutropium tulit consulem monstruosum.  
 5. *Tumida.*] Imminenti, mox erupturæ.  
 6. *Lacryma.*] Leniunt animum, sed non emendant noxam.  
 7. *Omina.*] Mala ominosa, quæ prædicebantur; stant, hærentque, & piacula; seu crimina expianda remanent.  
 8. *Pæonias.*] Medicas à Pæone, seu Apolline; vel à medico præstante.  
 9. *Ulcera.*] Virgilius:  
*Continuè culpam ferro compeſce, priusquam*  
*Diva per incautum serpens contagia vulgus.*  
 10. *Ferro & igni.*] Ovidius:  
*Cuncta prius teneanda, sed immedicabile vulnus*  
*Ense recidendum est, ne pars sanata trahatur.*  
 11. *Ne coëat.*] Ne cicatrix non bene sanata coëat, servetque intus putredinem, quæ mox cum perniciæ laborâs erumpat.



- Ad vivum penetrant flammæ, quò funditus humor  
 Defluat, & vacuis corrupto sanguine venis  
 Exundet fons ille mali. truncantur & artus,  
 Ut liceat reliquis securum degere membris.
- 20 At vos egregiè purgatam creditis aulam,  
 Eutropium si Cypros habet, vindictæque mundi  
 Semivir exul erit. quis vos lustrare valebit  
 Oceanus? tantum facinus quæ diluet ætas?  
 Induerat necdum trabeas; mugitus ab alto
- 25 Redditus. infernas rabies arcana cavernas  
 Vibrat, & alterno configunt culmina lapsu.  
 Bacchatus per operta tremor Chalcedona movit,  
 Pronus, & in geminas nutavit Bosporus urbes.  
 Concurrere freti fauces. radice revulsâ
- 30 Vitant instabilem rursus Symplegada nautæ.  
 Scilicet hæc Stygiæ præmittunt signa sorores.  
 Et sibi jam tradi populos, hoc consule, gaudent.  
 Mox oritur diversa lues. hinc Mulciber ignes  
 Sparserat. hinc victâ proruperat objice Nereus.

## I N T E R P R E T A T I O.

*Ignes eunt ad vivum, ut humor noxius effluat omnino, & venis purgatis sanguine vitiatò, origo illa pestis emittatur. Etiam membra amputantur, ut partes reliquæ possint vivere securè. Sed vos putatis Regiam benè sanata, si Cyprus teneat Eutropium: & si eunuchus, ultio Orbis, exulat. Quod mare poteris purgare vos? Qua seculæ eluunt tantum scelus? Vix Eutropius sumpterat vestem consularem, cum boatus auditus est à Cælo: ira secreta*

*concutit antra Stygia, & montes consur-runt casu alterno. Motus furens per occulta loca terræ quassavit Chalcedonem, & Bosporus commotus est inter duas urbes. Angustia freti conflixerunt: nauta effugiunt iterum Symplegades mobiles, fundamentis avulsis. Nimirum sorores inferna spondent hac, & jam latantur, gentes dari sibi. sub consule tali. Statim pestis varia prodit: hinc Vulcanus effuderat flammæ: inde Neptunus emerferat obstaculis ruptis;*

## A N N O T A T I O N E S.

20. *Aulam.*] Imperium Orientis.  
 21. *Vindictæque mundi.*] Eutropius, de quo totus Orbis vindictam sumere deberet.

23. *Oceanus.*] O populi Orientis si totam maris aquam insumatis, non poteritis eluere maculam, quam in creando tali Consule suscepistis. Euripides de Oceano, καὶ ὅτε πάντα γὰρ, eluis omnia mala.

26. *Alterno.*] Montes in sese invicem cadentes, configunt alternatim, mutuo ille casu.

27. *Chalcedona.*] Urbem è regione Constantinopolis, trans Bosporum Thracium,

Hanc Megarenses condidère, cæcique dicti sunt, quòd non potius oppositum litus, in quo est Constantinopolis, elegerint. Hic celebratum est *Concilium Chalcedonijum*.

28. *Nutavit.*] Bosporus, quasi dubitavit, cui se urbi addiceret, an Constantinopoli, an Chalcedoni?

30. *Symplegada.*] Vid. lib. de bello Getico v. 9.

33. *Mulciber ignes.*] Ignium eruptiones inter prodigia recensentur.

34. *Victâ objice.*] Geminatur (i) metri causa: obex sæpius ponitur in genere Masculeo; at olim dicebatur hic & hac

- 35 Hæc flagrant, hæc tecta natant. quam, Numina, pœnam  
 Servatis sceleri, cujus tot cladibus omen  
 Constat? incumbas utinam, Neptune, tridenti:  
 Pollutumque solum toto cum crimine mergas.  
 Unam pro mundo Furiis concedimus urbem.
- 40 Utque semel patuit monstris iter, omnia tempus  
 Nacta suum, properant. nasci tum decolor imber,  
 Infantumque novi vultus, & dissona partu  
 Semina. tum lapidum fletus, armentaue vulgò  
 Ausa loqui, mediisque feræ se credere muris.
- 45 Tum vates sine more rapi, lymphatæque passim  
 Pectora terrifici stimulis ignescere Phœbi.  
 Fac nullos cecinisse Deos. adeone retuli  
 Quisquam cordis erit, dubitet qui partibus illis  
 Affore fatalem castrati Consulis annum?
- 50 Sed quam cæcus inest vitiis amor! omne futurum  
 Despicitur, suadentque brevem præsentia fructum,

## INTERPRETATIO.

*ha domus ardent, illa submerguntur. O Dii quod reservatis supplicium scelerato? Cui homini data suffragia emuntur tot calamitatibus? O Neptune, utinam incubes cum fuscina, & smergas terram purgatam cum scelere toto. Damus furiis urbem unam pro Orbe expiando. Et statim atque via semel aperta est prodigiis, omnia, iniquo tempore opportuno, festinant exurgere: tum pluviosa sanguinea videtur & facies portentosa infantum, & fœtus dissimiles seminibus. Tum lacry-*

*ma saxorum, & pecora passim ausa loqui, & bellua audent committere se urbibus mediis: tum vates abripi cœperunt sine exemplo, & corda furiosa undique ardescere cœperunt stimulis Apollinis horribilis. Concede nullos Deos prædixisse: an aliquis erit animi tam hebetis, qui post fœtus illos monstrosos dubitet annum Consulis eunuchi fore funestum? At quàm cæcatus est amor in peccatis! futura omnia negliguntur, & præsentia ostendunt voluptatem exiguam.*

## ANNOTATIONES.

*obex:* unde apud Plinium, Nulla obices: & apud Virgilium ipsum,  
*Ecce maris magnâ claudis nos obijce pontus.*  
*Sic enim legunt libri meliores.*  
 36. *Scelers.* ] Eutropio homini scelerato. Cicero: *Scelus ac sacrilegium deprehensum est.* Id est sceleratus & sacrilegus.  
*Cujus omen.* ] Cujus consulatus ominosus, funestus, tantis calamitatibus constitit?  
 37. *Incumbas.* ] Applices te terræ cum aquis universis.  
*Unam urbem.* ] Satis inclementer. Sed Romæ amatores oderant Constantinopolin, quæ non poterat crescere sine de-

trimento alterius, Virgilius:  
*Unum pro multis dabitur caput.*  
 Sic imminetia Reip. mala unâ aliquâ victimâ se redimere atque avertere possent putabant.  
 41. *Properant nasci.* ] Partus sunt præcoces: monstra & prodigia citò erumpunt. De his prodigiis nos alibi diximus.  
 45. *Sine more.* ] Sine exemplo, præter usum communem, Virgilius:  
*Et raptas sine more Sabinas.*  
 50. *Quàm cæcus.* ] Quàm cæci sunt homines in amandis vitiis! Hæc amant, hæc fovēt, & modò spes præsentis aliquid utilitatis affulgeat, futura omnia mala despiciunt.

- Et ruit in vetitum damni secura libido.  
 Dum mora supplicii lucro, serúmque, quod instat,  
 Creditur. haud equidem contra tot signa Camillo  
 55 Detulerim fasces; ne dum, prohi sexus! inerti  
 Mancipio; cui, cuncta licet responsa juberent,  
 Hortantésque licet sponderent prospera Divi,  
 Turpe fuit cessisse viros. exquirite retro  
 Crimina continui lectis annalibus ævi,  
 60 Prisca recensitis evolvite secula fastis.  
 Quid senis infandi Capreae, quid scena Neronis  
 Tale ferunt? spado Romuleo succinctus amictu  
 Sedit in Augustis laribus. vulgata patebat  
 Aula salutarum studiis. huc plebe senatus  
 65 Permistâ, trepidique duces, omnisque potestas  
 Confluit. advolvi genibus, contingere dextram  
 Ambitus, & votum deformibus oscula rugis  
 Figere. præsidium legum, genitorque vocatur  
 Principis, & famulum dignatur regia patrem.

## INTERPRETATIO.

& cupiditas non sollicita; dum credunt de peste lucrari penam cunctatione, & putant remotum id, quod impenit. Non equidem contra tot prodigia dedissem consilium, vel Camillo, longè minus (prohi sexus!) serva ignavo; cui indecorum fuit viros cadere, quamvis omnia oracula imperarent, & quamvis Dii exhortantes promitterent res secundas. Historiis perlectu, investigate scelera seculorum omnium præteritorum, percurrite ætates antiquas fastis evoluite: quid simile produ-  
 cunt Caprea senis obsceni Tiberii, quid theatrum Neronis? Eunuchus ornatus veste Romulæ confedit in palatio Imperatoris. Regia promiscuè aperiebatur officiis salutarum: senatus plebeculâ mixtâ, & duces timidi, & magistratus omnes conveniunt. Cœperunt procidere ad genua, ambientes osculari manum, & candidati osculo confringere rugas turpes. Appellatur columen legum, & pater Imperatoris, & aula dignatur servum patrem!

## ANNOTATIONES.

52. *Libido.*] Cupiditas hominum cæca specie boni præsentis, non sollicita de futuro, fertur in vetitum; sperat se posse lucrari & evitare cunctando supplicium; aut quæ imminet, longè abesse putat.

*Damni secura.*] Virgilius:

*Securus amorum Germana, &c.*

55. *Prohi sexus.*] Prohi sexus virorum! tanta sinitis?

61. *Caprea.*] Insula ad oras Campaniæ, fecessu Tiberii infamis, & vitis infandis turpificata.

*Scena.*] Theatrum Neronis, monstrosissimum. Alludit fortè ad Sporum, quem Nero transformare voluit in forminam:

vel ad ipsum Neronem, qui melior auriga, quam Imperator; quique tot monstrosas libidines excogitavit.

67. *Ambitus.*] Homines ambientes contingunt dextram Eutropii, prestantque more candidatorum.

*Votum.*] Homines votentes, desiderantes, candidati, & ad dignitatem aliquam se evchi ardentes.

68. *Figere.*] Ut constringendo osculandoque fortius hominem, majora darent amicitia signa.

*Genitor.*] Eutropius Patricius, & Patricii vocabantur patres Principis; ut dicitur in Prologo hujus libri 2.

- 70 Posteritas, admitte fidem. monumenta petuntur  
Dedecoris, multique gemunt incudibus æra  
Formatura nefas. hæc iudicis, illa togati.  
Hic nitet armati species: numerosus ubique  
Fulget eques: præfert eunuchi Curia vultus.
- 75 Ac veluti caveant, ne quo consistere virtus  
Possit pura loco, cunctas hoc ore laborant  
Incestare vias. maneat immota precamur,  
Cerraque perpetui sint argumenta pudoris.  
Subter adulantes tituli, nimisque leguntur
- 80 Vel maribus laudes: claro quod nobilis ortu,  
Cum vivant domini? quod maxima prælia solus  
Impleat, & patitur miles? quod tertius urbis  
Conditor, hoc Byzas, Constantinusque videbunt?  
Inter quæ tumidus leno producere cœnas

## INTERPRETATIO.

*Nepotes an adhibebitis fidem? Pignora ignominia comparantur, & æra effictura statuum nefandam resonant sub incudibus plurimu: hac effigies Eutropii iudicis micat, illa togati, hac armati. Eques multus splendet undique: Senatus ostentat imaginem eunuchi, & quasi metueant, ne quæ in parte virtus pura queat stare, conantur polluere viros omnes hac facie. Oramus, ut simulachra ista remaneant inconcussa. & extent signa indubitata infamia sempiterna. Subter inscriptiones blandientes, & laudes immodicæ etiam pro viris notantur; puta quod illustis sit Eutropius origine spectatâ, cum Domini ejus vivant adhuc; quod unus perficiat certamina magna, & miles pugnet? quod tertius conditor urbis. Hoc Byzas & Constantinus aspiciunt? Inter qua leno superbus solet trahere convivium*

## ANNOTATIONES.

70. *Monumenta dedecoris.* ] In Eutropii honorem comparetur effigies, statuar, picturæ, & alia monumenta, quæ decorant viros, sed dedecorant Eutropium, eisque, qui ista huic decernunt.

71. *Æra.* ] Simulacra ex ære, & ex marmore decreta sunt Eutropio.

74. *Eques.* ] Eutropius effictus ut eques, fulget ubique, hoc est habet multas statuas equestres.

*Curia.* ] Senatus ostentat imaginem eunuchi depictam inter virorum consularium imagines.

78. *Pudoris.* ] Dedecoris & ignaviæ eorum, qui talia servo Eutropio decreverunt.

79. *Subter.* ] In basi statuarum inscripti sunt tituli in laudem Eutropii, sed quæ assentationem servilem arguunt.

81. *Cum vivant domini.* ] Claverius legit, *convivia & Domini*, id est Impera-

toris, quasi Eutropium mensæ honore dignatus sit: qui summus est honor. Virg.

*Tu das epulis accumbere divum.*

Quin & servus liber fiebat, si dominus cum mensæ suæ adhiberet.

82. *Impleat.* ] Quæ summa laus est præstantissimi Imperatoris, & Ducis, & militis munus implere. Et hæc laus tribuatur & eunuchis, & servo! Quod non grassatur adulatio? Rectè quidem ille Philosophus, inter animalia fera, tyrannus; inter mitia, adulator pessimus.

*Tertius conditor.* ] Primus Romulus, secundus Camillus, tertius Eutropius. Comparisonem lepidam!

83. *Byzas.* ] Heros nobilis conditor Byzantii, quod antè *Ligos* vocabatur. Constantinus Imperator sedem posuit Byzantii, & suo nomine Constantinopolim appellavit.

- 85 In lucem, fœtere mero, dispergere plausum  
Emturas in vulgus opes, totosque theatris  
Indulgere dies, alieni prodigus auri.  
At soror, &, si quid portentis creditur, uxor  
Mulcebat matres epulis, & more pudicæ  
90 Conjugis, eunuchi celebrabat vota mariti.  
Hanc amat, hanc summâ de re, vel pace vel armis,  
Consultit, huic curas & clausa palatia mandat,  
Ceu stabulum vacuamque domum, sic magna tueri  
Regna nihil? patiensque jugi deluditur orbis?  
95 Mitior alternum Zephyri jam bruma teporem  
Senserat, & primi laxabant germina flores.  
Jamque iter in gremio pacis solenne parabant  
Ad muros, Ancyra, tuos, auctore repertum  
Eutropio, pelagi ne tædia longa subirent,  
100 Sed vaga lascivis fueret discursibus ætas:  
Unde tamen tantâ sublimes mole redibant,  
Ceu victos traherent Medos, Indumque bibissent.

## INTERPRETATIO.

in diem, male olere vino, spargere in  
populum divitias, empturas favorem po-  
pularum, & profundens opes alienas, so-  
let vacare theatris per dies totos. Sed so-  
ror. & si qua fides adhibetur monstis,  
eadem conjux Eutropii delinibat matres  
conviviis, & instar uxoris castæ perage-  
bat honores votivos eunuchi conjugis.  
Diligit hanc, consultat hanc de negotiis  
magnis, vel in pace, vel in bello; com-  
mittit huic curas suas, & Regiam clau-  
sam, sicut præsepia, & Aulam inanem.

Itane nihil est regere imperia? Itane  
mundus tolerans servitutis illuditur! Jam  
hyems lenior experta erat calorem redeun-  
tem Favonii, & germina trudebant flores  
primos, jamque in sinu pacis accingebant  
facere viam solennem ad mœnia tua, &  
Ancyra, viam excogitatam ab Eutropio  
inventore, ne fastidia longa maris incom-  
modarent, sed ætas vagabunda elaboretur  
mutationibus gratis: unde tamen reverte-  
bantur superbi tanto apparatu, quasi addu-  
cerent Medos captivos, & exhaustissent Indû.

## ANNOTATIONES.

85. Fœtere mero, &c.] Martialis:  
Nocturno fœtere mero, qui credit Acer-  
ram,

Fallitur, in lucem semper Acerba bibis.

89. Matres.] Fœminas illustres demul-  
cebat epulis à marito suo in honorem  
Deorum ex voto peractis.

93. Ceu stabulum.] Prò dedecus! Com-  
mittit Aulam uxori, quasi committeret  
curam stabuli, aut domûs, in quâ nemo  
degeret. Vel committit palatia seu ma-  
gnificas suas domos, quæ vacuæ sunt fi-  
lius, seu hæredibus.

95. Alternum.] Teporem Zephyri re-  
deuntem alternis vicibus.

97. Solenne.] Quod fit singulis annis.

Unde à quibusdam solenne, quasi quod  
fit solo anno.

98. Ancyra.] Dux sunt Ancyrae, alte-  
ra in Phrygiâ; altera in Galatiâ, dicta An-  
cyra ab ancoris navium à Mithridate  
captarum; ἀγκυρα, ancora.

Repertum.] Eutropius deliciarum arti-  
fex, auctor fuit, ut voluptatis causâ in  
urbe Ancyra ætas ageretur; sicque ætas,  
his velut discursibus ac mutationibus le-  
niùs jucundiùsque fluere.

99. Pelagi tædia.] Ne mare incommo-  
dum foret Constantinopoli manentibus.

100. Vaga ætas.] Quæ velut vaga-  
bunda est, dum alius & alius subinde lo-  
cus amœnior mutatur.

Ecce

- Ecce autem flavis Gradivus ab usque Gelonis  
Arva cruentato repetebat Thracia curru.  
105 Subsidunt Pangæa rotis, altæque sonoro  
Stridunt axe nives, ut vertice constitit Æmi,  
Femineasque togas pressis conspexit habenis,  
Subrisit crudelè pater, cristis que micantem  
Quassabat galeam. tunc implacabile numen  
110 Bellonam alloquitur, quæ sanguine fordida vestem.  
Illyricis pingues pectebat stragibus hydros.  
Nec dum mollitiæ, nec dum, germana, mederi  
Possumus Eoæ? numquam corrupta rigescunt  
Secula? Cappadocum tepidis Argæus accervis  
115 Æstuat. infelix etiamnum pallet Orontes.  
Dum pereunt, meminere mali. si corda parumper  
Respirare sinas, nullo tot funera sensu  
Prætereunt, tantique levis iactura cruoris.  
Adspicis obscænum facinus? quid crinibus ora  
120 Protegis? en quales sese diffundit in actus  
Parva quies! quantum nocuerunt otia ferri!

## INTERPRETATIO.

Ecce autem Mars ab usque Gelonis flaventibus, redibat in agros Thracia, vestem curru sanguineo. Mons Pangæus deprimit se sub rotis, & nives profunda gemunt sub axe sonanti. Statim atque stetit in culmine Æmi, & loris compressis, videt vestes muliebres; pater Mars subrisit atrociter, & concussit cassidem fulgentem iubis. Tunc affatur Bellonam Deam inexorabilem, qua fœdata cruore depectebat colubros saginatos cadibus Illyria. Nondum adhuc, ô soror, nondum valemus re-

primere luxum Orientis? Secula depravata nunquam severiora fient? Argæus sumat cumulis calidis Cappadocum cælorum, Orontes infortunatus etiam nunc timet. Recordantur tantum cladium, dum sentiunt eas. Si permittas pectora eorum respirare tantisper, tot cades evanescent absque ullo sensu, & damna sanguinis tantæ levia sunt. An vides scelus turpe? Quare velas faciem tuam capillis? En qualia in facta requies modica luxuriat! Quantum obest cessatio armorum!

## ANNOTATIONES.

103. *Gelonis.* ] Gelones vel Geloni, populi sunt interioris Scythiæ, iique bellicosi, Martique chari.  
104. *Thracia.* ] Ibi natus creditur Mars, ob gentis ferociam.  
105. *Pangæa, Æmi.* ] Sunt montes Thraciæ.  
107. *Femineas.* ] Delicatas, quas gererebat effœminatus Eutropius.  
111. *Illyricis.* ] Illyria est regio ad oras maris Adriatici, sed tum fœda stragibus, quas Gothi edebant.  
*Pectebat.* ] Alii legunt, *pascibat.*

112. *Mollitiæ.* ] Semper molliores extiterunt populi Orientis. Lucanus:  
*emollit gentes clementia cæli.*  
113. *Rigescunt.* ] Virilem severitatem induent.  
114. *Argæus.* ] Mons altissimus Cappadociæ, ex Strab. Orontes verò est fluvius Cælesyriæ, & Syriæ. De hoc fluvio jam sæpe dictum est.  
119. *Obscænum.* ] Scelus importunum, male ominosum in Eutropio factò consule.  
120. *Protegis.* ] Quid tegis ora crinibus præ pudore?

P P

- Qui caruit bellis, eunucho traditur annus.  
 Actum de trabeis esset, si partibus una  
 Mens foret Hesperiiis : rueret derisa vetustas,  
 125 Nullâque calcati starent vestigia juris,  
 Ni memor imperii Stilicho, morumve priorum  
 Turpe relegasset defenso Tibride nomen,  
 Intactamque novo servasset crimine Romam.  
 Ille dedit portum, quò se pulsata referrent  
 130 Majestas Latii deformatæque secures.  
 Ille dedit fastos, ad quos Oriente relicto  
 Confugeret sparsum maculis servilibus ævum.  
 Quàm similes hæc aula viros! ad mœnia visus  
 Dirige. Num saltem tacitâ formidine mussant?  
 135 Num damnant animo? plaudentem cerne Senatum,  
 Et Byzantinos proceres Graiosque Quirites.  
 O patribus plebes, ô digni Consule patres!  
 Quid, quod & armati cessant, & nulla virilem  
 Inter tot gladios sexum reminiscitur ira?  
 140 Huccine nostrorum cinctus abiêre nepotum?

## INTERPRETATIO.

*Annus expers praliorum datur regendus eunucho. Trabea periissent, si animus idem fuisset Aula Occidentis: antiquitas illusa caderet, & nulla remanerent signa legum contemptarum, nisi Stilicho memor majestatis, & morum priscorum, expulisset longè à Tibride propugnato, nomen infame, & servavisset Romam immu- nem à scelere recenti. Ille Stilicho conce- ssit refugium, quò majestas Romana ex- pulsa, & secures violata redirent: ille concessit fastos, ad quos, Oriente deserto, secula redirent infecta ignominia servili. Hæc Regia Orientis quam pares habet ho- mines! Convertite oculos ad urbem, & Bellona, num saltem dissimulant metus secreto? Num condemnant secum Eutro- pium? Vide Curiam blandientem, & primores Constantinopolitanos, & cives Græcos. O plebs digna Senatoribus! O Se- natores digni Consule tali! Quidquid etiam armati feriantur, & nullus furor inter tot arma recordatur sexûs sui. Huccine ve- stes posterorum nostrorum evanuerunt?*

## ANNOTATIONES.

128. *Intactam Romam.* Ergo Eutropius non admissus consulatui Romæ.

130. *Majestas.* Imperii Romani aucto- ritas.

135. *Similes.* Effœminatos instar Eu- tropii.

136. *Graios Quirites.* Quirites sunt propriè Romani, sed ironicè vocat Græ- cos, qui adulabantur Eutropio: Græci enim parasiti & adulescentes habiti, Juven.

*Graculus ejuriens in Cælum, jussus, ibit.*

Quid quodd *Quiritum* vox designat iner-

tes; unde cùm Julius Cæsar veteranos cum minis missionem & præmia flagi- tantes *Quirites* appellasset, ipsi statim responderunt se esse *milites*, hoc est for- tes & generosos.

137. *Plebes.* Dicitur plebs & plebes. Lucanus: --- *Nescit plebes jejuna timere.*

139. *Nulla ira.* Nulla ira reminiscitur sexum; id est nullus sexus nobiles & gene- rosas iras induit.

140. *Cinctus.* Siccine vestes à Roma- nis gestatæ exulant, abeunt, dum Eutro- pius gerit vestes fœmineas?

- Sic Bruti despectus honos? ignosce parenti  
 Romule, quod serus temeratis fascibus ultor  
 Advenio. jam jam largis hæc gaudia faxo  
 Compensent lacrymis. quid dudum inflare moraris  
 145 Tartaream, Bellona, rubam? quid stringere falcem,  
 Quâ populos à stirpe metas? molire tumultus,  
 Excute delicias. Thracum Macetumque ruinæ  
 Tædet, & in gentes iterum sævire sepultas.  
 Damna minùs consueta movent. trans æquora sævas  
 150 Verte faces; aliis exordia sume rapinis.  
 Non tibi Rhiphæis hostis quærendus ab oris.  
 Non per Caucasias accito turbine valles  
 Est opus. Ostrogothis colitur mistisque Gruthungis  
 Phryx ager. hos parvæ poterunt impellere causæ  
 155 In scelus. ad mores facilis natura reverti.  
 Sic eat: in nostro quando jam milite robur  
 Torpuit, & molli didicit parère magistro.  
 Vindicet Arctous violatas advena leges.  
 Barbara Romano succurrant arma pudori.

## INTERPRETATIO.

*Siccine decus Bruti contemptum est? ô Romule parce Marti patri tuo, quod adveniam et si tardus vindex, fascibus violatis. Mox ego perfacero, ut largi fletus occupent hanc latitiam. O Bellona quare jam pridem cunctaris animare buccinam infernam? Quare cunctaris vibrare falcem, quæ gentes funditus excindas? Excita bella, disipa luxum. Pertasum est cladis Thracum & Macedonum, & tædet furere rursus contra populos mortuos, factura minus ordinaria commovet: convertite tadas crudeles trans maria. Cape initia* ab latrociniiis aliis. Non tibi hostis exquirendus est ex regionibus Rhiphæis: non indiges tempestate accersitâ per valles Caucas. Campus Phrygius tenetur ab Ostrogothis, & Gruthungis permixtis: causa exigua valebunt excitare illos ad crimen. Indoles propria facilis est redire ad feritatem. Ita sit: quoniam vis jam elanguit in militibus nostris, & didicit obedire rectori effeminato: externus hostis septentrionalis ulciscatur leges infractas, arma Barbarorum subveniant verecundia Romana.

## ANNOTATIONES.

141. *Bruti.* ] Qui post ejectos Reges primus gessit consulatum. De hoc supra.  
*Ignosce parenti Romule.* ] Sic Mars alloquitur Romulum filium, dolet enim, quod non punierit Eutropium.  
 148. *Gentes sepultas.* ] Tædet tot bella in Thraciâ gerere: hoc dictum propter Gothos, qui multas in Thraciâ strages excitabant.  
 150. *Rapinis.* ] Aliis latrociniiis, aliis bellis: olim milites, latrones, & bella dicebantur latrocinia.  
 153. *Gruthungis.* ] Alii legunt *Gothumnis*, populis Septentrionis.  
 155. *Ad mores.* ] Horatius: *Naturam expellas furcâ, tamen usque recurret.*  
 158. *Arctous advena.* ] Gothi ex oris Septentrionalibus advenientes.  
 159. *Succurrant.* ] Barbari succurrant pudori Romano, qui ferre non potest Eutropium.

P p ij



- 160 Sic fatus, clypeo, quantum vix ipse Deorum  
 Arbiter, infesto cum percutit ægida nimbo,  
 Intonuit. responfat Athos, Æmusque remugit;  
 Ingeminat raucum Rhodope concussa fragorem.  
 Cornua cana gelu mirantibus extulit undis
- 165 Hebrus, & exanguem glacie timor alligat Istrum.  
 Tunc adamante gravem nodisque rigentibus hastam,  
 Telum ingens, nullique Deo jaculabile, torfit.  
 Fit late ruptis via nubibus. illa per auras  
 Tot freta, tot montes, una contenta volatu
- 170 Transilit, & Phrygiæ mediis affigitur arvis.  
 Sensit humus. gemuit Nysæo palmita felix  
 Hermus; & auratâ Pactolus inhorruit urnâ:  
 Totâque submissis fleverunt Dindyma sylvis.  
 Nec Dea præmissæ stridorem segniùs hastæ
- 175 Consequitur, centumque vias meditata nocendi,

## INTERPRETATIO.

Mars ita locutus, tonuit tantum, quantum vix ipse tonat Rector Deorum, dum ferit clypeum nube terribili: Athos resonat, & Æmus resultat; Rhodope quasi duplicat murmur horridum, Hebrus arexit cornua candida glacie, aquis attonitis, & metus constringit gelu Danubium pallentem. Tunc vibravit cuspidem ponderosam adamante, & nodis duris, jaculum magnum, & nulli Deo missile.

Iter aperitur undique, nimbis fractis: illa cuspis impulsâ uno impetu per aërem trajicit tot maria, tot montes, & adhærescit agris mediis Phrygia: terra persensit: Æmus fecundus vitibus Nysæis sonuit, & Pactolus cum urnâ aureâ intremuit, & Dindyma omnia gemuerunt sylvis demissis. Neque verò Diva Bellona sequitur inertius murmur cuspidis, & excogitans centum artes nocendi.

## ANNOTATIONES.

162. Athos, Hamus & Rhodope. ] Sunt montes Thraciæ.
165. Hebrus, & Ister. ] Sunt fluvii; hic Germaniarum, ille Thraciæ.
166. Hastam. ] Alludit ad morem, quo ad bellum indicendum, hasta jaciebatur in fines vel castra hostium, vel in ipsos hostes. Virgilius:  
*Pandere, qui quondam jussus confundere fœdus.*  
*In medios telum torfisti primus Achivos.*  
 Et Ovidius: [ *missi* ]  
*Hinc solet hasta manu belli prænuntia*  
*In regem, aut gentes, cum placet arma capi.*  
 Et hastam illam in hostes torquendam servabant Romani in templo Bellonæ.
167. jaculabile. ] Ita ut telum sacrum nullus Deus præter Martem vix jaculari posset: sic Sol unus potest regere currum suum, Ovidius:  
*Non tamen ignifero quisquam consistere in axe.*  
*Me valet excepto.*
169. Contenta. ] Impetu non interrupto.
- Volatu. ] Volatus tribuitur sagittis ob celeritatem. Virgilius:  
*Alis allapsa sagitta.*
171. Nysæo. ] Vitibus Bacchi Nysæi, ab ab urbe Nysa vel Arabiæ, vel Indiæ, Baccho sacrâ. Unde & Dionysius dicitur, quasi Deus Nysæ.
172. Hermus. ] Fluvius aurifer, in quem influit Pactolus iidem Lydiæ fluvius.
173. Dindyma. ] Montes sunt Troâdis, sylvis pleni,

Tandem Targibilum ( Geticæ dux improbus alæ  
 Hic erat ) aggreditur, viso tum fortè redibat  
 Eutropio vacuus donis, feritâsque dolore  
 Creverat, &, teneris etiam quæ crimina suadet  
 180 Ingeniis, Scythicum pectus flammabat egestas.  
 Huic sese vultu simulatæ conjugis offert,  
 Mentitôque ferox incedens barbara gressu,  
 Carbascos induta sinus. post terga reductas  
 Uberibus propior mordebat fibula vestes:  
 185 Inque orbem tereti mitrâ redimente capillum  
 Struxerat, & virides flavescente jusserrat angues.  
 Advolat, ac niveis reducem complectitur ulnis,  
 Infunditque animo furiale per oscula virus.  
 Principe quàm largo veniat; quas inde reportet  
 190 Divitias, astu rabiem motura requirit.  
 Ille iter ingratum, vanos deffere labores.  
 Quos super eunuchi fastus, quæ probra tulisser.  
 Continuo secat ungue genas, & tempore pandit  
 Arrepto gemitus: I nunc, devoratus aratris

## INTERPRETATIO.

demum invadit Targibilum (hic erat dux  
 hor savus cohortium Geticarum) tum  
 forsan Targibilus, Eutropio salutato, re-  
 vertebatur absque muneribus, & ferocia  
 aucta erat ira, & paupertas, qua per-  
 suadet scelera lenibus quoque animis, cor  
 Scythicum incendebat. Huic Targibilo  
 Bellona occurrit sub specie uxoris ficta,  
 & hæc barbara atrox graditur passu si-  
 mulato, operata vestibus lineis. Fibula  
 proxima mammis nectibat vestimenta re-  
 vocata post dorsum, & mitrâ rotundâ cir-  
 cumcingente extulerat crines in orbem, atque imperaverat colubros suos viridan-  
 tes flavescente. Sic occurrit, atque am-  
 plectitur brachiis alia Targibilum rever-  
 tentem, & osculando inspirat ipsi vene-  
 num perniciosum. Illa excitatura dolo fu-  
 rorem, petit quàm à liberali Imperatore  
 veniat, quas referat inde opes? Ille Tar-  
 gibilus cœpit dolere viam infœcundam,  
 curas inanes, & quàm præterea passus  
 esset superbiam eunuchi, & qua opprobria?  
 Statim Bellona lacerat vultum suum un-  
 guibus, & nata occasione, aperit sua  
 suspiria. Proficiscere nunc, additus vomeri

## ANNOTATIONES.

176. *Targibilum.*] Sen Tribigildum.  
*Ala.*] Cohortis, quæ in latere pugna-  
 bar.  
 177. *Viso.*] Honoris causâ Targibilus  
 Eutropium inviserat.  
 180. *Scythicum.*] Sævum, barbarum-  
 que pectus.  
 183. *Carbascos.*] Operata vestibus li-  
 neis, usque tenuissimis.  
 186. *Struxerat.*] Disposuerat atque ere-  
 xerat crines, seu cæsariem amplam al-  
 tamque in speciem turris. S. Hieronymus:  
*Alienis capillis turritum verticem firmere.*  
*Angues.*] Bellona habet suos angues,  
 ob affectus iræ, & odii, quos angues re-  
 præsentant, ut apud Amatam Virgilianam  
 Alectüs angue inflammatam, & habet ob  
 sanie cadaverum in bello mortuorum.  
 Sed tum Bellona angues mutat in fla-  
 vos crines.

P p iij

- 195 Scinde solum, positoque tuos mucrone sodales  
Ad rastros sudare doce, bene rura Gruthungus  
Excolet, & certo disponet sidere vites.  
Felices alia, quas debellata maritis  
Oppida, quas magnis quæsitæ viribus ornant  
200 Exuviae: quibus Argivæ pulchræve ministrant  
Thessalides, famulas & quæ meruere Lacænas.  
Me nimium timido, nimium junxere remisso  
Fata viro, totum qui degener exuit Istrum,  
Qui refugit patriæ ritus, quem detinet æqui  
205 Gloria, concessoque cupit vixisse colonus,  
Quam dominus rapto, quid pulchra vocabula pigris  
Prætentas vitiis? probitatis inertia nomen,  
Justitiæ formido subit. tolerabis iniquam  
Pauperiem, cum tela geras? & flebis inultus,  
210 Cum pateant tantæ nullis custodibus urbes?  
Quippe metus pœnæ. pridem mos ille vigebar,  
Ut meritos colerent, impacatisque rebelles  
Urgerent odiis. at nunc, qui fœdera rumpit,  
Ditatur: qui servat, eget. vastator Achivæ  
215 Gentis, & Epirum nuper populatus inultam

## INTERPRETATIO.

fulca campos, & gladio abjecto, edoce socios tuos insudare ad rastra: Gruthungus colet optime agros, & seret vites, temporibus certis. O fortunata cætera conjuges, quas urbes victa à maritis & spolia comparata labore magno locuplant: quibus matres Græcæ, & Thessalides formosa serviunt, & qua merita sunt Spartanæ servas! Fata conjunxerunt me viro nimis pavido, nimis molli, qui degenerans abiecit mores omnes Danubii; qui vitas consuetudinem patriæ, quem honor justitiæ movet, & mavult degere agricola in agro assignato potius, quam dominus in occupato. Quare prætentis inertia tuæ nomina gloriosa? Ignavia tua usurpat nomen integritatis; timor tuus usurpat nomen aquitatis. An patieris egestatem acerbam, cum feras arma? Tu impunitas lugebis, cum tanta oppida se pandant nullis præsidis? Scilicet timor supplicii vetat. Jamdudum illa consuetudo valebat, ut Romani honorarent viros merentes, & insectarentur irâ implacabili deficientes. Sed nunc qui violat pacem, locupletatur; qui custodit, pauper est. Alaricus populator populorum Græciæ, & prædatus non ita pridem Epirum indefensam,

## ANNOTATIONES.

201. *Thessalides.* ] Thessaliæ matres.  
203. *Exuit.* ] Exuit torum Istrum, id est totam magnanimitatem, feritatemque, quam habere debet Danubii accola.  
206. *Pulchra vocabula.* ] Quare vitia tua, inertiam scilicet & timiditatem, decoras pulchris nominibus probitatis & justitiæ; quibus tanquam prætextu uteris  
ad nihil audendum.  
209. *Inultus.* ] Qui se ulcisci nequit.  
210. *Cum pateant.* ] Cum urbes incustoditæ nullo negotio patere tibi possint.  
213. *Qui fœdera.* ] Tum fœderum violatores dirabantur: *probitas laudabatur & algebat.*

- Præsidet Illyrico. jam quos obsedit, amicus  
 Ingreditur muros, illis responsa daturus,  
 Quorum conjugibus potitur, natosque peremit.  
 Sic hostes punire solent. hæc præmia solvunt  
 220 Excidiis. cunctaris adhuc? numerumque tuorum  
 Respicias, exiguumque manum? tu rumpe quietem:  
 Bella dabunt socios. nec te tam prona monerem,  
 Si contra paterere viros. nunc alter in armis  
 Sexus, & eunuchis se defensoribus orbis  
 225 Credidit. hos Aquilæ Romanæque signa sequuntur.  
 Incipe barbaricæ tandem te reddere vitæ.  
 Te quoque jam timeant, admirenturque nocentem,  
 Quem sprevere pium. spoliis prædæque repletus,  
 Cum libeat, Romanus eris. sic fata, repente  
 230 In diram se vertit avem, rostroque recurvo  
 Turpis, & infernis tenebris obscurior alas  
 Auspicium veteri sedit ferale sepulcro.  
 Ille, pavor postquam resoluta corde quievit,  
 Et rigida sedere comæ, non distulit atrox

## INTERPRETATIO.

dominatur Illyriis: nunc socius intrat urbes, quas oppugnavit, laturus leges illis, quorum frustur uxoribus, & quorum occidit filios. Ita Romani consueverunt mulctare hostes? Hanc reddunt mercedem ruina sibi illata. Et dubitas adhuc, Targibile, & consideras paucitatem tuorum, & cohortes parvas? Tu turba pacem: bellum conciliabit tibi fœderatos. Neque ego tam propensa hostiter te, si ferres viros ex adverso. Nunc sexus alius est in armis, & mundus commisit sese eunuchis propugnatoribus. Aquila & vexilla Romana sequuntur hos. Incipe demum resumere feritatem barbaricam. Romani formident nunc etiam te fontem, quem contempserunt probum: plenus exuviis & divitiis Romanus eris, cum volus. Bellona ita locuta, statim transformavit sese in volucrem funestam, & obscena rostro adunco, & habens nigra virescentes pennas caliginis Stygiæ, condescit in tumulo antiquo, tanquam augurium fatale. Ille Targibilus, posteaquam timor cessavit, corde liberato, & crines hirsuti depresti sunt, non retardavit savus imperia

## ANNOTATIONES.

213. *Præsidet.* ] Alarico sævo assignata est Illyria.

222. *Bella.* ] Esto dux, bellum move, & focii ad te confluent.

*Nec te tam prona.* ] Non tam prono animo, non tantâ te propensione hortarer.

223. *Paterere.* ] Si ferres viros adversos, hostes. Alii legunt, *vaperere*, id est si ires pugnaturus contra viros.

229. *Romanus eris.* ] Spabundas spoliis & opibus, Romanus eris, si volēs. Juven,

Et genus & nomen regina pecunia donat.

232. *Auspicium.* ] Bellona sedit in sepulcro, tanquam avis funestæ augurii. Sic & Megæra apud Virgil.

*Alsis in parva (ubi) collecta figuram, Quæ quondam in bustis, &c.*

233. *Resoluto.* ] Corde liberato, & soluto ab omni pavorē.

234. *Sedere.* ] Postquam crines, qui præ horrore hirsuti surrexerant, depresti sunt, & sic timor cessavit.

- 235 Jussa Deæ; sociis quæ viderit, ordine pandit,  
Invitatque sequi. conjurat barbara pubes  
Nacta ducem, Latissimæ palam descendit ab armis.  
Pars Phrygiæ, Scythicis quæcunque Trionibus alget  
Proxima, Bithynos: Solem quæ condit, Ionas:  
240 Quæ levar, attingit Galatas: utrimque propinqui  
Finibus obliquis Lydi, Pisidæque feroces  
Continuant australe latus: gens una fuere  
Tot quondam populi, priscum cognomen & unum,  
Appellata Phryges, sed quid non longa valebit  
245 Permutare dies? dicti post Mæonæ regem  
Mæones. Ægeos insedit Græcia portus.  
Thyni, Thraces arant, quæ nunc Bithynia fertur.  
Nuper ab Oceano Gallorum exercitus ingens  
Illis antè vagus tandem regionibus hæsit,  
250 Gesaque deposuit jam Graio mitis amictu,  
Pro Rheno poturus Halyn. dat cuncta vetustas  
Principium Phrygibus; nec rex Ægyptius ultra

## INTERPRETATIO.

Divæ Bellonæ: aperit sodalibus ex ordine, quæ spectaverit, hortaturque eos sectari se. Juventus barbara inveniens ductorem, conspirat, & aperte rebellat contra arma Romanorum. Pars Phrygiæ, quæ frigit propior Trionibus Scythicis, tangit Bithynos; pars, quæ occultat Solem occidentem, tangit Ionas; pars, quæ attollit Solem orientem, tangit Galatas: hinc & inde Lydi proximi sunt limitibus oppositis, & Pisida feri contingunt partem meridianam: tot populi fuerunt olim

unus populus, vocatus Phryges, hoc cognomen antiquum & solum. At quid non longum tempus poterit mutare? Mæones appellati sunt post Regem Mæonæ. Græcia occupavit portus Ægeos. Thyni Thraces colunt partem, quæ nunc Bithynia dicitur. Magnus exercitus Gallorum nuper profectus ab Oceano, prius errans, demum fixit sedem in oris illis, & abiecit tela, jam lenior factus veste Gracæ, bibiturus Halyn pro Rheno. Antiquitas omnis dat initium Phrygibus: Neque Rex Ægyptius

## ANNOTATIONES.

238. Phrygiæ.] Hæc describitur: pars Septentrionalis tangit Bithynos, Occidentalis Ionas; pars Eoa Galatas; pars meridiana opposita ex obliquo Orienti & Occidenti, tangit Lydos, & Pisidas: porro Phrygiæ ex Josepho, originem duxit à Thygramme, qui patrem habebat Gomor, avum Japhet, & proavum Noe.

239. Ionas.] Jones dicti sunt à Javan, qui patrem habebat Japheth.

240. Galatas.] Galatæ conditorem agnoscunt Gomor, qui satus est ex patre Japhet.

241. Lydi.] Seu Ludai dicti sunt à Lude, qui fuit filius Sem.

Ægeos portus.] Litora porrecta versus Ægeum mare.

248. Gallorum.] Inde Gallogræcia appellata est, quæ eadem est ac Galatia.

250. Gesa.] Arma Gallorum propria; ut pila Romanorum.

251. Halys.] Fluvius est: ex Tauri montis radicibus nascitur; Cappadociæ, Syriæ & Paphlagoniæ agros irrigat; & in Pontum Euxinum se exonerat.

252. Nec Rex Ægyptius.] Psammetichus ex Herodoto, Rex Ægyptiorum, & Phryx inter se contendebant, uter populus esset antiquior: at utriusque consensu nutritus puer procul à nutrice fertur locu-

Restitit,

- Restitit, humani postquam puer uberis expers  
 In Phrygiam primum laxavit murmura vocem.  
 255 Hic cecidit Libycis jactata paludibus olim  
 Tibia, scdatam cum reddidit umbra Minervam.  
 Hic & Apollineâ victus testudine pastor  
 Suspensâ memores illustrat pelle Celænas.  
 Quatuor hinc magnis procedunt fontibus amnes  
 260 Auriferi: nec miror aquas radiare metallo,  
 Quæ toties lavère Midan. diversus ad Austrum  
 Cursus & Arctoum fluvii mare. Dindyma fundunt  
 Sangarium, vitrei qui puro gurgite Galli  
 Auctus Amazonii defertur ad ostia Ponti.  
 265 Icarium pelagus Mycalæque litora juncti  
 Marsya Mæandérque petunt: sed Marsya velox  
 Dum suus est, flexûque carens, jam flumine mistus

## INTERPRETATIO.

contendit ulterius, postea aquam puer inscius mamma mulieris, resolvit linguam primum in sermonem Phrygium. In hunc locum tibia projecta quondam in paludes Libycas lapsa est. cum imago ostendit Paladem deformatam: hic & pastor Marsyas superatas lyrâ Phœbeâ ornat Celænas memorabiles pelle appensâ. Hic fluvii quatuor auriferi scaturiunt ex ingentibus originibus. Neque admiror aquas eorum fulgere auro, quæ aquæ abluunt toties Midam. Cursus varius est fluminibus ad meridiem, & ad mare septentrionale. Dindyma montes parit Sangarium, qui tumefactus aquas nitidas Galli miscant, rapitur ad ostia ponti Amazonii. Marsya & Meander conjuncti influunt mare Icarium, & oras Mycalæ: sed Marsya celer, dum suus est, & sine angustibus: jam confusus cum fluvio

## ANNOTATIONES.

sus esse primum sermonem Phrygium, sicque secundum Phrygem pronuntiare videbatur. De eadem re contendisse dicuntur Scythæ & Ægyptii.

255. *Libycis.*] In natalem Tritonida paludem Libyæ cecidit. Alii legunt *Lyciis*, Lycia Phrygiæ vicina.

256. *Tibia.*] Minerva tibiâ ludebat, sed cum in umbrâ fluvii, tanquam in speculo videret genas suas tumentes ac deformatas, projecit tibiâ, quam invenire pastores, & didicere modulamina. Hinc Ovidius de Pallade,

*I procul hinc, dixit, non est mihi tibia tanti.*

*Ut vidit vultus Pallas in amne suos.*  
*Umbra*] Alii legunt *unda*, nec male.

257. *Pastor.*] Satyrus Marsyas ausus est cum Apolline de cantu contendere; sed victus est & pelle exutus,

258. *Celænas.*] Populos Phrygiæ, &

urbem ejusdem regionis, de quâ supra, lib. 1. in Eutrop. v. 278.

261. *Midam.*] Regem Phrygiæ, quæcumque tangeret, in aurum vertentem; avaritiæ symbolum.

263. *Galli.*] Fluvii, unde dicuntur *Galli* Cybeles ministri.

*Amazonii.*] Ponti seu maris alluentis Imperium Amazonum.

265. *Icarium.*] Sic dictum ab Icaro Dædali filio, qui in hoc mare decedens, ex Ovidio,

*Icarus Icarus nomina fecit aquæ.*

*Mycalæ.*] Litora Mycales, vel Promontorii, vel urbis Cariz.

267. *Dum suus est.*] Marsya fluvius, dum est in suo alveo, dumque sui juris est, est rapidus, at mixtus cum Mæandro sinuoso, fit lenis; contra Arar lentus mixtus rapido Rhodano, fit quoque rapidus.

- Mollitur, Mæandre, tuo, contraria passus,  
 Quàm Rhodano stimulatus Arar: quos inter aprica  
 270 Planities Cererique favet, densisque ligatur  
 Vitibus, & glaucæ fructus attollit olivæ,  
 Dives equi, felix pecorum, pretiosaque picto  
 Marmore, purpureis cui cedit Synnada venis.  
 Talem tum Phrygiam Geticis populatibus uri  
 275 Permisere Dei, securas barbarus urbes  
 Irrumpit, facilesque capi. spes nulla salutis:  
 Nulla fugæ. putribus jam propugniacula saxis  
 Longo corrueant ævo, pacisque senectâ.  
 Interea gelidæ secretis rupibus Idæ  
 280 Dum sedet, & thiafos spectat de more, Cybelle,  
 Curetūque alacres ad tympana suscitât enses;  
 Aurea sanctarum decus immortale comarum  
 Defluxit capiti turris, summoque volutus  
 Vertice crinalis violatur pulvere murus.  
 285 Obstupuere truces omen Corybantes, & uno  
 Fixa metu tacitas prefferunt Orgia buxos.  
 Indoluit genitrix. tunc sic commota profatur:

## INTERPRETATIO.

tuo, δ Maandre, lenitur, ferens res contrarias, quàm Arar raptus à Rhodano, Inter quos fluvios campus apricus gratus est Cereri, & operitur vineis spissis, & ostentat fœtus virides olivæ: fœcundus equorum, fœcundus armentorum, & locupletatus marmore picturato, cui Synnada cedit, lapidicinis rubentibus. Superi siverunt Phrygiam tum talem incendi prædationibus Getarum. Barbarus tutus irrumpit oppida facilissima expugnatus: spes nulla salutis erat, nulla effugii, jam turres saxi corruptis longâ vetustate, & diuturnitate

pacis conciderant. Interim dum Cybele sedet in saxi remotis Ida frigida, & afficit choros pro consuetudine, & excitat gladios latos Curetum ad sonitum tympanorum; apex turritus auratus, qui est honor æternus criminum ejus factorum, cecidit ex capite ejus, & fastigium ipsius capillatum, resolutum in culmine alto, turpatur cinere. Corybantes sævi obstupesci sunt præfatio, & Orgia defixa uno timore compresserunt tibias buxæ silentes. Mater Cybele ingemuit: tum afflicta ita loquitur.

## ANNOTATIONES.

273. Synnada. ] Synnada, adu, & Synnada, urbs Phrygiæ celebris marmoreis lapidicinis, vel lapicidinis, quarum maxime maculas habet rubentes.

278. Pacisque senectâ. ] Sapientes pacis causâ bellum gerunt, sed pax aliquando nocet. Cujus rei exempla passim.

Nunc patimur longa pacis mala. Juvén.

279. Idæ. ] Nomen urbis & montis in Phrygiâ; huic præsidet Cybele mater Deorum.

280. Thiafos. ] Choros: nam Θίασος, seu Thiasus est chorus tripudiantium in

honorem numinis alicujus, sed præcipue Bacchi.

281. Enses. ] Curetes & Corybantes Cybeles ministri vibrabant gladios, & sæpe sese vulneribus deformabant.

283. Turris. ] Crines in cumulum elati, instar turris, muri fastigii, verticis.

286. Orgia. ] ὠρὸς τῆς ὀργῆς, à furore sic dicta, sunt sacra Bacchi. Sed & usurpantur pro sacris omnibus, in quibus furor dominatur orgia prefferunt buxos, id est Corybantes orgia celebrantes, precesserunt tibias ex buxo factas,

- Hoc mihi jampridem Lachesis grandæva canebat  
 Augurium : Phrygiæ casus venisse supremos  
 190 Delapsus testatur apex. heu , sanguine qualis  
 Ibit Sangarius , quantâsque cadavera lenti  
 Mæandri passura moras ! immobilis hæret  
 Terminus. hæc dudum nato placuere Tonanti.  
 Par & finitimis luctus ; frustra Lyæi  
 295 Non defensuros implorat Lydia thyrsos.  
 Jamque vale Phrygiæ tellus , periturâque flammis  
 Mœnia , conspicuas quæ nunc attollitis arces ,  
 Mox campi nudumque solum. dilecta valete  
 Flumina ; non vestris ultra bacchabor in antris  
 300 Nec juga sulcabit noster Berecynthia currus.  
 Dixit , & ad tristes convertit tympana planctus.  
 Labentem patriam sacris ululatibus Atys  
 Personat , & lacrymis torvi maduere leones.  
 Eutropius , quamvis nequeat metuenda tacer  
 305 Clades , & trepidus vulgaverit omnia-rumor.  
 Ignorare tamen fingit , regni-que ruinas  
 Dissimulat. parvam latronum errare catervam :

## INTERPRETATIO.

*Lachesis annoſa præſagiebat mihi jamdu-  
 dum hoc auſpiciũ : vertex corruens ſigni-  
 ficat fatum ultimum Phrygia accidiſſe.  
 Heu ! Qualis Sangarius ſuæ ob cœcitatem.  
 & quantos cadavera toleratura ſunt ſle-  
 xus Mæandri tardi ! Limes inconcuſſus  
 manet. Hæc jampridem ſtatuta ſunt à ſi-  
 bio Jove. Et clades ſimilis eſt vicinis cla-  
 dibus. At Lydia invocat inutiliter haſtas  
 Bacchi non propugnaturas ſe. Jamque  
 vale , ô terra Phrygia ; & urbes ſepo-  
 lienda ignibus , quæ urbes nunc oſtendiſſis*

*curres altas , ſtatim eritis agri , & ſolum  
 deſertum. Valete fluvii chari : non ſu-  
 ram ampliùs in cavernis veſtris ; neque  
 currus noſter ſindet colles Berecynthios.  
 Cybele ita locuta eſt , & ſtatim vertit lu-  
 ctus mæſtos ad tympana : Atys reſonat  
 lamentis ſacraſis patriam cadentem , &  
 leones feri ſparguntur ſletibus. Eutropius ,  
 eſi ſtrages timenda non poſſit ſileri , &  
 fama timida revelarit , tamen ſimulat ſe  
 nescire , & diſſimulat exitium imperii ;  
 jubet turbam exiguum prædonum vagari ,*

## ANNOTATIONES.

188. *Lachesis.* ] Una Parcarum ſic dicta  
 ὅτι τὸ λαχάω , ſortiri , quòd ſortia-  
 tur , ducâtque ea quæ futura ſunt.  
 191. *Quantâsque.* ] Quanto ſanguine  
 Sangarius fluvius fœdabitur ? Quantas  
 moras paſſurus eſt Mæander ob cada-  
 vera ?  
 192. *Immobilis.* ] Finis cuique rei præ-  
 ſcriptus hæret immobilis , neque ultra ire  
 licet.  
 193. *Placuisse.* ] Dudum placuit Jovi ,  
 ut periret Phrygia.  
 194. *Par , &c.* ] Luctus noſter par eſt  
 finitimis , hoc eſt proximus eſt , idem eſt ,

ac ſi mox accideret , ac ſi finitima mala  
 forent.

295. *Lydia.* ] Baccho ſacra eſt.

*Thyrsos.* ] Thyrsus eſt haſta pampinis  
 vel hederis involuta , quam geſtabat Bac-  
 chus.

299. *Bacchabor.* ] Non celebrabo Or-  
 gia cum Bacchantibus.

300. *Berecynthia.* ] Berecynthus eſt  
 mons Phrygiæ , ſacer Cybelæ Deorum  
 matri.

302. *Atys.* ] Amasius Cybeles.

303. *Leones.* ] Qui currum Cybelæ tra-  
 here ſinguntur.

Qq ij



- In fontes tormenta magis, quam tela, parari :  
 Nec duce frangendas jactat, sed iudice, vires.
- 310 Vasta velut, Libyæ venantium vocibus ales  
 Cum premitur, calidas cursu transmittit arenas,  
 Inque modum veli sinuatis flamine penæ  
 Pulverulenta volat; si jam vestigia retro  
 Clara sonent, oblita fugæ stat lumine clauso
- 315 Ridendum revoluta caput, creditque latere,  
 Quem non ipsa videt, furtim tamen ardua mittit  
 Cum donis promissa novis, si fortè rogatus  
 Desinat. ille semel notæ dulcedine prædæ  
 Se famulo servire negat: nec grata timentum
- 320 Munera, militiam nullam, nec prima superbus  
 Cingula dignari. nam quis non Consule tali  
 Vilis honos? postquam precibus miscere nullis;  
 Non auro cessisse, videt, crebèrque recurrit  
 Nuntius incassum, nec spes jam fœderis extat:
- 325 Tandem concilium belli confessus agendi,

## INTERPRETATIO.

Et venditat expediri poris supplicia innocentibus, quàm arma; neque contundendos impetus hostium per ductorem, sed per magistratum. Quemadmodum avis ingens Libyæ Struthiocamelus cum urgetur clamoribus venatorum, traiecit currendo arenas ardentes, & curvatis alis cum flatu, instar veli, pulvereæ evolat: sed si jam passus venatorum clare resonant pondè, immemor fugæ, consistit oculis clausis, & capite ridiculo recto; ac putat fallere hostem, quem ipsa non cernit. Eutropius tamen mittit promissa aurea cum minoribus recensibus, si forsan Targibilus exoratus cesset belligerare. Ille semel delinitus, amore cognito spoliolum recusat se famulari servo; & dicit dona hominum trepidantium non esse jucunda. Nolum ille arrogans voluit accipere decus militiae, neque principem dignitatem. Et enim quæ dignitas non abjecta est sub Consule tali? Posteaquam Eutropius cernit Targibilum non flecti ullis precibus, non vinci muneribus; & nuncius freuens redit frustra, neque jam spes est pacis: tandem fassus bellum faciendum esse,

## ANNOTATIONES.

310. *Vasta.* ] Struthiocamelus, Στρουθίου καμήλη. Alianus. Plautus vocat passerem marinum.

313. *Volat.* ] Non tam volat, quàm currit: pedibus enim semper nititur, præ magnitudine.

315. *Ridendum.* ] Ridiculum caput, quia calvum, quia sine superciliis, quia stulta, aut non videns hostem, credit se non videri.

317. *Mittit promissa.* ] Mittit legatos, qui montes aureos promittant.

319. *Negat servire.* ] Se servitutum esse.

321. *Cingula.* ] Se non dignari accipere cingula prima, hoc est principem militiæ dignitatem, seu magistratum equitum, id quod Eutropius timens offerebat. Per *Cingula prima*, nonnulli explicant cinctus primos; hoc est Consulatum.

*Consule tali.* ] Quæ munera non vilia sint, dante Eutropio? Nam dona ex merito dantis cenferi solent.

325. *Belli confessus agendi.* ] Confitens bellum agendum esse, Gellius *confessus aris*, id est confitens debitum.

- Ad sua tecta vocat. juvenes venere protervi,  
 Lascivique senes, quibus est insignis edendi  
 Gloria, corruptasque dapes variasse decorum:  
 Qui ventrem invitant pretio, traduntque palato  
 330 Sidereas Junonis aves, &, siqua loquendi  
 Gnara coloratis viridis defertur ab Indis,  
 Quasitos trans regna cibos: quorumque profundam  
 Ingluviem non Ægeus, non alta Propontis,  
 Non freta longinquis Mæotia piscibus æquent.  
 335 Vestis adornata studium, laus maxima risum  
 Per vanos movisse sales, minimèque viriles  
 Munditiæ, comiti vultus, onerique vel ipsa

## INTERPRETATIO.

convocat in domum suam concilium. Ju-  
 venes petulantes adsunt & senes luxuriosi,  
 qui gloriantur comedere egregiè, & pu-  
 tant pulchrum mutare epulas vitiatas: qui  
 accendunt gulam caritate ciborum, &  
 sorbent ore volucres stellatas Junonis, &  
 si qua avis viridis (Pittacus) perita loquen-  
 di advehitur ab Indis nigris, quæ sunt  
 dapes quasita trans imperia: quorum gula  
 insatiabilis non satiatur cibis Ægei maris,  
 non Propontidis profunda, non piscibus re-  
 motis fretorum Mæoticorum. His cura est  
 vestium fragrantium: honor magnus his  
 est excitasse risum per facetias nugato-  
 rias: & his lautitia sunt minus viriles.  
 facies ornata, & vel ipsa vestimenta,

## ANNOTATIONES.

327. *Edendi.*] Edaces olim vocabant  
 asinos, ut abjectissimi animalis nomen  
 indignissimis hominibus imponeretur. Sic  
 Eresichthon ille portentosæ voracitatis di-  
 citur ab Eliano *αἰνῶν*, id est asinus.

328. *Corruptas.*] Gloriantur sibi apponi  
 varias dapes corruptas, non quod corru-  
 ptæ sint, sed quod causa sint corruptionis  
 & crudelitatis.

329. *Invitant.*] Invitant sese ad eden-  
 dum, ob pretium ciborum exquisitissi-  
 morum, qui carius tempi sunt. Alii le-  
 gunt, *irritant*, nec malè, id est pretium  
 incendit ingluviem, quasi cibus ed me-  
 lior sit, quod carius emptus est, & superbo  
 delectu in sylvis, aut in mari longinquo  
 conquestum. Juvenalis:

*Optima sylvarum, interea pelagique vo-  
 rabis, &c.*

330. *Junonis aves.*] Pavones, quorum  
 raro exquisita dicitur, sed crudelitatis pa-  
 rens. Adeo nihil est ab omni parte beatum!  
 Horatius, *Sidereas* autem dixit alludens ad  
 fabulam, quæ ait Junonem Argi custodis  
 oculos avis suæ caudæ, quasi totidem si-  
 dera inferuisse.

331. *Coloratis.*] Virgilius:

332. *Trans Regna.*] Hinc Senecæ indi-  
 gnatio in eos, quibus ob gulam, tam an-  
 gustus erat Romanus orbis, ut dapes ex  
 aliis regionibus peterent.

334. *Piscibus.*] Pisces in deliciis apud ve-  
 teres, ut testantur Apicii.

*Mæotia.*] Palus Mæotis, Mæotida, vel  
 Mæotia, supra Pontum Euxinum.

335. *Vestes adornata.*] Alii legunt *odo-  
 rata*. Scilicet veste odorata & aureâ glo-  
 riabantur, qui ferro & are gloriari debue-  
 rant.

336. *Movisse sales.*] Histionum more.  
*Minimèque viriles.*] Quibus convivas  
 provocabant ad libidinem effœminatam.

337. *Oneri.*] Sericæ ipsæ vestes, etsi te-  
 nuissimæ, erant oneri hominibus delicatissi-  
 mæ. Juvenal.

— *Panniculus bombycinus urit.*  
 Cæsar ex Suetonio milites habebat tam  
 cultos, ut argento & auro politis armis or-  
 natur: simul & ad speciem, & quod tena-  
 ciores eorum in prælio essent metu illammi.  
 Jactabátque, Milites suos etiam ungues-  
 atos bene pugnare posse. Sed alius Cæsar,  
 alius Eutropius.

Qq iij

- Serica si Chunus feriat, si Sarmata, portas,  
 Solliciti scenæ, Romam contemnere sueti,  
 340 Mirarique suas, quas Bosporus alluit, ædes:  
 Saltandi dociles, aurigandique periti.  
 Pars humili de plebe duces: pars compede furas,  
 Crurâque signati nigro liventia ferro  
 Jura regunt, facies quamvis inscripta repugnet  
 345 Séque suo prodat titulo. sed prima potestas  
 Eutropium præfert, Hosio subnixa secundo.  
 Dulcior hic sanè cunctis, prudensque movendi  
 Juris, & admoto qui temperet omnia fumo  
 Fervidus; accensam sed qui bene decoquat iram.  
 350 Confidunt apices gemini ditionis Eorū,  
 Hic coquus, hic leno, defessi verberare terga,  
 Servitio, non arte, pares. hic sapius emus,

## INTERPRETATIO.

*Serica sunt ponderi, Si Chunus, si Sarmata* resonit Eutropium, freta Hosio secundo. *Hic* Hosius suavior est ceteris omnibus, & peritior juris movendi, & qui fumo adhibito condias cunctas: ardens est, sed qui decoquat sapienter furorem inflammatam. *Vertices* duo Imperii Orientis sedent: ille coquus Hosius, hic leno Eutropius, habentes terga sulcata flagris: similes servitute, non industriâ. Hic Eutropius emptus est frequentius,

## ANNOTATIONES.

338. *Chunus, Sarmata.* ] Populi Sarmatæ Europææ. Etiam si hostis ad portas fulminet, solliciti de theatro Eutropiani, non omittunt ludos, comœdiam, &c.

339. *Romam contemnere.* ] Ob mares Romanorum animos. Romam tamen, quam Dionysius vocat *μνῆμα πασάντων πόλεων, ἢ μάγαν οἶκον ἀνέκτων*, Matrem omnium urbium, magnâque Regum domicilium.

341. *Aurigandique periti.* ] Instar Neronis; vel cupidi scire, quis auriga melior, &c.

343. *Signati.* ] Habentes crura signata ferro, quia ante servi erant.

344. *Jura regunt.* ] Leges, Judicia, Magistratus, Imperium.

*Inscripta.* ] Dant leges, imperant, etiam si facies inscripta servili notâ adversetur tanto honori. Servi notabantur ferro, & inscribebantur, ut pecora domini notam gerentia.

346. *Subnixa.* ] Prima sedes datur Eutropio, sed eadem sedes freta & subnixa est Hosio, secundum locum occupante.

347. *Dulcior.* ] Hic multa ambiguit & ingeniosè dicta contra Hosium, qui coquus fuerat. Unde *dulcior* dicitur & prudens *movendi juris*, alludendo ad jusculum culinæ; & simul tamen innuens Hosium esse peritum justitiæ turbandæ. Alii legunt, *novandi juris*: id est inveniendi novi juris.

348. *Fumo.* ] Alludit iterum ad fumum culinæ; sed alio sensu dicit Hosium moderari & temperare omnia admoto fumo; id est adhibita quadam adulatione. Alii legunt, *nasfo*, nec malè, id est quadam sagacitate.

349. *Decoquat.* ] Fervidus est, sed ira, ut sciat artem, quâ sua ira decoquatur, & defervescat sapienter.

351. *Defessi.* ] Alii legunt *defessi*, id est, fatigati ferre flagra seu verbera.

- Alter ad Hispanos nutritus verna penates.  
 Ergo ubi collecti procures, qui rebus in arctis  
 355 Consulerent, tantisque darent solatia morbis;  
 Obliti subitò Phrygiæ, belloque relicto  
 Ad solitos cœpère jocos, & jurgia Circi  
 Tendere. nequidquam magnâ conflagitur irâ,  
 Quis meliùs vibrata puer vertigine molli  
 360 Membra rotet? verrat quis marmora crine supino?  
 Quis magis enodes laterum detorqueat artus?  
 Quis vocì digitos, oculos quis motibus aptet?  
 Hi tragicos meminere modos: his fabula Tereus,  
 His nec dum commissa choro cantatur Agave.  
 365 Increpat Eutropius: Non hæc spectacula tempus  
 Poscere: nunc alias armorum incumbere curas.  
 Se satis Armenio fessum pro limite cingi,  
 Nec tantis unum subsistere posse periclis.  
 Ignoscant senio: juvenes ad prælia mittant.

## INTERPRETATIO.

ille educatus verna in domo Hispanâ. Postquam igitur primores convocati sunt, ut consultarent in negotiis angustiis, & afferrent remedia tantis malis; statim immemores Phrygiæ, & bello neglecto, incœperunt redire ad facetias consuetas, & certamina theatri. Frustra contenditur studio ardenti, quis puer circumagat corpus impulsu circuitu leni? Quis capillis resupinatis abstergeat pavimenta marmorea? Quis desectat melius partes molles laterum? Quis accommodet meliùs digitos voci, quis oculos saltationibus? Hi recordantur versus tragicos: fabula Terei canitur ab illis: Agave nondum credita Theatro canitur ab aliis. Eutropius reprehendit hos dicens, hoc tempus non petere ludos tales: nunc labores alios belli urgere. se celi fatigatum satis armari pro finibus Armenia defendendis, sed non se solum valere resistere discriminibus tantis. Rogat hos ut parcant senectuti suæ; ut mittant juvenes ad bella:

## ANNOTATIONES.

353. *Verna.* ] Est filius ancillæ.  
 355. *Morbis.* ] Ambigua vox, nam significare potest incommoda reipub. & simul perstringere morbos ex libidine, & ex gulâ natos.  
 357. *Jurgia.* ] Certamina histrionum more. O levitatem, ac stuporem! In ipsis belli urgentis angustiis, obliuiscuntur belli, animosque ad jocos rixasque convertunt.  
 358. *Magnâ irâ.* ] Agunt de ludis, magno studio, imò & irâ ardente, cum patria periclitatur.  
 359. *Vertigine.* ] Quis puer capite demisso, pedibùsque in altum sublatus meliùs vibret suum corpus?  
 360. *Verrat.* ] Quis pedibus sursum elatis, projectisque manibus, quibus sustinetur, fungatur officio pedum, capite demisso, & crinibus pendentibus, verrat pavimenta marmorea?  
 361. *Enodes.* ] Quis ita detorqueat costas laterum, ut sine nodo, sine ossibus esse videatur. Alii legunt, *laterum arcus*, id est flexus, curvaturas.  
 363. *Tereus.* ] Rex Thracum, qui ob constupratam Philomelam Progne uxoris suæ sororem, in upam mutatus est.  
 364. *Nondum commissa choro* ] Nondum producta in theatrum.  
*Agave.* ] Cadmi & Hermiones filia; qui filium Pentheum abstemium, & ideo Bacchi sacra despicientem, cum cæteris Bacchantibus discepit, eam vitulum esse rata præ nimio furore.

- 370 Qualis pauperibus nutrix invisa puellis  
 Assidet, & telâ communem quærere victum  
 Rauca monet. festis illâ luisse diebus  
 Orant, & positis æquævas visere penfis,  
 Iratæque operi jam lasso pollice fila
- 375 Turbant, & teneros detergunt stamine fletus.  
 Emicat extemplo cunctis trepidantibus audax  
 Crassa molle Leo, quem vix Cyclopia solum  
 Æquatura famas, quem non jejuna Celæno  
 Vinceret. hinc nomen fertur meruisse Leonis.
- 380 Acer in absentes linguæ jactator, abundans  
 Corporis exiguisque animi, doctissimus artis  
 Quondam lanificæ, moderator pectinis uncti.  
 Non alius lanam purgatis sordibus æquæ  
 Præbuerit calathis: similis nec pinguis quisquam
- 385 Vellera per tenues ferri producere rimas.  
 Tunc Ajax erat Eutropii latèque fremebat,  
 Non septem vasto quatiens umbone juvencos:

## INTERPRETATIO.

sicut nutrix odiosa, sedet prope virgines inopes, & rauca hortatur illas comparare victum communem telâ faciendâ: illæ virgines rogant, ut sinat colludere diebus festis, & opere seposito invisere aequales suas; & jam indignantes laborem suum, jam digitis fatigatis confundunt stamina, & absterguunt telâ suâ lacrymas tenellas. Statim Leo animosus ingenti magnitudine exurgit omnibus timentibus, quem unum famas Cyclopum agrè adæquaret, quem

non Celano famelica superaret: hinc dicitur promeritis esse cognomentum Leonis. Homo jaculator ardens sermonis contra absentes, vastus corpore, parvus animo, olim peritissimus artis lanificæ, rector pectinis curvi. Non aliter injecerit in canistros lanam. immunditiis ejectis, similiter: neque aliter aqualis trajicere lanas crassas per foramina ferri subtilia. Tunc Leo erat Ajax Eutropii, & undique furebat, non concutiens septem pelles bovis in clypeo magno,

## ANNOTATIONES.

370. *Assidet.* ] Propè sedet, supra sedet, ad urgendas puellas.

373. *Orant luisse.* ] Phrasis Græca Poëtis familiaris: mira comparatio ad irridendum Eutropium, Eutropiique sectatores ad bella ineptos; quos comparat cum vetulâ & puellis mollibus, & proposito labore stentibus.

377. *Leo.* ] Homo quidam cognominatus Leo, vecors & ventri deditus, qui non aliâ ratione emerfit, quàm quod esset Eutropio jucundus. Missus est contra barbaros: officium suum utcumque obijt, sed ob crapulam facilè deceptus est à Gainæ & Targibilo, fraude delectus.

*Cyclopia.* ] Ita famelicus, ut ipse solus famem Cyclopum, & Harpyiæ Celænus superaret. Celæno Harpyia sic dicta, quia *καλαρος*, idem est ac *niger*. At iste si heluabatur, & bibebat quoque egregiè: fortitudinem enim in eo ponebat, ut plus biberet, quàm reliqui omnes, & plures haberet meretrices, quàm milites.

380. *Acer in absentes lingua.* ] Maledicus, & ideo iners. Livius: *Viri nati militis factis magni, ad lingua certamina rudes.*

386. *Ajax.* ] Vir fortissimus inter Græcos, de quo Ovidius, *Clypei dominus septemplex Ajax.*

Sed,

- Sed, quam perpetuis dapibus pigròque sedili  
Inter anus intércue colos oneraverat, alvum.  
390 Exsurgit tandem, vocémque expromit anhelam:  
Quis novus hìc torpor, socii? quonam usque sedemus,  
Fœmineis clausi thalamis, patimúrque periculum  
Gliscere defidiâ? graviorum turba malorum  
Textitur, ignavis trahimus dum tempora votis.  
395 Me petit hic sudor, numquam mea dextera segnis  
Ad ferrum. faveat tantùm Tritonia cœptis,  
Inceptum perageretur opus, jam cuncta furore  
Qui gravat, efficiam leviolem pondere lanæ  
Targibikum tumidum, desertorésque Gruthungos  
400 Ut miserâs populabor oves, & pace relatâ  
Pristina restituam Phrygias ad stamina matres.  
His dictis iterum sedit. fit plausus, & ingens  
Concilii clamor. qualis resonantibus olim  
Exoritur caveis, quoties crinitus ephebus.  
405 Aut rigidam Nioben, aut flentem Troada, fingit.

## INTERPRETATIO.

*Sed ventrem, quem inter vetulas & inter celos oppresserat epulis continuis, & cathedra inertis. Tandem surgit, & anhelus erumpit in hunc sermonem: O commilitones, qua nova hac segnitie est? Quo usque tandem nos inclusi in cubilibus mulieribus confidemus, & inertiam nostram sinimus malum crescere? Series calamitatum majorum paratur, dum ducimus tempora desiderii inertibus. Hic labor poscit me. Nunquam manus mea pigra fuit ad arma: & Pallas tantum adsit consiliis. meus labor inchoatus perficietur. Mox ego reddam Targibikum, etiam surgentem, qui opprimit omnia rabie sua, leniorem onere lana; & diripiam ut oves misellas, Gruthungos transfugas; & pace restituta remittam matres Phrygias ad opera solita. His pronuntiatis, Leo sedit rursus. Admurmuratio excitatur, & magnus fremitus confectus. Qualis nascitur quondam in Circo sonoro, quotiescumque juvenis capillatus agit, vel Nioben saxeam, vel Troadem lugentem.*

## ANNOTATIONES.

388. *Pigròque sedili.* Quia semper sedebat in lanâ tractandâ homo gulosus, corporis ejus moles crassior evaserat, sicque ipse suâ mole oneratus & oppressus erat.  
390. *Anhelam.* Ipse anhelus. prae nimiam pinguedine.  
392. *Fœmineis.* Vel reverâ inclusi in cubilibus fœmineis, vel in cubiculis hominum effœminatorum.  
394. *Textitur.* Texere, trahere, gliscere; sudor: omnia ambigua, & ad lausificum alludentia;  
396. *Tritonia.* Pallas sic dicta, à palude Tritonide in Africâ, ubi nata esse dicitur. Pallas autem Dea lanificii.  
400. *Populabor.* Diripiam, tondebo, ut oves.  
404. *Ephebus.* Juvenis *ὄνι super.* & *ἄνι juvenis*: Ephebus itaque est qui intrat in juventutem.  
405. *Rigidam Nioben.* Niobe Tantali filia, duodecim liberis superba se Latonæ Deæ præferebat: Dea indignata, arreptis Dianæ Apollinisque sagittis Liberos ejus occidit. Niobénque ipsam convitiantem venti turbine in Asiam impulit, & juxta Sipylum urbem in saxum transformavit.

R. r.

- Protinus excitis iter irremeabile signis  
 Arripit, infaustoque jubet bubone moveri  
 Agmina, Mygdonias mox impletura volucres.  
 Pulcher & urbanæ cupiens exercitus umbræ,  
 410 Assiduus ludis, avidus splendere lavacris,  
 Nec soles imbrésve pati, multumque priori  
 Dispar, sub clypeo Thracum qui ferre pruinas,  
 Dum Stilicho regeret, nudoque hyemare sub axe  
 Sueverat, & duris haurire bipennibus Hebrum.  
 415 Cum duce mutata vires. Byzantia robur  
 Fregit luxuries, Ancyranique triumphi.  
 Non peditem præcedit eques: non comoda castris  
 Eligitur regio. vicibus custodia nullis

## INTERPRETATIO.

*Statim Leo vexillis accersitis, rapit viam irrevocabilem, atque imperat cohortes procedere, infelici alite; cohortes mox devorandas ab avibus Phrygiis. Exercitus decorus, & amans otii urbis, continuus in ludis, cupidus fulgere in balneis solebat, neque tolerare calores & pluvias, & multum dissimilis sibi primo; qui, dum Stilicho duceret eum, solebat pati sub scuto niveo & hybernare sub Cælo puro, & portare aquas Hebræ fractas securibus rigidis. Vigor ejus abiit cum ductore: lascivia Constantinopolitana, & victoria Ancyranæ enervaverunt vires ejus. Non equites præcedunt peditibus; non locus deligitur aptus castris metandis: non excubia vigilant ad*

## ANNOTATIONES.

Per saxum, intellige Nioben dolore diriguille, & velut immotam stetit. Forfan & hæc fabula detorta est ex Lothi conjugæ, quæ in statuam falis mutata est.

*Troada.*] Vel sceminam aliquam Trojanam stentem, vel casus Trojæ lugentis & deplorantis sua mala.

406. *Iter irremeabile.*] Iter, unde non rediret, non remearet, quia delendus esset exercitus. Virgilius, *irremeabilis error.*

407. *Infausto Bubone.*] Malis & infastis avibus. Nam Bubo est avis sinistra generis, fuit tamen felix Agrippæ Judæo, ex Josepho; illi enim libertatem, regnumque prælagit.

408. *Impletura.*] Mox præda futura avibus Mygdoniis, seu Phrygiis.

*Mygdonias.*] Phrygia dicitur & Mygdonia.

409. *Pulcher exercitus.*] Exercitus dicitur, quod melior fiat exercendo. *Pulcher* hic est mollis, sceminarum instar, quæ pulchritudine delectantur. *Pulcher*

nempe & mollis miles, qui exemplo Sardanapali, fufum non fundam, telas non tela contrectet.

*Umbræ.*] Otii quod percipitur in umbraculis domuum.

411. *Nudo sub axe.*] Sub dio, sub Lunâ, sub Æthere puro, nudo, etiam sine pellibus.

414. *Haurire.*] Scindere securibus aquas Hebræ fluvii, & scissas haurire; vel haurire aquas sub glacie scissâ latentem.

415. *Cum duce mutata.*] Aded verè dictum est, leones à cervo ductos, in cervos totidem degenerare!

416. *Ancyranæ triumphi.*] Ironice. Alludit nempe ad iter, quo Eutropius delectationis causâ Ancyram magnâ pompâ petivit tanquam secessum æstati traducendæ amœnissimum!

417. *Non peditem.*] Sub Leone omnia indisposita, & Tacitus diceret, *Pervigiliis & Bacchanalibus, quàm disciplina & castris propiora.*

- Advigilat vallo. non explorantur eundæ  
 420 Vitandæque viæ. nullo se cornua flectunt  
 Ordine. confusi passim per opaca vagantur  
 Lustra, per ignotâs angustæ tramite valles.  
 Sic vacui rectoris equi, sic orba magistro  
 Fertur in abruptum casu, non fidere, puppis.  
 425 Sic ruit in rupes amisso pisce sodali  
 Bellua, sulcandas qui præviâs edocet undas,  
 Immensumque pecus parvæ moderamine caudæ  
 Temperat, & tanto conjungit fœdera monstro.  
 Illa natat rationis inops, & cæca profundi  
 430 Jam brevibus deprensa vadis, ignara reverti  
 Palpitat, & vanos scopulis illidit hiatus.  
 Targibilus simulare fugam, statûsque Leonis  
 Spe nutrire leves, improvisusque repenti,  
 Dum gravibus marcent epulis, hostique catenas  
 45 Inter vinâ crepant, largo sopita Lyæo

## INTERPRETATIO.

aggerem, vicibus alternis: non iter petendum aut effugiendum indagatur: cornua nullo se vertunt ordine: turbati undique errant per sylvas opacas, & per valles incognitas semitâ arctâ. Ita equi privati moderatore, ita navis privata gubernatore ruit in præceps, ducta per fortunam, non per astra. Ita monstrum marinum Balæna rapitur in scopulos, perduto pisce socio, musculo, qui præcedens monstrat aquas findendas, & gubernat belluam vegrandem regimine cauda exigua, & init amicissimæ cum portento tanto. Illa bellua carens omni cogitatione nat, & ignara maris, jam intercepta vadis exiguis, nesciens redire, deficit, & impingit in rupes voragine inanem. Targibilus cœpit fingere fugam, & alere spe tenui cor tumidum Leonis; & statim inopinus invadit castra sepulta vinculo copioso, dum flaccescunt cribis onerantibus.

## ANNOTATIONES.

419. *Explorantur.*] Non mittuntur exploratores, qui doceant viam tutam, quâ eatur; & intutam, quæ vitetur.  
 424. *In abruptum.*] In loca abrupta & præcipitia.  
 425. *Pisce sodali.*] Ferunt nempe Musculum piscem exiguum, regere & ducere Balænam, quæ est portentosæ magnitudinis.  
 427. *Pecus.*] Monstrum marinum. Horatius de monstris marinis:  
 Omne cum Proteus pecus egit æolos  
 Visere montes.  
 429. *Rationis.*] Ex Aristotele, in bestiis sunt mixtæ rationis & insensitivæ quædam vite humana & rationis imitamina; instinctum nonnulli vocant, nonnulli cognitionem quandam, quæ bestiarum uti videntur; alii dicunt impressiones sensuum, quibus ita moventur, ut cognoscere putares.  
 430. *Vadis.*] Deprehensa in vadis brevibus, id est arenis aquâ profundâ carentibus, destituitur, palpitat, & mare altius quærens, oris apertâ voragine impingit in scopulos.  
 432. *Flatus Leonis.*] Id est, cor tumidum inani fumo ventoque supinæ arrogantis.  
 435. *Crepant.*] Inter ructum crepitumque catenas minantur. Sic Tullius de Catilinariis, eructant cades bonorum, id est, ructando minantur se patraturos esse cades bonorum.

R. r. i. j.



- Castra subit; pereunt alii, dum membra cubili  
Tarda levant: alii letho junxere soporem:  
Ast alios vicina palus sine more ruentes  
Excipit, & cumulis immanibus aggerat undas.
- 440 Ipse Leo damâ cervoque fugacior ibat  
Sudanti tremebundus equo: qui pondere postquam  
Decidit implicitus limo, cunctantia pronus  
Per vada reptabat cœno subnixâ tenaci.  
Mergitur, & pingui suspirat corpore moles,
- 445 More Suis; dapibus quæ jam devora futuris  
Turpe gemit, quoties Hosiûs mucrone corusco  
Armat, cingitque sinus, secumque volutat,  
Quas figat verubus partes, quæ frustra calenti  
Mandet aquæ, quantoque cutem distendat echino.
- 450 Flagrat opus crebro pulsatus perstrepat ictu.  
Contextit variis penetrans Chalcedona nidor.  
Ecce levis frondes à tergo concutit aura:  
Credit tela Leo. valuit pro vulnere terror,  
Implevitque vicem jaculi, vitamque nocentem
- 455 Integer, & solâ formidine saucius efflat.

INTERPRETATIO.

Et eruant vincula in hostem, inter pocula. Hi occiduntur, dum atollunt corpora lenta ex letis; illi copulaverunt mortem somno: sed palus finissima recipit ceteros fugientes sine exemplo, & auget aquas acervis magnis. Ipse Leo timidus currobat equo sumante, levior damâ & cervo: qui Leo posteaquam præ nimia mole cecidit, implexus luto, demissus, adrepebat per vada remorantia, fulta limo viscoso. Submergitur tandem, & crassitudo ejus ob corpus obesum, anhelat, instar porci, quæ jam destinata convivii celebrandis suspirat

curpiter, quotiescumque. Hosius instruitur cultro nitenti, & succingit vestes, & cogitat secum, quæ frustra adfigat verubus, quæ frustra immergat aquâ buliente, & quot ovis Echini faciat pellem. Labor fervet: cos percussa ictu frequente stridet: fumus diversus exiens obumbrat Chalcedona. En ventus tenuis impellit folia pondè, Leo putat esse sagittas: timor efficit, quod plaga efficeret, & peregit opus teli: ac iste Leo incolomis hæcenus emittit animam fontem, & vulneratus solo metu.

ANNOTATIONES.

442. *Cunctantia.*] Fugam retardantia vada.
445. *Devota.*] Velut sacra culinæ vitima, ab Hosio coquo succincto paratōque mactanda.
449. *Distendat.*] Porcellos afflos ovis Echini facire, implere, distendere solebant antiqui. Alii per *Echinum* intelligunt vas ænei genus, in quo porcellus, vel porcelli curis distendatur.
450. *Cos perstrepat.*] Cos perstrepat crebro impulsu icta ad acuendum cultrum; quo Hosius carnes afflas partiatur.
451. *Nidor.*] Fumus & odor carniū vel assarum, vel elixarum, præ nimia copîa penetrat Chalcedona, urbem ex alterâ Bospori parte, è regione Byzantii, illamque contextit, seu tegit, obumbrat. Virgilius: --- *Cælum subtexere fumo.*
455. *Efflat.*] Emittit animam stando, sicut porcus.

Quis tibi tractandos pro pectine, degener, enses;  
 Quis folio campum præponere fuasit avito?  
 Quam bene texentem laudabas carmina tutus,  
 Et matutinis pellebas frigora mensis!  
 460 Hic miserande jaces: hic, dum tua vellera vitas,  
 Tandem filatibi neverunt ultima Parcæ.

Jam vaga pallentem densis terroribus aula  
 Fama quatit: stratas acies, deleta canebar  
 Agmina, Mæonios fœdari cædibus agros,  
 465 Pamphylos Pisidæque rapi. metuendus ab omni  
 Targibilus regione tonat. modò tendere cursum  
 In Galatas, modò Bithynis incumbere fertur.  
 Sunt qui per Cilicas rupto descendere Tauro,  
 Sunt qui correptis ratibus, terræque marique  
 470 Adventare ferant. geminantur vera pavoris  
 Ingenio. longè spectari è puppibus urbes  
 Accensas, lucère fretum, ventoque citatas

## INTERPRETATIO.

*Ecquis tibi persuasit, Leo degenerans, gladios versare, pro pectine, & præferre arenam Martis cathedra avorum tuorum? Quam aptè predicabas carminationes carminantum, & arcebas frigora laboribus matutinis! Hic jaces miser; hic, dum effugis fila solita, Parca tandem carperunt pro te fila extrema. Jam fama errabunda concussit Regiam trepidantem timoribus crebris; occinebat cohortes Leonis fusas, & exercitum profligatum; & campos Mæonios infici stragibus, Pamphylos & Pisidas irabi captivos, Targibilus formidandus fulminat ab omni parte: ille dicitur nunc veriere cursum contra Galatas, nunc incubare Bithynis. Homines sunt, qui dicant eum Tauro monte fracto, per Cilicas descendere; sunt qui dicant eum navibus occupatis, accurrere per mare & terram: veritas augetur, ipsa naturâ timoris. Dicunt urbes inflammatas procul videri ex altis navibus, mare fulgere, & scintillas impulsas flatu venti*

## ANNOTATIONES.

457. *Solio.* ] Leo erat præfectus lanificorum, & in hac arte successerat suis patribus, quorum cathedram vocat ironici; *solum*, nam Leo ortus erat ex vili genere lanificorum.

458. *Carmina.* ] Vox ambigua: significat enim non solum Poëtarum versus, & cantilenas à lanificis cani solitas, sed & significat ipsum pectinem, quo lanas carminabant.

461. *Ultima fila.* ] Virgilius:  
 ————— *extremæque Parca*  
*Lasso fila legunt.* —————

462. *Pallentem.* ] Non quòd Aula paleat, sed pallent trepidantque qui sunt in Aula; & est continens pro contento, Metonymicòs.

*Densis.* ] Timoribus, seu causis timorum densis, & ex omni parte velut densa catervâ venientibus.

464. *Mæonios.* ] Alii legunt *Mydonios*, id est Phrygios: sed & Mæonia olim dicta Phrygia: dicti post Mæona Regem Mæones, &c. supra.

465. *Pamphylos Pisidæque.* ] Populos Phrygiæ vicinos, sicut & Galatas, Bithynos, & Cilices.

467. *Incumbere.* ] Hostes irruere in Bithynos, & ipsis incumbere, ipsos urgere tempestatis instar.

468. *Tauro.* ] Monte Ciliciæ in Asiâ.

470. *Pavoris ingenio.* ] Veritas augetur, secundum ingenium & naturam incrementum.

- Omibus in pelago velis hære favillas.  
 Hos inter strepitus funestior advolat alter  
 475 Nuntius, armatam rursus Babylona minari  
 Rege novo: resides Parthos, ignava perasos.  
 Oria, Romanæ jam finem quærere paci.  
 Rarus apud Medos regum cruor, unaque cuncto  
 Pœna manet generi, quamvis crudelibus æquæ  
 480 Paretur dominis. sed quid non audeat annus  
 Eutropii? socium nobis fidumque Saporem  
 Perculit, & Persas in regia vulnera movit;  
 Rupturâsque fidem, letho pars ne qua vacaret,  
 Eumenidum tædas trans flumina Tigridis egit.  
 485 Tum verò cecidêre animi, tantisque procellis  
 Deficiunt, septi latrantibus undique bellis  
 Inferos tandem Superos & Consulis omen  
 Agnovêre sui. nec jam revocabile damnum  
 Eventu rerum stolido didicêre magistro.  
 490 Namque ferunt geminos uno de semine fratres  
 Japetionidas generis primordia nostri

## INTERPRETATIO.

*adhærescere velis cunctis in mari. Inter hac murmura nuntius alius perniciosior accidit, Babylonem scilicet instructam Rege novo minitari iterum, & Parthos pacatos, exosos quietam inertem, requirere finem pacis. Paucus sanguis effunditur & gnatum apud Medos, & supplicium unum expectat gentem universam, etsi obediunt dominis pariter immitibus. Sed annus Consulatus Eutropii quid non suscipias? Percussit Saporem fœderatum, & fidelem nobis, & excisavit Persas in plagas regales, & nequa regio careret morte, impulit trans fluvium Tigridis faces Furiarum violaturas fidem. Tunc autem animi demittuntur & languescunt in tantis tempestatibus: cincti bellis minantibus undequaque senserunt tandem Deos infestos, & præagium triste consulis: & cognoverunt ab exitu stupido magistro rerum, detrimentum non reparabile. Etenim aiunt fratres duos Prometheum & Epimetheum filios Japeti formasse manu disparare principia stirpis nostræ ex eadem*

## ANNOTATIONES.

475. *Babylona.*] Per hanc urbem Assyria & Mesopotamia censentur defecisse.

478. *Cruor.*] Ratissimè occiduntur Reges Medorum; & quamvis ii Reges crudeles sint; tamen Parthi Medique iis semper obediunt. At si quis apud eos Regem, etsi crudelem, interfecerit, mactatur interfecto, simulque totum genus interfectoris. Et tamen ne quid inausum esset, Eutropio consule, Parthi in Regem suam scelesti & impii fuerunt; quasi ob Eutropium dii iras concepissent in gentem hominum universam.

481. *Saporem.*] Regem Persarum; quorum Reges plurimi Sapores dicti sunt, ut Cæsares apud Romanos, Ptolomæi apud Egyptios, Cæterum Egyptii, & Persæ, eximie Reges venerantur. Q. Curtius, *Persæ non solum piæ, sed & prudenter suos Reges inter Deos colunt.*

484. *Eumenidum.*] Furiarum, quarum facibus tribuuntur omnia crimina. *Tigridis.*] Hic fluvius alluit Mesopotamiam.

486. *Latrantibus.*] Instar canum.

Dissimili finxisse manu. quoscumque Prometheus  
 Excoluit, multoque innexuit æthera limo;  
 Hi longè ventura notant, dubiisque parati  
 495 Casibus occurrunt fabro meliore politi.  
 Deteriore luto parvus quos condidit auctor,  
 Quem meritò Graii perhibent Epimethea vates,  
 Et nihil ætherii sparsit per membra vigoris;  
 Hi pecudum ritu non impendentia vitant,  
 500 Nec res antè vident: acceptà clade queruntur,  
 Et feri transacta gemunt. jam sola renidet  
 In Stilichone salus, & cujus semper acerbum,  
 Ingratùmque sibi factorum conscius horror  
 Credidit adventum; quem si procedere tantùm  
 505 Alpibus audissent, mortem pœnâsque tremebant;  
 Jam cuncti venisse volunt, scelerùmque priorum  
 Pœnitet, hunc tantis bellorum sidus in undis  
 Sperant. hunc pariter iusti fontèsque precantur.

## INTERPRETATIO.

*materiâ. Omnes quos Prometheus effinxit, & in quibus innexuit ignem luto plurimo. hi perspicunt procul futura, & efformati ab artifice prastantior, constantes præveniunt fortunam ancipitem. Illi, quos artifex malus finxit ex limo pejore, (quem artificem poeta Graeci jure vocant Epimetheum) & in quibus nihil diffudit spiritus cœlestis per corpus, illi, inquam, more bestiarum, non effugiunt imminetia, neque res prius prævident, quàm acciderint: conquiruntur, calamitate urgen-*

*te, & tardi dolent præterita, jam una spes salutis affulget in Stilichone, & timor conscius delictorum putavit accessum illius semper molestum sibi & injucundum: quem Stilichonē si populi Orientis accepissent solùm proficisci ex Alpibus, extimuisset mortem & supplicium: At nunc omnes expetunt eum advenire, & commoventur criminibus suis primis: expostant hunc, tanquam astrum, in tantis fluctibus bellorum: orant hunc nocentes simul & innocentes.*

## ANNOTATIONES.

492. *Prometheus.* ] Supra de 4. Conf. Hon. v. 229.

493. *Æthera.* ] Animam Cœlestem, quæ videri possit radius quidam ex ipsâ divinitate delibatus.

497. *Epimethea.* ] Hic fuit Promethei frater, & hominis statuam primus ex luto finxit: quâ re iratus Jupiter, eum vertit in Simiam, & insulas Pitheculas Campaniæ Italicæ vicinas relegavit. Dicitur jure *œmuni*, id est *serò sapit*, quod eum semper sequatur pœnitentia; cum quod statuam finxerit, Jove indignante, tum quod oblatam à Pandorâ conjugē funestam pyxidem malis fœtam, aperuerit, & omne calamitatum genus in orbem universum effuderit. Et fortè per Prometheus & Epimetheum notat Honorium & Arcadium; & si aliud liceret alligere,

in Prometheo Deum Adami & Evæ conditorem, in Epimetheo Adamum lapsum & Dei opus corrumpentem, in Pandorâ Evam, in pyxide pomum fatale rot malorum causam mihi videretur intueri.

501. *Transacta gemunt.* ] Gemunt ob id quod factum & præteritum est, & cui remedium afferri non potest.

503. *Conscius horror.* ] Timor peccantium sibi malè consciorum; vel potius peccantes sibi malè conscii factorum suorum timent adventum Stilichonis.

505. *Alpibus.* ] Populi Orientis sibi malè conscii timebant Stilichonem, vel eo momento quo Ravennâ Alpibus vicinâ exhibat: sed nunc ejus humanitate confisi malisque pressi, expetunt eum advenire.

506. *Scelerum priorum.* ] Quod Rufino, & Eutropio favent contra Stilichonem,

- Ceu pueri, quibus alta pater trans æquora merces  
 510 Devehit, intenti ludo, studiisque soluti,  
 Lætius amoto passim custode vagantur.  
 Si gravis auxilio vacuas invaserit ædes  
 Vicinus, laribusque suis proturbet inultos,  
 Tum demum patrem implorant, & nomen inani  
 515 Voce cient, frustra que oculos ad litora tendunt.  
 Omnes supplicio dignos lethoque fatentur,  
 Qui se tradiderint famulis, Stilichone relicto.  
 Mutati stupuere diu, sensuque reducto.  
 Paullatim proprii mirantur monstra furoris,  
 520 Avertuntque oculos. projectis fascibus horret  
 Lictor, & infames labuntur sponte secures.  
 Quales Aonio Thebas de monte reversæ.  
 Mænades, infectis Penthœo sanguine thyrsis,  
 Cùm patuit venatus atrox, matrique rotatum.  
 525 Conspectu caput, gressus caligine figunt,  
 Et rabiem defuisse dolent. quin protinus ipsa  
 Tendit ad Italiam supplex Aurora potentem,  
 Non radiis redimita comam, nec flammea vultum.

## INTERPRETATIO.

Quemadmodum pueri, pro quibus pater portat  
 merces trans maria profunda, incumben-  
 tes ludo, & liberati à studiis literarum,  
 errant undique hilariter, præceptore remoto;  
 si finitimus quis, intolerandus, irruerit do-  
 mum, destitutam omni præsidio, & detur-  
 bet ex sedibus suis pueros non se vindican-  
 tes, tum invocant tandem patrem, & ap-  
 pellant nomen ejus clamore inutili, & ver-  
 tunt oculos, ne quisquam ad mare. Omnes  
 consensunt se meritis esse poenam & mor-  
 tem, quod commiserint sese ferius, Stili-  
 chone neglecto, Mutati haerunt diu, &

animis collectis, sensim obstupescunt porten-  
 ta insania sua, & detorqueus oculos: li-  
 ctor exhorrescit fascibus abjectis, & se-  
 cures ignominiose cadunt suapte motu.  
 Quemadmodum Bacchantes repotantes The-  
 bas, ex monte Aonio, hastis cruentatis  
 cruore Penthei, cum venatus crudelis co-  
 gnitus est, & vident caput versatum à  
 matre ipsius, desigunt vestigia in tenebris,  
 & ingemunt furorem suum cessare. Præter-  
 ea Aurora ipsa supplicans statim venit ad  
 Italiam potentem: non habens crines  
 cinctos radiis, neque faciem ardentem,

## ANNOTATIONES.

511. Custode.] Horatius:  
 Imberbis juvenis tandem custode remoto,  
 Gaudet equis, canibusque, &c.  
 513. Laribus.] Hi erant Dii domestici:  
 sumuntur pro domo.  
 517. Famulis.] Eutropio, Hosio, &  
 aliis.  
 521. Infames.] Infamatae, quia à ser-  
 vis gestatae sunt.  
 523. Mænades.] Bacchantes sic dictæ,  
 à *μαῖνα* *maïna*, furere, bacchari.

- Pentheo.] De hoc supra, sicut & de  
 Aonio monte.  
 524. Venatus atrox.] Nam Bacchantes  
 crudeliter venatae fuerant, rapuerantque  
 Pentheum.  
 526. Dolent.] Rabiem suam defuisse  
 dolent, quia non viderent crimen hor-  
 rendum à se patratum, quod vident nunc,  
 furore placato, & quod erubescunt.  
 527. Aurora.] Poëticè, id est, legati  
 Orientis.

Neo

- Nec croceum vestita diem. stat livida luctu :  
 330 Qualis erat, Phrygio tegeter cū Memnona busto.  
 Quam simul agnovit Stilicho, nec cāussa latebat,  
 Restitit. illa manum victricem amplexa moratur,  
 Altāque vix lacrymans inter suspiria fatur.  
 Tantāne te nostri ceperunt tædia mundi?  
 335 Sic me ludibrium famulis risūque relinquis,  
 Dux quondam rectorque meus, solāque tueris  
 Hesperiam? domiti nec te post bella tyranni  
 Cernere jam licuit? sic te victoria nobis  
 Eripuit, Gallisque dedit? Rufinus origo  
 340 Prima mali. geminas inter discordia partes  
 Hoc auctore fuit. sed jam majora moventi  
 Occurrit justā rediens exercitus irā,  
 Fortis adhuc, ferrique memor. brevis inde reluxit,  
 Falsāque libertas. rursū Stilichonis habenis  
 345 Sperabam me posse regi. proh cæca futuri  
 Gaudia! fraterno conjungi cæperat orbis  
 Imperio, (quis enim tanto terrore recentis  
 Exempli paribus sese committeret ausus?)

## INTERPRETATIO.

neque induta luce croceā: stat pallida dolore; sicut erat, cū conderet Memnonem sepulchro Trojano. Quam Auroram statim atque Stilicho cognovit, neque causa vix ejus erat incognita, confitit: illa osculans manum ejus victricem, haret diu, & stens, vix loquitur inter gemitus profundos. An tanta fastidia Orbis nostri occupant te? An ita deseris me servus quali ludum & jocum, & Stilicho, olim meus ductor & moderator? An protegi tuam Italiam solam? Neque jam permissum est mihi videre te post praelia tyranni Rufini superatis? An ita triumphus avulsit te nobis, & concessit Gallis? Rufinus est prima laboris mali: dissensio existit inter utrumque Imperium, hoc suafore. At nunc exercitus tuus revertens furore justo, adhuc generosus, & recordatus armorum, occidit Rufinum jam meditantem grandiora. Hinc libertas brevis, & inanis affulsit. Expectabam me posse iterum gubernari imperio Stilichonis: pro latitiam ignavam rerum venturā! Mundus inceperat jungi potestate fratrum duorum; (nam ecquid post tantum metum exempli novi exponeres se furoribus tantis?)

## ANNOTATIONES.

330. *Memnona.*] Filium Auroræ in bello Trojano occisum, & in regione Trojana sepultum: vel potius, ex Josepho, ad fluvium Pellam, ad urbem Ptolemaidem, ubi sepulchrum Memnonis videbatur.

336. *Dux quondam.*] Stilicho universi Imperii rebus præfectus erat sub Theodosio; sub quo, ex Cedreno, omnia vel solo auxilio regere videbatur.

339. *Gallis.*] Quia Stilicho debebat se-

pius Mediolani, in Galliā Cisalpinā. Sed & Gallorum nomine non raro intelliguntur legiones Occidentales, magno honore nobilissimæ, fortissimæque nationis.

*Rufinus.*] De hoc supra duobus libris in Rufinum, qui novas res molitus ab exercitu discerptus est.

348. *Exempli.*] Quod statutum erat in Rufinum.

- Cum subito monstrosa lues, turpisque relata  
 550 Fabula, Rufini castratus profilit hæres:  
 Et similes iterum luctus fortuna reduxit,  
 Ut solum domini sexum mutasse viderer.  
 Hic primum thalami claustris delicta tegebat,  
 Clam timidæque jubens. erat invidiosa potestas,  
 555 Sed tamen eunuchi. necdum sibi publica jura  
 Sumere, nec totas audebat vertere leges.  
 At postquam pulsisque bonis, & facie retentâ  
 Pejores legit socios, dignisque satelles  
 Hinc Hosius stetit, inde Leo: fiducia crevit,  
 560 Regnandique palam flagravat aperta libido.  
 Patricius Consul maculat, quos vendit, honores.  
 Plus maculat, quos ipse gerit. jam signa tubæque  
 Mollescunt. ipsos ignavia fluxit in enses.  
 Insultant merito gentes, facilisque volentum  
 565 Præda sumus. jam Bistonis Amoque nivali  
 Vastior expulsis oriens squalebit aratris.  
 Hei mihi, quas urbes, & quanto tempore Martis  
 Ignaras, uno rapuerunt prælia cursu!

## INTERPRETATIO.

cum statim fabula portentosa, & infamis dictu, successor eunuchus Rufini mihi exurgit: & fortuna renovavit dolores rursus pares, ut viderer permutasse solum sexum domini. Iste Eutropius primo occultabat peccata in latebris cubilium, imperans furtim & meticolose: potentia ejus erat odiosa, sed tamen potentia erat eunuchi. Nec dum sustinebat usurpare sibi auctoritatem Reipub. neque pessundare leges universas. At posteaquam, viris probus expulsus, & infimis reservatis, elegit sibi sodales deteriores: hinc adfuit dignus administer Hosius, inde Leo: confidentia ejus aucta est, & cupido manifesta imperandi exarsit in illo apertè. Ipse Consul Patricius faciat dignitates; quas vendit: sed faciat magis eas, quas ipse administras: jam vexilla & buccina effoeminantur, inertia diffusa est in gladios ipsos. Hinc nationes jure illudunt nobis, & sumus præda parata hostium cupientium. Jam regiones Orientis desertiores Thraciâ & Hamo nivoso mærebunt, aratris ejectis. Hei mihi, bella quas eriperunt uno impetu urbes, & quandiu nescias pugnatum!

## ANNOTATIONES.

552. *Sexum.*] Quasi Eutropius non tam sit vir, quam femina.  
 553. *Thalami.*] Eunuchi Thalamis custodiendis præfecti erant: sed Eutropius non tam custodiebat, quam corrumpendos dabat, pretio ipse corruptus.  
 554. *Jubens.*] Ut solent infames libidinum ministri.  
 555. *Eunuchi.*] Notandum est Eunuchum esse officii nomen, à servandis lectis seu thalamis; sicque Eunuchi non ideo castrati erant: sic Putiphar, ex quibusdam non erat evitatus: imò & viri modestissimi & castissimi dicti Eunuchi, ut de Daniele & ejus sociis legitur; sed cum principis uxorum & finarum curam solis castratis committerent, hinc castrati omnes dicti sunt Eunuchi.  
 557. *Face.*] Retentis hominibus ex vili plebeculâ electis.  
 561. *Patricius.*] Supra in Prologo hujusce Libri.  
 566. *Squalebit.*] Ita deferretur, ut tristitia post appareat soli inculti facies.

- Nuper ab extremo veniens equitatus Araxe  
 570 Terruit Antiochi muros, ipsūque decoræ  
 Penè caput Syriæ flammis hostilibus arsit.  
 Utque gravis spoliis, nullōque obstante profundā  
 Latus cæde redit, sequitur mucrone secundo  
 Continuum vulnus. nec jam mihi Caucasus hostes,  
 575 Nec mittit gelidus Phasis. nascuntur in ipso  
 Bella sinu. legio pridem Romana Gruthungi,  
 Jura quibus victis dedimus, quibus arva domosque  
 Præbuimus, Lydos Asiæque uberrima vastant,  
 Ignibus & si quid tempestas prima reliquit,  
 580 Nec duce, nec numero, freti: sed inertia nutrit,  
 Proditioque ducum, quorum per crimina miles  
 Captivis dat terga suis, quos teste subegit  
 Danubio, partemque timet, qui repulit omnes.  
 Aula choris epulæque vacat, nec perdita curant,  
 585 Dum superest aliquid. ne quid tamen orbe recto  
 Venditor amittat, provincia quæque superstes  
 Dividitur, geminūque duplex passura tribunal:  
 Cogitur alterius pretium sarcire peremptæ.

## INTERPRETATIO.

equites nuper erumpentes à finibus ultimis  
 Araxis terrificaverunt mœnia Antiochia.  
 & hac ipsa metropolis Syria pulchra fere  
 incensa est radis hostilibus. Et ut equites  
 onusti exuvii, & gaudentes altâ strage  
 factâ nemine resistente, revolvuntur, pla-  
 ga perpetua sequuntur, gladiis succeden-  
 tibus. Neque verò jam Caucasus emittit  
 hostes in me, neque Phasis frigidus: pra-  
 lia oriuntur in ipso gremio meo. Gruthun-  
 gi, qui erant jamdudum legio Romano-  
 rum, quibus superatis imposuimus leges,  
 quibus assignavimus agros & domos; po-  
 pulantur flammis Lydiam & arva fertilis-

sima Asia: & si quid bella priora præterio-  
 runt; populantur confisi neque ductore,  
 neque multitudine; sed ignavia alit eos,  
 & perfidia Rectorum nostrorum, per quo-  
 rum scelera, milites fugit ante captivos  
 suos, quos devicerat, teste Istro; ac mesuit  
 partem hostium, qui fugavit universos.  
 Regia occupatur in saltationibus & convi-  
 viis: neque satagunt rerum amissarum,  
 dum quiddam retinetur: ne quid tamen  
 venditor perdat, mundo amputato, una-  
 quaque provincia remanens distribuitur.  
 & divisa ac tolerans tribunalia dua, cogi-  
 tur compensare pretium alterius spoliata.

## ANNOTATIONES.

570. *Decoræ.*] Syria pulcherrima pro-  
 vincia, cujus caput Antiochia urbs cele-  
 berrima, sed cives ejus leves, & petulan-  
 tes fuerunt, ut qui non pepercerint Juliano  
 Imperatoris barbæ, Flaccillæque Augustæ  
 statum dejecerint. In quos dum Princeps  
 ultionem parat, Libanius, seu potius Flavia-  
 us delicti veniam suâ meruit eloquentiâ.  
 574. *Caucasus, Phasis.*] Sunt in finibus  
 Scythiæ, hic fluvius, ille mons, de quibus  
 supra, sicut & de Araxe.

582. *Teste Danubio.*] Qui velut Deus  
 ab accolis suis colebatur.  
 585. *Orbe recto.*] Provinciis amputatis,  
 & ex orbe seu Imperio nostro abscissis.  
 587. *Dividitur.*] Una & eadem Provin-  
 cia dividitur, venditurque multis Præfectis;  
 aded ut si numerus Provinciarum minua-  
 tur, non minuatür numerus Præfectorum.  
 588. *Sarcire.*] Provincia remanens cogi-  
 tur solvere tantundem, & pro se, & pro  
 Provincia alterâ spoliata.

S. f. ij.



Sic mihi restituant populos. hac arte repertâ  
 590 Rectorum numerum terris pereuntibus augent.  
 In te jam spes una mihi. pro fronde Minervæ  
 Has tibi protendo lacrymas. succurre ruenti.  
 Eripe me tandem servilibus, eripe, regnis.  
 Nève adeo cunctos paucorum crimine damnes:  
 595 Nec nova tot meritis offensa prioribus obstat.  
 Jam jam flecte animum. suprema pericula semper  
 Dant veniam culpæ. quamvis iratus & exsul  
 Pro patriæ flammis non distulit arma Camillus.  
 Non te subtrahimus Latio. defensor utrique  
 600 Sufficis. armorum liceat splendore tuorum  
 In commune frui, clypeus nos protegat idem,  
 Unâque pro gemino desudet cardine virtus.

## INTERPRETATIO.

*Ita reddunt gentes mihi: hoc artificio avartitix inventio, multiplicant numerum Praefectorum, provinciis imminutis. In te, ô Stilicho, jam sola spes restat mihi, ego hos affero tibi fletus, pro ramis Palladis: auxiliare pereuntis, libera me aliquando, libera me à tyrannide servorum, & ne condemnes omnes ob scelus paucorum, neque injuria recens obstat tot meritis primis: nunc place iram tuam. Discrimina ultima semper ignoscunt peccato. Camillus est offensus & expulsus, non procrastinavit bellum pro incendio patriæ vindicando. Non avellimus te ex Italiâ: potes utramque propugnare: fas sit potiri in commune, fulgore armorum tuorum: scutum idem tuietur nos, & una fortitudo laboret pro imperio duplici.*

## ANNOTATIONES.

591. *Pro fronde Minervæ.*] Id est pro ramis olivæ, seu pro pace, cujus oliva signum; & quâ coronabantur qui pacem ferebant.

595. *Obstat.*] Neque nova injuria efficiat, ut obliviscaris tot priorum meritorum, quæ te excitare deberent ad defensionem Patriæ nostræ, quam toties defendisti, & quam ferre non potes ita spoliari, nisi opus tuum oderis.

596. *Suprema pericula dant veniam.*] Faciunt ut ignoscatur.

598. *Camillus.*] Qui Gallos post Romanam incensam Capitolio ferè incubantes expulit.

600. *Splendore*] Tanquam Sole aliquo.

602. *Cardine.*] Et virtus tua laboret, desudet pro defensione Cardinis gemini, Orientis scilicet & Occidentis.

## OBSERVATIONES.

**I**n non malè mihi suspicari videntur, qui putant hic deesse librum, in quo clades Eutropii describatur.

In Eutropium latitantem in Ecclesiâ, ipso audiente, talia verba hoc sensu pronuntiasse dicitur S. Joannes Chrysostomus, *Ubi inclytus ille Consulatus splendor? Ubi applausus, epula, circi, acclamations? Omnia illa perière: procella vehemens folia dejecit, arborem spoliatam reddidit. Dicebam tibi fugituri servi naturam habere divitiarum, oscula inimicorum ultro se tibi offerre. Defererunt te: ubi qui in foro do-*

*vis populum decedere cogebant ? Ecclesia à te hostiliter habita sinu expanso te excipit. &c.*

Admirabilis tamen & sanctus Orator effecit, ut ejus capiti parceretur, sed Gaius Scytha tyrannus, qui à Stilichone impulsus, Eutropium, quasi tot malorum originem sibi tradi postulaverat, ab Ecclesiâ, in quam confugerat, eum extrahi curans, effecit ut relegaretur in Cyprum. Inde revocatur, & in Urbe Constantinopoli securitas ipsi promittitur ab Arcadio, sed priusquam in hanc urbem perveniret, quasi elusâ Principis fide, in Urbem Chalcedonem ex alterâ Bospori parte delatus est, & astu maligno trucidatus.



## CL. CLAUDIANI

## IN PRIMUM CONSULATUM

## FL. STILICHONIS V. C.

## LIBER I.

## ARGUMENTUM LIBRI.

**L**AUDANTUR Stilichonis crebri successus, virtutes, pueritia, juvenus, legatio ad Parthos, conjugium cum Serenâ, triumphus de Getis, officium Theodosii ab eo impletum in tutandis ejus filiis regendoque Imperio: disciplina militaris, amor militum; victoriarum de populis Septentrionis, & Africæ seu Meridiei; prædicaturque ob pacatum Orientem, & liberatam à fame Romam.

## CARMEN XXI.

**C**ONTINUANT Superi pleno Romana favore  
Gaudia, successusque novis successibus urgent.  
Connubii necdum festivos regia cantus  
Sopierat, cecinit fuso Gildone triumphos;

## INTERPRETATIO.

**D**i pergunt lætitiæ Romanæ benevolentia non interrupta, & cumulant prosperitates prosperitatibus re-

centibus. Aula vix dum compresserat concentus solennes conjugii, cum cantavit victorias Gildone docto, &

## ANNOTATIONES.

1. *Pleno favore.* ] Non interrupto, vel maximo consummatoque favore.

2. *Urgent.* ] Vix una victoria reportata est, cum alia succedit, aliamque succedendo urget. Alii legunt, *augent.*

3. *Connubii.* ] Honorii & Mariz Stilichonis filiarum: quod conjugium celebratum

est anno 398. Tum Gildo fusus est. Eutropius anno sequente concidit, & anno 400. Stilicho Consul, creatus est.

4. *Cecinit.* ] Aula personuit cantibus nostris, dum canebamus. Gildonem victum in Libyâ.

- 5 Et calidis thalami successit laurea fertis,  
Sumeret ut pariter princeps noménque mariti,  
Victorisque decus. Libyæ post prælia crimen  
Concidit Eoum, rursúmque, Oriente subacto,  
Consule defenſæ surgunt Stilichone secures.
- 10 Ordine vota meant. equidem si carmen in unum  
Tantarum sperem cumulos advolvere rerum,  
Promptiùs imponam glaciali Pelion Offæ.  
Si partem tacuisse velim, quodcumque relinquam,  
Majus erit. veteres actus, primámque juventam
- 15 Prosequar? ad sese mentem præsentia ducunt.  
Narrem justitiam? resplendet gloria Martis.  
Armati referam vires? plus egit inermis:  
Quòd floret Latium, Latio quòd reddita servit  
Africa, vicinum quòd nescit Iberia Maurum,
- 20 Tuta quòd imbellem miratur Gallia Rhenum.  
An gelidam Thracen decertatósque labores,

## INTERPRETATIO.

*laurus excepit flores tepentes læti nuptialis, ut Imperator acciperet simul & nomen sponsi, & honorem victoris. Post certamina Libya, scelus Orientis extinctum est, & iterum, Oriente superato, Consulatus exsurgit propugnatus à Stilichone Consule. Desideria nostra succedunt ex ordine. Ego certe si consunderem aggregare in opus unum acervos rerum tantarum, citius involverem Pelion Offa nivali. Si optem silere partem factorum, quodcumque*

*reticebo, eris grandius. An commemorabo facta ejus antiqua, & primam juventutem? Res præsentis vertunt animos ad se. An recenscam justitiam? Laus belli emicat. An prædicem virtutem ipsius in armis? Plus effecit sine armis. Effecit nempe, quòd Italia floreat, quòd Africa restituta Italia famuletur, quòd Hispania non timeat Mauros finitimos, quòd Gallia securura obſupeſcat Rhenum inermem. An constabo Thraciam frigidam, & labores*

## ANNOTATIONES.

5. *Calidis fertis.*] Sertis recentibus ex omni florum genere, ex myrto Veneri sacrâ, quâ novi nupti coronabantur.

7. *Crimen Eoum.*] Eutropius anno Gildonis cladis sequente, concidit; Eutropius, qui crimine populorum Orientis ad primos honores erectus fuerat.

*Oriente subacto.*] Ob Eutropium, qui ejectus erat, imò & occisus.

9. *Surgunt.*] Secures seu Consulatus surgit, id est, erigitur in pristinum decus.

10. *Vota meant.*] Vota & desideria nostra succedunt eo ordine, quo nos ipsi expectabamus.

11. *Advolvere.*] Molem scilicet & quasi cumulos rerum pulcherrimarum à te gestarum.

12. *Pelion Offa.*] Sunt montes Thessaliæ, ob Gigantes notissimi; promptiùs autem involvam Pelion Offa, id est rem citius perficiam vix possibilem.

18. *Reddita Africa.*] Deleto Gildone, qui Africâ sibi ereptâ bellum, Maurosque suos in Hispaniam trajecturus erat, nisi Stilicho hominis clade, ab eo inita consilia prævertisset atque oppressisset.

20. *Imbellem Rhenum.*] Qui solebat bellis & Germanorum insultibus sæpius infestari.

21. *Decertatósque.*] Labores exhaustos in decertando & in profligandis Gothis ad ripas Hebri Thraciæ fluvii, quos quidem Gothos Theodosius dum vinceret, perpetuum sibi comitem habebat Stilichonem;

- Hebro teste , canam? magnum mihi panditur æquor,  
 Ipsaque Pierios lassant proclivia currus  
 Laudibus innumeris. etenim mortalibus ex quo  
 25 Tellus cœpta coli , nunquam syncera bonorum  
 Sors ulli concessa viro. quem vultus honestat,  
 Dedecorant mores : animus quem pulcrior ornat,  
 Corpus destituit. bellis insignior ille ,  
 Sed pacem fœdat vitiis. hic publica felix,  
 30 Sed privata minùs. partitum singula quenque  
 Nobilitant ; hunc forma decens, hunc robur in armis,  
 Hunc rigor , hunc pietas, illum sollertia juris,  
 Hunc soboles castique tori. sparguntur in omnes,  
 In te mista fluunt , & , quæ divisa beatos  
 35 Efficiunt, collecta tenes. quid facta revolvam  
 Militiamque patris? cupus producere famam,  
 Si nihil egisset clarum , nec fida Valenti  
 Dextera duxisset rutilantes crinibus alas ,

## INTERPRETATIO.

*exhaustos ad ripas Hebri? Immensum mare aperitur mihi, & ipsa facta prona mole se offerentia fatigant elogiis innumerabilibus currus Musarum. Nam ex quo tempore terra cœpia habitari ab hominibus, nunquam series immaculata dotium data est viro eidem. Vitia infamant illum, quem pulchritudo commendat: corpus deseris cum, quem animus præstantior illustrat: ille est clavior bello, sed contaminat pacem peccatis. Hic fortunatus quoad publica, sed minùs fortunatus est quoad privata. Do-*

*tes singula exornant unumquemque, sed divisa. Hunc species decora ornat, illum fortitudo in bello: hunc gravitas, illum pietas: illum scientia juris, hunc filii, & thalamus pudicus: ornamenta omnia diffunduntur in omnes alios: affluunt collecta in te, & possides conjuncta, qua dispersa reddunt ceteros felices. Quorum revocem facta & bella patris tui, cujus nomen filius Stilicho posset propagare, etiam si pater nihil fecisset illustre, neque ejus magnanimitas fidelis Valenti Imperatori*

## ANNOTATIONES.

22. *Magnum æquor.* ] Vastus orationis laudisque campus aperitur.  
 23. *Proclivia.* ] Res à Stilichone gestæ, turmatim & velut pronâ proclivique suæ magnitudinis mole se ultro offerentes fatigant, onerantque currum Musarum, quæ vix ferre possunt tantum pondus.  
*Currus.* ] Id est, vim omnem eloquentiæ Poeticæ exhauriunt: Musis porro currus & equi tribuuntur, ob celeritatem ingenii.  
 25. *Syncera.* ] Sine maculâ, sine vitio aliquo. Nam ex Horatio, *Nihil est ab omni parte beatum*: Ex Plinio, *adhuc nemo exitit, cujus virtutes nullo vitiorum confinio laderentur*, Homerus, *οὐτὼς οὐ πῦρ ποτὶ θεὸς χαλεπὴν δίδωσι*,  
 Non sic Deus dat omnibus omnia munera, &c.  
 28. *Destituit.* ] Qui valet animo, frequenter nactus est corpus aut infirmum aut deforme: talis fuisse dicitur Philopæmenes dux Græcorum.  
 29. *Fœdat.* ] Plinius: *Enituit aliquis in bello, sed obsolescit in pace.*  
 30. *Felix.* ] Sic Augustus in Repub. administrandâ felicissimus, in privatâ familiâ, infelicissimus.  
 33. *Hunc soboles, castique tori.* ] Ut Cæsarem Germanicum.  
 37. *Valenti.* ] Imperatori: sub cujus auspiciis Pater Stilichonis præfuerat flavis & rutilantibus turmis Germanorum, aut Gentium aliarum Septentrionalium.

Sufficeret

- Sufficeret natus Stilicho. mens ardua semper  
 40 A puero, tenerisque etiam fulgebat in annis  
 Fortunæ majoris honos. erectus & acer,  
 Nil breve moliri, nullis hæere potentum  
 Liminibus, fatisque loqui jam digna futuris.  
 Jam tum conspicuus, jam tum venerabilis ibas:  
 45 Spondebaturque ducem celsi nitor igneus oris,  
 Membrorumque modus, qualem nec carmina fingunt  
 Semideis. quacumque altè gradereris in urbe,  
 Cedentes spariis assurgentisque videbas,  
 Quamvis miles adhuc. taciti suffragia vulgi  
 50 Jam tibi detulerant quidquid mox debuit aula.  
 Vix primævus eras, paci cum mitteris auctor  
 Assyriæ. tantâ fœdus cum gente ferire  
 Commissum juveni. Tigrin transgressus & altum  
 Euphraten, Babylona petis. stupuere severi  
 55 Parthorum procures, & plebs pharetrata videndi

## INTERPRETATIO.

præfisset catervis barbarorum habentium micantes capillos. Animus Stilichonis semper excelsus erat vel in ipsâ puertitiâ, & in tenellâ etiam aetate species fortuna sublimioris emicabat. Eras magnanimus & animosus, nihil leve sotebas facere, nullus adhærescere foribus potentiorum, & dicere jam res dignas magnitudine tuâ venturâ. Jam tum spectabilis incedebas, jam venerandus: & vigor igneus vultus alii, & proceritas corporis, qualem nec poëta mentiuntur in

suis heroibus, promittebat ductorem te futurum. Quacumque altius ires per urbem, cernebas viros decedentes viâ, & assurgentes tibi: etsi miles adhuc foret, consensu populi silentis jam dederant tibi quodcumque Regia mox reddidit. Vix eras adolescens, cum missus es legatus pacis Assyriæ. Munus demandatum est tibi juveni percutere fœdus cum populo tanto: Tigride & Euphrate profundo trajectis, proficisceris Babylonem, primores Parthorum rigidi obstupuerunt, & gens pharetrata

## ANNOTATIONES.

39. *Mens ardua.* ] Animus, spiritus excelsus, & alta quædam & generosa indoles.

41. *Honos.* ] In ejus vultu micabat honos, fulgor & species quædam, spēsque honorum & fortunæ sublimioris.

*Erectus.* ] Vividus, alacris, magnanimus in suscipiendo.

*Acer.* ] Constans & animosus in urgendo proposito.

43. *Fatis.* ] Id est, loqui digna magnitudine, quam ipsi fata dabunt. Alii legunt *fastis*, id est digna loqui Consulatu futuro.

46. *Membrorumque modus.* ] Id est, quidam habitus, quædam corporis proceritas & temperies digna heroibus.

47. *Aliè.* ) Cum eâ majestate, quam

efficit oris dignitas, & iusta corporis proceritas, quæ incesum heroum reddit venerabiliorem.

48. *Assurgentes.* ] Alicui cedere de viâ, alicui assurgere, honoris est delati indicium.

50. *Debuit.* ] Velut ex debito reddidit, detulit.

51. *Primævus.* ] Juvenis ephebus, qui ex puertitiâ egressus est, primamque juventutem attingit.

54. *Babylona.* ] Regiam Persarum, ut olim Parthorum.

55. *Pharetrata.* ] Gens Parthorum vibrandi sagittas peritissima, & ideo semper pharetris instructa.

T

- Flagravit studio, defixæque hospite pulcro  
 Perfides arcanum suspiravère calorem.  
 Turis odoratæ cumulis & messe Sabzâ  
 Pacem conciliant aræ. penetralibus ignem  
 60 Sacratum rapuère adytis, ritûque juvencos  
 Chaldæo stravère Magi. Rex ipse micantem  
 Inclinat dextrâ pateram, secretâque Beli,  
 Et vaga testatur volventem sidera Mithram.  
 Si quando sociis tecum venatibus ibant,  
 65 Quis Stilichone prior ferro penetrare leones  
 Cominus, aut longè virgatas figere tigres?  
 Flectenti faciles Medus tibi cessit habenas.  
 Torquebas refugum Parthis mirantibus arcum.  
 Nubilis interea maturæ virginis ætas  
 70 Urgebat patrias suspenso principe curas:

## INTERPRETATIO.

arsit desiderio spectandi te, & Perfides admirata hospitem formosum, dederunt suspiria ob amorem secretum. Altaria fragrantia acervus thuris. & proventus Sabæorum componunt pacem, Magi corripuerunt ignem sacrum ex sacrariis intimis, & immolaverunt boves pro more Chaldæorum. Rex ipse invertis dextrâ craterem gemmatum, & testificatur arcana Beli.

& Mithram ducentem astra errantia. Si quando Parthi petebant tecum sociam venerationem, quis præstantior confodere solis leones prope, aut procul trajicere tigres maculosas? Medi concesserunt facild lora equitanti tibi: vibrabas sagittas celeres, Parthis obsuþescentibus. Interim ætas nubilis puella matura occupabas amorem paternum. Imperatore dubitante.

## ANNOTATIONES.

57. Defixa.] Id est, habemes oculos defixos in formoso hospite Stilichone.

58. Messe Sabzâ.] Cumulis thuris, quod thus est messis proventusque Sabæorum in Arabiâ.

59. Ara.] Pax juratur, adhibitis sacrificiis.

Ignem.] Hunc adorabant populi Orientis, & Egyptii in ejus honorem Pyramides dedicaverant. Indi quoque hodierni ignem honorant.

60. Adytis.] Sacrariis intimis, quæ soli Sacerdotes ingrediebantur, cæteris intrare nefas. Unde ἀδύτης, ab ἀ sine & δύω ingredior, locus, in quem ingredi nefas.

61. Magi.] Magi, Philosophi, sapientisque erant, quorum hi sacrificia curabant, illi res coelestes.

Micantem.] Ob gemmas micantem pateram leniter inclinat ad firmandū fœdus.

62. Beli.] Belus apud Chaldæos est Jup-

iter, præses auctorque fœderum, ex Diodoro siculo.

63. Mithram.] Solem sic à Persis & Chaldæis appellatum: qui Sol volvit seu regit vaga sydera, id est, planetas qui errant. Strabo de Persis, ἡλιον καλεῖσιν μὲν Σπαρ, Solem vocant Mithram. Erat autem vultu Leonis cum tiarâ tauri reluctantis cornu comprimens.

64. Virgatas.] Tigres, virgarum instar, maculis distinctas.

65. Medus.] Medi, etsi nobiles in equitando, tibi cesserunt.

66. Refugum.] Arcum refugum, id est arcum Parthi refugi, seu fugiendo vincuntis. Et tamen Parthi illi, quamquam peritissimi jaculandi, te sagittas vibrantem mirabantur.

70. Princ. po.] Serena patrem habebat Honorium Theodosii Imperatoris fratrem, sed adoptata fuerat ab ipso Theodosio.

- Quem simul imperioque ducem, namque maritum  
 Prospiceret. dubius toto quærebat ab axe  
 Dignum conjugio generum thalamisque Serenæ.  
 Judicium virtutis erat. per castra, per urbes,  
 75 Per populos animi cunctantis libra cucurrit.  
 Tu legeris, tantisque viros, quos obtulit orbis,  
 Intra consilium vincis sensumque legentis,  
 Et gener Augustis, olim socer ipse futurus,  
 Accedis. radiis auri Tyriæque superbit  
 80 Majestate torus. comitata parentibus exit  
 Purpureis virgo. stabat pater inde tropæis  
 Inclytus: inde pium matris Regina regebat  
 Obsequium, gravibus subnectens flammea gemmis.  
 Tunc & Solis equos, tunc exultasse choreis  
 85 Astra ferunt, mellisque lacus, & flumina lactis  
 Erupisse solo, cum floribus æquora vernis  
 Bosporus indueret, rosæque evincta coronis  
 Certantes Asiæ tædas Europa levaret.

## INTERPRETATIO.

quem provideret unâ & rectorem Imperio  
 & conjugem filia: & sollicitus vestigabat in  
 orbe universo generum patrem huic matri-  
 monio, & nuptiis Serenæ. Delectus erat  
 virtutis, examen dubitantis volavit per  
 exercitus, per urbes, per gentes omnes: &  
 tu, ô Stilicho, eligeris, & in ipso judicio  
 ac cogitatione eligenti superas tantos duces,  
 quos Mundus ostendit: i. atque advocaris  
 gener Principibus, aliquando socer futurus,  
 Thalamus attollitur fulgore auri, & splen-

dore purpuræ Tyria. Puella Serena ducta à  
 parentibus, gestantibus purpuram, egreditur.  
 Pater ejus illustris victoriis stabat hinc, inde  
 Imperatrixungebatur pio officio matris,  
 substringens velum nuptiale gemmis ex-  
 quisitis. Aitunt & equos Solis, & sidera  
 tum tripudiasse saltationibus, & fontes  
 mellis, & fluvios lactis emeruisse ex ter-  
 rà, cum Bosporus ornaret maria floribus  
 vernis, & Europa redimita corollis roseis  
 efferrer facies utiles Asiæ.

## ANNOTATIONES.

71. Ducem. ] Stilicho non fuit Augu-  
 stus, non Cæsar, non Imperator, non  
 Rex, non Princeps, sed dux tutusque  
 principum, adeò ut vel uno nutu omnia  
 regeret.

72. Prospiceret. ] Provideret tanquam  
 providentiâ aliquâ, quæ utilis foret Imperio.

74. Judicium. ] Sola virtus judicabatur,  
 ponderabatur, eligebarur.

76. Tantisque viros. ] Hinc major est  
 Stilichonis gloria, qui electus fuerit inter  
 proceres omnes Orbis universi.

78. Augustus. ] Theodosio & Honorio  
 fratribus, quorum hic naturalis, ille adop-  
 tivus erat Serenæ pater. Sed & facile lau-  
 datur fratrum concordia; quâ, si simul  
 imperavissent, & liberos, ut communes

amavissent.

Socer. ] Socer futurus Honorii Impera-  
 toris, qui Mariam duxit Stilichonis filiam.

80. Majestate. ] Tamquam purpuræ  
 color inter cæteros regnet.

83. Flammea. ] Flammeum erat velum  
 nuptiale coloris lutei, quod vel mater, vel  
 pronuba, novam nuptam obducebat, &  
 illud deinde demebat.

88. Certantes. ] Europa attollebat facies  
 nuptiales Stilichonis, cujus cum Serenæ  
 conjugium futurum erat utile & Europæ  
 & Asiæ, & utriusque bono certare, cælo  
 terræque plaudentibus, & lac melleque, id est,  
 omnia commoda, omnes utilitates &  
 delicias ob has felices nuptias hominum  
 generi liberaliter concedentibus.

T t ij



- Felix arbitrii princeps, qui congrua mundo  
 90 Judicat, & primus censet quod cernimus omnes.  
 Talem quippe virum natæque adjunxit & aulæ.  
 Cui neque luxuries bello, nec blanda periclis  
 Otia, nec lucis fructus pretiosior unquam  
 Laude fuit. quis enim Myfos in planstra feroces  
 95 Reppulit, aut sævâ Promoti cæde tumentes  
 Bastarnas unâ potuit delere ruinâ?  
 Pallantis jugulum Turno moriente piavit  
 Æneas, tractusque rotis ultricibus Hector  
 Irato vindicta fuit vel quæstus Achilli.  
 100 Tu neque vesano raptas venalia curru  
 Funera, nec vanam corpus meditatus in unum  
 Sævitiâ, turmas equitum peditumque catervas,  
 Hostilisque globos tumulo prosternis amici.  
 Inferiis gens tota datur. nec Mulciber auctor.  
 105 Mendacis clypei, fabricatâque vatibus arma,  
 Conatus juvère tuos. tot babara solus

## INTERPRETATIO.

Princeps fortunatus est suo delectu, qui princeps providet quod est utile Orbi, & prior videt, quod nos omnes videmus. Est-  
 vim advocavit. & pro filiâ & pro Regiâ talem ducem, cui nec luxur in bello, nec dulcis quies in di'criminibus, nec u'ura vita fuit unquam carior, quàm gloria ipsa. Nam equis excitavit Myos audaces in planstra Getarum, vel potuit ex'cindere anâ clade Bastarnas surgentes crudeli strage Promoti ducis? Æneas vindicavit mortem Pallantis morte Turni; & Hector

raptatus curru vindice, fuit ultio vel lu-  
 crum Achilli iracundo. Tu verò, ô Stilicho, neque trahis in curru in'ano cada-  
 vera vendenda, ut Achilles, neque con-  
 cipis crudelitatem inanem in unum corpus  
 ut Æneas, sed mactas ad sepulchrum so-  
 dalis Promoti alas equitum. & cohortes  
 peditum, & manipulos hostium: natio uni-  
 versa immolatur exequiis ejus; neque Vul-  
 canus artifex est scuti fabulosi, neque arma  
 conflata à pœtist adjuverunt impetus tuos.  
 Tu unus premebas tot millia barbarorum

## ANNOTATIONES.

94. *Myfos.*] Id est, Stilicho adventu suo excitavit Myfos feroces quidem, sed animum tamen despondentes, excitavit, inquam, & repulit in Getas, quorum plau-  
 stra vagæ ritè trahunt domos. Alii legunt *Visos*, nec malè, id est Stilicho reppulit Visos seu Visigothos in sua plaustra: hi enim utebantur plaustris pro domibus.

95. *Promoti.*] Promotus erat dux fortis-  
 simus, sed quem barbari dolo Rufini oc-  
 ciderant.

96. *Bastarnas.*] Populos versus Scy-  
 thiam.

97. *Piavit.*] Expiavit mortem Pallan-

tis velut crimen admissum à Turno, qui  
 ideo immolatus est ab Æneâ umbris Pal-  
 lantis.

99. *Quæstus.*] Dicunt Achillem Priamo  
 vendidisse cadaver Hectoris à se raptati.  
 Virgilius:

[Achilles.]

*Exanimumque auro corpus vendebat*

100. *Vesano.*] Curru vesaniâ & iram

indecoram arguente.

101. *Amici.*] Promoti, qui amicus erat

Stilichonis, & ideo ab hoc est vindicatus.

105. *Fabricata.*] Inventa & conflata à  
 solis Poëtis, & ideo *mendax clypeus*, id  
 est fictus.

- Millia jam pridem miseram vastantia Thracæ  
 Finibus exiguæ vallis conclusa tenebas.  
 Non te terrisonus stridor venientis Alani,  
 110 Nec vaga Chunorum feritas, non falce Gelonus,  
 Non arcu populæ Getæ, non Sarmata conto.  
 Exstinctique forent penitus, ni more maligno  
 Falleret Augustas occultus proditor aures,  
 Obstrueretque moras, strictumque reoconderet ensẽm,  
 115 Solveret obsessos, præberet fœdera captis.  
 Assiduus castris aderat, rarissimus urbi,  
 Si quando trepidâ princeps pietate vocaret:  
 Vixque salutatis Laribus, vix conjuge visâ,  
 Detergo nec dum repetebat sanguine campum.  
 120 Nec sterit, Eucherii dum carperet oscula saltem  
 Per galeam. patris stimulos ignesque mariti  
 Vincit cura ducis, quoties sub pellibus egit  
 Edonas hyemes, & tardi flabra Bootæ  
 Sub dio Rhipæa tulit: cùmque igne propinquo

## INTERPRETATIO.

*jamdudum populantia Thraciam deplo-*  
*vandam, inclusa limitibus vallis angusta.*  
*Non murmur terrificum Alani ingruentiu*  
*expulit te, non savitia Chunorum erran-*  
*tum, non Geloni gladiis falcatis, non Ge-*  
*ta arcu, non Sarmata hastis expulerunt*  
*te. Et isti funditus deleti fuissent, nisi*  
*proditor secretus Rufinus, exemplo pesti-*  
*mo deciperet aures Imperatorias, & au-*  
*neret cunctationem, & includeret gladios*  
*nudatos, liberaret hostes oppugnatos, daret*  
*pacem captivis, Stilicho perpetuè verfa-*  
*batur in castris, infrequenter in urbe, s.*  
*aliquando Imperator cum adscisceret pia-*  
*tate simente liberis suis: & statim vix do-*  
*mo conspectâ, vix uxore salutatâ, necdum*  
*cruore abstergo remeabat in campum Mar-*  
*tium. Neque constiit, donec liberet oscula*  
*Eucherii filii saltem per cassidem. Cura*  
*duxoris superat studium patris & amorem*  
*mariti. Quoties traduxit sub tentoriis*  
*hyemes Thracias, & perpassus est sub fove*  
*frigido ventos Rhiphaeos Bootæ lentis, &*  
*cùm cateri vix pateretur gelu igne propiore.*

## ANNOTATIONES.

108. *Conclusa.* ] Et à Stilichone dimissa sunt, ex Oroño.

109. *Alani . Chuni , Geloni , Geta . Sarmata .* ] Populi sunt tractus Septentrionalis, sed notandum est Alanos jactis procul laqueis hostes attrahere solitos, ebsque sic traxisse Tiridatem Regem, de quo actum erat, nisi funis lubridus fuisset incilis.

118. *Salutatis.* ] Redeuntes olim, Laribus, domumque salutabant: de Laribus supra dictum est.

119. *Detergo.* ] Adhuc gladio rubente.

120. *Eucherii.* ] Fuit hic infortunatus: nam occiso patre Stilichone Romam fugit, ubi ab Asfacio & Terentio Eunuchis interfectus est.

122. *Pellibus.* ] Sub tentoriis, sub tabernaculis quæ pellibus tegebantur.

*Vincit cura ducis.* ] Dux est tam strenuus & Principi tam fidus atque addictus, ut, Principe vocante, vix se maritum & patrem esse meminerit, utque deponat omnem amorem familiaris, Principi obtemperaturus.

123. *Edonas.* ] Thracias, ab Edonis Thraciæ populis. Virgilius: *Edoni Borca*, quia sicut à Thraciâ violentius, sicque hyems Thracia est æcerbiore.

*Boatæ.* ] Supra in III. Consul. Honor. v. 170.

124. *Rhipæa.* ] Rhiphæi sunt Scythiæ montes,

- 125 Frigora vix ferrent alii, tunc triste rigentem  
Danubium calcabat eques, nivibusque profundum  
Scandebat cristatus Athos, lateque corusco  
Curvatas glacie sylvas umbone ruebat.  
Nunc prope Cimmerii tendebat litora Ponti:  
130 Nunc dabat hybernium Rhodope nimboſa cubila.  
Vos Æmi gelidæ valles, quas sæpe cruentis  
Stragibus æquavit Stilicho, vos Thracia testor  
Flumina, quæ largo mutastis sanguine fluctus.  
Dicite Bisaltæ, vel qui Pangæa juvencis  
135 Stinditis, offenso quantæ sub vomere putres  
Diffiliant glebis galæ, vel qualia rastris  
Oſſa peremtorum resonant immania Regum.  
Singula complecti cuperem: sed densior instat  
Gestorum series, laudumque sequentibus undis  
140 Obruimur. Genitor cæsi post bella tyranni  
Jam tibi commissis conscenderat æthera terris.  
Ancipites rerum ruituro culmine lapsus  
Æquali cervice subis. sic Hercule quondam

## INTERPRETATIO.

tunc Stilicho equos proterebat Istrum confectum tristi glacie, & galeatus superabat Athos altum nivibus, & impellebat undique sento rutilante: sylvas depressas nive. Mæd ibat ad littora ponti Cimmerii, mox Rhodope nubifera præbebat ipsi lectum hyemale. Vos testor, & valles frigide Hæmi, quas sæpe Stilicho cumulavit radiibus sanguineis; & vos & fluvii Thracia, qui convertistis aquas in cruorem copiosum, & Bisaltæ, aut vos qui proscinditis cum bobus vestris Pangæa rura, narrate,

quos cassides putrefactæ disrumpantur inter glebas sub aratro occurrentes, vel qualia assa ingentis Regum interfectorum sonant contra rastras? Equidem vellem referre omnia: sed copia major factorum obruit nas, & opprimimur velut fluctu immenso rerum laudandarum. Pater Theodosius post prælia tyranni Eugenii interfecit, jam orbe credito tibi, ascenderat in cælum. Tum fers humeris paribus pondus periculosum Imperii fastigio labante. Ita, Hercule olim

## ANNOTATIONES.

129. Cimmerii.] Populi sunt ultra Pontum fluxum ad Bosporum Cimmerium, ob arduos circumstantes densissimis tenebris involuti.

130. Arbos, Rhodope, Pangæa, Hæmi.] Supra montes Thraciæ.

134. Bisaltæ.] Populi sunt Scytharum qui equorum sanguine cum lacte mixto aluntur.

137. Immania.] Ex ossibus magnis magnam staturam intellige, & talem barbarorum Regibus affingebant veteres.

139. Undis.] Tanta est rerum in Stilichone laudandarum copia, ut ipsa multitudo sese invicem sequente, velut un-

dis & fluctibus immensis sibi invicem succedentibus, obruamur.

140. Tyranni.] Eugenii, qui cum Argobaste suo delectus est, ut supra notavimus.

142. Ancipites lapsus.] Pondus lapsa ancipiti & periculoso vacillans ruituro culmine, id est, ruinam minitante.

143. Æquali.] Cervice nāquam inclinante; eā firmitudine, quā Imperium sustentarat Theodosius.

Hercule.] Atlas senio defessus dicitur Cælum Herculi dedisse sustinendum, id quod Poëtæ finxerunt, ex eo quod Atlas Astrologus optimus Herculem docuisse Astrologiam memoretur.

- Sustentante polum, melius librata pependit  
 145 Machina, nec dubiis titubavit lignifer astris,  
 Perpetuâque senex subductus mole parumper  
 Obstupuit proprii spectator ponderis Atlas,  
 Nulli barbaræ motus, nil turbida raptò  
 Ordine tentavit novitas, tantòque remoto  
 150 Principe mutatas orbis non sensit habenas.  
 Nil inter geminas acies, seu libera frænis,  
 Ausa manus certè, nec tantis dissona linguis  
 Turba, nec armorum cultu diversior umquam  
 Confluxit populus. totam pater undique sequam  
 155 Moverat Auroram. mistis hîc Colchus Iberis,  
 Hîc mitrâ velatus Arabs, hîc crine decore  
 Armenius, hîc picta Saces, fucatâque Medus,  
 Hîc gemmata niger tentoria fixerat Indus.  
 Hîc Rhodani procera cohors, hîc miles alumnus  
 160 Oceani ductor Stilichò tot gentibus unus,  
 Quot vel progrediens vel conspicit occiduus Sol.  
 In quo tam vario vocum generùmque tumultu

## INTERPRETATIO.

*sustimente cælum, molas firmius effulta, suspensa est, neque Zodiacus vacillavit, sideribus caduch, & Atlas longævus subtrahens se tantisper machina aterna, ætonitus stetit considerans onus suum. Incurssione nulla Barbarorum, novitas turbulenta nihil ausa est, ordine everso, & tanto Imperatore Theodosio nobis erepto. Mundus non sensit mutationem Imperii. Nihil sanè ulla cohors, tanquam liberata à servitute, suscepit inter duos exercitus. Neque multitudo discors tot linguis, ne-*

*que unquam populus dissimilior differentiâ armorum convenit. Pater Theodosius eduxerat secum undequaque Orientem universum. Hîc Colchus Hispanis permixtis; hîc Arabs cinctus mitrâ; hîc Armenius casaric pulchrâ, illuc Saces statuerat tabernacula picturata & Medus ceruflata, & Indus ater ornata gemmis. Hîc castræva alta Rheni; illic milites nutriti ad Oceanum, Stilichò Dux solus tot populis, quos Sol vel oriens videt, vel occidens. In quâ turbâ tam diversa linguarum, &*

## ANNOTATIONES.

148. *Novitas.* ] Stilichone Imperium administrante, nulli Barbarorum motus, nullæ novæ res extiterunt; non ordo subvertitur; imò sic reguntur omnia, ut, mortuo Theodosio, nulla mutatio sentiat. 151. *Libera frænis.* ] Post mortem principum sæpe turbatur, sed tamen post mortem Theodosii nulla cohors, tanquam ereusso imperio, quidquam ausa est in utroque exercitu Orientis & Occidentis: omnia pacavit reverentia Stilichonis. 155. *Colchi, Iberi.* ] Populi sunt Afiz juxta Pontum Euxinum. Iberi verò ab Hispaniâ, seu Iberiâ huc trajecti, sunt

populi juxta mare Caspium: hodie Georgi dicuntur.

156. *Mitrâ.* ] Gestamen antiquum mulierum, unde & Arabes ut molles capiuntur.

157. *Armenius, Saces, Medus.* ] Populi Afiz nobiles.

158. *Gemmata.* ] Indi gemmis illustres.

159. *Procera.* ] Accolæ Rheni sunt stirpis procetioris, ut Germani, Batavi, &c.

*Alumnus Oceani.* ] Germani, Belgæ, Galli, Hispani, accolæ Oceani.

- Tanta quies, jurisque metus servator honesti  
 Te moderante fuit, nullis ut vinea furtis,  
 165 Vel seges exsectâ fraudarit messe colonum:  
 Ut nihil aut sævum rabies, aut turpe libido  
 Suaderent: placidi servirent legibus enses.  
 Scilicet in vulgus manant exempla regentum;  
 Utque ducum lituos, sic mores, castra sequuntur.  
 170 Denique victrices aquilas quocumque moveres;  
 Arebant tantis epti millibus amnes.  
 Illyricum peteres, campi montesque latebant.  
 Vexillum navale dares, sub puppibus ibat  
 Ionium. nullis succincta Ceraunia nimbis,  
 175 Nec juga Leucatæ feriens spumantia fluctu  
 Deterrebat hyems. tu si glaciale juberet  
 Vestigare fretum, securo milite ducti  
 Stagna reluctantes quaterent Saturnia remi.  
 Si deserta Noti, fontem si quærere Nili,

## INTERPRETATIO.

nationum tanta pax & tantus iustitia timor custos honestatis exitit, te regente, ut nec vitis fefellerit agricolam ullis la-trociniis, nec seges messe succisâ: ut nec ira impelleret ad ullam crudelitatem, nec lascivia ad ullam turpitudinem; utque gladii pacati obtemperarent legibus. Nimirum exempla rectorum fluunt in animos populi, & quemadmodum exercitus sequuntur tubas ductorum suorum, ita & sequuntur vitam. Demum quocumque ver-seres aquilas triumphantes, fluvii ex-bausti tantâ multitudine sicciscebant, si tenderes in Illyriam, agri & montes deli-tescebant sub exercitu. Si juberet signum navale, mare Ionium occultabatur sub navibus, Ceraunia nullis circumdata nu-bibus, avertebant se, neque tempestas percutiens undas culmina spumosa Leu-cata. Tu si imperares penetrare mare glaciale, remi vel inviti impulsî à mili-tibus audacibus concuterent maria sep-temtrionalia. Si imperares eos petere soli-tudines plaga Australis, & originem Nili,

## ANNOTATIONES.

163. *Juris metus.* ] Metus & pudor exi-mii sunt virtutum custodēs; qui ne vio-lentur à militibus, valde providendum est. Ideoque milites severiore disciplinâ sunt coercendi. Ita Sertorius, ut discipli-nam exemplis stabiliret, cohortem propter obscenitatem morum, & immodicas rapi-nas, ad unum interfecit. Alexander ab Alexandro.  
 167. *Enses.* ] Non obediunt enses, sed qui enses ferunt, obediunt, serviuntque legibus. Cicero: *legum idcirco omnes servi sumus, ut liberi esse possimus.*  
 168. *Exempla.* ] Milites componuntur ad exemplum sui Imperatoris.  
 172. *Illyricum, Ionium.* ] Suprà de his diximus.  
 173. *Vexillum.* ] Vexilli propositio in-dicium belli erat.  
 174. *Ceraunia.* ] Montes, seu alti scq-puli Epiri in Græciâ, sic dicuntur, δὲ τῇ καὶ οὐνῇ, à fulmine, quod sæpius ful-mina feriant hos montes.  
 175. *Leucata.* ] Leucates est promonte-rium Acamaniz in Epiri parte.  
 176. *Glaciale.* ] Mare glaciale est in ex-tremo Septentrione, diciturque aliter ma-re pigrum, Chronium seu Saturnium ob Planetam Saturnum ibi potentius domi-nantem.  
 179. *Deserta Noti.* ] Si jubeas ire milites tuos ad extremas Africae solitudines, pe-  
 180 *Æthiopum*

- 180 Æthiopum medios penetrascent vela vapores.  
Te memor Eurotas, te rustica Musa Lycæi,  
Te pastorali modulantur Mænala cantu,  
Partheniûmque nemus, quo te pugnante resurgens  
Ægra caput mediis erexit Græcia flammis.  
185 Plurima Parthasius tunc inter corpora Ladon  
Hæsit: & Alpheus Geticis angustus acervis  
Tardior ad Siculos etiamnum pergit amores.  
Miramur rabidis hostem succumbere bellis,  
Cum solo terrore ruant? num classica Francis  
190 Intulimus? jacuere tamen. num Marte Suëvos  
Contudimus, queis jura damus? quis credere possit?  
Ante tubam nobis audax Germania servit.  
Cedant, Druse, tui, cedant, Trajane, labores.  
Vestra manus dubio quidquid discrimine gessit,  
195 Transcurrens egit Stilicho, toridemque diebus  
Edomuit Rhenum, quot vos potuistis in annis.

## INTERPRETATIO.

*carbasia trajicerent calores medios Æthiopum.* Eurotas recordatus tui, te agrestis Musa Lycæi, & Mænala canunt te carmine pastoritio, & sylva Parthenia canit te; in quâ sylvâ afflicta Græcia, resuscitata, te dimicante, sustulit caput ex ignibus mediis. Tum Ladon Arcadicus constitit inter multa cadavera. & Alpheus arcæus cumulis Getarum, redit etiam lentior ad amores Arethusæ Sicula. An obstupescimus hostem opprimi praliis violentis, cum vincatur solo pavore? Num indiximus bella Francis? Victi sunt tamen. Num perculimus pugna aliquâ Suëvos, quibus imponimus leges? Ecquis possit credere? Germania animosa famulatur nobis anteprium. Victoria tua cedant victoriis Stilichonis, & Druse, & tuæ & Trajane. Quicquid fortitudo vestra perfecit, periculo ancipiti, Stilicho velut transiliens id perfecit, & subegit Rhenum tot diebus, quot vos in annis valuistis subigere.

## ANNOTATIONES.

netrabunt calores Æthiopum sub zonâ torridâ, quæ media est, & quæ vergit ad Notum seu Meridiem.

*Fantem Nili.* ] Fons Nili tum latebat, hodie patet; scimus quippe Nilum oriri ex duobus fontibus supra lacum Dambeam.

181. *Eurotas.* ] Fluvius Laconiz testis laborum Stilichonis.

*Lycæus. Mænalus.* ] Montes Arcadiz.

183. *Parthenium.* ] Parthenia Arcadiz sylva ἡ τοῦ παρθένου, à virginibus quæ ibi sacra Veneri facere solebant.

185. *Parthasius Ladon.* ] Fluvius Arcadiz, dictus Parthasius, quia olim Arcadia dicebatur Parthasie.

186. *Alpheus.* ] Fluvius Elidis, qui per subterraneos meatus dicitur fluere ad Arethusam fontem Siciliz: hinc poetis celebrantur Alpei & Arethusæ amores.

189. *Terror.* ] Instar Alexandri, quæ plures nationes nominis sui terrore, quam armorum vi, subegit.

*Classica.* ] Bella, signum pro re signatâ. Sic & ante tubam, id est ante bellum.

190. *Suëvos.* ] Populos ad oras Danubii.

191. *Druse. Trajane.* ] Drusus pater Germanici, & Trajanus Imperator maximas res in Germaniâ gesserunt.

*Ad bifidos tractus.* ] Ubi Rhenus firmitur in duo cornua, Vahalim scilicet, & Halam, ubi est etiam Canalis Drusi.

V u

- Quem ferro, alloquiis; quem vos cum milite, solus  
 Impiger à primo descendens fluminis ortu  
 Ad bifidos tractus, & juncta paludibus ora,  
 100 Fulmineum præstrinxit iter. ducis impetus undas  
 Vincebat celeres, & pax à fonte profecta  
 Cum Rhēni crescebat aquis. ingentia quondam  
 Nomina, crinigero flaventes vertice Reges,  
 Qui nec principibus, donis precibusve vocati,  
 205 Paruerant, jussi properant, segnique verentur  
 Offendisse morā. transvecti linitibus amnem  
 Occursant ubicumque velis. nec fama fefellit  
 Justitiæ. vidēre pium, vidēre fidelem,  
 Quem veniens timuit, rediens Germanus amavit.  
 210 Illi terribiles, quibus ora vendere semper  
 Mos erat; & fœdā requiem mercede pacisci;  
 Natis obsidibus pacem tam supplice vultu  
 Captivōque rogant, quā si post terga revincti  
 Tarpeias pressis subeant cervicibus arces.  
 215 Omne, quod Oceanum fontēsq; interjacet Istri,  
 Unius incurſu tremuit. sine cæde subactus  
 Servit iō Boreas, exarmatque Triones.  
 Tempore tam parvo tot prælia sanguine nullo  
 Perficis, & Lunā nuper nascente profectus,

## INTERPRETATIO.

Quem Rhenum vos subegistis armis, ille agnoverunt te justum, agnoverunt fidelem, & Germanus reverens dilexit, quem verbis; quem vos cum exercitu, ille solus alacer, delabens à primo fontibus formidavit adveniēns. Illi Germani formidabiles, qui semper solebant vendere pacem, & negotiari quietem lucro ignominioso, nunc filii suis datis obsidibus, orant pacem, facie tam humili & captivā, quā si ligati post terga intrent turres Tarpeias, capite demisso. Id omne quod situm est inter Oceanum & originem Danubii, horruit adventu unius Stilichonis, Aquilo domitus sine sanguine famulatur iō, & Triones subacti sunt armis. Tu peragis tot bella tam brevi tempore, & absque cruore, & egressus nuper Lunā crescente,

## ANNOTATIONES.

199. *Juncta paludibus ora.* ] Intelligit Bataviam.

200. *Fulmineum.* ] Stilicho sibi aperuit, leviterque rapuit viam celerem, fulminis instar.

214. *Tarpeias.* ] Non aliter ac si ducerentur in triumpho, & in Capitolium tra-

herentur. Capitolium dicitur Arx Tarpeia, à puellā Tarpeia, quæ à Tatio, cui arcem prodiderat, obruta est. Adde proditorem oderunt etiam qui proditorem faciunt!

217. *Boreas.* ] Servit Boreas, & Triones, id est regiones Septentrionales subactæ sunt.

- 220 Antè redis, quàm plena fuit; Rhenumque minacem  
 - Cornibus infractis adèd mitescere cogis,  
 Ut Salus jam rura colat, flexosque Sycambri.  
 In falcem curvent gladios, geminasque viator  
 Cùm videat ripas, quæ sit Romana requirat.  
 225 Ut jam trans fluvium non indignante Caïco  
 Pascat Belga pecus, mediùmque ingressa per Albin  
 Gallica Francorum montes armenta pererrent.  
 Ut procul Hercyniæ per vasta silentia sylvæ  
 Venari tuto liceat, lucosque vetusta  
 230 Relligione truces, & robora Numinis instar  
 Barbarici nostræ feriant impunè bipennes.  
 Ultro quinetiam devotâ mente tuentur,  
 Victoriq̃ue favent. quoties sociare catervas  
 Oravit, jungique tuis Alamannia signis!  
 235 Nec doluit contempta tamen, spretoque recessit  
 Auxilio laudata fides. provincia missos  
 Expellet citius fasces, quàm Francia Reges,  
 Quos dederis. acie nec jam pulsare rebelles,

## INTERPRETATIO.

prius reverteris, quàm plena foret. & cornibus raptus subigis Rhenum totum ita mitigari, ut jam Salii excolant arva, & Sycambri sinuent enses curvatos in falcem, & viator cùm spectet littora duo, petat quodnam sit Romanum. Ut jam Belga nutriat pecora ultra flumen, Caïco non irascens, & armenta Gallica prateruentia per Albin medium peragant colles Franconia: ut permittatur venari longè per solitudines silentes sylva Hercynia, & ut securus nostra percutiant tunc nemora crudelia, religione antiquâ, & percutiant quercus, quæ erant sicut Dii Barbarorum. Praterea spectant nos sponte, animo additio, & student domitori suo. Quoties Alemannia rogavit conjungere turmas suas, & adisci vexillis tuis? Neque tamen spreta gemuit, & fidelitas ejus probata rediit subsidis ejus contemptis. Provincia ejiciat potius fasces ad se missos, quàm Francia ejiciat Reges, quos imposueris ipsi. Neque jam fas est confundere rebelles cum exercitu.

## ANNOTATIONES.

221. *Cornibus infractis.* ] Fractâ obtinatione populorum,

222. *Salus, Sycambri.* ] Salii populi accolæ fluvii Salz in Franconiâ: Sycambri vel Sygambri populi Ubiorum veterum versus Coloniam.

225. *Caïco.* ] Cauci accolebant Albin, & Belgas sæpius infestabant.

227. *Gallica Francorum.* ] Galli & Franci distinguebantur. Galli erant qui Gallias usque ad Rhenum, & ulterius protensas incolabant: Franci verò erant populi Franconiarum.

228. *Hercynia.* ] Sylva Hercynia latè

olim per Germaniam sparsa, nunc verò in montibus Bojohæmis, et si magna quæque est, longè est tamen angustior.

230. *Truces.* ] Sylvæ erant crudeles religione, quæ jubebat homines Dianæ immolari.

*Numinis.* ] Arbores, ut numina quædam colebant Germani, Galli que: Sanctus Martinus in Galliâ fanum diruit, & pinum fano proximam, monuitque nihil esse religionis in stipite.

234. *Alemannia.* ] Accolas Danubii Rhenique intelligit Claudianus.



- Sed vinclis punire licet. sub iudice nostro  
 240 Regia Romanus disquirit crimina carcer.  
 Marcomeres, Sonnoque docent. quorum alter Etruscum  
 Pertulit exilium: cum se promitteret alter  
 Exulis ultorem, jacuit mucrone suorum.  
 Res avidi concire novas, odioque furentes  
 245 Pacis, & ingenio scelerumque cupidine fratres.  
 Post domitas Arctos alio prorumpit ab axe  
 Tempestas, & nequa tuis intacta tropæis  
 Pars foret, Australis sonuit tuba. moverat amens  
 Maurorum Gildo populos, quibus imminet Atlas,  
 250 Et quos interior nimio plaga sole relegat:  
 Quos vagus humectat Cinyps, & proximus hortis  
 Hesperidum Triton, & Gir notissimus amnis  
 Æthiopum, simili mentitus gurgite Nilum.  
 Venerat & parvis redimitus Nuba sagittis,  
 255 Et velox Garamas: nec quamvis tristibus Ammon

## INTERPRETATIO.

*sed mulcare catenis. Sub Consule nostro*  
*Stilichone carcer Romanus examinat scel-*  
*lera Regum. Marcomeres & Sonno id te-*  
*stantur, quorum alter passus est exilium*  
*in Thusciam; & alter cum sponderet se vin-*  
*dicem fore exulis, occisus est gladiis suo-*  
*rum. Illi ambo cupidi erant moliri res*  
*novas, & savientes odio pacis & fra-*  
*tres indole & cupiditate criminum. Post*  
*Septentrionem subactum, procella belli*  
*erumpit ab altero cardine, & ne qua re-*  
*gio inaccessa victoris tuis remaneret, buc-*  
*cina Meridiana increpuit. Gildo insanus*  
*excitaverat gentes Maurorum, quibus At-*  
*las impendat, & quos regio intima ulla*  
*Sole ardentiore removeret a nobis, quos*  
*Cinyps errabundus alluit, & Triton pro-*  
*pinquus hortis Hesperidum, & Gir flu-*  
*viu celeberrimus Æthiopum, imitans Ni-*  
*lum exundatione pari. Nuba quoque cincti*  
*jaculis exiguis advenerant, & Gara-*  
*mantes celeres; neque Jupiter Ammon.*

## ANNOTATIONES.

241. *Marcomeres, Sonno.* ] Vel Marcomirus & Sunno, tum erant Gallorum Reges; vel eos, priusquam hæc scriberet Claudianus, cum Valentinianus multis præliis attentasset; nec vincere potuisset, Francos, id est, feroces appellavit. Heinsius ex Chronico Altiſſiodorensi.  
 245. *Fratres.* ] Vel reverâ fratres, vel pares, similesque in omnibus, fratrum instar.  
 246. *Arctos.* ] Populos Urſæ subjectos in Septentrione. *ἄρκτος* urſa, signum coeleſte.  
 249. *Atlas.* ] Mons altissimus Mauritaniz in Africâ.  
 250. *Relegat.* ] Qui sunt remoti, & velut relegati ob zonam torridam *nimio sole*, id est, nimis ardente, adustam.  
 251. *Cinyps.* ] Fluvius Libyæ; hinc Cinyphius, id est, Libycus. Suprà de bello Gild. v. 8.  
 252. *Triton.* ] Palus seu fluvius, ad quem nata Minerva, inde dicta *Tritonia*.  
*Gir.* ] Fluvius Æthiopum alluit urbem cognominem, ut tradit Ptolemæus. Nonnulli putant esse fluvium *Nigrum*.  
 254. *Nuba.* ] Νοῦβα ἰθρὸς Αἰθιόψης *παῖς* Νύλαφ, Nuba gens Libyæ ad Nilum. Suidas.  
 255. *Garamas.* ] Garamantes, populi interioris Libyæ, sicut & Nasamones.  
*Ammon.* ] Seu Hammon Jupiter colebatur in Libyâ sub specie arietis, quod fidenti Baccho in desertis Arabiz, Jovemque patrem imploranti apparuerit in formâ arietis, qui terram pedibus feriens fontem ostenderit. De hoc alibi,

Responsis alacrem potuit Nasamona morari.  
Stipantur Numidæ campi. stant pulvere Syrtes  
Gætulæ. Pœnus jaculis obtexitur ær.

Hi virgâ moderantur equos; his fulva leones

260 Velamenta dabant, ignotarumque ferarum  
Exuvias, vastis Meroë quas nutrit arenis,  
Serpentum gestant patulos pro casside rictus.  
Splendent vipereæ squamosa pelle pharetræ.  
Non sic intremuit Simois, cum montibus Idæ

265 Nigra coloratus produceret agmina Memnon:  
Non Ganges, cum, tela procul vibrantibus Indis,  
Immanis medium vectaret bellua Porum.  
Porus Alexandro, Memnon prostratus Achilli;  
Gildo nempe tibi. nec solum fervidus Austrum,

270 Sed partes etiam Mavors agitabat Eoas,  
Quamvis obstreperet pietas. his ille regendæ  
Transfulerat nomen Libyæ, scelerique profano

## INTERPRETATIO.

valuit retinere oraculis, quamquam sinistris, Nasamones latos, Agri Numidarum replentur, Syrtes Gætulia obducuntur pulvere. Cælum obscuratur sagittis Carthaginiensium. Hi Numidæ regunt equos virgâ: leones & spolia belluarum incognitarum, quas Meroë pascit in desertis immensis, præbebant illis regmina flava: ferunt ora patentia draconum pro galeis: pharetra eorum micant exuviis squammis viperarum, Simois non ita timuit, cum niger Memnon promoveret cateruas fuscas in montes Ida. Non Ganges sic timuit, cum bestia portentosa Elephantus portaret Porum in medio aliorum, Indis torquentibus longè jacula, Porus devictus est ab Alexandro, Memnon ab Achille, Gildo nimirum à te. Neque verò bellum ardens instabat solam partem meridianam, sed imperium quoque Orientis, licet pietas reclamaret. Ille Gildo tradiderat his partibus Arcadii nomen Libyæ administranda, & perfidus

## ANNOTATIONES.

257. Numida.] Populi Africæ, qui sine frænis virgâ tantum regunt equos: hinc in Virgilio, Numida infrani dicuntur.

Syrtes Gætula.] In Gætuliâ regione Libyæ cumulantur arenarum acervi, quibus homines obruti, ut in mari naufragantur.

258. Pœnus.] Pœni seu Carthaginienses populi Libyæ.

261. Meroë.] Vulgò Gueguere, insula Nili aquis circumdata.

264. Simois.] Nobilis Troiæ fluvius, vix hodiè rivus. Ida mons Phrygiæ.

268. Porus.] Rex Indorum fortissimus, victus est ab Alexandro. Memnon Auroræ filius ab Achille. Gildo à Stilichone: egregia comparatio.

270. Eoas.] Partes seu Imperium Orientis.

271. Pietas.] Quam reclamaret pietas,

vetaretque bella inter fratres Arcadium, & Honorium.

272. Libyæ regendæ.] Gildo dux locupletissimus in Africâ, ut jugum Honorii excuteret, finxit se velle transferre Libyam in Arcadium, quasi ad ipsum pertineret regnum Africæ, sed ut sub hac regni specie se firmius tueretur contra Honorium.

274. Geminum bellum.] Alterum apertum contra Honorium & Occidentem, alterum civile & occultum inter fratres; siquidem Gildo id efficiebat, ut duos fratres ad civile bellum accenderet, utque ex eorundamnis regnum meditarum sibi stabiliret.

Variâ formidine.] Nam timebat Honorius, ne sibi Africæ regnum eriperetur; timebat Arcadius, ne sibi à Gildone oblatum conservare non posset.

V u iij

- Fallax legitimam regni prætenderat umbram,  
 Surgebat varia geminum formidine bellum.  
 275 Hoc armis, hoc triste dolis, hoc Africa sævis  
 Cinxerat auxiliis, hoc conjuratus aiebat  
 Insidiis Oriens. illinc edicta meabant  
 Corruptura duces: hinc frugibus atra negatis  
 Urgebat, trepidamque fames obsederat urbem.  
 280 Exitiale palam. Libycum; civile pudoris  
 Obtentu tacitum. tales utrimque procellæ  
 Cum fremerent, lacerumque alternis ictibus anceps  
 Imperium pulsaret hyems, nil fessa remisit  
 Officii virtus, contraque minantia fata  
 285 Pervigil, eventusque sibi latura secundos,  
 Major in adversis micuit; velut arbiter alni,  
 Nubilis Ægeo quam turbine vexat Orion,  
 Exiguo clavi flexu declinat aquarum  
 Verbera, nunc rectâ, nunc obliquante carinâ  
 290 Callidus, & pelagi cælique obnititur iræ.  
 Quid primum mirer, Stilicho? quod cautus ad omnes  
 Restiteris fraudes, ut te nec noxia furto

## INTERPRETATIO.

*præbueras crimini impio speciem justam Imperii. Bellum duplex excitabatur metu diverso, unum funestum armis contra Occidentem; alterum civile fraude: Africa cum subsidiis crudelibus instruxerat unum apertum, Oriens conspirans fovebat alterum civile dolis. Ex Oriente edicta proficisciebantur depravatura ductores: in Libya frumento non dato, fames horribilis instabat. & oppugnabat urbem Romam timentem. Bellum Libycum funestum apertum, bellum civile occultum specie pudoris. Turbines ejusmodi cum tonarent hinc inde, & cum tempestas dubia quateret Imperium laniatum plagis alternantibus, sortitudo Stilichonis nihil omisit ex officio, & excubans contra calamitates impendentes, ac paratura sibi successus prosperos major enituit in adversitate. Quemadmodum rector navis, quam Orion aquosus infestat ventis in Ægeo mari, parvo flexu gubernaculi, avertit impetus fluctuum, peritus naue modo rectâ, modo obliquâ, & resistit furori maris & Cæli. O Stilicho, quid prius obstupescam? An quod providus obstiteris omnibus insidiis, ut & cognosceres*

## ANNOTATIONES.

275. *Dolis.* ] Rufini, & deinde Eutropii, de quibus in Ruf. & Eutrop. quæ geminæ pestes obtinebant edicta à Principe, quibus duces corrumperebant.

278. *Frugibus negatis.* ] Libya cum non mitteret Romæ fruges solitas, Roma cœpit fame laborare.

282. *Alternis ictibus.* ] Cum belli tempestas quateret utrumque Imperium modò hoc, modò illud, alternatim.

287. *Ægeo turbine.* ] Violento, qualis est in Ægeo mari, quod propter crebras

insulas, variâque angustias magis agitur.

*Orion.* ] Sidus, quod tempestates excitat: de hoc alibi.

292. *Noxia furto.* ] Erant nempe primò Rufinus, post Eutropius, qui pecuniâ corrupti & inflammati, Arcadii nomine epistolæ noxias furto, seu furtivas, & subreptitias, atque edicta componebant, & modò jubebant milites abscedere, modò Stilichonem arma deponere,

- Litera, nec pretio manus inflammata laterent?  
 Quod nihil in tanto rerum terrore locutus  
 295 Indignum Latio? responsa quod ardua semper  
 Eois dederis, quæ mox effecta probasti?  
 Securus, quamvis & opes, & zura tenerent,  
 Insignesque domos. levis hæc jactura: nec umquam  
 Publica privatæ cesserunt commoda caussæ.  
 300 Dividis ingentes curas, teque omnibus unum  
 Objicis, inveniens animo quæ mente gerenda,  
 Efficiens patranda manu. dictare paratus,  
 Quæ scriptis peragenda forent. quæ brachia centum;  
 Quis Briareus, aliis numero crescente lacertis,  
 305 Tot simul objectis possent configere rebus?  
 Evitare dolos; veteres firmare cohortes,  
 Explorare novas: duplices disponere classes?  
 Quæ fruges vel bella ferant, aulæque tumultum,  
 Et Romæ lenire famem? quot nube soporis  
 310 Immunes oculi, per tot discurrere partes,  
 Tot loca sufficerent, & tam longinqua tueri?

## INTERPRETATIO.

*epistolas obnoxias furto, & manus pecuniâ corruptas? An quodd in tanto tumultu rerum nihil dixeris indignum majestate Romanâ? An quodd inconcussus reddideris responsiones semper magnanimas partibus Orientis, quas responsiones mox ostendisti perfectas, etiam si possiderent & divitias & agros, & domos nobiles, damnum hoc leve fuit, neque utilitas publica posthabita est unquam utilitati tua privata. Tu partiris curas magnas, & exponis te unum rebus omnibus, excogitans in animo, quæ faciendæ sunt consilio, exequens quæ ex-* quenda sunt dextrâ; promptus ad dictandum, quæ perficiendæ sunt literis. Quæ centum manus, æquis Briareus auctâ multitudine manuum aliarum valeret superare tot res unâ offerentes sese? sicut nempe, effugere fraudes, corroborare cætervas antiquas, conquirere novas, instruere classes duas, quæ vel apportent frumentum, vel reportent milites; mitigare turbas Aulæ, famem Romæ? Quot oculi expertes nebula somni possent cursitare per tot officia; & per tot loca, & pervidere res tam remotas?

## ANNOTATIONES.

298. *Insignesque domos.* Domos illustrium, quas Arcadii Imperatoris administri possidebant; vel potius domos magnificas, agrisque Stilichonis, quas ipsi restituiscent, siquid de officio remisissent. Sed utilitas publica utilitati privatæ ab eo præferebatur, cum mallet amittere villas suas, quam rempub. prodere.  
 301. *Animo.* Anima, animus, & mens distinguuntur: anima ad vitam pertinet, animus ad excogitandum celestius, mens ad judicandum acriter & providendum. Hinc veteres ut totam vim hominis interioris explicarent, *mentem animi* dixerunt.  
 302. *Dictare paratus.* Talis erat Julius Cæsar, qui vel pluribus simul res varias dictabat.  
 304. *Briareus.* Gigas centumanus. De quo alibi.  
 305. *Configere.* Res omnes labore improbo superare, & velut certamine quodam vincere.  
 308. *Vel bella ferant.* Classes, quæ ex Africâ apportent frumentum in Italiam, & ex Italiâ exportent in Africam non bella, sed milites ad bella faciendâ.  
*Aulæ tumultum.* Seditiones, & dissidia inter Arcadii, Honoriique partes.

- Argum fama canit centeno lumine, centum  
 Corporis excubiis unam servasse juvencam.  
 Unde tot allatæ segetes? quæ sylva carinas.  
 315 Texuit? unde rudis tanto tirone juvenus  
 Emicuit, senioque iterum vernante refumpse  
 Gallia bis fractas Alpino vulnere vires?  
 Non ego delectu, Tyrii sed vomere Cadmi  
 Tam subitas acies conceptas dente draconis  
 320 Exsiluisse reor. Diræis qualis in arvis  
 Messis cum proprio mox bellatura colono  
 Cognatos strinxit gladios, cum semine jacto  
 Terrigenæ galeâ matrem nascentæ ferirent,  
 Armiger & viridi floreret milite sulcus.  
 325 Hoc quoque non parvâ fas est cum laude relinqui,  
 Quod non antè fretis exercitus adstitit ultor,  
 Ordine quàm prisco censeret bella Senatus.  
 Neglectum Stilicho per tot jam secula morem

## INTERPRETATIO.

*Fama prædicat Argum præditum oculis centum, & custodia centena corporis sui custodivisse vaccam unam. Unde tot fruges allata sunt? Quæ sylva intexuit tam citò naves? Unde juvenus inexperta cum tot novis militibus emerit? Et unde senectute rursus revirescente Gallia renovavit virtutem suam bis afflictam cladibus Alpium? Ego existimo exercitus tam repentinos factos dentibus draconis surrexisse per aratrum Cadmi Phœnicii, non delectu. Quæ-*

*lis seges in agris Thebanis, mox pugnatura cum cultore suo Cadmo nudavit enses similes; quum, semine sparsâ, Terrigena isti percuterent matrem suam terram casside oriente, & campus armifer effloresceret militibus viridibus. Non licet etiam hoc emittere modicè illaudatum, quod exercitus vindex non prius intravit mare, quàm Senatus decerneret bellum pro more antiquo. Stilicho restituit consuetudinem spretam jam per tot annos.*

## ANNOTATIONES.

312. Centeno lumine, centum excubiis.] Id est, centum oculis excubantibus.

Argum.] Hic filius erat Actoris, totus scatebat oculis, à zelotypâ Junone cultus datus est Iô Inachi filiz in bovem commutata. Hunc Mercurius occidit, at Juno oculos ejus Pavonis sui caudæ inseruit. Argus est sphaera stellifera, quam Mercurius, seu Sol obscurare & extinguere videtur.

217. Bis fractas.] Bellis contra Eugenum & Argobasten, deinde Getas factis, in quorum primo Theodosius vicit in secundo Getæ superarunt Alpes: in utroque magnum Reip. Romanæ, & Galliz Cisalpinæ vulnus inflictum est.

318. Delectu.] Id est conquestus & conscriptis pro more militibus. Cic. *Superbo*

*delectu conquestus exercitus.*

Tyrii.] Phœnicii, ab urbe Tyro in Phœnicia Asiæ regione.

319. Dente draconis.] Cadmus cùm prope Thebas draconem portentosum occidisset, avulsos ejus dentes sevit; inde nata est seges armata in ipsum Cadmum fatorem. De hac fabulâ alibi.

320. Diræis.] Thebanis. Suprà in IV. Conf. Hon. v. 531.

322. Cognatos.] Similes, ex eodem semine natos gladios. Virgilius:

*Mac loca non tauri spirantes naribus ignem*

*Inavertito, satis immanis dentibus hydri.*

*Nec galeis, densisque virum seges horruit hostis.*

Rectulic.

- Rettulit, ut ducibus mandarent prælia Patres,  
 330 Decretoque togæ felix legionibus irer  
 Tessera. Romuleas leges remeasse. fatemur,  
 Cum procerum jussis famulantia cernimus arma.  
 Tyrrenum poteras junctis transmittere signis,  
 Et ratibus Syrtes, Libyam complere manipulis.  
 335 Consilio stetit ira minor; ne territus ille  
 Te duce, suspecto Martis graviore paratu,  
 Aut in arenosos æstus zonamque rubentem  
 Tenderet, aut Solis fugiens transiret in ortus:  
 Missurusve sibi certæ solatia mortis,  
 340 Oppida dirueret flammis. res mira relatu;  
 Ne timeare, times; & , quem vindicta manebat,  
 Desperare vetas. quantum fiducia nobis  
 Profuit hostilis! salvæ Carthaginis arces,  
 Illæsis Tyrii gaudent cultoribus agri,  
 345 Quos potuit vastare fugâ: spe captus inani;  
 Nec se surripuit pœnæ, nostrisque pepercit  
 Demens: qui numero tantum, non robore mensus  
 Romanos, rapidis ibat ceu protinus omnes

## INTERPRETATIO.

ut Senatores committerent certamina du-  
 floribus, & mandata sancta ferrentur ad  
 legiones Senatus-consulto, Consistimus nunc  
 leges Romanas esse restitutas, siquidem  
 videmus arma cedere Togæ Primorum.  
 Tu valebas trajicere mare Thuscum ve-  
 xillis junctis, & replere Syrtes navi-  
 bus, & Libyam legionibus. Sed ira tua  
 coercita est prudentiâ; ne ille Gildo pavo-  
 factus, te ductore, & apparatu belli ma-  
 jore formidato, irer vel in loca plena ca-  
 ore & arenis, & zonam torridam, vel  
 effugiens peteret Solem orientem; vel da-  
 turus ipse sibi quandam consolationem cla-  
 dis indubitata vastaret urbes ignibus. Res  
 admirabilis dictu, metuis ne ille te me-  
 tuat nimis, & prohibes illum desperare,  
 quem ultio certa expectabat. Quam confi-  
 dentia hostium fuit utilis nobis! Urbs Car-  
 thago incolumis remansit: agri Carthagi-  
 nensium, quos fugiendo potius populari,  
 fruuntur agricolis intactis: deceptus spe  
 vanâ neque subtraxit se supplicio, & re-  
 misit res mox nostras futuras; stultus, qui  
 spectans Romanos non ex virtute, sed ex  
 numero, insolabatur san statim protinus

## ANNOTATIONES.

330. *Decretoque togæ.* ] Decreto Sena-  
 torum, seu ordinis togati, seu Senatus-  
 consulto.

331. *Tessera.* ] Tabella, in quâ contine-  
 retur mandatum Senatûs.

333. *Junctis signis.* ] Coniunctis legionibus.

334. *Syrtes.* ] Geminas Libyæ Syrtes,  
 vel potius loca Syrtibus vicina, Syrtes sunt  
 oca periculosa, ἀπὸ τοῦ σῶπεν, à trahen-  
 do, quoddam velut naves trahere videantur;  
 vel potius quoddam Syrtes sunt loca, in quæ

limum, arenam, & saxa fluctus trahunt.

339. *Solatia.* ] Solatium enim est sua  
 vastare, ne potius victor.

341. *Ne timeare, times.* ] Times, ne  
 hostis nimium metuat virtutem tuam,  
 sicque & cladi & supplicio se subtrahat.

342. *Fiducia.* ] Dum confidit se posse  
 vincere, civitates Africæ conservat, quas  
 alioquin vastasset.

344. *Tyrii.* ] Agri Carthaginensium;  
 qui à Phœniâ profecti sunt, ubi urbs  
 Tyrus.

- Calcaturus equis; & quod jactare solebat,  
 350 Solibus effatos merfurus pulvere Gallos.  
 Sed didicit non Æthiopum geminata venenis  
 Vulnera, non fufum crebris hastilibus imbrem;  
 Non equitum Latiis nimbos obfistere pilis.  
 Sternitur ignavus Nasamon. nec spicula supplex  
 355 Jam torquet Garamas. repetunt deferta fugaces  
 Autololes. pavidus projectat missile Mazax.  
 Cornipedem Maurus nequidquam hortatur anhelum.  
 Prædonem lembo profugum, ventisque repulsum,  
 Suscepit merito fatalis Tabraca portu:  
 360 Expertum, quod nulla tuis elementa paterent  
 Hostibus, & lætæ passurum jurgia plebis,  
 Fracturumque reos humili sub iudice vultus.  
 Nil tribuat fortuna sibi, sic prospera semper  
 Illa quidem. sed non uni certamina pugnæ  
 365 Credidimus, totis nec constitit alea castris  
 Nutatura semel. si quid licuisset iniquis  
 Casibus, instabant aliæ post terga biremes.

## INTERPRETATIO.

omnes equis citatis. & oppressurus arenis Gallos enervatos caloribus, id quod consueverat dictitare. Ast cognovit plagas Æthiopum duplicatas venenis non resistere posse telis Romanorum, neque nubes effusas jaculis frequentibus, neque multitudinem equitum posse resistere. Nasamones inertes prostigantur: neque Garamantes humiles jam vibrant tela. Autololes fugitivi redeunt in solitudines suas. Mazaces timidi abjiciunt sagittas suas. Mauri frustra excitant equos suos fati-

gatos. Tabraca funesta recepit in portu digno latronem Gildonem fugientem naviculâ, & rejectum ventis: Gildonem agnoscentem, quod nulla elementa aperirentur hostibus tuis, & toleraturum convicia populi gaudentis, & capite damnato periturum sub iudice vili. Fortuna nihil arroget sibi; ita semper illa secunda sit. Et non commisimus prælia uni tantum confictui, neque alea belli inclinatura semel habuit hic tota castra. Si quid permissum fuisset casui infesto, naves alia veniebant ponè.

## ANNOTATIONES.

350. *Solibus effatos.* ] Gildo dictitabat Gallos caloris Africani impatientes fore, eos inassueto ardore solutos & languentes turmarum suarum pulvere à se esse opprimendos, submergendos.

351. *Geminata venenis.* ] Illa natio veneno infecta, cujus vulnera mortem duplicem inferunt, & ictu teli, & ictu veneni.

354. *Nasamon, Garamas, Autololes, Mazaces, Mauri.* ] Sunt totidem Africæ populi, cum Gildone devicti.

359. *Tabraca.* ] Urbs Libyæ, in quâ Gildo condemnatus est, sed prius expositus est ludibrio, conviciisque populi ejus

clade lætantis, & cum per compita sceddè traduentis. Tabachram Stephanus ex Polybio vocat Τάβρα.

362. *Fracturum vultus.* ] Gildo ad tribunal judicis humilis fregit vultus. id est, condemnatus est, & velut ad scopulum impiegit, in quo laceratus est.

365. *Alea.* ] Non hic stabant omnes nostræ cohortes, non huic belli alex omnia exposita sunt: imò si qua primo confictu calamitas accidisset, venturus erat Stilicho, qui prælium vi majore renovasset.

366. *Si quid licuisset.* ] Si quid fortuna infesta sibi in nos permisisset.

- Venturus dux major erat. victoria nulla  
 Clarior, aut hominum votis optatior unquam  
 370 Contigit. an quisquam Tigranem, armâque Ponti,  
 Vel Pyrrhum Antiôchique fugam, vel vincla Jugurthæ,  
 Conferat, aut Persen debellatûmque Philippum?  
 Hi propagandi ruerant pro limite regni:  
 Hic stabat Romana salus. ibi tempora tutas  
 375 Traxerunt dilata moras. hic vincere tardè  
 Vinci penè fuit. discrimine Roma supremo  
 Inter supplicium populi deforme pependit;  
 Et tantò Libyam fructu majore recepit,  
 Quàm peperit, quantò graviores amissa dolorem;  
 380 Quàm necdum quæsitæ, movent. quis Punica gesta,  
 Quis vos, Scipiadae, quis te jam, Regule, nosses?  
 Quis lentum caneret Fabium, si jure perempto  
 Insultaret atrox famulâ Carthagine Maurus?

## INTERPRETATIO.

dux major Stilicho adfuturus erat. Nulla victoria illustrior umquam evenit, vel optabilior desideris hominum. An aliquis comparabit huic Tigranem, & bella Ponti, vel Pyrrhum. & fugam Antiôchi, vel captivitatem Jugurthæ, vel Persen, & Philippum devictum? Hi duces nostri irruebant pro finibus Imperii dilatandis: in hoc bello salus Romana consistebat. Ibi dilatio temporis dabat moram securam, hic superare serò, suis serò superari, Roma in angustiis hâc ultimis dubia re-

mansit inter poenam miserabilem populi, & resumpsit Libyam eo ampliore utilitate, quàm sibi comparaverat illam, & quantum ea qua perditæ sunt excitant afflictionem majorem, quàm ea quæ nondum partæ sunt. Ecquis cognosceret facta Carthaginensium, ecquis vos & Scipiones, ecquis te, & Regule? Ecquis predicaret Fabium Cunctatorem; si, legibus Romanorum extinctis, Mauri crudeles insultarent nobis Carthagine rodactâ in servitutem?

## ANNOTATIONES.

370. *Tigranem.*] Armeniæ regem victum & à Lucullo, & à Pompeio magno. *Armâque Ponti.*] Bella tandiu gesta à Mithridate Ponti Rege, quem tandem Pompeius magnus superavit.

371. *Pyrrhum.*] Regem Epirotarum, à Fabricio fugatum. Ille Pyrrhus periit ictu regulæ à foeminâ factæ, cum Argos cepisset.

*Antiôchi.*] Plures hujus nominis fuerunt, sed hunc Scipio Asiaticus, fratre nato majore adjutus, majori regni parte spoliavit, & ultra Taurum montem summovit.

*Vincla Jugurthæ.*] Hunc Numidarum Regem Marius duxit in triumpho.

372. *Persen.*] Regem Macedoniæ devictum ab Emilio, & in triumpho ductum.

*Philippum.*] Demetrii filium, Regem Macedoniæ, & à Levino Consule, & à Quinto Flaminio victum.

374. *Stabat Romana salus.*] Nam Gildo potuisset Romam fame conficere, & nisi Stilicho promptius vicisset, vel fame Roma victa fuisset.

377. *Pependit.*] Roma dubia hæsit inter supplicium, id est parum abfuit, quin populus supplicio miserabili, hoc est fame, periret.

381. *Scipiadae.*] Duo Scipiones Africanus major, & Africanus minor; sed & fuere alii Scipiones illustres, Scipio Nasica, Scipio Asiaticus, &c.

*Regule.*] De hoc alibi.

X x ij



Hæc omnes veterum revocavit adorea lauros.

385 Restituit Stilicho cunctos tibi, Roma, triumphos.

INTERPRETATIO.

*Hæc palma renovavit omnes palmas antiquorum: at Roma, ô Stilicho, refert acceptas tibi victorias omnes.*

OBSERVATIO.

**N**Os Heinsum secuti inscripsimus hos libros, *In prim. & secund. Conf. Stilichonis.* At nonnulli inscribunt: *De laude Stilichonis*; Alii appellant *Panegyricis*, quorum duo priores Stilichonem invitant ad Consulatum, quem aut modestiâ, aut metu invidorum recusare videbatur. Fuit autem Stilicho Consul anno 400. cum Aureliano, qui anno præcedente Eutropium condempnaverat.



CL. CLAUDIANI  
IN PRIMUM CONSULATUM  
FL. STILICHONIS V. C.  
LIBER II.

ARGUMENTUM LIBRI.

**L**AUDAT virtutes Stilichonis in pace, clementiam, fidem, iustitiam, & alias, quæ nec patiuntur avaritiam, nec ambitionem, nec alia vitia. Stilicho fovet virtutem & Musas, non luxuriosus, sed liberalis; non superbus, sed affabilis, doctus, facetus, amore & statuis dignus, & hominum Deorumque favore. Hinc omnes provinciæ volunt illum creare Consulem, Hispania scilicet, Gallia, Britannia, Africa, Roma ipsa, quæ ob illum id petit, & obtinet. Gaudent Proceres Orbis, Superi, Sol ipse eligit pro Consulatu Stilichonis annum aureum.

CARMEN XXII.

**H**ACTENUS armatæ laudes. nunc qualibus Orbem  
Moribus, & quanto frænet metuendus amore,

INTERPRETATIO.

**H**ACTENUS gloria bellica Stilichonis celebrata est à nobis. Nunc Camæna nostra placidior aggreditur jam canere ci-  
tharâ mitigatâ, quali virtute, & quali

ANNOTATIONES.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. <i>Armatæ laudes.</i>] Hæ sunt, quas sibi comparat vir armatus.</p> <p>2. <i>Moribus.</i>] Virtutes omnes pacis intellige.</p> <p><i>Frænet Orbem.</i>] Regat Orbem moribus, seu Virtutibus suis, moderetur ha-</p> | <p>benas Orbis. Suprà diximus Stilichonem administrasse aliquandiu utrumque Imperium Orientis, &amp; Occidentis.</p> <p><i>Metuendus amore.</i>] Populis, metu summi &amp; amore cum verecentibus.</p> |
|---|--|

Xx iij

- Quo tandem flexus trabeas auctore rogantes  
Induerit, fastisque suum concefferit annum,  
5 Mitior incipias fidibus jam Musa remissis.  
Principio magni custos Clementia mundi,  
Quæ Jovis incoluit zonam, quæ temperat æthram  
Frigoris & flammæ mediam, quæ maxima nata  
Cælicolam, (nam prima Chaos Clementia solvit  
10 Congeriem miserata rudem, vultuque sereno  
Discussis tenebris in lucem secula fudit.)  
Hæc Dea pro templis, & ture calentibus aris  
Te fruitur, posuitque suas hoc pectore fedes.  
Hæc docet, ut pœnis hominum vel sanguine pasci  
15 Turpe ferumque putes: ut ferrum Marte cruentum,  
Siccum pace, premas: ut non infensus alendis  
Materiem præstes odiis: ut fontibus ultrâ  
Ignovisse velis: deponas ocyus iram,

## INTERPRETATIO.

verendus studio moderetur habenas Mundi, quo tandem impulsus suatore ornaverit se veste Consulari supplicante, & induxerit regimen anni sui fastis. Ac primò quidem Clementia conservatrix Mundi immensi: qua habitas regionem Jovis, qua moderatur ætherem mixtū calore & frigore, qua est antiquissimā origine inter Cælestes. Etenim Clementia prior commota mole indigesta removit confusionem rerum, & um-

bris dissipatis, facie micanti sparsit lumen in tempora. Hæc diva potitur te, velut delubro & altaribus vaporatis thure, & fixit domicilium in hoc animo tuo. Hæc edocet te, ut existimes inhonestum esse, & ferinum delectari suppliciis & cruore hominum. Ut geras ensē sanguinolentum in bello, sed siccum in pace: ut non infensus des occasionem odiis fovendis: ut sponte velis parcere nocentibus; mitiges citius iracundiam.

## ANNOTATIONES.

3. *Rogantes.* ] Quasi trabea seu vestis Consularis tantum virum ambierit, & Stilicho velut invitus Consulatū subiecit, ut jam diximus.

4. *Annum.* ] Stilicho concefferit fastis, ut annus unus nomine suo insigniretur.

5. *Mitior remissis.* ] Musa Placidior canat lyrā remissā; res enim bellicæ intento, & terribili tubæ sono canuntur.

6. *Custos Clementia.* ] Hujus enim beneficio stat Mundus, siquidem hæc efficit, ne res ardore, frigore, violentiā pessundentur.

7. *Jovis zonam.* ] Clementia dicitur habitare zonam seu regionem Jovis, quia Juppiter, seu Æther est suprema pars æris, quæ cæteras servare & custodire dicitur, & quæcūm nihil sit tranquillius, idē Jovis fidus à Poëtis attribuitur Clementiæ, Zona autem dicitur, quasi cin-

gulum *Ζώνη cingo.*

8. *Frigoris & flammæ.* ] Id est ætherem mirā tranquillitate & temperie præditum.

*Maxima natu.* ] Poëtæ ex elementorum temperie suos deos ortos esse dicebant, ideòque Clementia natu maxima est, nam sine eā, nulla generatio. Ergo statim atque in Mundo res extiterunt, statim exiit Clementia, sine quā res esse non possunt.

9. *Chaos.* ] Rudem & indigestam rerum molem & confusionem.

12. *Dea.* ] Velut ex Astris translata in pectus Stilichonis. Ex veteribus non alia sedes Deo dignior, quā animus hominis probi: effatum Christianis dignum.

18. *Ultrâ ignovisse.* ] Etiam non rogatus: ita ut cūm possis punire, quæras causas ignoscendi.

Quàm moveas : precibus nunquam implacabilis obſtes.

- 20 Obvia proſternas, proſtratâque more leonum  
Deſpicias ; alacres ardent qui frangere tauros,  
Transiliunt prædas humiles. hac ipſe magiſtrâ  
Das veniam victis. hac exorante calores  
Horrificos, & quæ nunquam nocitura timentur
- 25 Jurgia, contentus ſolo terrore, coërces ;  
Ætherii patris exemplo : qui cuncta ſonoro  
Concutiens tonitru, Cyclopum ſpicula differt  
In ſcopulos & monſtra maris, noſtrique cruoris  
Parcus in OEtæis exercet fulmina ſylvis.
- 30 Huic Divæ germana Fides, eadêmeque ſorori,  
Corde tuo delubra tenens, ſeſe omnibus actis  
Inferit. hæc nullo docuit liveſcere fuco :  
Numquam falſa loqui, numquam promiſſa morari,  
Inviſos odiſſe palam : non virus in altro
- 35 Condere, non lætam ſpeciem prætereſcere fraudi,  
Sed certum mentique parem componere vultum.  
Occultò ſævire vetat, prodeſſe remittit.

# INTERPRETATIO.

quàm excites : nunquam noceas, quaſi ſis inexorabilis precibus ; deſicias reſiſtentia ſed inſtar leonum contemnas deſectâ. Illi qui ſtagrant ſternere tauros feroces, prætermittunt prædas leves. Hæc Clementiâ docente tu ipſe concedis veniam ſuperatis : hæc rogante contentus ſola timore, reprimis tumultus terribiles, & rixas, quæ formidantur, eſi numquam nocitura eſſe videntur, imitatus patrem cæleſtem, qui percellens omnia fulmine reboante, jaculatur tela Cyclopum in rupes & portenta maris. & parcens ſanguini noſtro, expetit tonitrua ſua in ſylvis OEtæis. Fides eſt ſoror huic Dea Clementiæ, & occupans eadem templum cum ſorore in mente tuâ, miſcet ſe omnibus actionibus tuis. Hæc docuit te nulla decolorari ſimulatione, nunquam dicere falſum, nunquam diſſerere pollicita ; inſectari aperit inimicos ; non occultare venenum in pectore profundo, non tegere dolum ſpecie hilari, ſed offendere faciem ſynceram & ſimilem menti : prohibet nocere clam, permittit adjuvare clam.

# ANNOTATIONES.

19. Implacabilis. ] Seneca : Non decet regem ſava, nec inexorabilis ira.
20. Proſtratâque deſpicias. ] Virgilius : Parcere ſubjectis & debellare ſuperbos. Eſt & tritum illud : Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe Leoni.
27. Cyclopum ſpicula. ] Fulmina à Cyclopibus fabricata.
29. OEtæis. ] OEta mons eſt Theſſaliæ in Græciâ : ponitur pro quo vis monte.
32. Liveſcere. ] Fides enim dicitur cana, & veſtes ejus albæ eſſe ſinguntur : at ſi præcedit ſimulationis fucus, tunc, vitiato
- nativo candore, liveſcit.
34. Odiſſe palam. ] Ut ſolebant veteres, amicitiiſ publicè renuntiaſ. Sic Germanicus per Epistoſas renunciavit amicitiam Piſoni. Tacitus.
- Virus. ] Fraudem aliquam pernicioſam, peſtiferam.
35. Speciem. ] Non tegere dolum aliquem ſpecie lætâ blandientis amici.
36. Certum vultum. ] Quo viſo, de ipſâ mente certus, & ſecurus eſſe poſſis.
37. Occultò. ] Fides permittit clam prodeſſe hominibus, at ſævire & explere reſta & occultra odia non permittit.

- Hæc & amicitias longo pōst tempore. firmat,  
 Mansurōque adamante ligat: nec mobile mutat  
 40 Ingenium; parvæ strepitu nec vincula noxæ  
 Dissolvi patitur; nec fastidire priorem  
 Allicitur veniente novo: benefacta tenere,  
 Respuere offensas facilis, paritèrque minoris  
 Officii magnique memor, superare laborat:  
 45 Utque hostes armis, meritis sic vincit amicos.  
 Hæc fovet absentes; hæc longè sola remotis  
 Consulit; hæc nullis avidam rumoribus aurem  
 Pandit, ut ignarum nunquam læsura clientem  
 Insidiosa tuos alienent murmura sensus.  
 50 Nec vivis annexus amor meminisse sepultos  
 Definit: in prolem transcurrit gratia patrum.  
 Hac tu Theodosium, tenuit dum sceptrā, colebas:  
 Hac etiam post fata colis: neque pignora curas  
 Plus tua, quàm natos, dederat quos ille monendos.  
 55 Tutandōsque tibi: justos nimiūmque fideles  
 Fama putat, qui cū possent commissa negare,  
 Maluerint nullo violati reddere quæstu.  
 At Stilicho non divitias, aurique relictum  
 Pondus, sed geminos axes, tantūmque reservat:

## INTERPRETATIO.

Hæc etiam fides confirmat amicitias magis ac magis serio temporis, & connectit catenâ velut ex adamante duraturo: neque permittit mutari indolem levem, neque finit nexum amicitiz: resolvit rumore erroris leviusculi: neque titillatur continere primum amicum, veniente novo. Fides hac prompta est conservare beneficia, rejicere culpas, & recordatur aequaliter officiorum & majorū, & minorum: tentat vincere, & ut superat hostes armis sic & superat amicos beneficiis. Hæc fides protegit absentes: hac una providet summotis procul: hac non aperit aurem attentam ullis sermonibus, aded ut delationes fraudulentæ nunquam aver-

tant animum tuum offensura clientem inasciunt. Neque amicitia tua adhærens tantum viventibus, cessat recordari mortuorum: amicitia tua in parentes, transit in filios. Hæc venerabaris Theodosium, dum moderatus est imperium: hæc etiam veneraris cum post mortem: neque magis sollicitus es pro liberis tuis, quàm pro filiis, quos ille Theodosius commiserat tibi instituendos & tuendos. Fama censet eos æquos & nimis fides, qui cū valerent inficiari res creditas sibi, maluerint restituere eas nullo corrupti lucro. Sed Stilicho conservat parvis pueris non opes, non pondus auri relictum, sed imperium duplex Orientis

## ANNOTATIONES.

39. *Adamante.* ] Fides amicos ligat, velut nexu quodam adamantino, neque mutat ingenium mobile, non admittit ullam levitatem.

42. *Benefacta tenere.* ] Conservare memoriam, beneficii aliorum.

43. *Respuere.* ] Negligere offensas, seu lœves injurias sibi illatas.

46. *Fovet absentes.* ] Animo calumniis, & delationibus impervio.

47. *Consulit.* ] Providet, caver, ne remotis noceatur. Nam quis innocens erit, si accusare sufficit? Ammianus.

48. *Læsura.* ] Stilicho respuit delationes assentatorum, ne lædant clientem ignarum, inauditum.

60. *Depositiūm*

- 60 Depositum teneris, quantum Sol igneus ambit.  
 Quid non intrepidus credas; cui regia tuto  
 Creditur? hoc clypeo munitus Honorius altum  
 Non gemuit patrem; vitæque & lucis in ipso  
 Limine, contemptus numquam, dat jura subactis
- 65 Gentibus, & secum sentit crevisse triumphos.  
 Quem tu sic placidâ formas, sic mente severâ,  
 Ut neque desidiâ tradas, dum pronus ad omne,  
 Quod libet, obsequeris; nec contrâ nixus ovantem  
 Confringas animum; seceretis consona regno
- 70 Ceu juvenem doceas, moles quid publica poscat;  
 Ceu sanctum venerere senem, patriisque gubernes.  
 Imperium monitis, dominum submissus adores;  
 Obsequiis moderere ducem, pietate parentem.  
 Hinc fuit, ut primos in conjuge disceret ignes;
- 75 Ordiri que virum non luxuriante juventâ,  
 Sed cum lege tori, casto cum fœdere, vellet.  
 Principe tu felix genero: felicior ille.

## INTERPRETATIO.

& Occidentis, & depositum tantum, quantum Sol flammifer circum. Quid non securus committas illi, cui Aula securè committitur? Honorius corroboratus hoc scuto potuit non desiderare patrem Augustum; & in ipso aditu vitæ & luminis, nunquam spretus, imponit leges populis victis. & experitur victorias secum crevisse. Quem Honorium tu ô Stilicho ita instituis, ita animo rigido, ut neque dedas eum inertia, dum facilis obedi ad omnia, qua placent ipsi, neque contrâ resistens dejicias indolem ejus exultantem: ut secretò eddicens illum velut adolescentem, ea quæ utilia sunt Imperio: ea qua Respublica postulat, & colas eundem velut senem venerandum; & regas Imperium admonitionibus paternis, & humilis colas velut Imperatorem, officio agas ductorem, patrem pietates inde factum est, ut disceret primos amoris in marito, & vellet incipere munus virile non adolescentiâ lasciviente, sed cum legibus conjugii, & cum fœdere pudico. Tu Fortunatus es Imperatore genero, sed ille est

## ANNOTATIONES.

63. Non gemuit.] Non quòd Honorius non deflexerit patrem Theodosium, sed quòd potuerit eum non desiderare, quem in Stilichone sibi superstitem habere videbatur.

64. Limine.] In ipsâ infantia regit populos, & à nemine tenera ejus ætas contemnitur, tutore Stilichone.

67. Desidia tradas.] Ita obedis, ut non idèd fiat iners; ita resistis, ut animus adolescentis ovans, exultans, alacri lætæque indole se exerens, non frangatur ac deiciatur, ut deici solent serviha ingenia nimio timore contricta, atque impedita.

71. Sanctum senem.] Alii ad Theodo-

sum alludi putant, alii ad sanctum Ambrosium, quem Stilicho, ut patrem colebat, & cujus consiliis utebatur in regendo Honorio, & quo mortuo dixisse fertur, tanto viro recedente de corpore, interitum Italix imminere: id quod accidit.

73. Obsequiis.] Obsequiis & officiis geras te, ut ducem: studio & pietate, ut parentem.

74. Primos amores.] Per Stilichonem factum est, ut Honorius primos amores disceret, non libidinibus vagis, ut solent juvenes, sed cum lege tori, seu legitimo conjugio.

Yy

- Te socero. fratrem levior nec cura tuetur  
Arcadium : nec , si quid iners atque impia turba ,
- 80 Prætendens proprio nomen regale furori ,  
Audeat , adscribis juveni : discordia quippe  
Cum fremeret , numquam Stilicho sic canduit irā  
Sæpe laceffitus probris , gladiisque petitus ,  
Ut bello furias ultum , quas pertulit , iret
- 85 Illicitò , causfamque daret civilibus armis.  
Hujus fulta fide mediis dissensibus aulæ  
Intemeratorum stabat reverentia fratrum.  
Quin & Sidonias chlamydes , & cingula baccis  
Aspera , gemmatasque togas , viridisque smaragdo
- 90 Loricæ , galeasque renidentes hyacinthis ,  
Gestatosque patri capulis radiantibus enses ,  
Et vario lapidum distinctas igne coronas ,  
Dividis ex æquo ; ne non Augusta suppellex ,  
Ornatuque pares geminis hæredibus essent.
- 95 Mittitur & miles , quamvis certamine partes  
Jam tumeant. hostem muniri robore mavis ,  
Quam peccare fidem : permittis justa petenti ,

## INTERPRETATIO.

*Fortunator te socero. Neque cura tua minor tutatur fratrem ejus Arcadium, neque attribuitur huic adolescenti facta, si qua cohors ignava & impia ausit patrare regem insaniam suam nomine Imperatorio. Et enim cum dissensio tonaret, numquam Stilicho inflammatus est furore, quamquam provocatus frequenter conviciis, & appetitus telis, ut pararet contra fas vindicare armis rabiem, quam passus est, & præberet occasionem bellum civilibus. Amicitia inviolata inter fratres freta fide hujus Stilichonis remanebat in ipsis discordiis Aula.*

*Præterea partiris aequaliter inter fratres chlamydes purpureas & balteos graves conchis, & vestes gemmatas, & thoraces ornatos smaragdus viridibus, & cassides micantes hyacinthis, & gladios manubriis fulgentibus gestos à parente Theodosio, & coronas ornatas splendore lapillorum diversorum; ne suppellex Imperatoria, & ornamenta non foret aequalia duobus hæredibus. Milites quoque mittuntur ad Imperium Orientis, etsi partes hujus jam turgeant prælio, Mavis hostes corroborari cohortibus, quam violare fidem tuam: concedis Arcadio postulati*

## ANNOTATIONES.

79. *Iners, atque impia turba.* ] Intelligit Rufinum & Eutropium, seu utriusque affeclas, qui multorum malorum causæ extiterunt.

80. *Prætendens.* ] Utens nomine Imperatoris velut prætextu, seu specie aliquâ ad regenda crimina.

83. *Laceffitus.* ] Per factiones Rufinianas & Eutropianas.

87. *Intemeratorum.* ] Reverentia seu amicitia inter fratres intemerata, inconcussa permanebat. Veram amicitiam co-

mitatur reverentia.

88. *Sidonias.* ] Purpureas ab urbe Sidone in Phœnicia, ubi est purpura exquisita.

91. *Capulis radiantibus.* ] Propter gemmas, quibus capulos ensium Heroës ornabant. Suprà de gemmis illis diximus.

95. *Miles.* ] Ait Stilichonem misisse milites: sed tamen meliorem partem Honorio reservavit.

96. *Tumeant.* ] Velut prælium, bellumque mox perituræ.

- Idque negas solum, cujus mox ipse repulsâ  
 Gaudeat, & quidquid fuerat deforme mereri.  
 100 Omnes præterea, puro quæ crimina pellunt  
 Ore Deæ, junxere choros, unôque receptæ  
 Pectore diversos tecum cinguntur in usus.  
 Justitia utilibus rectum præponere suadet:  
 Communêsq; sequi leges, injustâque nunquam.  
 105 Largiri sociis: durum Patientia corpus  
 Instruit, ut nulli cupiat cessisse labori:  
 Temperies, ut casta petas: Prudentia, ne quid  
 Inconsultus agas: Constantia, futile ne quid  
 Infirnumque geras. procul importuna fugantur  
 110 Numina, monstiferis quæ Tartarus edidit antris.  
 Ac primam scelerum matrem, quæ semper habendo  
 Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum,  
 Trudis Avaritiam: cujus fœdissima nutrix  
 Ambitio, quæ vestibulis foribûsque potentum

## INTERPRETATIO.

*res justas, & tenuis tantum id, quo non obrento mox latetur ille, & tenuis quisquid ipsi turpe foret impetrare. Insuper Dea omnes Virtutes, quæ fugant vitia vultu sereno, conjunxerunt cœtum suum, & excepta in uno animo, armantur tecum pro usibus variis. Justitia persuadet tibi præferre honestatem lucro, & parere legibus communibus, & nunquam concedere iniqua fœderatis nostris. Patientia corroborat corpus tuum validum, ne velit succumbere ulli labori. Temperantia facit, ut requiras pudica: Prudentia facit nequid inconsideratus facias. Constantia, nequid facias leve & ignavum. Furia funesta, quas Tartarus protulit in cavernis portentosos, expelluntur longè. Ac primò ejicis Avaritiam parentem vitiorum, quæ inhians semper divitiis majoribus possidendis, scrutatur aurum gurgite aperto: cujus avaritiæ alitrix perpetua Ambitio, quæ adhæret liminibus, & januis potentiorum,*

## ANNOTATIONES.

99. *Mereri.* ] Turpe fuisset nempe Arcadio obtinere aliquid, quod nocere potuisset fratri Honorio, idque idem non concedebatur à Stilichone. Valerius Maximus dicit, *Nos plerumque id votis expectare, quod non impetrasse melius foret.*  
 101. *Junxere choros.* ] Virtutes omnes in statu, ut vocant, heroïco, simul esse dicunt Philosophi.  
 102. *Cinguntur.* ] Parantur velut militum contra vitia.  
 107. *Castâ petas.* ] Ammianus: *Pudicitia vitam honorat ad excelsa surgentem.*  
 108. *Inconsultus.* ] Imprudenter, sine deliberatione.  
 109. *Infirnum.* ] Constantia efficit, ut nihil geras futile & frivolum, quod redeat animum levem ac pusillum.  
 109. *Importuna.* ] Furia, quæ à Poëtis dicuntur numina importuna, inauspicata, obscœna, funesta, fatalia. Furia autem illæ sunt Avaritia, Ambitio, & aliæ pestes importunæ, id est, crudeles, immanes, abominandæ. *Cyclops aliter multo importunior.* Cicero, de crudeli.  
 112. *Plus sitiens.* ] Ovidius: *Quo plus sunt pota, plus sitiuntur aqua.*  
 113. *Avaritiam.* ] S. Paulus ad Timotheum, *ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστὶν ἡ φιλαργυρία, radix omnium malorum est cupiditas.*  
*Fœdissima.* ] Nutrix perpetua est, quæ Avaritiæ fideliter adhæret, nec ab eâ divelli potest.



- 115 Excubat, & pretiis commercia pascit honorum,  
 Pulsa simul. nec te gurgēs corruptior ævi  
 Traxit ad exemplum: quod jam firmaverat annis  
 Crimen, & in legem rapiendi verterat usus.  
 Denique non dives sub te pro rure paterno,  
 120 Vel laribus pallet: non insidiator oberrat  
 Fracturus quemcumque reum: non obruta virtus  
 Paupertate later. lectos ex omnibus oris  
 Evehis, & meritum, non quæ cunabula, quæris;  
 Et qualis, non unde satus. sub teste benigno  
 125 Vivitur: egregios invitant præmia mores.  
 Hinc priscae redeunt artes: felicibus inde  
 Ingeniis aperitur iter, despectaque Musæ  
 Colla levant: opibusque fluens, & pauper eodem  
 Nigritur ad fructum studio, cum cernat uterque,  
 130 Quod nec inops jaceat probitas, nec inertia surgat  
 Divitiis. nec te jucunda fronte fefellit  
 Luxuries prædulce malum, quæ dedita semper  
 Corporis arbitriis hebetat caligine sensus,

## INTERPRETATIO.

Et quæ fovet pecuniâ venditionem Magistratum, unâ fugata est. Neque vorago sæculi corrupticris attraxit te ad exemplum, quod vitia jam corroboraverant vetustate, & quod actiones omnium converterant in consuetudinem furandi. Demum sub te non locuples timet pro agro patrio, aut pro domo. Non delator circuit everfurus quemlibet reum: non virtus oppressa egestate delitescit: extollis viros delectos ex omni parte Orbis, & requiris virtutem, non qui natale sint; & quæris qualis sit vir, non unde oriundus. Vivitur sub spectatore aequo: munera excitant mores eximios, Hinc artes antiquæ renovantur, inde viâ panditur ingeniis præstantibus, & Musæ attollunt capita ante præta, & affluens divitiis, & pauper aspirat ad utilitatem honestam ardore simili, cum uterque videat, quod nec integritas egea despiciatur, neque ignavia attollatur opibus suis. Neque verò luxuria, vitium blandum decepit te vultu hilari, quæ luxuria obediens semper imperio corporis, offundit animo tenebras,

## ANNOTATIONES.

116. *Gurgēs corruptior.* ] Corruptela sæculi. Reverà in sæculo corruptissimo Stilicho fuisse ab omni avaritiæ labe immunis à quibusdam dicitur. Alii contrà sentiunt.

120. *Insidiator.* ] Delator, emissarius, quales emittebantur à Nerone, Domitiano, & alijs, ut aliquid contra principem factum aut dictum esse arguentes occasionem darent eorum spoliandorum.

121. *Fracturus.* ] Everfurus bonis, quicumque in judicium adducereur. Alii legunt *acturus*, nec male, *agerè reum*, est

facere, ut reus condemnnetur.

123. *Cunabula.* ] Non requiris natales; patriamque; sed solam Virtutem.

124. *Benigno.* ] Benignè omnia interpretante, non fingente vitia, imò aut excusante, aut dissimulante.

125. *Egregios mores.* ] Præmia seu honores à Stilichone dati faciunt ut homines invitentur, alliciantur ad optimos mores.

127. *Musæ.* ] Avaritiâ & inhumanitate priorum ducum velut collo captivo oppressæ Musæ ad spem meliorem eriguntur.

- Membrâque Circæis effœminat acriùs herbis,  
 135 Blanda quidem vultus, sed quâ non tetriùs ulla  
 Ultrices fucata genas, & amicta dolosis  
 Illecebris torvos auro circumlinit hydros.  
 Illa voluptatum multos innexuit hamis:  
 Te nunquam conata capit. non prava libido  
 140 Stupris advigilat: non tempora somnus agendi  
 Frustratur: nullo cirharæ convivia cantu,  
 Non pueris lasciva sonant. quis cernere curis.  
 Te vacuum potuit? quis totâ mente remissum,  
 Aut indulgentem dapibus, ni causâ juberet  
 145 Latitiæ? non indecores æraria lassant  
 Expensæ: parvo non improba littera libro  
 Absentum condemnat. opes. à milite parcus  
 Diligeris; neque enim neglectas pace cohortes  
 Tunc ditas, cùm bella fremunt. scis nulla placere

## INTERPRETATIO.

*Et enervat artus potentiùs graminibus Circæis, lenis quidem secundum faciem, sed quâ non funestius ulla pestis est fucata per genas vindices, & cincta blanditiis fallacibus oblinis auro colubros feraces. Illa luxuria irretivit multos nexibus voluptatum, te nunquam irretiat, etsi tentaret. Non in te impudicitia improba excubat ad supra: non sopor furatur occasionem laborandi. Epula tua non resonans ullo concentu lyra, non symphoniâ impurâ puerorum. Ecquis valeat videre te sine curis, ecquis relaxatum toto animo, aut vacantem conviviis, nisi occasio gaudii alicujus id postulet? Sumptus indigni te non fatigant ærarium. Non epistola pessima damnat divitias absentium, volumine exiguo. Eligeris à militibus etsi parcus, nec enim cùm bella tonant locupletis exercitus contemptos per pacem. Nosti nulla dona grata*

## ANNOTATIONES.

134. *Circæis.*] Luxuria enervat corpora potentiùs, quàm herbæ Circæ veneficæ, quæ socios Ulyssis mutavit in porcos, & quæ homines mutabat in bestias. Id quod intelligendum est de luxuriâ & ebrietate, quæ homines transformant in bestias.  
 136. *Ultrices fucata genas.*] Luxuria blanda quidem est specie, sed habet genas fucatas; & ex hoc fucatu nascitur sua pœna, sua vindicta, siquidem sequitur fucum deformitas, quæ est velut vindicta & supplicium; vel sub hoc fucato later ulcio teterissima, & hujus peltis illecebræ dolosæ sunt & perniciosæ. Alii legunt *fucata genas*, id est, deturpata: alii legunt, *signata*.  
 137. *Hydros.*] Crines luxuriæ videntur esse aurei, sed reverâ scatent colubris: id quod dicitur ob effecta luxuriæ, quæ causa est venenorum, cædium, aliorumque malorum. Alii legunt, *circumlinit auro*, id est nodis & tæniis aureis.  
 142. *Pueri lasciva.*] Non convivia tua lasciva sunt cantu puerorum symphonicorum. Theodosius edicto expulsi ex conviviis operas cantorum.  
 146. *Parvo libro.*] Epistola est, seu mandatum parvo volumine contentum.  
 147. *Condemnat.*] Addicit fisco.  
*Parcus.*] Parsimonia in milites, qui auro inhiant, multis perniciofa fuit, & Stilichonî non nocet; eligitur enim, etsi parcus sit tempore belli, quia tempore pacis fuit liberalis.  
 148. *Neglectas pace cohortes.*] Id perdidit Probum optimum Imperatorem, quocirca milites pretio corrupti, Imperatores creaverunt.

- 150 Munera, quæ metuens illis, quos spreverit, offert  
 Serus, & incassum servati prodigus auri.  
 Antevenis tempus non expectantibus ultro  
 Munificus, mensæque adhibes, & nomine quemque  
 Compellas, clari, quod sub te gesserit olim,  
 155 Admonitor facti; fingendæque sensibus addis  
 Verba, quibus magni geminatur gratia nodi.  
 Nec si quid tribuas, jactatum sæpius idem  
 Exprobrare soles: nec quos promoveris, alto  
 Turgidus alloqueris fastu: nec prospera flatus  
 160 Attollunt nimios. quin ipsa superbia longè  
 Discessit, vitium rebus solenne secundis,  
 Virtutumque ingrata comes. contingere passim,  
 Affarique licet. non inter pocula sermo

## INTERPRETATIO.

*esse, qua quis lentus & largus frustra auri reservati dat iis, quos contempserit. Prævenis tempus, liberalis sponte in homines non opperientes, & admoves eos mensarum, & appellas unumquemque suo nomine, monitor facinoris gloriosi, quod fecerit alias sub te duce, & adjungis dicta imprimenda in altâ mente, quibus dictis favor amicitia ingentis augetur. Et si des* aliquid, non consuevisti id objicere sæpe venditando: neque tumefactus fastu arroganti, affaris eos, quos evexeris ad honores, neque res secunda effervunt te vanitate immodicâ. Imò superbia ipsa recessit procul, vitium familiare in rebus prosperis, & socia injucunda virtutum. Fas est ad te accedere, & alloqui te, Non homines aucupantur inter convivium

## ANNOTATIONES.

150. *Spreverit.* ] Non subveniens egen-  
 tibus, aut debita virtuti præmia per avaritiam denegans.

*Offert.* ] Dat enim coactus: nam timens hostes, partem dat militibus, ut suâ virtute efficiant, ne totum amittat.

152. *Antevenis.* ] Prævenis tempus, quo indigeant amici tui.

154. *Compellas nomine.* ] Efficax in principe blandimentum ad conciliandos sibi milites, eos nomine suo compellare: ita Cyrus, ita Alexander, & alii se gerebant.

155. *Admonitor.* ] Juvat te revocare in memoriam præclara factâ, quæ sub te duce gesserunt.

156. *Gratia nodi.* ] Bona & officiosa verba dicis, quibus gratia & honos nodi honorificæ amicitia tuæ augetur, geminatur. Cicero: *Amabilissimus nodus amicitia.* Alii legunt, *geminatur gratia doni*, id est, bonis officiosisque verbis, cum munus aliquod datur, augetur ejus meriti-

tum & gratia.

158. *Exprobrare.* ] Non jactas beneficium à te collatum, non commemoras, nam isthæc commemoratio quasi exprobratio est in ingratos & inmemores beneficiorum.

161. *Solenne.* ] Superbia in rebus secundis vitium familiare, ordinarium, quod vult coli, quasi dies aliquis festus & sollemnis.

162. *Virtutumque ingrata comes.* ] Superbia comes injucunda virtutum, hoc est honorum virtutis partorum.

*Contingere.* ] Ad te accedere propius, dextram tuam contingere.

163. *Inter pocula.* ] Inter scyphos, inter convivia, ubi veteres se piaculum admittere putabant, si quidquam tum triste aut dicerent aut facerent. Ideoque hæc viros principes alloquendi occasio consultè captabatur.

- Captatur, purâ sed libertate loquendi  
 165 *Seria quisque joci nullâ formidine miscet.*  
*Quem videt Augusti socerum regnique parentem,*  
*Miratur conviva parem; cùm tanta potestas*  
*Civem lenis agat. te doctus prisca loquentem,*  
*Te matura senex audit, te fortia miles:*  
 170 *Adpersis salibus, quibus haud Amphiona quisquam*  
*Præferat Aonios meditantem carmine muros,*  
*Nec velit Orpheo migrantes pectine sylvas.*  
*Hinc amor, hinc veris & non fallacibus omnes*  
*Pro te solliciti votis: hinc nomen ubique*  
 175 *Plausibus, auratis celebrant hinc ora figuris.*  
*Quæ non incudes streperent? quæ flamma vacaret*  
*Fabrilis? quantis fluere fornacibus æra*  
*Effigies ductura tuas? quis devius esset*  
*Angulus, aut regio, quæ non pro numine vultus*  
 180 *Dilectos colerent, talem ni semper honorem*  
*Respueris? decus hoc rapiat, quem falsa timentum*  
*Munera decipiunt, qui se diffidit amari.*

## INTERPRETATIO.

*occasionem loquendi; at unusquisque ingenuâ licentiâ dicendi admiscet seria facetiis absque ullo metu. Et quem intuetur socerum Imperatoris & Patrem Reip. conviva suspicit similem aliis; cùm tanta dignitas leniter administrata eum ostendat ut civem. Eruditi audiunt se narrantem res antiquas, senes se narrantem res solidas; milites, res generosas: idque salibus admixtis, quibus nullus anteponat Amphionem condentem mœnia Thebana cantu, neque vellet antepone re sylvas sequentes lyram Orphei. Hinc amor civium*

*in te nascitur: hinc omnes anxii sunt pro te, votis sincervis & non fictis: hinc undique honorant nomen tuum applausibus. & vultum tuum statuis aureis. Quæ non incudes resonarent? Qui ignis artificum quiesceret? In quot fornacibus æra factura imagines tuas liquefierent? Ecquis angulus foret tam inaccessus, quæ regio, quæ non veneraretur Simulachra tua gratissima, tanquam Deum, nisi tu semper renueres hanc gloriam? Ille vindicet sibi hunc titulos, quem dona inania hominum merentiam, fallunt, quos diffidit se diligere:*

## ANNOTATIONES.

164. *Purâ.*] Libertate purâ, sincerâ, ingenuâ, non paratâ & elaboratâ artificii, ut aures potentiorum fastu turgidas, & obstructas leniori adulatione penetret.

167. *Parem.*] Ob comitatem in conviviis, animûmque civilem.

171. *Muros.*] Nota fabula, Amphionem tractis lyrà saxis muros Thebanos condidisse in Bœotiâ seu Aoniâ. Id quod ingeniosè inventum est, quoddam Amphion ingenti pecuniâ lyrà cantu comparatâ muros Thebanos condiderit: vel quoddam præciblandâ, seu eloquentiâ suâ homines agrestes, & lapidum instar duros, in urbanæ vi-

tæ societatem convocavit.

172. *Sylvas.*] Sequentes lyram Orphei. Per sylvas, & arbores, intellige homines rudes, & stipitem instar stolidos, quos Orpheus ad mansuetiorem vivendi rationem traduxerit.

173. *Hinc.*] Ex tuâ comitate, affabilitate, aliisque virtutibus omnium amor in te nascitur.

180. *Honorem respueris.*] Instar Agesilai, qui etiam moriens sibi statuas poni vetuit.

181. *Rapiat.*] Cupidè & ambitiosè.  
*Falsa.*] Munera ex animo ficto & fallaci provenientia.

- Hoc solus prævisse potest, qui jure meretur.  
 Undique legati properant, generique sub ore  
 185 In tua centenas optant præconia voces.  
 Grates Gallus agit, quod limite tutus inermi,  
 Et metuens hostile nihil, nova culmina totis.  
 Ædificet ripis, & sævum gentibus amnem  
 Tibridis in morem domibus prævallet amœnis.  
 190 Hinc Pœni cumulant laudes, quod rura tyranno.  
 Libera possideant. hinc obsidione solutus  
 Pannonius, potorque Savi, quod clausa tot annis.  
 Oppida laxatis ausus jam pandere portis.  
 Rursum cote novat nigras rubigine falces,  
 195 Exeolsque situ cogit splendere ligones,  
 Agnoscitque casas, & collibus oscula notis.  
 Figit, & impresso glebis non cedit aratro.  
 Exsectis, inculta dabant quas secula, sylvis.  
 Restituit terras, & opacum viribus Istrum.  
 200 Conserit, & patrium vectigal solvere gaudet,  
 Immunis qui clade fuit. te sospite fas est

## INTERPRETATIO.

*hoc unus potest contemnere, qui meretur jure. Oratores undequaque festinant, & in conspectu generi tui Honorii expetunt centum linguas ad laudes tuas celebrandas. Galli reddunt tibi gratias, quod securi in finibus suis sine armis, & nullam timentes hostilitatem, extruant domos novas in litoribus omnibus, & instar Tibris prætexant adificiis pulcris Rhenum formidandum fluvium ob gentes infelices. Hinc Carthaginenses acervant encomia tua, quod teneant arva sua vacua tyranno. Gildone: hinc Pannonii liberati ab*

*obsidiis, & is qui bibit Savum fluvium, quod portu reſeratis ausus aperire jam urbes suas clausas per tot annos. acuit cotiterum falces scabras rubigine, & facit micare ligones corrosos carie, & nescit tuguria sua, & imprimit oscula clivis sibi cognitis, & non discedit vomera infixo in campis. Sylvis, quas tempora neglecta produserant, recisis, reparat agros, & serit vites ad ripas opacas Danubii: & qui extitit expers cladis, lasatur persolvere tributum patrium. Te incolumi, ô Stilicho, infestatum corpus*

## ANNOTATIONES.

186. *Limite inermi.* ] In finibus armorum præsidio destitutis.

188. *Gentibus.* ] Populis infestis Imperio Romano, Rhenum latè accolentibus.

189. *Tibridis in morem.* ] Ripæ Tibris domibus magnificis prætextæ.

*Prævallet.* ] Ita prætextat, ut ipsæ domus totidem propugnacula esse videri possint.

191. *Obsidione.* ] Per triginta annos Alaricus Pannoniam infederat.

192. *Savi.* ] Savus fluvius, qui alluit Bosniam aliasque regiones, & ad urbem

Taurunum, vulgò *Belgrade* in Hungariâ, sese in Danubium exonerat.

196. *Oscula.* ] Redeuntes in patriam religiosè osculabantur domos, agros, &c.

197. *Cedit.* ] Non discedit obinerturbatum opus hostili incurſione.

198. *Secula.* ] Seculum aliquando denotat annos triginta, quo temporis spatio terra Pannoniarum ab Alarico pressa, inculta remanserat.

200. *Patrium vectigal.* ] Debitum à se pro jure suæ patriæ.

Vexatum

- Vexatum laceri corpus juvenescere regni.  
 Sub tot principibus quæcumque amissimus olim  
 Tu reddis. solo poterit Stilichone medente  
 205 Crescere Romanum vulnus testura cicatrix,  
 Inque suos tandem fines redeunte colono,  
 Illyricis iterum ditabitur aula tributis.  
 Nec tamen humano cedit cæleste favori  
 Judicium cingunt Superi concordibus unum  
 210 Præfidiis, hostesque tuos aut litore produnt,  
 Aut totum oppositi claudunt fugientibus æquor,  
 Aut in se vertunt furiis, aut militis ense  
 Bacchari laniant Pentheo corpora ritu.  
 Insidias retegunt, & in ipsa cubilia fraudum  
 215 Ducunt, ceu tenerâ venantem nare molossi.  
 Ominibus ventura notant, aut alite monstrant,  
 Aut monitos certâ dignantur imagine somnos.

## INTERPRETATIO.

*imperii discipuli potest resumere juven-  
 tatem suam. Tu restituis, quicquid per-  
 didimus quondam sub tot Imperatoribus.  
 Uno Stilichone medente, cicatrix obdu-  
 ctura plagam Romanam poteris augeri, &  
 agricolis tandem reverentibus in fundos  
 suos, Aula locupletabitur rursus vestiga-  
 libus Illyricis. Neque tamen favor divi-  
 nus in Stilichonem minor est favore ho-  
 minum. Dii circumdant illum unum au-  
 xilium conspirantibus, & vel derelinquunt*

*hostes tuos in ipso littore, vel adversi ob-  
 struunt totum mare effugientibus iis, vel  
 convertunt in sese accensos furore, vel  
 lacerant ut Pentheum membra eorum gla-  
 diis militum lymphatorum. Detegunt stra-  
 tagemata, & ducunt te, instar canum  
 vestigantium prædam nare sagaci in ipsâ  
 latibula insidiarum. Designant futura  
 præcægiis, vel ostendunt volatu avium,  
 vel curant somnia tua esse admonita spe-  
 cia verâ futuri.*

## ANNOTATIONES.

202. *Juvenescere.* ] Ut homines, sic & Imperia suas habere videntur ætates.

205. *Vulnus.* ] Damna tot præliis accepta ita reparantur à Stilichone, vix ut postea horum vestigia remaneant.

207. *Illyricis.* ] Illyriam diu Alaricus obtinuerat.

210. *Litore produnt.* ] Arguunt, derelinquunt hostes tuos, vel tradunt eos suo furori, sic Maximus dux magnus à legionibus Anglis creatus Imperator, à Theodosio magno, comite Stilichone, deletus est, & occisus cum filio Victore ad urbem Aquileiam in Foro Julio, Italiz parte. Sic & Gildonem mare expulit ad littus, ad urbem scilicet Tabracam in Africâ, ubi damnatus & occisus est.

211. *Claudunt fugientibus æquor.* ] Sic Andragathius perfidus Gratiani interfector, in mari Ionio navigans, Gratiani-que vindictam metuens, se ipsum in mare præcipitem egit.

212. *Vertunt in se.* ] Sic Argobastes Eugenii adjutor bellicosus seipsum interfecit.

213. *Laniant.* ] Sic milites lacerarunt Rufinum, ut Bacchantes Pentheum, De Pentheo alibi.

215. *Molossi.* ] Canes optimi, sic dicti à regione Molossorum Epiri parte in Græciâ, quæ regio his canibus abundat.

217. *Dignantur monitos somnos.* ] Dignantur te monitum esse somniis certis. Homerus : ὄψα ἐν δῖος ὄρνις, à Deo somnium est.

Zz

- Pro quibus innumera trabearum insignia terræ  
 Certatim petière tibi. poscentibus ipse  
 220 Restiteras, & mens aliorum prona favori,  
 Index dura sui, facibus succensa pudoris,  
 Tarda verecundis excusat præmia caussis.  
 Ergo avidæ, tantisque novi spe Consulis anno  
 Elusæ, dominae pergunt ad limina Romæ:  
 225 Si minùs annueris precibus, vel cogere certæ  
 Cunctantem, votoque moras auferre paratæ  
 Conveniunt ad recta Deæ, quæ candida lucent  
 Monte Palatino. glaucis tum prima Minervæ  
 Nexa comam foliis, fulvæque intexta micantem  
 230 Veste Tagum, tales profert Hispania voces:  
 Cuncta mihi semper Stilicho, quæcumque poposci,  
 Concessit, tantumque suos invidit honores.  
 Augusti potuit sociari contemnere fasces;  
 Jam negat & genero. si non ut ductor, ab orbe,  
 235 Quem regit, accipiat saltem cognatus ab aulâ.  
 Exiguùmne putet, quod sic amplexus Iberam

## INTERPRETATIO.

Pro quibus favoribus provincia infinita  
 poposcunt pro te certatim ornamenta  
 Consulatus. Tu ipse renueras his id postu-  
 lantibus, & animus tuus promptus ad fa-  
 vendum ceteris, severus estimator sui,  
 suffusus rubore pudoris, recusat rationibus  
 modestis hæc munera, et si sora, Igitur ha-  
 Provinciarum, cupida & decepta per tot an-  
 nos spe consulis novi, eunt ad mania Ro-  
 ma regina; statuentes etiam cogere te mo-  
 rantem, si non concedas petita precibus;  
 & accingentes se abrumpere retardatio-  
 nem omnem desiderii sui, consueunt ad  
 palatium Romæ diæ, quod album splen-

det, in colle Palatino. Tum Hispania ha-  
 bens crines innexos ramis glaucis Oleæ  
 Palladis, & habens Tagum fulgentem  
 auro, contextum in vestimento aureo, prior  
 dicit talia verba. Stilicho semper dedit mihi  
 Hispaniæ omnia qua petivi, & solum re-  
 cusavit pro se dignitates. Sustinuit sper-  
 nere Consulatum oblatum ab Imperatore  
 socio Theodosio: jam tenuit illum etiam  
 oblatum à genero Honorio: si non recipit  
 illum ut moderator, à mundo quem mo-  
 deratur, saltem recipiat à principe, ut af-  
 finis. An credit parum esse quiddam,  
 quod ita complexus prolem Hispanam,

## ANNOTATIONES,

221. Facibus pudoris.] Mens accensa  
 pudore, & velut igne quodam affuso cru-  
 bescentis.

222. Tarda.] Consulatum recusat, et  
 ille tardum sit præmium tot Virtutum.

226. Moras auferre.] Avertere & rum-  
 pere ea omnia, quæ obstant & retar-  
 darent vota sua Consulem Stilichonem  
 designantia.

227. Recta Dea.] Roma ut Dea cele-  
 brabatur, & habebat templum commu-  
 ne, cum Venere Cæsarem genitrice,

229. Foliis Minervæ.] Ramis oleæ cor-  
 ronata, signum pacis. Olea autem Mi-  
 nervæ sacra est.

230. Hispania.] Prima loquitur, ut ho-  
 noratior, quia patria Theodosii magni.

232. Suos honores invidis.] Invidit no-  
 bis voluptatem honoris, seu Consulatus  
 recipiendi, nobis id petentibus, atque  
 cupientibus.

233. Augusti sociari.] Theodosii, cuius  
 filiam adoptivam Serenam duxerat.

- Progeniem nostros immoto jure nepotes  
 Sustinet, ut patrium commendet purpura Bætin?  
 Quod pulcro Mariæ fœcundet germine regnum?  
 240 Quod dominis speratur avus? Tum flava repxo  
 Gallia crine ferox, evinctaque torque decoro,  
 Binæque gæsa tenens, animoso pectore fatur.  
 Qui mihi Germanos solus, Francosque subegit,  
 Cur nondum legitur fastis? cur pagina tantum  
 245 Nescit adhuc nomen, quod jam numerare decebat?  
 Usqueadeone levis pacati gloria Rheni?  
 Inde Caledonio velata Britannia monstro,  
 Ferro picta genas cujus vestigia verrit  
 Cæculus, Oceanique æstum mentitur amictus,  
 250 Me quoque vicinis pereuntem gentibus, inquit,  
 Me juvit Stilicho, totam cum Scotus Iernen  
 Movit, & infesto spumavit remige Tethys.  
 Illius effectum curis, ne tela timerem

## INTERPRETATIO.

trahatur nepotes nostros imperio inconcusso, ut purpura Imperatoria nobilitet Bætin natalem, & quod augeat imperium generoso fœti Maria, & quod afficiatur ut avus futurus Imperatorum? Post Hispaniam Gallia flava, superba capillis repxis, & redimita monili pulcro, & ferens duo gæsa, sic loquitur animo generoso. Ille, qui unus contudit mihi Germanos, & Francos, cur nondum videtur in fastis? Cur liber ille ignorat adhuc nomen tam illustre, quod conveniret legere hic sæpius? usqueadeone laus parva est Rheni sedari? Inde Britannia cincta portento Scotico, habens vultum signatum gladio, cujus Britannicæ vestis carula lambit pedes, & representat instabilitatem fluctuum: Stilicho firmavit me assiam, ait, quassatam à populis finitimis, cum Scoti excitaverant nationes Hyberniæ totius, & mare agitatum est remigiis inimicis, Perfectum est labora hujus Stilichonis, ne metuerem bella

## ANNOTATIONES.

237. *Nostros nepotes.* ] Arcadium & Honorium Theodosii nostri filios.  
 238. *Purpura.* ] An putat parvum esse, quod se tutore solum pertinet ad Hispanos nostros, sicque Imperatoria purpura nobilitat Hispaniam, seu Bætin fluvium Bæticæ, vulgò Guadalquivir? An parvum putat, quod datâ Honorio Mariâ suâ fœcundat regnum, hoc est facit, ut Imperium fœcundum esse possit Imperatoribus ex se natis? An parvum putat denique quod speratur fore avus Imperatorum? At Maria sine prole obiit, ut diximus antea, ideoque spes ejusmodi evanuerunt.  
 242. *Gæsa.* ] Propria sunt Gallorum tela. Græci dicunt *γασον* & *γασονίς*. Virgilius: ——— duo quisque Alpina cornu sciat Gæsa manu. — Quidam scribunt, *gæsa manu*, sed non meliùs.  
 243. *Francos.* ] Qui Franconiam habitabant.  
 245. *Numerare.* ] Tuum nomen toties in fastis scribi decebat, ut jam multiplicatum numerari deberet.  
 247. *Caledonia monstra.* ] Britannia ob immanitatem exhibetur cincta monstro: Caledonio autem à Caledoniâ Scotiæ sylvâ; Alii legunt, *Caledonio vallata Britannia ponto*.  
 248. *Picta.* ] Britanni, Scoti, Picti, olim ferro sibi genas cruentabant, aut alio quovis modo deformabant ad terrorem.  
 249. *Mentitur.* ] Representat æstum maris fluendo & refluxendo.  
 251. *Iernen.* ] Eandem hanc faciunt cum Hyberniâ. De Pictis, & Saxonibus, alibi.



- Scotica, ne Pictum tremere, ne litore tuto  
 255 Prospicerem dubiis venturum Saxona ventis.  
 Tum spicis & dente comas illustris eburno,  
 Et calido rubicunda die, sic Africa fatur:  
 Sperabam nullas trabeis, Gildone perempto,  
 Nasci posse moras. etiam nunc ille repugnat,  
 260 Et tanto dubitat fasces præbere triumpho?  
 Qui mihi Maurorum penitus lacrymabile nomen  
 Ignorare dedit. post has OEnotria lentis  
 Vitibus intorquens ederas, & palmito largo  
 Vina fluens: si vos adeo Stilichone curules  
 265 Augeri flagratis, ait, quas sola juvare  
 Fama potest: quanto me dignus incitet ardor,  
 Ut præsentem fruar, conscendentemque tribunal  
 Prosequar, atque anni pandentem claustra salutem?  
 Talibus alternant studiis. Romamque precantes  
 270 Pro cunctis hortantur ear. nec segnius illa  
 Paruit officio, sed raptis protinus armis  
 Ocyor excusso per nubila sidere tendit.

## INTERPRETATIO.

Scotica, ne formidarem Pictos, ne procul  
 viderem in litoribus omnibus Saxones ad-  
 volantes etiam ventis incertis. Tum Afri-  
 ca insignis ob aristas, & crines pexos pe-  
 ctine eburneo, & inflammata ob Solem  
 ardentem, ita loquitur. Gildone occiso,  
 expectabam nullas moras posse afferri con-  
 sulatui. Ille Stilicho etiam nunc resistit,  
 & ille ambigit an debeat dare fasces tan-  
 ta victoria, qui concessit mihi nescire om-  
 nino nomen luctuosum Maurorum. Post  
 has Provincias Italia torquens ederas cum  
 vineis flexilibus, & fundens vina ex

vite liberali: si vos ita arderis, inquit,  
 curules honorari Stilichone, vos quas sola  
 fama ipsius delectare valet, quanto ma-  
 jus desiderium me inflammat, ut potiar  
 ipso præsentem. & ut colam eum adscen-  
 dentem solium consulare, & ut consalu-  
 tam ipsum aperientem principium anni.  
 Provinciarum alternatim loquuntur tali amo-  
 re, & rogantes Romam, exhortantur, ut  
 adeat Stilichonem pro se omnibus. Neque  
 illa Roma obediuit indiligentiùs huic mu-  
 neri, sed armis statim correptis it velociter  
 astro cadente per aërem,

## ANNOTATIONES,

256. Dente eburno.] Africa ferax eboris,  
 propter elephantos.

261. Maurorum.] Quos cum Gildone  
 Stilicho profligavit.

262. OEnotria.] Italia, vel ab OEno-  
 tro Rege, vel ὀἶνος τὸ οἶνον, à vino, cuius  
 est fecunda.

263. Ederas.] Edera dicitur, quia ex-  
 dit ea, quibus adhæret: unde & Symbol-  
 um est ingrati, qui enecat, aut evertit  
 id, unde natus est. Hic autem Italia vi-  
 tibus intorquet ederas, quia vites & edera

sacræ sunt Baccho: hæc, quoddam resistant  
 vini vaporibus; illæ, quoddam vinum ferant.

264. Vina fluens.] Fluens ob vina, vel  
 fundens vina fluentia.

268. Prosequar.] Deducam, ut clientes  
 patronum deducere, atque honoris causâ  
 prosequi solent.

271. Armis.] Roma semper armata  
 pingitur.

272. Excusso sidere.] Cadente. Ovidius:  
 Quod si non cecidit, potius cecidisse vi-  
 deri.

- Transvehitur Tufcos, Apenninúsque volatu  
Stringitur: Eridanus clypei jam fulgurat umbra.  
275 Constitit ante ducem, tetricâ nec Pallade vultum  
Deterior, nec Marte minor. tremit orbe corusco  
Jam domus, & summæ tergunt laquearia cristæ.  
Tum prior attonitum gratis affata querelis?  
Servatas, Stilicho, per te, venerande, curules,  
280 Ornatas nec dum, fateor. quid profuit anni  
Servilem pepulisse notam? defendis honorem,  
Quem fugis; & spernis, tantâ quem mole tueris;  
Respuis oblatum, pro quo labente resistis?  
Quænam causâ moræ, quo me cunctabere rursus  
285 Ingenio? nullus Boreæ metus, omnis & Austri  
Ora filet. cecidit Maurus, Germania cessit,  
Et Janum pax alta ligat, te Consule nec dum  
Digna feror? titulúmne levem, parvique nitoris  
Credimus, Augusti quem se decorare fatemur?

## INTERPRETATIO.

*Traiecit Hetruriam, & mons Apenninus* | *tem, quam evitas & contemnis, quam*  
*crispatur alis ejus. Padus jam micat um-* | *dignitatem, propugnans tanto conatu; re-*  
*brâ scuti ejus. Stetit coram ductore Stili-* | *cusas oblatam, pro quâ cadente pugnas?*  
*chone, neque per os inferior Minervâ* | *Quanam est ratio retardationis? Quâ*  
*severâ, neque inferior Marte. Jam pala-* | *arte remoraberis me iterum? Nullus ti-*  
*tium Stilichonis quatitur Orbe scuti ejus* | *mor est Septentrionis, tota regio tractûs*  
*micante, & apices cristarum ejusdem lam-* | *meridiani pacata est. Mauri victi sunt,*  
*bunt laquearia. Tum Roma prior allocuta* | *Germania succubuit, & pax profunda*  
*cum questibus blandis Stilichonem ad-* | *constringit Janum. Necdum judicor di-*  
*mirantem, & Stilicho verende, confiteor* | *gna habere te Consulem? An putamus*  
*Consulatum per te defensum esse, sed non-* | *honorem esse tenuem, & splendoris exi-*  
*dum decoratum. Ecquid juvit expulisse* | *gni, à quo Imperatores ipsi consensur*  
*maculam servilem anni? Tueris dignita-* | *sele ornari?*

## ANNOTATIONES.

275. *Tetricâ.*] Pallade, cui vultus se-  
verus est, & quâdam gravitate formi-  
dandus.  
278. *Attonitum.*] Ob adventum inspe-  
ratum Deæ clarissimæ.  
281. *Servilem.*] Eutropium servum,  
cúmque Consulem, qui consiliis Stili-  
chonis expulsus est. *Servilem notam*, id est,  
susceptam in creando servo consule.  
282. *Tantâ mole.*] Tantis machinis.  
Alii legunt, *totâ mole*, id est, totis vi-  
ribus.  
284. *Causa mora.*] Magna certè fuit,  
seu ingenita, seu affectata modestia Stili-  
chonis, qui etiam noluit filium suum uni-  
cum evchi ultra Tribunos Notarios, ex  
quibus erat Claudianus.  
285. *Ingenio.*] Causâ aliquâ ingeniosè  
excogitatâ.  
*Boreæ.*] Populorum Septentrionis.  
*Austri.*] Gildone deleti qui cum Mau-  
ris Africam vastabat versus Meridiem,  
unde stat Austri sive Notus.  
287. *Janum ligat.*] Ex more vetere,  
quo, belli tempore Jani templum aperie-  
batur, tempore pacis claudebatur, &  
Mars ipse catenis constrigebatur.

- 290 Sub juga quo gentes captivis Regibus egi?  
 Num, si prodigiis casus natura futuros  
 Signat, polluiamur maculâ? quod reris, Eois  
 Omen erat. quanquam nullis mihi cognita rebus  
 Fabula. vix tanto risit de crimine rumor.
- 295 Opprobriis stat nulla fides, nec litera venit  
 Vulgatura nefas: in quo vel maxima virtus  
 Est tua, quod, nostros qui consulis omnia Patres,  
 De monstris taceas, pellendi denique nulla  
 Dedecoris sanctum violant oracula cœtum.
- 300 Nec mea funestum versavit Curia nomen.  
 Pars sceleris dubitasse fuit. quæcumque profana  
 Pagina de primo venisset limite Phœbi,  
 Ante fretum deleta mihi, ne turpia castis  
 Auribus Italiæ fatorum exempla nocerent.
- 305 Publicus ille furor ( quantum tua cura peregit ! )

## INTERPRETATIO.

*Quo redigi in servitutem nationes, Regibus earum captis. Dedecus haud inurit nobis, etsi natura designat portentis calamitates venturas. Illud presagium de quo cogitas, spectabas Orientem: quamvis ista fabula non sit mihi comprobata ullâ experientiâ. Vix fama risit de tanto scelere. Nulla fides adhibenda est dedecori huic, neque allata est ulla epistola publicatura crimen istud: quâ in re virtus tua heroica est. quod, tu, qui consultas Senatores nostros in omnibus, sis de prodigiis. Demum nulla decreta de expellendo hoc monstro contaminant confessum Augustum, neque Senatus meus evoluit nomen pestiferum Eutropii. Pars criminis mei fuit dubitasse. Mandatum omne impium, quod afferebatur de primis finibus Solis, delatum est à me antè quàm transiret maria, ne exempla obicæna fatorum laderent aures pudicæ Italia. Illa rabies publica ( quantum tua prudentia fecit ! )*

## ANNOTATIONES.

290. *Quo gentes.* Quo Consulatu, nam Consules de Regibus triumpharunt.
291. *Prodigiis.* Ob factum Consulem Eutropium, natura designat calamitates venturas.
292. *Polluimur.* ] An cùm factus sit Consul Eutropius infamis, ideo polluitur Consulatus? Si hoc esset, spectaret Orientem, non Romam, in quâ Eutropius Consul habitus est tanquam fabulæ, de quâ vix fama, seu homines solitis in sermonibus vix riserunt, quia res erat inaudita, scelerata, ignominiosa, cui nemo fidem adhibebat.
294. *Fabula.* ] Apud me fabula est, vix enim credo Eutropium ab Arcadio & proceribus Orientis esse factum Consulem: & si quid mali hinc eventurum est, spectat procures Orientis.
296. *Virtus.* ] Magna virtus tua est, quod agens in Senatu, de monstris pellendis taceas, ne vel nominando Eutropium Senatus polluitur, & hujus oracula seu decreta violentur.
301. *Dubitasse.* ] Dubitavi fortè an illum sustinerem scribi in fastis, & hoc meum crimen est.
304. *Exempla.* ] Ne creato tam sædo & scelerato Consule, pessimum exemplum præberetur posteris ad idem tentandum.
305. *Publicus ille furor.* ] Quo Eutropius Consul creatus est.

- Secretum meruit. lætetur quisquis Eous  
Scribere desierit : factos portenta Gabinos  
Ista latent. propriam labem terfisse laborent.  
Cur ego, quem nunquam didici sensive creatum,  
310 Gratuler exentum? delicti pœnitet illos:  
Nos nec credidimus. fuerit tamen omnibus unum  
Crimen, & ad nostras manaverit usque secures:  
Plus ideo sumenda tibi fastigia juris,  
Ne pereat tam priscus honos, qui portus honorum  
315 Semper erat. nullo sarciri Consule damnum,  
Excepto Stilichone, potest. bene præscia tempus  
Mens tua distulerat. titulo tunc crescere posses,  
Nunc per te titulus. Consul succurre gravatis  
Consulibus. quicumque fuit, quicumque futurus,  
320 Annum redde tuum, quem mox secuta sequatur  
Posteritas, nec jam doleat defensa vetustas.  
Sit trabeis ultor Stilicho, Brutusque reparator.

## INTERPRETATIO.

*meruit occultari. Ille gaudeat, quicumque cessaverit describere Consules Orientis: monstra ista ignota sunt fastis Latii. Si hoc esset, conarentur eluere hanc maculam. Sed quare ego, quem nunquam cognovi, aut animadverii Consulem factum, labor deturbatum esse? Pœnitet illas partes Orientis culpa suæ; nos non etiam putavimus id verum: attamen sit unum scelus commune omnibus, & diffusum sit usque ad secures nostras. Idcirco culmina summæ dignitatis magis recipienda sunt à te, ô Stilicho, ne ho-*  
*nos tam antiquus obsolescat, qui honores erat semper consagium dignitatum omnium. Macula suscepta non potest reparari ab ullo Consule præter Stilichonem. Animus tuus optime prævidens procrastinaverat tempus, tunc enim potuisses crescere hoc honore, nunc honos cresceret per te. Tu Consul factus, auxiliare Consulibus oppressis, quicumque fuerunt, quicumque futuri sint, concede annum tuum, quem mox posteri tui imitentur, nec jam moriantur antiqui per te propugnati. Brutus sit inventor Consulatus, & Stilicho vindex.*

## ANNOTATIONES.

307. *Gabinos.*] Romanos, quos sic vocat à vetere veste Gabinorum Italici populi, quam Romani in Magistratibus usurpabant.  
312. *Secures.*] Ad Consulatum nostrum, cujus insignia sunt secures.  
313. *Plus ideo.*] Et si fasti nostri dedecorati forent nomine Eutropii, magis tamen ideo deberes recipere Consulatum, ut reparares hanc maculam, hocque damnum.  
314. *Portus.*] Ad quem honorem, tanquam ad portum omnes aspirabant.  
316. *Tempus.*] Sapienter tempus, quo Consul fores, ad hoc usque tempus distuleras.  
318. *Consulibus gravatis.*] Consulibus antiquis gravatis & oppressis societate infamis Eutropii.  
320. *Redde.*] Concede, ut annus tuus hoc est Consulatus tuus annumeretur annis appellatis ab aliis Consulibus.  
321. *Doleat.*] Antiquitas, te semel Consule, solabitur dolorem suum ex Eutropii Consulatu susceptum; nec amplius dolebit.  
322. *Brutus.*] Expulsis Tarquiniis primus instituit Consulatum, & populo comparavit.

- Libertas populi primo tunc Consule Bruto  
 Reddita per fasces : hic fascibus expulit ipsi  
 325 Servitium. instituit sublimem Brutus honorem :  
 Afferuit Stilicho. plus est servasse repertum,  
 Quam quæsisse novum. quid tardiùs ore rubenti  
 Annuis, & solitus frontem circumfluit ignis ?  
 Tandem vince tuum, qui vineis cuncta, pudorem.  
 330 Hos etiam, quamvis corrumpi munere nullo  
 Te certum est, mirare libens, ac suscipe cinctus,  
 Quos tibi divino mecum Tritonia duxit  
 Pectine. tincta simul reperito murice fila  
 Contulimus pensis, & eodem nevimus auro,  
 335 Aurea quo Lachesis sub te mihi secula texit.  
 Hic ego promissam sobolem, speratâque mundo  
 Pignora præhisi. veram mox ipse probabis  
 Me vatem, nostræque fidem venientia telæ  
 Fata dabunt. dixit, gremiôque rigentia profert  
 340 Dona, graves auro trabeas. insigne Minervam  
 Spirat opus. rutillis hic pingitur aula columnis.

## INTERPRETATIO.

*Libertas populi tunc restituta est per Consulatum, Bruto Consule primo: hic Stilicho pepulit servitutem, ipso Consulatu. Brutus inchoavit primus magistratum amplissimum: Stilicho ultas est: gloriosus est defendisse inventum, quam primò invenisse. Quare igitur, ô Stilicho, vultu rubrosciente cærius concedis petita, quare rubor consuetus vultum cingit? Supera tandem modestiam tuam, tu qui superas omnia. Quinetiam, etsi constet te nullo depravari dono, tamen admirare ultro, & recipe has vestes, quas Pallas mecum texuit pectine caelesti. Unâ congestimus telas tinctas purpurâ geminatâ, & aurum illud inferuimus, quo Parca aurea nevit mihi secula sub te. In hoc texto depinxi, velut præludendo prolem, promissam tibi, & filios expectatos Orbi. Statim cognosces me prædixisse vera, & fata sequentia dabunt fidem tela nostra. Roma sic locuta est, & produxit ex sinu suo munera rigida labore, vestem scilicet Consularem textam filis aureis. Opus illustre arguit Minervam. In hoc aula depingitur cum columnis micantibus,*

## ANNOTATIONES.

327. *Quam quæsisse novum.*] Vulgata sunt illa: *parta tæori* non minor est virtus, quam quærere.

328. *Ignis.*] Pudor, rubor, qui instar ignis vultum circumfluit, suffundit.

332. *Tritonia.*] Minerva à palude Tritonide in Lybiâ, cui Minervæ opera omnia arte facta, lanâ & purpurâ ducta tribuuntur.

333. *Reperito murice.*] Purpura bis tincta quæ erat in pretio, vocant *δίσκοον*, id est, *bis tinctam*, *δὲν τὸ βαπτυντίνερε*, & *δὲς*, bis.

335. *Lachesis.*] Una Parcarum sic dicta, *δοῦν τὸ λαχάειν* sortiri, quodd sortiatum cum filis tempus vitæ hominum. Parcæ autem ex Poëtis Heroum tempora non lanâ, sed auro nebant.

336. *Promissam.*] Quasi Oracula promississent filios Honorio ex Mariâ, quæ tamen ante partum tenerâ ætate abrepta est, ut diximus, sicque hoc Claudiani oraculum evanuit.

341. *Spirat opus.*] Ostendit se velut animatum esse à Minervâ.

Et

- Et sacri Mariæ partus. Lucina labores  
Solatur : residet fulgente puerpera lecto.  
Sollicitæ juxta palleſcunt gaudia matris.
- 345 Susceptum puerum redimitæ tempora Nymphæ  
Auri fonte lavant. teneros in flamine risus,  
Vagitusque audire putes. jam creverat infans  
Ore ferens patrem. sed avus maturior ævi  
Martia recturo tradit præcepta nepoti.
- 350 Parte aliâ spumis fucantem Serica fræna  
Sanguineis, primæ signatus flore juventæ,  
Eucherius fleſtebat equum, jaculisque vel arcu  
Aurea purpureos tollentes cornua cervos  
Aureus ipſe ferit. Venus hîc invecſta columbis
- 355 Tertia regali jungit connubia nexu,  
Pennatiquæ nurum circumſtipantur Amores  
Progenitam Auguſtis, Auguſtorumque ſororem.  
Eucherius trepido jam flammea ſublevat ore  
Virginis: arridet læto Thermantia fratri.
- 360 Nam domus hæc utroque petit diademata ſexu,  
Reginæque parit, Reginarumque maritos.

## INTERPRETATIO.

& fœtus futurus Maria. Lucina conſolatur puerperam laborantem : hæc ſedet in cubili ſplendente. Propè mater anxia & latans pallet. Nympha capite coronato abluit in fonte aureo infantem natum. Credo te audire riſus tenellos & vagitum ex telâ. Jamque infans habens vultum ſimilem patri Honorio creverat : ſed avus Stilicho maturus ætate dat documenta Martia nepoti moderaturo Orbem. Ex parte alterâ Eucherius filius Stilichonis depiſtus in flore primæ juventutis domabat equum inſcientem ſpumis cruentis habenas ſericas. & ipſe auratus ſi-  
git ſagittis aut arcu cervos pictos in purpurâ, erigentes cornua aurata. In hac veſte Venus veſta columbis conjungit matrimonium tertium vinculo imperatorio, & amores alati circumvolant novam nuptiam, natam ex Imperatoribus, & ſororem Imperatorum. Eucherius jam attolit velum puella Placidæ timida vultu : Thermantia ſoror Eucherii arridet fratri gaudenti. Etenim hæc domus in utroque ſexu poſcit Sceptra, & producit Imperatrices, & ſponſos Imperatricum.

## ANNOTATIONES.

343. *Fulgente lecto.* ] Auro, gemmis, Veneris, id quod fictum eſt, quod hæc aves ſint ſalaces.
344. *Palleſcunt.* ] Non gaudia palleſcunt, ſed mater gaudens, & ſimul ſollicita.
346. *Auri fonte.* ] In pelvi aureâ lavant infantem.
350. *Fucantem.* ] Inſcientem, ſpargentem.
354. *Aureus.* ] Totus ex auro fictus, efformatus.
- Columbu.* ] Columbe trahunt currum
355. *Tertia.* ] Primum conjugium eſt Stilichonis cum Serenâ : ſecundum Honorii cum Mariâ : tertium Claudianus fortè futurum innuit Eucherii cum Placidâ ſorore Honorii ; vel Arcadii cum Thermantiâ.
359. *Thermantia.* ] Hæc, Sorore Mariâ defunctâ, nupſit Honorio, qui Mariam non tetigerat.
361. *Reginæ.* ] Regum filii Reges, Re-

- Talibus invitat donis, dextræque gerendum  
 Diva simul porrexit ebur. solemnibus urnam  
 Commovet auspiciis, avibusque incepta secundat.  
 365 Tunc habiles, armis humeros Dea vestibus ambit  
 Romuleis. Latii sederunt pectore cultus,  
 Loricæque locum decuit toga. talis ab Istro,  
 Vel Scythico victor rediens Gradivus ab axe,  
 Deposito mitis clypeo, candentibus urbem  
 370 Ingreditur trabearus equis: spatiosa Quirinus  
 Fræna regit, currumque patris Bellona cruentum  
 Diribus exuviis, tendens ad sidera quercum,  
 Præcedit: lictorque Metus cum fratre Pavore

## INTERPRETATIO.

*Dea Roma exhortatur Stilichonem his muneribus, & unâ dedit manui illius scptum eburneum ferendum: agit at urnam post auspicia ordinaria, & fortunæ consilia ejus ex volucris consultis. Tunc Dea induit vestimentis Romanis humeros Stilichonis aptos armis, amictus Latini sexerunt pectus ejus, & toga decora fuit* in loco thoracis. Mars ejusmodi revertens à Danubio, vel ex finibus Scythia, lenis scuto abjecto, trabem induit intrat urbem in equis albis. Romulus moderatur habenas immensas, & Bellona ducit currum patris sui attollens ad astra hastam ex quercu, sanguinolentam spoliis locupletibus, præit: & Metus lictor cum fratre Pavore.

## ANNOTATIONES.

gum filiz Reginz dicebantur. Florus, *Pulsus ex urbe Regibus*, id est, pulso Tarquinio, & ejus filiis. Virgilius: *Regina Sacerdos Martis gravis*, de Rheâ sylvia, quæ filia erat Regis Numitoris.

363. *Ebur.*] Sceptum Consulare ex ebore factum.

*Solemnibus auspiciis.*] Post servata more solenni auspicia, avibusque ex cælo consultas, movet urnam ad expromenda inde suffragia, in gratiam Stilichonis.

*Urnæ.*] Varia fuerunt olim urnarum genera, unde sortes educerentur. Urnæ in judiciis, unde nomina reorum exarhebant ad eos judicandos, quod alludit Virgilius, *Quæstor Minos urnam movet*. Urnæ, unde nomina judicum educerent: Urnæ in Campo, unde nomina suffragatorum expromebant, ut in hoc loco; & alia ejusmodi.

364. *Avibus secundat.*] Id est, ex secundâ, seu faustâ inspectione avium, futura omnia secunda feliciâque promittit.

365. *Vestibus Romanis, Latii cultus.*] Sunt vestis Consularis.

366. *Sederunt pectore.*] Vestes leniter depressæ sunt ad tegendum pectus.

367. *Loricæque locum.*] Toga decora visa est in eodem loco in quo erat antea lorica.

370. *Quirinus.*] Romulus dictus in Cælo Quirinus, filius Martis ex Rheâ sylvia: sed & Martis ædem Quirini cognomento, quasi sedati & tranquillæ intra pomerium fuisse, multi meminerunt. Alexander ab Alex. lib. 2. c. 4.

371. *Bellona.*] Aliquando soror, aliquando filia Martis dicitur, imò & mater, vel auriga: adeo inter se dissenserunt Fabularum scriptores: *Ædem Bellonæ & Martis extra Capenam, quarto ab urbe milliario constructam ferunt, ut à civium mensibus intestinas clades, arderemque conferenda manûs à civili cruore ad hostiles pugnas avocarent, utque domi jugi concordia quiescere viverent, illos voluti fomenta praliorum intra urbem esse noluisse.* Alex. ab Alex. lib. 2. c. 4.

372. *Quercum.*] Hastam magnam, quercus instar.

373. *Metus & Pavore.*] Filii lictores Mar-

- Barbara ferratis innectunt colla catenis,  
 375 Velati galeas lauro : propiusque jugales  
 Formido ingentem vibrat succincta securim.  
 Vidit ut oprato se Consule Roma potitam,  
 Nunc, ait, Elysi lucos irrumpere campi,  
 Nunc liber; ut tanti Curiis miracula voti  
 380 Fabriciisque feram, famæ qui vulnere nuper  
 Calcatam flevêre togam. jam prata choreis  
 Pulsent, nec rigidos pudeat luisse Catones.  
 Audiat hoc senior Brutus, Pœnisque tremendi  
 Scipiadæ, geminis tandem quod libera damnis  
 385 Unius auxilio fasces Libyamque recepi.  
 Quod superest, unum precibus, fortissime Consul,  
 Adde meis, Urbique tuum largire parumper,  
 Quem rogat, adventum : quam tu belloque famæque  
 Depulsam terris iterum regnare dedisti.  
 390 Splendida suscipiant alium te Rostra Camillum.  
 Ultorem videant servatorémque Quirites.  
 Et populus, quem ductor ames : quibus Africa per te,

## INTERPRETATIO.

implicant colla fera equorum vinculis ferreis, ambo habentes cassidem suam togam lauro : & Formido prope equos armata quassat bipennem magnam. Roma statim atque aspexit se fruentem Consule expetito : nunc, inquit, nunc juvat volare in sylvas camporum Elysi, ut dicam prodigia desiderii tanti Curiis & Fabriciis, qui desceverunt nuper trabeam esse violatam plagâ famæ, jam Catones se veri pulsant prata salutationibus, neque arubescant ludere. Brutus senior hoc discat, & Scipiones formidandi Carthaginiensibus, quod ego Roma liberata tandem ab exilio duplici, resumpsi Consulatum, & Libyam ope unius Stilichonis. Quod restat, & Consul generosissime Stilicho, adijunge rem unam votis meis, & concede tantisper urbi adventum tuum, quem precatur; urbi, quam voluisti rursus imperare, & bello & fame dejectam imperio terrarum. Forum illustre excipiat reus Camillum alterum. Proceres, & plebs, quam dux diligis, quibus per te Africæ

## ANNOTATIONES.

tis, aliis sunt equi : Valerius Flaccus, *Tororque Parvâque Martis equi.*

378. *Elysi campi.* ] Loca erant destinata beatis àm̃ q̃s λυόν, solvere, quod ibi essent, solutis curis.

379. *Miracula voti.* ] Miracula desiderii expleti.

380. *Vulnere fama.* ] Fleverunt togam calcatam, violatamque ab Eutropio, id discantes malo rumore famæ, quæ hoc rumore tanquam vulnere vulnerabat co-

rum aures. Virgilius :

*Gravior ne nuncius aures vulneret.*

*Fasces, Libyamque.* ] Recepi fasces, seu Consulatum, qui calcatus & perditus erat ab Eutropio : recepi Libyam, Gildone victo : sicque liberata sum à duplici damno, famæ ob Eutropium, & famis ob Gildonem, qui occupatâ Libyâ nos fame premebat.

390. *Rostra Camillum.* ] De Rostris, & de Camillo alibi.

AAa: ij



- Nec priùs auditas Rhodanus jam donat aristas :  
 Ut mihi vel Massyla Ceres , vel Gallica proſit  
 393 Fertilitas , meſſeſque vehant nunc humidus Auſter ;  
 Nunc Aquilo : cunctis diteſcant horrea ventis.  
 Quæ tunc Flaminiam ſtipabunt millia vulgi !  
 Fallax ô quoties pulvis deludet amorem  
 Suſpenſum , veniens omni dum crederis horâ !  
 400 Spectabunt cupidæ matres , ſpargentur & omnes  
 Flore viæ , ſuperes cùm Pythia culmina Conſul  
 Arduus , antiqui ſpecies Romana Senatûs.  
 Pompeiana dabunt quantos proſcena plauſus ?  
 Ad cælum quoties vallis tibi Murtia ducet  
 405 Nomen , Aventino Pallanteoque reſceſſu !  
 Nunc te conſpiciam caſtris , permite , relictis ;  
 Mox & cum genere trabeis viſura ſœcundis.  
 Hæc dum Roma refert , jam fama loquacibus ales  
 Pervolat Oceanum linguis , & mille citatos  
 410 Feſtinare jubet proceres : nullique ſenectus ,

## INTERPRETATIO.

dat & Rhodanus dat, quoque fruges non auditas antè ; proceres , & plebs intuentur te ut vindicem , & conſervatorem , te qui facis , ut vel fruges Maſſyla , vel ſœcunditas Gallorum utilis mihi ſit , & nunc Notus pluvius , nunc Boreas apportent ſegetes , & granaria noſtra locuplentur à ventis omnibus. Qua tunc multitudo plebis implebit Flaminiam viam : ô quoties pulvis mendax decipiet ſtudia anxii populi , dum credit advenientem quolibet momento ! Matres avida aſpiciunt , & omnes via ſternuntur floribus , cùm aſcendes collem Apollinis Pythii , tu Conſul altus , qui es imago Romana Senatorum veterum. Amphitheatra Pompeiana quantis reſonabunt acclamationibus ? Quoties vallis Murtia efferet tuum nomen ad aſtra in ſeceſſu Aventino & Pallanteo ? Concede nunc ut videam te deferentem caſtra , ſtatim conſpectura te cum genere tuo Honorio in Conſulatu ſecundo. Dum Roma dicit hæc , jam fama celerrima percurrit maria penniſ vocalibus , & imperat primores mille properare citius : & ſtatim nec ſenium

## ANNOTATIONES.

393. Nec priùs auditas. ] Rhodanus, ſeu Gallia per te dat nobis fruges , id quod hæcenus inauditum eſt.

394. Maſſyla. ] Pars eſt Mediterranea Mauritaniz in Africâ.

395. Nunc Auſter, nunc Aquilo. ] Hic ex Galliâ, ille ex Libyâ & Africâ impellit naves , quæ fruges apportant.

396. Horrea. ] Horrea publica Romæ fuerunt trecenta ſex.

401. Pythia culmina. ] Cùm ſuperabis collem , in quo extructum eſt templum Apollinis , qui dictus eſt Pythius , quod occiderit ſerpentem Pythonem.

403. Proſcena. ] Ξαυνὸν tabernaculum. Theatrum arborum ramis umbratum. Προσκένιον, id quod eſt ante Theatrum à Pompeio extructum, Veſtibulum ſcena.

404. Murtia. ] Vallis ſic dicta à Murteto: ibi etiam erat templum Veneris Murtiz , à murto vel myrto , quæ erat arbor Veneris.

Ducet. ] Efferet , continuabit uſque ad Cœlum.

407. Cum genere. ] Hoc non contigit nam Siliſcho iniit Conſulatum ſecundum, non cum Honorio , ſed cum Anthemio,

Non iter, hybernis cōstant nec flatibus Alpes.  
Vincit amor meriti pīdem, clarique vetustis  
Fascibus ad socii properant & vindicis annum.

Sic ubi fœcundā reparavit morte juventam,  
415 Et patrios idem cinerēs, collectaque portat  
Unguibus ossa piis, Nilique ad litora tendens  
Unicus extremo Phœnix procedit ab Euro;  
Conveniunt aquilæ cunctæque ex orbe volucres,  
Ut Solis mirentur avem. procul ignea lucet  
420 Ales, odorati redolent cui cinnama busti.

Nec minor in cōlo chorus est. exsultat uterque  
Theodosius, Divique tui. Sol ipse quadrigis  
Vere coronatis lignum tibi præparat annum.

Est ignota p̄cul, nostræque impervia menti  
425 Vix adeunda fœis, annorum squalida mater,  
Immensi sp̄anca ævi, quæ tempora vasto  
Suppeditat evocârque sinu. complectitur atrum,  
Omnia et placido consumit numine, serpens,

## INTERPRETATIO.

retardat quæquam, nec via, nec Alpes  
veratæ v̄tis hyemalibus. Omnia vincit  
amor, præces illustres jamdudum vir-  
tute, & Consulatus veteribus, accur-  
runt ad annum regendum à Stilichone  
collégâ quondam & liberatore. Ita  
cūm Phœnix unicus renovavit juvenitu-  
tem sām funere feraci, & ipse feræ un-  
guibus suis cineres patrios, & ossa congre-  
gat, & iens ad ripas Nili, venit ab  
Oriente ultimo; Aquila confluent, &  
omnes ex Orbe universo, ut sissi-

cient volucrem Solis. Avis flammea Phœ-  
nix micat longè, pro quâ cinnama rogi  
odoriferi fragrant. Neque verò gaudium  
minus est in Cælo. Ambo Theodosii trium-  
phant, & Dii Majores tui. Ipse Sol equis  
redimitis flore verno præparat tibi annum  
meritum. Parens rancida annorum est  
longè incognita, & inaccessa animis huma-  
nis, vix patens Superis ipsis, cavernas ater-  
nitatis infinita, qua mittit & revocat tem-  
pora gremio ingenti. Draco qui edit cunctas  
potestate tranquillâ amplexatur id specus,

## ANNOTATIONES.

39. Solis avem. ] Phœnicem instar  
Sōis æternum, vel quia ad Solem se  
conburit.

Ignæa. ] Avis ex igne nata, & ex busto,  
cineribusque patriis.

420. Cinnama. ] Pro quâ ave cinnama  
signa odorifera fragrant, his siquidem  
collectis, & in saxo dispositis, rostro ignem  
exitat ad Solem, & seipsam igne consu-  
mpe dicitur, ex cineribus mox alia na-  
scit avis. De Phœnice agemus fusiis in  
Claudianis nostris Eidyll. 1.

42. Divique tui. ] Majores tui inter  
Dios relati, vel ambo Theodosii qui sunt

Dii tui, seu à te culti. Legimus in Antho-  
logiâ θεοδωτορ.

424. Menti nostra. ] Impervia menti-  
bus aliorum hominum, non poetarum  
qui divinitus afflati sunt.

427. Suppeditat. ] Quæ ex vasto suo si-  
nu emittit tempora, & revocat in suum  
sinum. Designat annos, qui sua per ve-  
stigia instar circuli redire videntur.

428. Serpens. ] Annus, ex Servio, se-  
cundum Ægyptios indicabatur p̄cto draco-  
ne caudam suam mordente. Unde hujus  
rei jure meminit Claudianus vates Ægy-  
ptius.

AAa iij

- . Perpetuūque viret squamis , caudamque reducto  
 430 Ore vorat , tacito relegens exordia lapsu.  
 Vestibuli custos vultu longæva decoræ  
 Ante fores Natura sedet , cunctisque volantes  
 Dependent membris animæ. manūque verendus  
 Scribit jura senex , numeros qui dividit astris ,  
 435 Et cursus stabilisque moras , quibus omnia vivunt  
 Ac pereunt fixis cum legibus. ille recenset  
 Incertum quid Martis iter , certūque Tonantis  
 Proficiat mundo ; quid velox semita Luna,  
 Pigræque Saturni : quantum Cytherea fereat  
 440 Curriculo , Phœbique comes Cyllenius , æter.  
 Illius ut Phœbus ad limen constitit antri ,  
 Occurrit Natura potens , seniorque superbi  
 Canitiem inclinat radiis. tunc sponte reclusis

## INTERPRETATIO.

ac viret squamis æternis , & devorat  
 caudam suam ore recurvato repetens initia  
 sua flexu silente. Natura annosa facie ho-  
 nestâ , servatrix vestibuli , sedet ante ja-  
 nuam , & anima volitantes harent in  
 omnibus partibus corporis ipsius. Senex  
 venerandus describit leges duraturas , qui  
 senex distribuit numeros sideribus , & mo-  
 tus , & retardationes certas , quibus res  
 omnes oriuntur aut occidunt , statuta qua-

dam lege : ille senex fert , quid via du-  
 bia Martis planetæ , quæ via certa Jovis  
 proest Orbi ? Quid cursus æter Luna , quid  
 cursus lentus Saturni proest ? Quanto tem-  
 pore Venus curru pulchro , & quanto  
 Mercurius comitans Solem vagatur ? Statim  
 atque Sol stetit in vestibulo , inanti spelunca  
 hujus , natura mater venit obviam , &  
 quamvis antiquior , tamen dedit ca-  
 nos ante radios illustres Solis. Tu adamus

## ANNOTATIONES.

430. Vorat. ] Serpens caudam vorat ,  
 consumit omnia , relegit vestigia. Anno-  
 rum tempus intellige. Tempus edax re-  
 rum. Servius : Annus dictus quasi annus.  
 id est annulus , quod in se redeat , ut est.  
 Virgilius :

Atque in se sua per vestigia voluitur  
 annus.

433. Anima. ] Natura continet rerum  
 omnium animas , quæ ex ipsius corpore  
 dependent. Excipe animam hominis ,  
 quæ radius quidam videri possit , non ex na-  
 turâ , sed ex ipso naturæ autore delibatus.

434. Senex. ] Χείρας , qui idem est ac  
 Saturnus , Tempusque : nisi potius Deum  
 ipsum temporis autorem intelligas.

435. Cursus , stabilisque moras. ] Per  
 cursus cognoscimus Planetas ; per stabiles  
 moras agnoscimus stellas fixas.

436. Vivunt ac pereunt. ] Et enim sta-

turâ quadam lege. Ortum quicquid aber-  
 finem timet. Statius.

437. Incertum Martis iter. ] Tempus  
 Martis Planetæ incerta & inæqualis est ,  
 prout magis aut accedit , aut recedat à  
 Sole.

Certum Tonantis. ] Temperies ÷vis  
 Planetæ certior est & æqualior , quod ser-  
 vet distantiam à Sole æqualiorem.

438. Velox semita Luna. ] Cursum suum  
 per mensem conficiens.

439. Pigræque. ] Saturnus per triginta  
 annos cursum absolvit. Unde vocatur pi-  
 gra ejus semita.

Cytherea. ] Stella Veneris , quæ Vnus  
 Cytherea dicitur , ut supra vidimus.

440. Phœbique comes Cyllenius. ] Aer-  
 curius sic dictus à Cylleno monte Arcadiz.  
 Proximus est Soli , idcirco illum pepe-  
 tui comitari dicitur.

- Laxavit postes adamas. penetrare profundum  
 445 Panditur, & sedes ævique arcana pateſcunt.  
 Hic habitant vario faciem diſtincta metallo  
 Secula certa locis. illic glomerantur æna.  
 Hic ferrata rigent, illic argentea candent.  
 Eximiâ regione domûs, contingere terris  
 450 Difficiles, ſtabant rutili grex aureus anni:  
 Quorum præcipuum pretioſo corpore Titan  
 Signandum Stilichone legit. tunc imperat omnes  
 Ponè ſequi. diſciſque ſimul compellat cuntes.  
 En, cui diſtulimus melioris ſæcla metalli,  
 455 Conſul adeſt. itè optati mortalibus anni.  
 Ducite virtutes, hominum florefcite raruſ  
 Ingeniis, hilares Baccho frugumque feraces.  
 Non inter geminos Anguis glaciale Triones  
 Sibilet, immodico nec frigore ſæviat Urſa.  
 460 Non torvo fremat igne Leo, nec brachia Cancrì

## INTERPRETATIO.

*aperuit portas ultro patentes. Sacrarium alium referatur, & ſedes, & ſecreta temporum videntur. Hic Etates quadam diſferentes vultu per metalla diverſa incolunt locos ſeparatos: illic ætates ærea congregantur, hic ferrea riſcunt, illic argentea albeſcunt. At in pulchriore parte domûs huiusce turba micabat formoſa annorum aureorum, eveniens Orbi diſcile: quorum pulchrior corpore locuplete eligitur & Sole, nominandus à Stilichone. Tum* jubet omnes ſequi à tergo, & his verbis unum alloquitur illos ſequentes: ecce adeſt Conſul Stilicho, pro quo reſervavimus ætatem metalli pretioſioris. Currite anni expatiſti ab hominibus, conducite virtutes, florete iterum ingeniis vivorum, ſæcundi vino, & fertiles ſegetibus. Non Serpens inter Triones duos edat ſibillum gelidum, neque Urſa bacchetur frigore nimio: non Leo rugiat cum flammâ ſua iniquâ, neque æſtas acerba inflammet brachia

## ANNOTATIONES.

444. *Adamas.* ] Porta cavernæ unde profluunt tempora & ſecula ex adamante facta eſt, quia duratura. Hæc certè ævi & ſeculorum deſcriptio luculenta eſt; in his forſan alludit ad ſtatuam, quam vidit Nabuchodonosor, cujus ſtatuz caput aureum, pectus & brachia argentea; ventri & femora ærea; tibiz ferreæ, pedes ferrei & fictiles.

451. *Signandum Stilichone.* ] Sol eligit ex grege annorum aureorum pulchriorem, cui Stilichō Conſul nomen ſuum imponat: diximus quippe annos à Conſulibus nominari.

458. *Triones, Urſa.* ] De his ſuprà in 3. Conf. Hon. v. 170.

*Anguis.* ] Eſt ſignum Septentrionale, porrectum inter duos Triones, ſeu duas Urſas, majorem & minorem, Virgilius:

*Maximus hic flexu ſinuſo elabitur anguis* [nis Arctos.

*Circum, pèrque dum in morem flumi-* Alii dicunt hunc anguem Heſperidum mala cuſtodientem ab Hercule fuiſſe occiſum, & à Junone inter alſtra collocatum; alii in Giganthomachiâ eum fuiſſe Minervæ objectum, & ab eâ contortum ad ſidera cœlôque infixum.

460. *Leo.* ] Unum ex duodecim Zodiaci ſignis, eſt nempe Leo Nemeus, ſeu Cleonæus, victus ab Hercule. *Iene fremens,* quoddum calor ſit violentior, *Torvo* autem, non quoddum ignis torvus ſit, ſed quia Leo ipſe torvus.

*Cancrì.* ] Hic eſt, ex Virgilio, *Preſſus ab Hercule* (ancer, dum contra Hydram pugnaret. Tum Sol à nobis inſtar Cancrì retrogradi ſingitur.

- Urat atrox æstas, madidæ nec prodigus urnæ  
 Semina prærupto dissolvat Aquarius imbre.  
 Phrixæus roseo producat fertile cornu  
 Ver Aries: pingues nec grandine tundat olivas  
 465 Scorpios. autumnî maturet germina Virgo.  
 Lenior & gravidis allatret Sirius uvis.  
 Sic fatus, croceis rorantes ignibus hortos  
 Ingreditur, vallémque suam, quam flammeus ambit  
 Rivus; & irriguis largum jubar ingerit herbis,  
 470 Quas Solis pascuntur equi. fragrantibus inde  
 Cæsariem fertis, & lutea lora jubásque  
 Subligat alipèdum. gelidas hinc Lucifer ornat,  
 Hinc Aurora comas. juxtâque arridet habenis  
 Aureus, & nomen prætendit Consulîs, annus:  
 475 Inque novos iterum revoluto cardine cursus,  
 Scribunt æthereis Stilichonem sidera fastis.

## INTERPRETATIO.

*Cancer*, neque *Aquarius* profundens urnam humidam, corrumpat fruge. pluviis immensis. *Aries* *Phrixæus* cornu pulchro efficiat ver facundum: neque *Scorpius* verberet grandine oleas pingues. *Virgo* reddat fœtus *Autumnî* maturos. & *Canicula* mitior latret in racemos turgentes. Sol ita locutus intrat hortos suos manantes flammis purpureis, & intrat præta sua, qua fluvius igneus cingit, & immittit lucem copiosam herbis sparsis luce, quibus equi Solis aluntur. Inde Sol nectit comam floribus odoriferis. & habenas croceas, & jubas equorum suorum. Hinc *Lucifer* decorat crines roseos, inde *Aurora*: & propè annus aureus arridet, tenens lora sua, & præfert nomen *Consulîs*; rursus verso cardine in curriculum novum. Dissipant scribunt *Stilichonem* in *Fastis* cælestibus.

## ANNOTATIONES.

462. *Aquarius*.] *Ganymedes* *Phrygius* raptus ab aquilâ, *Jovis* futurus pincerna, Diisque daturus nectar, aquam hominibus. Præsidet partim *Decembri* & partim *Januario* mensibus, pluviâ infestari solitis.  
 463. *Phrixæus Aries*.] Alatus & vellere aureo insignis, quem *Phrixus* *Athamantis* & *Nepheles* filius, Ino novercam fugiens, conscendit ex *Thessaliâ* in *Colchidem* iturus. Præsidet mensi *Martio*, quo terra, ceu vellere quodam herbarum, vestiri incipit.  
 464. *Scorpius*.] Devictus ab *Orione*. Præsidet partim *Octobri* & partim *Novembri*, quo tempore frigus pungere incipit.  
 465. *Virgo*.] Ea est *Erigone* *Icari* filia, in cœlo collocata ob insignem pietatē: vel est *Astræa*, seu *Justitia*, quæ quidem ex *Ovidio*: ——— cade madentes  
*Ultima cælestium terras Astræa reliquit.*  
 466. *Sirius*.] Præsidet partim *Augusto*, & partim *Septembri*, qui mensis *Virginis* instar, nihil ampliùs pariunt.  
 467. *Sirius*.] *Canicula* *Icari*, nomine *Mera*, in signo *Leonis*, quæ ex veteribus calorem geminare credebatur. Alia est recentiorum opinio.  
 467. *Rorantes ignibus*.] Alii legunt, *Croceus halantes floribus hortos.*  
 468. *Hortos*.] *Soli* regiam, hortos, mensas, equos, pecora *Pœtæ* tribuunt.  
 469. *Irriguis*.] Irrigux sunt herbæ, sed largâ luce, non aquis.  
 472. *Gelidas comas*.] Propter rorem matutinum, *Lucifer* & *Aurora*, perpetui *Solis* comites.  
 475. *Revoluto*.] Hoc finem arguit anni cœlestis: per novos cursus intellige annum incipientem.  
 476. *Æthereis*.] Cælestibus, immortalibus.

CL. CLAUD.

## CL. CLAUDIANI

IN LIBRUM

\*DE SECUNDO CONSULATU

FL. STILICHONIS V. C.

## ARGUMENTUM PRÆFATIONIS.

UT Scipio Africanus amavit Musas & Ennium laudum suarum præconem, sic & Stilicho amat Claudianum.

## PRÆFATIO.

**M**AJOR Scipiades, Italis qui solus ab oris  
 In proprium vertit Punica bella caput,  
 Non sine Pieriis exercuit artibus arma:  
 Semper erat vatium maxima cura duci.  
 Gaudet enim virtus testes sibi jungere Musas.  
 Carmen amat quisquis carmine digna gerit.  
 Ergo seu patriis primævus manibus ultor  
 Subderet Hispanum legibus Oceanum,

## INTERPRETATIO.

**S** Scipio Major, qui ex finibus Italia  
 unus convertit in caput suum bella  
 Carthaginiensia; non tractavit arma sine  
 studiis Pieriis; benevolentia singularis in  
 Poëtas erat semper huic ductori. Etenim  
 virtus lasatur adsciscere sibi Musas spo-  
 satrices. Et ille diligit versus, quoniam  
 quo agit facta digna versibus. Igitur sen-  
 adolescens ulturus umbras paternas, sub-  
 jiceret Imperio Romano mare Hispanum:

## ANNOTATIONES.

\* DE SECUNDO. ] Nonnulli pri-  
 mum contendunt esse Stilichonis Consu-  
 latum, non secundum, quem quadrienn-  
 nio post hunc gessit, ex Claverio.  
 2. In caput. ] In sese convertit totam  
 belli Punici molem.  
 3. Pieriis artibus. ] Studiis Musarum,  
 quæ Pieriæ & Pierides dicuntur à Pieriæ  
 regione Macedoniæ, vel à devictis Pierii  
 filiabus, iisque in picas conversis.  
 5. Musas. ] Virtus amat Musas sui spe-  
 satrices, & laudatrices.  
 6. Carmen amat. ] Et certè tales fuerunt  
 Alexander, Julius, & Augustus Cæsar,  
 & alii magni Heroes.

BBb.

- Seu Tyrias certâ fracturus cuspide vires  
 10 Inferret Libyco signa tremenda mari ;  
 Hærebat doctus lateri , castrisque solebat  
 Omnibus in medias Ennius ire tubas.  
 Illi post lituos pedites favère canenti ,  
 Laudavitque novâ cæde cruentus eques.  
 15 Cùmque triumpharet geminâ Carthagine victâ ,  
 ( Hanc vindex patris vicerat , hanc patriæ . )  
 Cum longi Libyam tandem post funera belli  
 Ante suas mœstam congeret ire rotas ;  
 Advexit reduces secum victoria Musas ,  
 20 Et sertum vati Martia laurus erat.  
 Noster Scipiades Stilicho , quo concidit alter  
 Hannibal , antiquo sævior Hannibale.  
 Te mihi post quinos annorum , Roma , recursus  
 Reddidit , & votis jussit adesse suis.

## INTERPRETATIO.

*seu dormiturus exercitus Carthaginienses , illam Libyam , ut ultor patriæ suæ ) & cùm  
 ißu indubitato , importaret vexilla me- demum post cades belli diuturni adigeret  
 tuenda mari Libyco ; Ennius eruditus affi- Libyam tristem progredi ante currum suum  
 xus erat lateri ejus , & in bellis cunctis triumphalem , victoria resulis secum Mu-  
 consuverat irrumperè in acies medias. Pe- sas revertentes , & laurus bellica erat co-  
 dices plauserunt illi Ennio cantanti post rona poëta Ennii. Stilicho qui est Scipio  
 buccinam , & eques idem Ennius sangui- noster , à quo alius Hannibal crudelior Han-  
 nolentius strage recente predicavit Scipio- nibale vetere prostratus est , te restituit mi-  
 nem. Et cùm hic Scipio triumpharet , bi , ô Roma , post curriculum quinque an-  
 Carthagine duplici subactâ , ( subegerat hæc norum , & imperavit me interesse Con-  
 Hispanam , ut ultor patris sui , subegerat ) sulatui suo optabili.*

## ANNOTATIONES.

9. *Tyrias.* ] Vires Carthaginiensium , manes patris sui , qui in Hispaniâ occisus  
 qui ex urbe Tyro in Phœniciâ profecti fuerat : Libycam vicit , ut ulcisceretur pa-  
 erant. triam suam toties à Carthaginiensibus in-  
 11. *Doctus hærebat.* ] Ennius tam carus festatam.  
 fuit Africano , ut mortuus ejus sepulchro  
 sit illatus. Ovidius : 17. *Libyam.* ] Prælatam Libyæ effi-  
*Ennius ingenio maximus , arte rudis.* giem.  
 Hic docuerat Catonem majorem virum 22. *Alter Hannibal.* ] Gildo sævior Han-  
 doctissimum. nibale.  
 12. *Ire tubas.* ] Ennius fuit Centurio , 23. *Post quinos.* ] Claudianus , mortuo  
 & arma cum laude tulit. Mediolani Theodosio , ibi confedit ali-  
 15. *Geminâ Carthagine.* ] Utramque vi- quandiu ; aut Stilichonem ad bella secu-  
 cit Scipio Hispanicam & Libycam. His- tus est , & cum eo Romam rediit.  
 panicam expugnâvit uno die , ultorus 24. *Votis suis.* ] Honori suo voto , id  
 est , optabili.



## ARGUMENTVM LIBRI.

CELIBRATUR gaudium Romæ videntis Stilichonem, victorem modestum, priscis Ducibus majorem, cultum ab omnibus, urbis liberatorem, reparatorem Consulatûs, Imperii amplificatorem, malorum Rectorem ultorem; qui Romam iterum fecit orbis caput: hinc prædicatur ipsa Roma urbium altissima, Cælo æmula, legum parens & imperii, victrix matérque omnium gentium, terræ & maris; Deorum amica, & sedes. Populus colit Stilichonem, ut Patrem, vocat Dominum. Proceres & Victoria illum ambiunt Consullem, non armis, sed amore munitum, & liberatorem: huic, ut liberalitatem exerceat, edâtque spectacula, Diana ipsa feras suppeditat.

## CARMEN XXIV.

**Q**UEM populi plausu, procerum quem voce petebas.  
Adspice, Roma, virum. jam tempora desine longæ  
Dinumerare viæ, visoque assurgere semper  
Pulvere: non dubiis ultrâ torquebere votis.  
5 Totus adest oculis, aderat qui mentibus olim,  
Spe major, famâ melior. venerare curulem,  
Quæ tibi restituit fasces. complectere dextram,  
Sub juga quæ Pœnos iterum Romana redegit.

## INTERPRETATIO.

**O** Roma intueor virum, quem expe-  
tebas applausu populi, & acclama-  
tione Primorum. Jam cessa numerare tem-  
pus itineris diuturni, & surgere continuo  
ad primum pulverem excitatum: non an-  
gêris amplius desideriis suspensis. Illo totus  
præsens est oculis tuis, qui aliàs præsen-  
erat animo tuo, ingentior ipsâ expecta-  
tione, melior famâ, Cole Consulem, qui  
reddidit fasces tibi; osculare manum,  
qua reduxit iterum Carthaginienses in  
servitutem Romanam.

## ANNOTATIONES.

1. *Quem populi, &c.* ] Proculdubio Roma impensius optabat Stilichonem Consulem renuntiatum.
3. *Visoque assurgere pulvere.* ] More eorum, qui impensius quemquam desiderant, & expectant: nam statim atque globus pulveris excitatus est, assurgunt visuri, an veniat is quem expectant.
6. *Spe major.* ] Major est, quàm expectabamus; melior est, quàm cum fama ipsa prædicabat, cûs bonus & magnus
- semper fuit.
- Curulem.* ] Consulem in Curuli seu scellâ eburneâ sedentem. Continens pro contemto, Metonymicâs.
7. *Restituit.* ] Qui fasces seu Consulatum suæ pristinæ majestati reddidit.
8. *Pœnos.* ] Gildonem & Mauros, quibus devictis est *defensor Libya*, hoc est, liberavit Libyam, & eam restituit Romanis ad frumentum suppeditandum.

BBb ij



- Excipe magnanimum pectus, quo fræna reguntur  
 10 Imperii, cujus libratur sensibus Orbis.  
 Os sacrum, quod in ære colis, miraris in auro,  
 Cerne libens. hic est felix bellator ubique,  
 Defensor Libyæ, Rheni pacator & Istri.  
 Ostentare suos prisco si more labores,  
 15 Et gentes cuperet vulgo monstrare subactas:  
 Certarent utroque pares à cardine laurus.  
 Hæc Alamanorum spoliis, Australibus illa  
 Ditiore exuviis. illinc flavente Sicambri  
 Cæsarie, nigris hinc Mauri crinibus irent.  
 20 Ipse albis veheretur equis, currumque secutus  
 Laurigerum, festo fremuisset carmine, miles.  
 Hi famulos traherent Reges: hi facta metallo  
 Oppida, vel montes, captivæque flumina ferrent.  
 Hinc Libyci fractis lugerent cornibus amnes:  
 25 Inde catenato gemeret Germania Rheno.  
 Sed non immodicus proprii jactator honoris  
 Consul, Roma, tuus. non illum præmia tantum,  
 Quàm labor ipse juvat. strepitus fastidit inanes,  
 Inque animis hominum pompâ meliore triumphat.

## INTERPRETATIO.

Suscipe animum generosum, qui moderatur habenas Imperii, cujus curis Mundus sustinetur. Aspice volens vultum illum sacrum, quem veneraris in statuis æthereis, & admiraris in statuis aureis. Hic Stilicho est ubique pugnator pro te, qui Libyam, qui placavit Rhenum & Danubium. Si Stilicho consuetudine antiquâ vellet jactare facta sua, & ostendere populo Romano nationes à se devictas, victoriae similes ex cardine gemino mundi conferrentur. Hæc victoria foret locupletior divitiis Alemannorum; illa prædâ Meridianâ. Illinc Sicambri comâ flavâ

incederent, hinc Mauri capillis nigrantibus. Ipse Stilicho invaderetur equis candidis, & milites comitantes currum laureatum resonassent acclamatione solenni. Hi raptarent reges captivos: illi urbes expressas metallo, aut gestarent effigiem montium, & fluviorum subactorum. Hinc flumina Libya sterent ruptis cornibus, inde Germania mæretet Rheno victo. At Consul tuus, ô Roma, non est ostentator immoderatus gloria sua. Munera non tantum delebant illum, quantum labor ipse. Contemnit murmura vana pompæ, & triumphat apparatu nobiliore in mentibus hominum.

## ANNOTATIONES.

10. *Libratur.*] Ita mundus vigilantia, curisque Stilichonis sustinetur, libraturque, ut nec propendeat, nec in alterutram partem peccet, cadatve.

13. *Pacator.*] Stilicho Danubii accolæ cum Theodosio pacavit.

14. *Prisco more.*] Triumphantium veterum.

16. *Certarent.*] Velut inter se Laurus Victoriarum contenderent, utra esset pulchrior & gloriosior.

21. *Festo carmine.*] Acclamatione solenni. *io triumphe, io triumphe.*

23. *Facta metallo.*] Imagines urbium devictarum, montium, fluminum, in triumpho præferebantur.

28. *Labor.*] Virtus cum vero labore conjuncta.

*Strepitus.*] Fastidit strepitus, famæ; gloriæ, auræ popularis, sermonum vulgi.

29. *In animis.*] Mavult triumphare in

- 30 Non alium certe Romanæ clariùs arces  
Suscipere ducem, nec cum cedente rediret  
Fabricius Pyrrho, nec cum Capitolia curru  
Pellæ domitos Paullus conscenderet aula.  
Nec similis Latias patefecit gloria portas,  
35 Post Numidas Mario, post classica Martis Eoi  
Pompeio. nulli pars æmula defuit umquam,  
Quæ gravis obstreperet laudi, stimulisque malignis  
Facta sequebatur, quamvis ingentia Livor.  
Solutus hic invidiæ fines virtute reliquit,  
40 Humanumque modum. quis enim livescere possit?  
Quod nunquam pereant stellæ, quod Jupiter altum  
Possideat cælum? quod noverit omnia Phœbus?  
Est aliquod meriti spatium, quod nulla furentis  
Invidiæ mensura capit. ductoribus illis  
45 Præterea divisus erat favor. æquior ille  
Patribus, invisus plebi: popularibus illi  
Munito studiis languebat gratia Patrum.

INTERPRETATIO.

Urbs Romana non excepit sanè alium du-  
ctorem magnificentibus, neque tum, cum  
Fabricius reverteretur, Pyrrho fugiente,  
neque cum Paulus victor Regia Macedo-  
niæ ascenderet curru in Capitolium, ne-  
que honor aequalis aperuit portas Romanas  
Mario post Numidas victos, neque Pom-  
peio post tubas belli Eoi. Pars aliqua zelo-  
typia non defuit unquam ulli horum, qua  
pars inimica extenuaret gloriam horum,  
& invidia incitata stimulis iniquis comi-  
tabitur facinora eorum, etsi magna. Hic

unus Stilicho superavit virtute sua limites  
invidia & terminos præscriptos homini-  
bus. Nam equis possit invidere, quid  
Astra nunquam extinguantur? Quod  
Jupiter teneat Cælum excelsum? Quod  
Apollo cognoverit cuncta? Est locus ali-  
quis virtutis, quem nullus modus invidia  
sævientis attingit. Insuper benevolentia  
Romanorum parata erat in duces illos.  
Ille amicus erat Senatoribus, odiosus po-  
pulo: amor Senatorum debilis erat in hunc  
fretum amore populari.

INTERPRETATIO.

hominum animis, quos devicit, simul-  
que devinxit sibi amore comitante, &  
omni genere virtutum. Tiberius apud  
Tacitum: *Hæc mihi in animis vestris tem-  
pla, hæ pulcherrima effigies & mansura.*  
Nam qua saxo struuntur, si judicium po-  
stetorum in odium vertis, pro sepulchris  
spemuntur.

32. *Fabricius.* Fabricius, qui de Pyr-  
rho ex Italiâ expulso, triumphavit, non  
tam magnificè exceptus est, quàm Stili-  
cho.

33. *Pellæ aula.* Pella est urbs Mace-  
doniæ, Alexandri natalibus insignis; po-  
nitur pro ipsâ Macedoniâ, cujus Rex Per-  
ses devictus est à Paulo Æmilio, qui gazâ

ejus allatâ Romam ditavit.

35. *Numidas.* Quorum Rex Jugurtha  
à Mario est triumphatus.

*Martis Eoi.* Belli ad Orientem. gesti,  
in quo Mithridatem Pompeius debellavit.

39. *Solutus hic invidia fines.* Solus Sti-  
lichus invidiam superavit; (quasi verò, in-  
vidiorum malevolentia oppressus est) adeo  
nullus locus est, quod non pestis illa gras-  
setur!

40. *Livescere possit.* Livor non at-  
tingit res subductas hominum mortalitati.

42. *Noverit omnia.* Sol ex Homero,  
omnia cernit & audit.

45. *Patribus æquior.* Pompeius tuebatur  
partes optimarum, Marius populi, &c.

- Omnis in hoc uno variis discordia cessit  
 Ordinibus. lætatur Eques, plauditque Senator,  
 50 Votæque parricio certant plebeia favori.  
 O felix, servata vocat quem Roma parentem!  
 O mundi communis amor, cui militat omnis  
 Gallia, quem Regum thalamis Hispania nectit,  
 Cujus & adventum crebris petiêre Quirites  
 55 Vocibus, & genero meruit præstante Senatus!  
 Non sic virginibus flores, non frugibus imbres,  
 Prospera non lassis optantur flamina nautis,  
 Ut tuus adspectus populo. quæ numine tanto  
 Litora fatidicas attollunt Delia lauros,  
 60 Venturi quoties affulget Apollinis arcus?  
 Quæ sic aurifero Pactoli fonte tumescit  
 Lydia, cùm domitis apparuit Evius Indis?  
 Nonne vides, & plebe vias, & tecta latêre  
 Matribus? ut, Stilicho, cunctis inopina reluxit  
 65 Te victore salus! septem circumspice montes,  
 Qui Solis radios auri fulgore laceffunt,

## INTERPRETATIO.

Omnis dissensio Ordinum diversorum compressa est, in hoc uno Stilichone. Equites gaudent, Senatores gratantur huic, & favor plebis in hunc non cedit favori Senatorum. O fortunate Stilicho, quem Roma conservata appellat patrem suum! O delicia communes urbis! pro quo tota Gallia pugnat, quem Hispania conjungit affinitati Imperatorum! cujus adventum Romani postulaverunt precibus repetitis, & Senatus obtinuit, genera Honorio cædente. Flores non ita expetuntur à puellis,

non pluvia segetibus, non venti secundum ita expetuntur à nautis fatigatis, ut conspectus tuus expetitus est à populo. Quæ litora Delis erigunt lauros prasagas ob tantum Deum: quoties arcus Phœbi venientis resplendet? Quæ Lydia ita turgit fonte aureo Pactoli, cùm Bacchus eniuit, Indis subactis. An non aspicias, & vicos densari populo, & domos matribus, ô Stilicho, ut salus improvisa affulsit, te domitorem! cerne septem colles, qui provocant jubar Solis splendore domum aurearum,

## ANNOTATIONES.

50. *Parricio.*] Supra de hoc vocabulo diximus.

51. *Parentem.*] Symmachus vocat Stilichonem publicum parentem, neque renuit S. Ambrosius.

52. *Mundi amor.*] Deliciæ & conculum mundi, ut Titus Imperator.

53. *Hispania.*] Ob affinitatem Theodosii & Honorii, qui erant ex Hispaniâ oriundi.

55. *Meruit.*] Tanquam rem magnam.

59. *Fatidicas.*] Delos insula maris Ægei tam clara alumno Apolline, ut inde oracula peterentur, & ex ipsius lauris prasagia rectum ducerentur.

62. *Evius.*] Seu Euhymus, Bacchus sic dictus à Jove, qui illum inflammans in Gigantes exclamabat *εὐ εἶς*, id est, *age ô fili, bene fili.*

63. *Tecta latêre matribus.*] Studio videndi effusis. Plinius de Trajano Romam ingrediente. *Videres referta tecta, ac laborantia, &c.*

64. *Ut salus effulsit!*] Quo tempore Gildonem superasti.

65. *Septem montes.*] Fuit ex Claverio, Romæ moles quadrata, quæ septem cingulis, id est septem columnarum ordinibus cingebatur, quasi Roma, seu Cælum aliquod, haberet instar septem Planetarum.

- Indutóſque arcus ſpoliis, æquatáque templa  
 Nubibus, & quidquid tanti ſtruxere triumphí.  
 Quantum profueris, quantam ſervaveris urbem,  
 70 Attonitis metire oculis. hæc fabula certè  
 Cuncta forent, ſi Pœnus adhuc incumberet Auſtro.  
 Mos erat in veterum caſtris, ut tempora quercu  
 Velaret, validis qui fuſo viribus hoſte  
 Caſurum morti potuit ſubducere civem.  
 75 At tibi quæ poterit pro tantis civica reddi  
 Mœnibus? aut quantæ penſabunt facta coronæ?  
 Nec ſolam populi vitam debere faterur  
 Armis Roma tuis; ſed, quò jucundior eſſet  
 Lucis honoratæ fructus, venerabile famæ  
 80 Pondus, & amiſſas vires, & regna recepit.  
 Jam non prætumidi ſupplex Orientis ademtam  
 Legatis poſcit Libyam, famulóſve precatur,

## INTERPRETATIO.

¶ *arcus triumphales ornatos exuviis. & templa educta ad cælum. & quicquid tot victoria cumulaverunt. Considera oculis admirantibus quantum juveris Romanos, quantam conſervaveris urbem. Hæc omnia ſanè eſſent fabula, ſi Mauri adhuc nos infeſtarent à Meridie. Id conſuetudinis obſervabatur in exercitiis antiquorum, ut corona ex quercu umbraret caput ejus, qui hoſte occiſo, generoſo impetu evaluit eripere leſo civem moriturum. Sed qua corona civica poterit dari tibi, ô Stilicho, pro tantâ urbe? vel quanta corona remun- rabuntur facinora tua? Neque verò Roma conſiſtetur ſe debere armis tuis ſolam vitam populi ſui: at ut dulcedo vita venerata foret gravior, reparavit per te majeſtatem colen- dam fama ſua & opes perditas, & impe- rium, jam non Roma rogans repetit à lega- tis Orientis ſuperbi Libyam ereptam, & non*

## ANNOTATIONES.

68. *Quicquid.*] Divitiæ omnes, quas tot triumphis accumulaverunt, tot recta auro ornata, eſſent fabula & cinis, nihil- que remaneret præter ſermones homi- num, niſi Gildonem à Meridie hoc eſt ex Africâ nos infeſtanti deviciſſes.

71. *Incumberet.*] Velut nobis fame oppreſſis incubaret.

75. *Civica.*] Corona ex quercu, decer- ni ſolita ei, qui hoſte occiſo, civem pe- riclitanti ab ipsis fati faucibus eripuif- ſet. Fiebat autem ex quercu, quodd hæc prima hominum nutritrix fuiſſet; & quodd non minus debeat conſervatori, quàm nutritrici aut parenti.

76. *Corona.*] Stilicho poſt victum Rhadagaſum hoſtem immaniſſimum coronatus cum toto exercitu rediit.

79. *Fructus lucis.*] Dulcedo vitæ, quæ ut fructus ſuaviſſimè deguſtatur,

80. *Pondus.*] Majeſtatem, authorita- tem famæ, quâ Roma ab omnibus gen- bus colebatur.

*Regna recepit.*] Roma deſtituta frugi- bus ob Libyam à Gildone ereptam, & vi- tam, & imperium amiſſura erat, ſed hæc omnia recepit, poſtquam Gildo à Stili- chone victus, Libyâque reſtituta eſt.

81. *Libyam adeptam.*] Gildo, ut eri- peret Libyam Honorio, dicebat eam per- tinere ad Arcadium, ut ſic fratres ad bel- lum civile incenderet, & hinc ipſe pro- ficeret. Honorius itaque Libyam ſibi ere- ptam repetebat à Legatis Orientis, ſeu Ar- cadii, quibus tergiverſantibus Stilicho eam armis recepit, Gildone deſecto.

82. *Famulos.*] Non jam Roma fame preſſa precatur populos Libyæ famulos ſuos, ſeu à ſe olim in ſervitutem redactos, non, inquam, precatur, ut fruges mittant.

- Dictu turpe, suos: sed robore freta Gabino  
 Te duce Romanâ tandem se vindicat irâ.  
 Ipsa jubet signis, bellaturoque togatus  
 Imperat, expectant aquilæ decreta Senatûs.  
 Ipsa tibi trabeas ultro dedit: ipsa curulem.  
 Obtulit. hæc ultro fastos ornare coëgit.  
 Nil perdit decoris prisce, nec libera quærit  
 90 Secula; cum donet falces, cum prælia mandet:  
 Sequæ etiam crevisse videt. quis Gallica rura,  
 Quis meminit Latio Senonum servisse ligones?  
 Aut quibus exemplis fecundâ Tibris ab Arcto  
 Vexit Lingonico sudatas vomere messes?  
 25 Illa seges non auxilium modò præbuit Urbi,  
 Sed fuit indicio, quantum tibi, Roma, liceret.  
 Admonuit Dominæ gentes, instârque tropæi  
 Rettulit ignotum gelidis vestigal ab oris.  
 Hoc quoque majestas augefcit plena Quirini,

## INTERPRETATIO.

erat servos suos; res inhonesta relatu: sed munita viribus Gabinis tandem ulciscitur sese, irâ Romanâ, te ductore. Ipsa imperat vexillis, & Magistratus togatus imperat ducibus pugnaturis: Aquila opperiuntur Senatusconsulta, Ipsa obtulit tibi sponte vestem Consularem, ipsa obtulit Sellam eburneam vindici suo, & sponte impulit te honorare fastos. Nihil amittis dignitatis antiqua, neque desiderat amplius tempora libertatis, cum det Consulatum & decernat bella, imò aspicit sese

quoque amplificatam esse. Ecquis recordatur agros Gallorum, & ligones Senonum laborasse pro Italiâ? Vel quodd exemplum visum est, Tibrim attulisse à Septentrione fertili fruges excultas aratro Lingonum? Illa fruges non tantum dederunt urbi subsidium, sed etiam ostenderunt, quantum tu posses, ô Roma: ha fruges admonuerunt populos Germanos Imperatricis Romæ, & reportaverunt à finibus frigidis speciem tropæi, tributum incognitum. Majestas integra Romanorum per hoc etiam augetur,

## ANNOTATIONES.

83. *Sabino.* ] Id est, freta Roma viribus Italicis, seu Magistratum suorum Gabino more cinctorum virtute, priscâ quidem, hoc est priscorum seu veterum Romanorum virtutem imitante.  
 84. *Romanâ irâ.* ] Dignâ Romanis. Ovidius: *Dignas fove concipit iras.*  
 86. *Aquila.* ] Hoc est Duces expectant decreta Senatûs.  
 88. *Ornare.* ] Suo nomine.  
 97. *Crevisse.* ] Roma videt se etiam crevisse, si quidem Galli, Germani, ipsi suppeditant annonam, id quod nunquam fecerant.  
 92. *Senonum, Lingonico.* ] Senones, & Lingones sunt Galliarum populi, vulgò de Sens., & de Langres, ique Septentriona-

les habitâ ratione Romæ.

94. *Sudatas vomere.* ] Messes in quibus arandis non sudavit vomer, sed boves vomerem & aratrum trahentes.

97. *Admonuit Dominâ.* ] Tanta potestas per Stilichonem recuperata admonuit populos Romam esse Reginam, & Romanos rerum Dominos.

98. *Vestigal.* ] Roma retulit pro vestigali hætenus inaudito fruges ex frigidis oris Germaniarum; quod vestigal tropæi & victoriæ speciem habet.

99. *Quirini.* ] Romanorum qui à Quirino seu Romulo orti sunt: populo judice velut olim stante rep. in quâ augetur majestas populi.

Rectores

- 100 Rectores Libyæ populo quoddam iudice pallent :  
 Et post emeritas moderator quisque secures  
 Discrimen lethale subit : quoddam Pœnus arator  
 Intulerit , madidus quantum trans miserit Auster.  
 Ardua qui latè terris responsa dedere ,  
 105 Hinc trepidant humiles. tremuit quos Africa nuper ,  
 Cernunt Rostra reos. cani virtutibus ævi  
 Materiam pandit Stilicho , populumque vetusti  
 Culminis immemorem dominandi rursus in usum  
 Excitat , ut magnos calcet metuendus honores ,  
 110 Pendat iustitiæ crimen , pietate remittat  
 Errorem , puriorque probet , demnetque nocentes ,  
 Et patrias iterum clemens exerceat artes.  
 Fallitur egregio quisquis sub principe credit  
 Servitium. nunquam libertas gratior extat ,  
 115 Quam sub Rege pio. quos præficit ipse regendis  
 Rebus , ad arbitrium plebis patrumque reducit :  
 Conceditque libens , meritis seu præmia poscant ,  
 Seu punire velint. posito jam purpura fastu

INTERPRETATIO.

quoddam præfecti Libyæ timent , populo Romano iudicante , & quoddam quisque Proconsul rector post gestum imperium exponitur periculo mortis : ab eo petitur , quid agricola Libyæ persolverint , & quantum Notus pluvius transportaverit ? Hinc illi , qui reddiderunt Provinciis longè oracula metuenda , submissi pavent. Forum videt reos , quos Africa nuper formidavit. Stilicho aperit campum virtutibus antiquitatis severa , & impellit in consuetudinem iterum imperando populum oblitum maje-

statibus veteris , ut populus timendus proferat summos magistratus , expendat scelera legibus , relaxet culpam clementiâ , absolvat infontes , condemnet fontes , & mitis colat iterum artes patrias. Ille errat , quicumque putat servitutem esse sub Imperatore optimo : nunquam libertas est jucundior , quam sub Rege pio. Quos ipse præponit rebus administrandis , componit eos ad voluntatem populi & Senatorum , & volens indulget his , seu petans mercedem pro virtute , seu velint castigare.

ANNOTATIONES.

101. *Post emeritas secures.* ] Post gestum imperium , post expleta administrationis suæ remota. Emeritus quid sit , supra diximus.

102. *Discrimen.* ] Exponitur periculo mortis , accusatus & fortè convincendus rerum malè gestarum.

103. *Auster.* ] Ratio à rectore Libyæ petitur , quantum scilicet frumenti plaga Australis , seu Meridiana dederit.

104. *Ardua responsa.* ] Sublimia , superba , metuenda , ut quæ sunt in arduo.

106. *Reos.* ] Reus , dicitur quisquis vocatur in iudicium. *Astor* , quicumque vocat ,

107. *Materiam.* ] Stilicho dat materiam exercendis virtutibus , quas severa exercebat antiquitas : nam populus , ut olim , injus vocat summos magistratus , & secundum leges iudicat facta potentium.

112. *Patrias artes.* ] Exerceat artes orbis regendi , more patrum , Virgilius :

*Tu regere imperio populos , Romana , memento.*

*Hæ tibi erunt artes.*

115. *Quos præficit.* ] Ut tutor Imperii , & parens publicus.

118. *Purpura.* ] Ipse Princeps purpuramicans se ultro submittit legibus. Iusti-

CCc

De se iudicium non indignatur haberi.

- 120 Sic docuit regnare fover : sic cauta iuventæ  
Fræna dedit : teneros his moribus induit annos  
Verior Augusti genitor , fiducia belli ,  
Pacis consilium ; per quem squalore remoto  
Pristina Romuleis in floruit arcibus ætas :  
125 Per quem fracta diu , translataque penè potestas ,  
Non oblita sui , servilibus exulat arvis ;  
In proprium sed ducta Larem , victricia reddit  
Fata solo , fruiturque iterum , quibus hæserat olim ,  
Auspiciis , capitique errantia membra reponit .  
130 Proximè Dīs Consul , qui tantæ prospicis Urbi ,  
Quâ nihil in terris complectitur altius æther :  
Cujus nec spatium visus , nec corda decorem ,

#### INTERPRETATIO.

*Imperator ipse superbiam depositam , non irascitur fieri iudicium de se. Sic Stilicho fover Honorii docuit imperare. Sic imposuit iuventuti ejus habenas prudentes : informavit atatem tenellam his præceptis , ipse existens verior pater Imperatoris , præsidium in bello , consilium in pace : per quem , suis expulso , juvenis prima urbis Romana restituit : per quem dignitatem Consulatus antè lacerata diu , & servè* transposita non immemor sui exit ex agris servilibus , sed reducta in sedem suam reddit urbi fata triumphantia , & rursus potitur auguriis , quibus quondam constituta fuerat , & reddit quoque capiti suo corpus evabundum. O Consul propè similis Diis , qui consulis tanta urbi , quâ nihil sublimius cælum continet in mundo , cuius vastitatem oculi non comprehendunt , neque mentes pulchritudinem ,

#### ANNOTATIONES.

nianus in Inst. quib. mod. test. in f. §. 8. Divi Severus & Antoninus sapissime rescripserunt. Licet enim , inquiunt , legibus soluti simus , attamen legibus vivimus. Et C. de Leg. l. 4. Digna vox est majestate regnantis se legibus alligatum principem jam profiteri. τίς γὰρ αὐτὸν ἀνέλεον ἀπειθεῖν ὅσον τὸν βασιλέα τιμωρόν ; quis enim volueris non obedire , videns Regem obedientem ? Xenophon in Agesilao.

122. *Verior Augusti genitor.* ] Theodosium Honorii patrem natura fecit , studium & amor & institutio Stilichonem ejusdem veriorum fecit patrem.

124. *Ætas.* ] Ut homines , sic imperia suam ætatem habent : adolescunt , vigent , consenescent.

125. *Translata.* ] Potestas Consulatus translata Constantinopolin , velut arbor , non oblita sui , seu veteris suæ majestatis , Stilichonis ope relinquit agros serviles , hoc est victos quondam , & in servitutem

reductos à Romanis , vel agros serviles vocat , quia servo Eutropio subjectos , mancipatos.

127. *In proprium sed ducta Larem.* ] Reducto in propriam & antiquam sedem , Romam scilicet , reddit fata triumphantia in solo natali.

128. *Fata victricia.* ] Quæ fata etsi statuerent caput Imperii semper esse Romanam , quodammodo victa fuissent , si Consulatus translatus esset Constantinopolin . At per Stilichonem perfectum est , ut facta sint victicia . Consulatusque hæreat in urbe Româ , iisdem auspiciis , quibus in principio constitutus est.

129. *Capitique.* ] Stilicho reddit capiti , scilicet Romæ , errantia membra , hoc est partes Imperii avulsas , seu Consulatum alterum , qui Constantinopoli gerebatur , & quasi à propriâ sede avulsus vagabatur.

130. *Proximè diis Consul.* ] Homines urbisque conservare divinum quidpiam est ,

- Nec laudem vox ulla capit : quæ luce metalli  
 Æmula vicinis fastigia conferit astris.
- 133] Quæ septem scopulis zonas imitatur Olympi,  
 Armorum legumque parens : quæ fundit in omnes  
 Imperium, primique dedit cunabula juris.  
 Hæc est, exiguis quæ finibus orta terendit  
 In geminos axes, parvæque à sede profectas
- 140] Disperfit cum Sole manus. hæc obvia fati,  
 Innumeras uno gereret cum tempore pugnæ,  
 Hispanas caperet, Siculas obsideret urbes,  
 Et Gallum terris profterneret, æquore Pœnum,  
 Nunquam succubuit damnis, & territa nullo
- 145] Vulnere, post Cannas major Trebiâmque fremebat :  
 Et cum jam premerent flammæ, murumque feriret  
 Hostis, in extremos asiem mittebat Iberos.  
 Nec stetit Oceano : remisque ingressa profundum

## INTERPRETATIO.

neque ulla lingua elogium : qua similis splendore auri attollit caput ad sidera finitima : qua amulatur zonas Cœli collibus septem, mater armorum & legum, qua spargit potestatem suam in homines omnes, & quæ invenit initia juris primi. Hæc est urbs, qua nata ex parvis initiis porrexit se ad utrumque Mundi cardinem, & propagavit cum Sole manus ortas ex sede tenui. Hæc exposita fati, cum eodem tempore faceret bella innumerabilia.

& cum expugnaret urbes Hispania, cingeret urbes Sicilia, & debellaret Gallos prælio terrestri, Carthaginienses navali, nunquam fracta est cladibus, & non perterrita est ullâ plagâ, animosior post clades Cannarum & Trebia spirabat bella: & cum jam ignes impenderent, & hostis Annibal ad portas propè quassaret moenia, mittebat exercitus contra Hispanos ultimos. Neque Roma retardata est Oceano : intrans mare, cum navibus

## ANNOTATIONES.

133. *Luce metalli amula.* ] Urbs auro undique collucens, & astris aureis similima.

134. *Fastigia.* ] Altitudinem ædificiorum in collibus extructorum.

135. *Zonas.* ] Septem erant Romæ colles, plures alii numerant : septem etiam sunt Zonæ seu Cœli Regionēs ex quibusdam, ut refert Barthius : sed tamen communiter Zonæ quinque numerantur. De quibus alibi ; sed vide supra v. 65.

136. *Legumque parens.* ] Quia ut communis patria ex Modestino, scripsit leges orbi universo : alii legunt, *Legum potens*, id est, quæ habet potestatem belli & legum.

137. *Cunabula juris.* ] Theophilus dicit, τὰ ἀρχαῖα τῆς νόμου ἀρχήματα : prima legum exordia.

140. *Cum Sole.* ] Oriente & Occidente extendit manūs ex urbe parvâ proficiscentes, hoc est extendit imperium. Nam manus symbolum est imperii & potestatis.

144. *Nunquam succubuit.* ] Horatius : Per damna, per cades ab ipso Sumit opes, animosque ferro.

145. *Cannas Trebiâmque.* ] De his alibi.

147. *Hostis.* ] Ipse Annibal, de quo Horatius, Parentibusque abominatus Annibal, sed supra de hoc plura diximus.



- Vincendos alio quæsiuit in orbe Britannos.  
 150 Hæc est, in gremium victos quæ sola recepit,  
 Humanumque genus communi nomine fovit,  
 Matris, non dominæ, ritu: civisque vocavit,  
 Quos domuit, nexumque pio longinqua revinxit.  
 Hujus pacificis debemus moribus omnes,  
 155 Quodd veluti patriis regionibus utitur hospes:  
 Quodd sedem mutare licet: quodd cernere Thulæ  
 Lulus, & horrendos quondam penetrare recessus:  
 Quodd bibimus passim Rhodanum, potamus Orontem,  
 Quodd cuncti gens una sumus. nec terminus umquam  
 160 Romanæ ditionis erit, nam cætera regna  
 Luxuries vitiis, odiisque superbia, vertit.  
 Sic malè sublimes fregit Spartanus Athenas:  
 Atque idem Thebis cecidit. sic Medus ademitt

## INTERPRETATIO.

quæsiuit in axe altero Britannos subigendos. Hæc est, qua una admittit in sinum populos domitos, & quæ instar matris non Imperatricis protexit gentem hominum nomine communi; & appellavit eos cives, quos subegit, & colligavit gentes remotas vinculis piis. Nos omnes debemus huius curæ in pace, quodd externi fruuntur finibus omnibus tanquam patriâ suâ: quodd fas est permutare domicilium: quodd ludus est videre Islandiam, & ingredi latebras olim terribiles: quodd vulgò potamus aquas Rhodani, potamus aquas Orontis, quodd omnes sumus tantum populus unus. Neque finis unquam erit Imperii Romani: etenim luxuriam defluens vitiis, & ambitio incensâ odiis destruxerunt alia imperia. Ita Lacedæmonii everterunt Athenas se offerentes improvidè: & iidem Lacedæmonii vitiis sunt à Thebanis. Ita Medus eripuerunt

## ANNOTATIONES.

149. *Alio in orbe.*] Hactenus incognito: id præstitit Roma per Julium Cæsarem, qui ex Suetonio, aggressus est Britannos ignotos antea; superatisque pecuniis & obsides imperavit.

151. *Communi nomine.*] Fovit, ut suos, non tam communi nomine subditos, quam socios, quam cives, quam filios, eosque defendit contra tyrannos, ac simul devinxit omni studio pietatis & clementiæ. Hinc Rutilius de Româ:

*Fecisti patriam diversis gentibus unam,  
 Profuit injustis, te dominante, capi.*

157. *Horrendos.*] Islandiæ seu Thules recessus horrendos ob barbariem, quam expulit Roma.

158. *Orontem.*] Fluvius est, qui alluit Antiochiam in Syriâ: per hunc intellige Coelefyriam, Syriamque, quas alluit.

159. *Cuncti.*] Quodd populi omnes ter-

rarum, sunt velut populus unus.

*Nec terminus.*] Virgilius de Jove:

*Imperium sine fine dedi.*

id enim Romani prædictum esse à Sibylla putabant, Imperium scilicet Romanum æternum fore.

161. *Luxuries.*] Silius Italicus:

*Inde aspice lædæ*

*Florentes quondam luxuriam quas verterit  
 urbes?*

Varias Imperiorum mutationes atque conversiones Claudianus percurrit.

163. *Thebus cecidit.*] Spartam destruxerunt Thebani, sed avaritiâ & vitiis omnibus inquinatam. Unde Cicero: *Quodd Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nullâ re aliâ nisi avaritiâ esse perituram. id videtur non solum Lacedæmonis, sed & omnibus opulentis populis prædixisse.*

- Assyrio, Medoque tulit moderamina Perfes.  
 165 Subjecit Macedo Persen, cessurus & ipse  
 Romanis. hæc auguriis firmata Sibyllæ,  
 Hæc sacris animata Numæ. huic fulmina vibrat  
 Juppiter; hanc totâ Tritonia Gorgone velat.  
 Arcanas huc Vesta faces, huc Orgia Bacchus  
 170 Transtulit, & Phrygios genitrix turrita leones.  
 Huc defensurus morbos Epidaurius hospes  
 Reptavit placido tractu, vectumque per undas  
 Insula Pæonium textit Tiberina draconem.  
 Hanc tu cum Superis, Stilicho præclare, tueris.

## INTERPRETATIO.

*imperium Assyriis, & Persa Medis abstulerunt: Alexander Macedo vicis Persas, ipse vincendus à Romanis. Hæc urbs Romamunita prædictionibus Sibyllæ, hæc urbs animata est caeremoniis Numa Pompilii. Juppiter torquet fulmina pro hæc: Pallas defendit hanc totâ ægide Gorgoneâ. Vesta* *transmisit huc ignes secretos, & Bacchus Orgia, & mater turrigera Cybele Leones. Ideos. Huc Æsculapius hospes Epidauri expulsi morbos adrepsit lapsu leni; & insula Tiberis fovit serpentem Pæonium advectum per aquas. O Stilicho, illustrem tu tutaris hanc urbem cum diis, tutaris*

## ANNOTATIONES.

165. *Cessurus & ipse Romanis.* ] Alexander non victus à Romanis, sed partum ab Alexandro Persarum Imperium ab illis subactum est.

167. *Animata.* ] Religio est velut anima Imperatorum: sine hac stare non possunt.

*Numa huic.* ] Sine elisione more Græcorum, Virgilius, — *Ionio immenso.* Numa Pompilius secundus Rex Romanorum convertit animos ad cultum Deorum.

*Huic fulmina vibrat.* ] Juppiter in gratiam Romæ vibrat fulmina. Alludit ad tempestatem, quæ à Romæ portis repulit Annibalem.

168. *Tritonia.* ] Pallas à Palude Tritonide in Libyâ.

*Gorgone.* ] Ægide seu clypeo, in quo Medusa una ex Gorgonibus insculpta est.

169. *Arcanas faces.* ] Ignis arcanos, hoc est, in quibus arcana quædam vis continetur ad servandum imperium. Et hi ignes vigiles asservabantur à Vestalibus.

*Orgia.* ] Cæremoniz Bacchi, δὲν ὄργη, à furore, quo Bacchantes eas celebrabant,

170. *Leones.* ] Cybele deorum mater invekitur curru, quem trahunt leones.

171. *Epidaurius.* ] Æsculapius sub formâ Serpentis, Epidauri, quæ urbs est Peloponnesi in Græciâ, colebatur. Inde, peste grassante, precibus Romanorum advectus est, reptavitque leniter in insulam Tiberis, pectusque cessavit. Tantumne Dæmoni licuit! De hoc suprâ.

*Defensurus.* ] Dicimus, defendere aliquem à morbo, vel morbum alicui defendere. Horatius:

*Defendit astatem capellis.*

173. *Pæonium draconem.* ] Serpentem valentem arte medendi instar Pæonis medici præstantissimi, qui Plutonium ab Hercule vulneratum sanasse dicitur: Græcis dicitur πῶν, & πῶν δὲ τὸ πῶν ferire, quoddam feriat pellatque morbos. Homerus de Pæone, ὁ δὲ πῶν φάρμακα πῶσων, spargens remedia pellentia dolores. Vel per Pæonium intellige Apollineum seu Apollinis filium Æsculapium, nam & Apollo ipse dicitur πῶν.

174. *Cum Superis.* ] Unde & propè paricum Diis seu Imperatoribus veneratione colendus est Stilicho.

CC c iij

- 175 Protegis hanc clypeo matrem regumque ducumque,  
Præcipueque tuam, dedit hæc exordia lucis  
Eucherio, puerumque ferens hic regia mater  
Augusto monstravit avo: lætatus at ille  
Sustulit in Tyriâ reptantem veste nepotem.
- 180 Romæque venturi gaudebat præscia fati,  
Quod te jam tanto meruisset pignore civem.  
Nec tamen ingratum, nec qui benefacta referre  
Nesciat, hunc credas populum. si volvere priscos  
Annales libeat, quoties hic prælia sumpsit.
- 185 Pro sociis, quoties dono concessit amicis  
Regibus Ausonio quæstas sanguine terras!  
Publica sed nunquam tanto se gratia fudit  
Assensu, quis enim princeps hoc omnibus egit  
Obsequiis, dominum sese patremque vocari.
- 190 Quod tibi continuis resonant convexa diebus?  
Macte novis Consul titulis, Mavortia plebes  
Te dominum, Bruto non indignante, faretur.

## INTERPRETATIO.

*hanc sento tuo parentem Imperatorum & ductorum, & præsertim tuam. Hac urbs largita est initia vita Eucherio filio tuo, & hic mater ejus regalis attollens cum infansem porrexit avo Imperatori Theodosio: sed ille gaudens extulit nepotem Eucherium repens in vestimento purpureo; & Roma prænoscentis fatum ejus futurum lætabatur, quod jam promeruisse habere te civem pignore tanto. Neque tamen putes hanc gentem esse ingratam, nec eam, qua ignores rependere beneficia. Si juvet legere historias antiquas, quoties hac Roma suscepit bella pro amicis, quoties dedit pro munere regibus fœderatis provincias partas cruce Romano? At benevolentia popularis nunquam effudit sese tantâ consensione, quantâ pro te. Etenim æquis Princeps non efficere tentavit officiis cunctis, ut appellaretur Dominus & Pater: quo tuo nomine Cælum personat singulis diebus. O Consul Stilicho, magis ac te novis Honoribus, populus martius confisetur te Dominum. Bruto nam irascencia:*

## ANNOTATIONES.

177. *Clypeo.* ] Armis, bellis, potestate.  
177. *Regia mater.* ] Serena regalis de gente Imperatorum, filia Honorii, & filia adoptiva Theodosii, cujus proinde nepos est Eucherius.  
180. *Venturi præscia fati.* ] Futuræ magnitudinis, quam fatum promittebat Eucherio: sed aliæ ista abierunt, ut postea videbimus.  
181. *Tanto pignore.* ] Roma meruit habere te civem, tanto pignore, hoc est, filio suscepto in sinu suo, qui filius erit ipsi velut pignus amoris erga illam tui.  
187. *Gratia fudit.* ] Nunquam favor popularis tam enituit, quàm cùm vocatus es, *Dominus*, & *Pater patriæ*. Mirum certè populi in merita tua grati animi indicium.  
190. *Quod tibi resonant.* ] Quod nomen Cælum resonat tibi, in tui gratiam, in theatrali plausu.  
191. *Mavortia.* ] Populus Romanus, qui Martem parentem agnoscit ob Romulum Martis filium.  
192. *Bruto non indignante.* ] Te vocat Dominum, quæm titulum vel Bruto ipse ob tuam virtutem amaret, et si Reges Dominosque ejecerit.

- Et quod adhuc nullo potuit terrore subacta  
 Libertas Romana pati, Stilichonis amor  
 195 Detulit: exultant avidi quocumque decorus  
 Conspiciare loco, nomenque ad sidera tollunt.  
 Nec vaga dilecto satiantur lumina vultu.  
 Seu circum trabeis fulgentibus aureus intres:  
 Seu celebres ludos: folio seu fultus eburno  
 200 Cingas jure forum: densi seu turbine vulgi  
 Circumfusa tuæ conscendant Rostra secures.  
 Quæ vero procerum voces, quàm certa fuere  
 Gaudia, cum totis exurgens ardua pennis  
 Ipsa duci sacras Victoria panderet ædes!  
 205 O palmâ viridi gaudens, & amicta tropæis,  
 Custos imperii Virgo, quæ sola mederis  
 Vulneribus, nullumque doces sentire laborem:  
 Seu tibi Dictæ placuerunt astra Coronæ:

## INTERPRETATIO.

*Et quod libertas Romana nullo metu coacta hæcenus sustinuit tolerare, honorifice indulsit benevolentia suæ in Stilichonem. Romani alacres gaudent, quocumque spectabilis in loco videaris, & efferunt ad astra nomen tuum: neque oculi eorum errantes explentur videre faciem charam, seu ingrediari Circum vestibibus micantibus auro, seu peragis ludos: seu innixus sella eburneâ circumdes Curiam in judican-*

*do, seu secures tuæ ascendant Rostra circumstipata ingenti multitudine populi. Quæ vero fuerunt plausus optimatum, quàm vera læticia, cum Victoria alta, excitata alis omnibus, ipsa expanderet Ductori Stilichoni pennas sacratas. O puella Victoria lætan: palmâ viridante, & redimista triumphis, conservatrix imperii, quæ una sanas plagas nostras, & doces nullum perferens cere sudorem: seu sidera Corona Dictæa juvenis se,*

## ANNOTATIONES.

198. *Circum.* ] Seu Circum maximum intres ad spectacula venationum, circusum, &c.

200. *Cingas jure forum.* ] Vel circumdes forum fascibus tuis, vel tu ipse medius cingaris foro, seu fori iudiciis juri dicundo vacantibus.

201. *Rostra.* ] Forum in quo dependebant rostra navium devictarum.

202. *Certa gaudia.* ] Vera, sincera, non adulandi studio, non ambitione extorta.

206. *Custos imperii Virgo.* ] Victoria, quam ut Deam exhibet, eamque sic alloquitur; fave, annue, ô Virgo, seu sis prope Coronam Ariadnes, seu prope Leonem, seu cum sceptro Jovis, seu in ægide Palladis, seu prope Martem. Prope coronam Ariadnes, propter Herculem vi-

cinum ( ἱσχυαῶν vocant ingeniculum, quia genu nititur ) cui Herculi semper favit Victoria. Prope Leonem, propter Virginis signum vicinum, quæ & ipsa Virgo Victoria haberi potest, cum alas pariter nata sit. Cum sceptro Jovis, quia Victoria in ipsius Jovis manibus posita est. Hæbræi Deum vocabant, Deum exercituum. In ægide Minervæ, quia ægis fert secum terrorem, & ideo victoriam. Prope Martem denique, quia Mars est bellorum præses. Hanc quoque Annotationem nobis suppeditavit doctissimi nobilissimique Hueti prompta liberalitas.

208. *Dictæa.* ] A Dictæ monte, id est, Cretensis Coronæ, quam Bacchus Ariadnæ Minois Cretensis filiz in Cælo paravit, & eam inter astra collocavit.

- Seu magis æstivo sedes vicina Leoni :
- 210 Seu sceptrum sublime Jovis , seu Pallados ambis  
Ægida : seu fessi mulces suspiria Martis :  
Adsis perpetuum Latio, votisque Senatûs  
Annue , Diva , tui. Stilicho tua sapius ornet  
Limina , tæque simul rediens in castra reducar.
- 215 Hunc bellis comitare favens : hunc redde togarum  
Consiliis. semper placidis te moribus egit,  
Servavitque piam victis , nec polluit umquam  
Laurum sævitiâ , cives nec fronte superbâ  
Despicit , aut trepidam vexat legionibus Urbem.
- 220 Sed verus patriæ Consul , cessantibus armis ,  
Contentus lictore venit , nec inutile quærit  
Ferri præsidium , solo munitus amore :  
Magnarum nec parcus opum geminare profundas  
Distulit impensas , sed post miracula castris
- 225 Edita vel genero , Romæ majora reservat.  
Auratos Rhodiis imbres , nascente Minervâ ,  
Indulxisse Jovem perhibent , Bacchôque paternum  
Jam pulsante femur , mutatus palluit Hermus

## INTERPRETATIO.

Seu potius regio finitima Leoni æstivo ,  
seu cingis sceptrum altum Jovis , seu cly-  
peum Palladis : seu delinis anhelitum Mar-  
tis fugati , foveas semper Italia , ô Dea ,  
& indulge precibus Senatûs. Stilicho de-  
coret frequentius templa tua , & revertens  
reducat te unâ in castra tua. Hunc se-  
quere facilis in præliis : hunc refer in pace  
ad consilia , semper exhibuit se moribus  
elementibus & conservavit innocuam te  
pro domitis ; neque unquam contamina-  
vit laurum crudelitate suâ : neque con-  
temnit cives vulni arroganti , aut infestas

suis cohortibus urbem timentem. At Stilicho verus Consul patriæ , bellis compositis venit contentus lictoribus. Neque requirit subsidium vanum armorum , corroboratus unâ benevolentia civium , neque parcens divitiis ingentibus procrastinavis duplicare sumptus immensos , at post prodigia liberalitatis peracta in milites , vel spectacula pro genero Honorio reservat Roma ampliora. Aiunt Jovem dedisse pluvias aureas Rhodiis , Pallade nascente , & Baccho jam impellente femur patrium , Hermus expalluit conversus

## ANNOTATIONES.

210. *Seu sceptrum.* ] Seu ambis sceptrum Jovis : tanquam esses hoc fata , ut Astra , ut Pallas , ut Mars.

212. *Ægida.* ] Clypeum. De hac Ægide supra diximus.

219. *Non vexat.* ] Magnæ sunt ille Stilichonis laudes , sed tamen contra sentit Rutilius his versibus :

*Ipse satellitibus pellitis Roma patebat,  
Et captiva prius , quàm capererur , erat.*

221. *Solo munitus amore.* ] Civium amor murus est aheneus.

226. *Auratos imbres.* ] Strabo, χρυσὸν ὕδνωσι φασιν ἐν τῇ νήσῳ καὶ τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἑστῶτι ἐν τῇ κεφαλῇ τῷ Διὶ, Aurum pluuisse dicunt in insulâ (Rhodo) circa generationem Minervæ ex capite Jovis. Pindarus verd dixit, χρυσῆς νιφάδα, aureis nivibus , Rhodon irrigatam esse.

228. *Pulsante femur.* ] Semele matre , fulmine Jovis extinctâ , Bacchus tenebris inclusus est in femore Patris Jovis , ut

In

- In pretium, votique famem passurus avari  
 230 Ditabat rutilo, quidquid Mida tangeret, auro:  
 Fabula, seu verum, canitur; tua copia vincit  
 Fontem Hermi, tactumque Midæ, pluviâque Tonantis.  
 Obscurat veteres, obscurabitque futuras  
 Par donis armisque manus. si solveret ignis,  
 235 Quas dedit immanes vili sub pondere, massas:  
 Argenti potuere lacus & flumina fundi.  
 Nec tibi, quæ pariter sylvis dominaris & astris,  
 Exiguam Stilicho movit, Latonia, curam.  
 Tu quoque nobilibus spectacula nostra laboras  
 240 Illustrare feris, summoque in vertice rupis  
 Alpinæ socias arcu. cessante pudicas,  
 Et pharetratarum comitum inviolabile cogis  
 Concilium. veniunt humeros & brachia nudæ;

INTERPRETATIO.

in aurum, & Midas laturus inediam ob desiderium avarum, locupletabatur auro mi-  
 cante quicquid contingeret: seu fabula illa  
 sit, seu veritas: abundantia tua superas  
 originem Hermi. & contactum Mida, &  
 imbres Jovis. Dextera tua aequalis & forti-  
 tudine & liberalitate obumbrat laudes an-  
 tiquorum. & obumbrabit laudes nepotum.  
 Si flamma liquefaceret moles immensas,  
 quas Stilicho donavit, quasi essent ponde-  
 ra temnenda, hinc stagna & fluvii aurei  
 possent affluere. Et Stilicho non parvam  
 impendit curam tibi, ô Diana, qua imperas  
 sylvis una & cælo. Tu etiam curas ornare  
 spectacula nostra bellis insignibus. & in  
 cacumine supremo saxorum Alpinorum,  
 arcu quiescente, convocas socias tuas ca-  
 stas & cœtum intinctum comitum tua-  
 rum pharetratarum. Illæ accurrunt ha-  
 bentes humeros. & lacertos nudatos.

ANNOTATIONES.

novem menses exleret, quibus exactis  
 cœpit pulsare femur paternum, ut sibi pa-  
 teret exitus: unde & Dithyrambus dici-  
 tur; nam *dis bis duæ fores* significat,  
 quasi binis foribus egressus sit, sive bis na-  
 tus, semel ex matre Semele: deinde ex  
 femore Jovis.

*Hermus.*] Fluvius Asiæ minoris, volvens  
 arenas aureas, Virgilius: *Auro turbidus*  
*Hermus*, hodie, *Sarabat*, intrat mare  
*Ægeum*.

230. *Mida.*] Seu Midas, cum reddi-  
 disse Baccho Silenum rectorem, obtinuit  
 ab hoc Deo, ut quicquid tangeret, aurum  
 fieret; sicque & pane & potu, quibus ves-  
 cebatur, in aurum suo tactu mutatis, stulti-  
 tiâ avari desiderii, & fame simul torqueri  
 cœpit; sed ab eodem Baccho liberatus  
 est, postquam caput suum Pactoli aquis  
 immergit.

232. *Pluviâque Tonantis.*] Jovem  
 conversum in pluviam auream, & des-  
 cendentem ad Danaen, quod ex Hora-  
 tio, *Aurum per medios ire Satellites*, &  
*perrumpere amat saxa potentiùs icû ful-*  
*mineo.* &c.

235. *Vili sub pondere.*] Dedit massas  
 auri, non minus liberaliter, ac si esset  
 pondus vilioris pretii.

237. *Latonia, Delia.*] Diana Latonæ  
 filia, nata in insulâ Delo, in mari Ægeø,  
 hodie *Sdrille*.

241. *Inviolabile.*] Castum, virgineum  
 Dianæ concilium; quales decet esse Dia-  
 næ comites; quod poetæ finxerunt, quia,  
 quæ sine otio, ex sine amore vivunt.  
 Ovidius:

*Otia si tollas, perire Cupidinis artes.*

243. *Nuda.*] Exserat ad pugnandum  
 in belluas.

DDd

- Armatæque manus jaculis, & terga sagittis;  
 245 Incomtæ, pulcræque tamen. sudoribus ora  
 Pulverulenta rubent. sexum nec cruda fatetur  
 Virginitas. sine lege comæ. duo cingula vestem  
 Crure tenus pendere vetant. præcedit amicas  
 Flava Leontodame. sequitur nutrita Lycæo  
 250 Nebrophone, telisque domat quæ Mænala Thero.  
 Ignea Cretæâ properat Britomartis ab Idâ,  
 Et cursu Zephyris nunquam cessura Lycaste.  
 Jungunt se geminæ metuenda feris Hecæerge:  
 Et soror, optatum numen venantibus, Opis,  
 255 Progenies Scythiæ. Divas nemorûmque potentes  
 Fecit Hyperboreis Delos prælata pruinis.  
 Hæ septem venère duces. exercitus alter  
 Nympharum incedunt, acies formosa Dianæ

## INTERPRETATIO.

Et manus instructas jaculis, & terga telis: inornata, sed tamam formosa: vultus earum pulverulentus suffunditur sudore: pudicitia animosa non arguit sexum: crines sunt sine ordine: zona dua prohibent vestem fluere usque ad pedes. Leontodame flavæ prævenit socias suas, Nebrophone aducata in Lycæo subsequitur: & Thero, quæ conficit sagittis feras Mænali; Britomartis ardens festinas ab Idâ Cretensî. &

Lycaste nunquam concessura ventis ob ceteris: inornatam. Dua sorores adiungunt se, Hecæerge scilicet timenda feris. & soror ejus Opis, Dea jucunda venatoribus, amba nata in Scythiâ. Delos anteposita frigidibus Septentrionalibus reddidit illas Deas, & præfides sylvarum. Hæ septem ductrices advenerunt: altera cetera nympharum progrediuntur, cohortes pulchra Diana, Nymphæ centum

## ANNOTATIONES.

246. Non cruda fatetur.] Virgines illæ tam animosæ, tam virides, tam crudæ sunt, ut quis credere possit eas non esse sceminas.

249. Leontodame.] Hæc sunt nomina Dianæ comitum, desumpta ex naturâ rei. Leontodame δεικνύου τῆς λέοντος δομῆς λεοντῆς.

Lycæo.] Hic mons est Arcadiæ in Græciâ, sicut & Mænalus. Lycæum dicitur, διὰ τῆς λύκων, à Lupis.

250. Nebrophone.] Quæ occidit hinnulos, seu pullos cervorum: νεφρός, hinnulus. φέρω, & φονεύω, occido: φόνος, cades.

Thero.] Θήρ, θηρὶς, feras sic Thero dicitur, quæ conficiat feras.

251. Britomartis.] Nympha Cretensis formosa, Dianæ chara, aliter Dißinna,

dicta διὰ τῆς διπύων, à rotibus, quæ invenerit. Diodorus Britonam appellat. Hæc cum Minoem stuprum sibi parantem effugere non posset, sese submersit, pudicamque mortem vitæ prætulit impudicæ.

252. Lycaste.] Sic dicitur, διὰ τῆς λύκων à lupis, quos venatur.

253. Hecæerge.] Id est, procul arcens, expellens, abigens feras: ἡκαργος etiam vocatur Apollo, quia ἔξα procul, εἰργα, seu ἀργαῖαι abigit suis radiis, quæ obstant.

254. Opis.] Una inter Dianæ comites memoratur.

256. Delos.] Delos, quam comites Dianæ prætulere frigidibus Scythiæ Septentrionalis, effecit, ut à Dianâ deæ recederentur.

- Centum Taygeti, centum de vertice Cynthi,  
 260 Et totidem casto genuit quas flumine Ladon.  
 Has ubi collectas vidit, sic Delia cœpit.  
 O sociæ, mecum thalami quæ jura perosæ  
 Virgineo gelidos percurritis agmine montes,  
 Cernitis ut Latio Superi communibus ornent  
 265 Hunc annum studiis? quantos Neptunus equorum  
 Donet ab orbe greges; laudi quam nulla canendæ  
 Fratris plestra vacent? nostram quoque sentiat idem;  
 Quàm meritis debemus, opem. non spicula poscit  
 Iste labor; maneant clausis nunc sicca pharetris:  
 270 Omnis & à solitis noster venatibus arcus  
 Temperet, in solam cruor hic fervetur arenam.  
 Retibus, & clathris dilatâ morte tenendæ  
 Ducendæque feræ. cupidas arcete sagittas.  
 Consulis ia plausum casuris parcite monstris.  
 275 Acceleret divisa manus. mihi cursus anhelas  
 Tenditur ad Syrtis. mecum Dictæa Lycaste  
 Et comes Opis ear. steriles juvat ire per æstus.  
 Námque feras aliis tellus Maurusia donum  
 Præbuit: huic soli debet, ceu victa, tributum.

## INTERPRETATIO.

de culmine Taygeti, centum de culmine Cynthi, & totidem quas Ladon produxit aquis pudicitis. Diana postquam aspexit has congregatas, ita incepit loqui. O commites, qua exosa mecum jura matrimonii peragratis montes frigidos cum cohortibus castis; aspiciatis, ut in Italiâ Dii illustrent hunc annum amore communi? Aspiciatis, quanta Neptunus det ab omni parte Orbis, armenta equorum? Quam nulla lyra fratris mei Apollinis quiescat in laudibus Stilichonis cantandis? Idem Stilicho recipiat etiam nostrum favorem, quem debemus virtuti ejus. Hic labor non pesit tela, nunc hæc incrementa remaneant pharetris testis: & arcus omnes nostri abstineant à consultâ venatione: hic sanguis reservetur in circum solum. Fera capiendæ & adducendæ sunt diu cum retibus & cratibus, cede dilatâ: removete jancula avida. Simite portenta moritura in laudem Consulis Stilichonis. Cohors mea separata festinet: cursus paratur ad Syrtis mihi anhelanti: Lycaste Cretensis & Opis socia mecum veniant: lubet currere per arenas æstuosas & infœcundas. Et enim terra Mauritanorum concessit pro munere belluas aliis Consulibus: at debet huic Stilichoni belluas pro vestigali, quasi domita.

## ANNOTATIONES.

259. *Taygeti, Cynthi.* ] Taygetus est mons Laconiz, in Græciâ: Cynthus est mons Deli insulæ in mari Ægeæ.  
 260. *Ladon.* ] Fluvius Laconiz, cujus aquæ castæ dicuntur, ob pudicitiam Laconiarum, quæ hujus ripas accolunt.  
 265. *Neptunus ab orbe.* ] Neptunus dicitur author equorum, ab orbe ab omni parte orbis. Alii legunt, *donet habere*, Phrasîs Græca.  
 274. *Monstris.* ] Feris monstrosis.  
 275. *Anhelas Syrtis.* ] Non quodd Syrtis anhelæ sint, sed quodd cursus ad Syrtis, seu loca Syrtibus vicina, reddit me anhelantem. Syrtis autem sunt acervi arenarum ad Libyam, sic dictæ, ὅτι τὸ συρῆν, trahere, quod velut trahere videantur.

D D d ij



- 280 Dum nos horribiles Libyæ scrutamur alumnos,  
Europæ vos interea perquirite saltus,  
Et scopulos. positâ ludat formidine pastor,  
Securisque canat Stilichonem fistula sylvis.  
Pacet muneribus montes, qui legibus urbes.
- 285 Dixit, & extemplo frondosâ fertur ab Alpe  
Trans pelagus. cervi currum subiêre jugales,  
Quos decus esse Deæ primi sub limine cæli  
Roscida fœcundis concepit Luna cavernis.  
Par nitor intactis nivibus. frons discolor auro
- 290 Germinat, & spatio summas æquantia fagos  
Cornua ramoso surgunt procera metallo.  
Opis fræna tenet. fert retia rara Lycaste,  
Auratâque plagas: immortalésque Molossi  
Latrantes mediis circum juga nubibus ibant.
- 295 Quinque aliæ paribus (Phœbe sic jusserat) armis  
Diversâ regione ruunt; ducuntque cohortem  
Quæque suam. variæ formis & gente sequuntur  
Ingeniôque canes. illæ gravioribus aptæ  
Morsibus: hæ pedibus celeres: hæ nare sagaces;  
300 Hirsutæque fremunt Cressæ, tenuésque Lacænæ,

## INTERPRETATIO.

*Dum verò nos indagamus terribiles alumnos Libyæ leones, interim vos indagate sylvas Europæ, & rupes; pastor metu abjecto gaudeat, & tibia cantet Stilichonem, sylvis iustis. Et ille placeat montes domis, qui placuit urbes legibus, Diana sic locuta est, & statim proficiscitur ab Alpibus sylvestris trans maria. Cervi juncti trahunt currum esus, quos cervos Luna humida produxit in aditu primo cæli sub antro fertilibus, ut essent honor Divæ. Candor eorum similis est nivibus intaminatis. Frons variata vernat auro, & cornua imi-*

*tantia intervallo suo fagos excelsas, assurguntur alta metallo in speciem ramosorum. Opus moderatur habenas: Lycaste gestat retia aperta, & plagas aureas: & Molossi aterni allascentes curriebant circa currum in ipsis nubibus. Quinque alia comites in armis similibus. (sic Diana imperaverat) evolant per tractus varios, & unaquaque ducit catervam suam. Canes diversa figura & natione, & naturâ. subsequuntur: illa idoneæ sunt morsibus audacioribus: hæ veloces cursu: alia odora naribus Et Cressa Hispida latrant, & Lacænæ*

## ANNOTATIONES.

284. *Muneribus.* ] Editis spectaculis. De *Muneribus* in hoc sensu, suprà dictum est.

286. *Cervi currum subiêre.* ] Id quod fingitur ob Dianæ velocitatem in venando.

288. *Fœcunda.* ] Ex eorum opinione, qui globum Lunæ habitabilem esse, & in eo majora nasci animalia dixerunt. Hic natus esse dicitur Leo Nemeæus, qui inde in terras decidit, & ab Hercule victus est.

289. *Discolor.* ] Frons ob aurum adjun-

ctum, ostendit alium colorem quàm nativum.

291. *Ramoso.* ] Virgilius:

*Et ramosa Mycon urvæcis cornua cervi;*

293. *Immortales.* ] Quia perpetuò commitantur & comitantur Dianam.

*Molossi.* ] Canes venatici ex Molossia Epiri regione, in Græciâ.

300. *Cressæ, Lacænæ, Britannæ.* ] Canes Cretæ, Laconiz, Britanniz, quæ sunt variæ & formæ, & patriæ, & naturæ; sed

- Magnaque taurorum fracturæ colla Britannæ.  
 Dalmatiæ lucos abruptaque brachia Pindi  
 Sparsa comam Britomartis agit. tu Gallica cingis  
 Lustra, Leontodame, Germanorumque paludes  
 305 Eruis, & si quis defensus arundine Rheni  
 Vastus aper nimio dentes curvaverit ævo.  
 Nubiferas Alpes, Apenninique recessus,  
 Garganique nives Hecæerge prompta fatigat.  
 Speluncas canibus Thero rimatur Iberas,  
 310 Informesque cavis urfos detrudit ab antris,  
 Quorum sæpe Tagus manantes sanguine rictus  
 Non satiavit aquis, & quos jam frigore segnes  
 Pyrenæa tegit latebrosis frondibus ilex.  
 Cynæis Siculisque jugis venata virago  
 315 Nebrophone, cervos aliàsque in vincula cogit  
 Non sēvas pecudes, sed luxuriantis arene  
 Delicias, pompam nemorum quodcūque tremendum  
 Dentibus, aut insigne jubis, aut nobile cornu,

## INTERPRETATIO.

*graciles, & Britanna laceratæ cervices* & expellit urfos turpes ex speluncis intus.  
*crassas taurorum, Britomartis habens crines effusos excutit sylvas Dalmatia,* & quorum urforum guttura stillantia  
*& partes excelsas Pindi, Tu & Leontodame* cruore Tagus frequenter non explevit aquis  
*circumdas nemora Gallia, & scrutari paludes Germanorum,* & apros, si quis aper  
*lustras aper* magnus tectus arundinibus Rheni sinuaverit  
*rit dentes ob atatem longiorem. Hecæerge* dentes ob atatem longiorem.  
*velox vexat Alpes aërias, & latebras* Hecæerge velox vexat Alpes aërias, & latebras  
*Apennini, & glacies Gargani, Thero in-* Apennini, & glacies Gargani, Thero in-  
*dagat, cum canibus suis, antra Hispania,* dagat, cum canibus suis, antra Hispania,

## ANNOTATIONES.

omnes aut velocissimæ, aut fortissimæ.  
 Quod ad canes Britannos spectat, Symmachus vocat *Scoticos*. Mirum quiddam ex Plinio refert Lipsius de cane inusitatæ magnitudinis, quem *Indiam petenti Alexandro Magno rex Albania dono dederat*. Hic enim canis, Alexandro spectante, apros, damas, tauros, urfos contemnebat: sed objectum sibi leonem, & deinde elephantum prostravit, contudit, superavit.

301. *Dalmatia.*] Dalmatia est regio, supra sinum Adriaticum.

*Pindi,*] Pindus verò est mons Thes-

saliz.

303. *Agit.*] Ita excutit, nihil ut agendum relinquat.

304. *Paludes.*] Germania olim paludibus infesta, nunc cultissima: contra Palestina olim cultissima, hodie aspera & inculta multis in locis.

307. *Apennini, Gargani.*] Hi sunt montes Italiz.

310. *Informes urfos.*] Quorum rudis & indigesta moles esse videtur.

314. *Cynæis.*] Corsicis, à Cynæ urbe vel monte Corsicæ; de quâ supra.

- Aut rigidum setis. capitur decus omne timorque  
 320 Sylvarum. non cauta latent: non mole resistunt  
 Fortia: non volucris fugiunt perniciæ cursu.  
 Hæc laqueis innexa gemunt: hæc clausa feruntur  
 Illignis domibus. fabri nec tigna polire  
 Sufficiunt. rudibus fagis texuntur & ornis  
 325 Frondentes cavæ. ratibus pars ibat onustis  
 Per freta, per fluvios. exanguis dextera torpet  
 Remigis, & propriam metuebat navita mercem.  
 Per terram pars ducta rotis, longoque morantur  
 Ordine plaustra vias, montani plena triumphi.  
 330 Et fera sollicitis vehitur captiva juvençis,  
 Explebat quibus ante famem: quotiesque reflexi  
 Conspectere boves. pavidæ temone recedunt.  
 Jamque pererratis Libyæ flagrantibus oris,  
 Legerat eximios Phœbi germana leones,  
 335 Hesperidas qui sæpe fugant, ventoque citatis  
 Terrificant Atlantæ jubis, armentaque longè  
 Vastant Æthiopum, quorumque impune fragosa  
 Murmura pastorum nunquam venere per aures.  
 Non illos tædæ ardentes, non strata superne

INTERPRETATIO.

aut hirsutum setis: bonor omnis & formido nemorum capitur, mox fera sagaces effugiunt: non robusta obfistunt magnitudine sua: non celores elabuntur fugâ citatâ. Hæc animalia nexa funibus in-gomiscunt: hæc inclusa cæcenis ligneis apponantur: neque artifices sufficiunt ad ligna adornanda, carvæ virides contexuntur ex fagis & ornis im-politis: pars navibus oneratis, afferebatur per maria & flumina. Manus remigum trepidâ torpescunt. & nauta formidant merces suas. Pars adducitur in campum per terram, & plaustra re-

pleta spoliis montium, longâ serie impediunt itinera: & fera capta trahuntur à bobus timentibus, quibus bobus feræ illæ satiabant famem suam: & quoties boves averientes se spectaverunt, toties timidi refugiant plaustra. Et jam soror Apollinis Diana finibus ardentibus Libyæ peragratis, elegerat Leones insignes, qui frequenter fugant Hesperidas, & terrent Atlantem vilis excussis veno, & populantur latè armentâ Æthiopum, & quorum rugitus horribiles nunquam attigerunt aures pastorum sine damno. Facies accensa non deceperunt illos

ANNOTATIONES.

331. Quibus.] Non feræ devorabant hos boves à quibus trahebantur, sed eorum similes ante devoraverant.

335. Hesperidas.] Leones Libyci, Mafsyli qui fugant Hesperidas, seu Nymphas Mauritanas similes Hesperidibus.

337. Fragosa murmur.] Rugitus, qui murmur & fragorem edunt similem fragori arborum cadentium.

Impune.] Nunquam sine damno; sine

strage pecorum.

339. Non tædæ.] Sunt illa instrumenta, quibus venatores utuntur ad capiendos leones: facies, quibus eos terrent, & impellunt in foveas stratas virgultiis, quas foveas dum pro terrâ solidâ calcant, decidunt in cavum; aut venatores eos decipiunt prædâ pendente, quæ præda est sæpe hædus.

- 340 Lapsuro virgulta solo, non vocibus hædi  
Pendentis stimulata fames, non fossa fefellit.  
Ultro se volüere capi, gaudéntque videri  
Tantæ præda Deæ. respirant pascua tandem.  
Agricolæ referant jam tuta mapalia Mauri.  
345 Tum virides pardos & cætera colligit Austri  
Prodigia, immanésque simul Latonia dentes,  
Qui secti ferro in tabulas, auróque micantes,  
Inscripti rutilum cælato Consule nomen  
Per proceres & vulgus cant, stupor omnibus Indis.  
350 Plurimus ereptis elephas inglorius errat  
Dentibus. insedit nigrâ cervice gementum,  
Et fixum Dea quassat ebur, penitusque cruentis  
Stirpibus avulsis patulos exarmat hiatus.  
Ipsos quinetiam nobis miracula veller  
355 Ducere: sed pigrâ cunctari mole veretur.  
Tyrrhenas fœtus Libycos amplexa per undas  
Classica turba sonat, caudâque à puppe retorquens  
In proram jacit usque leo. vix sublevat unum

INTERPRETATIO.

leones, non ligna tecta capite deorsum ca-  
suro, non rabies excitata noto clamore  
hædi suspens, non fovea decepti. Vo-  
luerunt sponte sese comprehendere, & latan-  
tur spectari ut præda tanta Diva. Pascua  
liberantur tandem, & coloni Mauritania  
jam aperiunt casae securas. Tunc Diana  
congregat etiam pardos maculosos, & alia  
monstra plagæ meridiana. & dentes im-  
mensos elephantorum, qui incisi ferro ad  
tabellas faciendas, & fulgentes auro, ha-  
bentésque nomen splendidi Consulis de-  
picti insculptum: ferantur per primores &  
populos omnes, & sunt admiratio Indo-

rum omnium. Elephante multus inhono-  
rus vagatur, dentibus sublati sibi. Diva  
Diana sedit in collo nigrante ferarum in-  
gementium, & excutit ebur affixum, &  
hoc revulso funditus à radicibus sangui-  
neis. Spoliis ora patentia earum. Pra-  
terea Diana optaret adducere ipsos ele-  
phantos admirandos, sed timet retar-  
dare spectacula magnitudine crassa be-  
stiarum. Caterua classiorum complexa  
partus Libya ferocem per mare Thuscum re-  
onans, & leones aliqui reflectentes cau-  
dam, à puppe usque ad proram ex-  
tenduntur. Navis lenta vix portat unum

ANNOTATIONES.

341. *Pendentis.* ] Hædi ad laqueos im-  
manes suspensi, & suis vocibus leonum  
famem sollicitantis.

341. *Respirant pascua.* ] Non pascua,  
sed armenta, quæ sunt in pascuis, vel pas-  
cuorum domini, ante metu oppressi, res-  
pirant tutius liberati ab his monstis.

345. *Virides Pardos.* ] Glaucis & viri-  
dantibus maculis sparfos.

347. *Tabulas.* ] Tesseræ eburneas, qui-  
bus inscriptum Consulis nomen: vel ta-

bellas eburneas, quas Consules novi in-  
ter munuscula populo largiebantur.

349. *Stupor omnibus Indis* ] Hæ tabellæ  
tam affabræ, & factæ, & insculptæ sint,  
ut Indis ipsi opera eburnea jactantibus  
creare possint admirationem.

350. *Inglorius.* ] Elephas errat sine glo-  
riâ & honore dentium.

351. *Insedit.* ] Diana sedet in elephante,  
& avellit ebur.

Tarda ratis. fremitus stagnis auditur in imis,  
 360 Cunctaque profluit cete, terrenaque Nereus  
 Confert monstra suis & non æquare fatetur.  
 Æquora sic victor quoties per rubra Lyæus  
 Navigat, intorquet clavum Silenus, & acres  
 Affludant tonfis Satyri, taurinæque pulsū  
 365 Baccharum Bromios invitant tympana remos.  
 Transtra ligant ederæ. malum circumflua vestit  
 Pampinus. antennis illabitur ebria serpens,  
 Përque mero madidos currunt saliuntque rudentes  
 Lynces, & insolitæ mirantur carbasa tigres.

## INTERPRETATIO.

ex illis: rugitus exauditur in vadis profundis, & cete omnia prorumpunt. & Neptunus comparat portenta terrestria cum suis, & confisetur sua non adæquari illis. Ita quotiescunque Bacchus triumphator navigat per mare rubrum; Silenus regit gubernaculum, & Satyri animos, incumbunt remis, & tergora tensat boum impulsu Bacchantum adhortantur remiges Bacchi. Edera nectunt transtra: pampinus circumsparsa cingit malum: serpens vinosa implicat antennis. & Lynces volitant, & exiliunt per funes madentes vino. & vela obscuræ Tigres incognitas sibi.

## INTERPRETATIO.

357. *Sonat.*] Turba quæ regit classem, nautico clamore testatur gaudia sua: clamorem illum nauticum vocant *Celeusma*.  
 359. *Tarda ratis.*] Quasi navis onusta uno tantum leone fiat tardior: id quod indicat magnitudinem ejus portentosam.  
 363. *Silenus.*] Bacchi comites sunt Silenus, Satyri, Fauni, Bacchæ. At Silenus tamen fuit ejus altor & præceptor.  
 365. *Bromios Remos.*] Remiges Bacchi Bromii & quæ sequuntur fremere. Cujacius legit *pronos remos*, quasi proclives & sentientes se vehere Deum.  
 367. *Ebria serpens.*] Indicatur quoddam Bacchi venenum, quod mentes inficiat, hominésque reddat similes Satyris lascivis, serpentibus, lyncibus, tigribus: quod contingit ob varia in variis hominibus vini effecta.

## DE STILICHONE,

## OBSERVATIO.

**S**TILICHO mirè laudatus à Claudiano, dux certè præstantissimus, & Ruinæ Eutropique subversis, in utrôque Orientis & Occidentis Imperio potentissimus. Per viginti tres annos, Honorii exercitus duxit cum magnâ famâ, aded ut Rhadagisum vel quadringentis, vel ex Orosio ducentis Germanorum, Celtarum, & aliarum Nationum millibus stipatum, Italique minitarent, fuderit. Sed ex eodem Orosio, erat *Vandalorum imbellis, avara, perfida & dolosa gentis genere editus, parvique pendens, quod sub Imperatore imperabat.*

Hæc prava dominandi cupiditas, cum avaritiâ, & occulti cum Alarico fœderis suspitione conjuncta cum non titulo, sed re imperatorem perfundedit. Olympius apud Honorium gratiâ valens, & Stilichonis inimicus atrox & invidus, variis jam criminationibus animum Principis in eum incendit, at mortuo Arcadio, cum Stilicho obtinisset

obtinuisset potestatem petendi Orientis, ut Theodosium juniorem Arcadii filium imperatoris insignibus ornaret; Olympius persuasit Honorio id Stilichonem efflagitasse, ut occiso Theodosio juniore Eucherium filium suum ad Imperii fastigium evehret: eoque inimica perduxit consilia, ut impetratis à Principe literis Stilichonem comprehendi juberet. Hic pestis sibi imminens certior factus, intempellâ nocte Ecclesiam Ravennæ intrat, & à Præsule non prius dimissus est, quam viderentur Honorii epistolæ nihil capitale statuentes. At vix egressus erat, cum aliæ literæ allatæ sunt, quibus tristis sententia denuntiabatur.

Ergo Principum gener socerque ad mortem trahitur; cumque ejus amici, milites, domestici, servi frementes eum periculo eripere vellent, & ipsum Honorium, quod tam malè affectus esset, occidendum esse jactarent, minis & autoritate suâ eos compescuit, & morti sese obtulit generosius. Inde Honorius Olympii suâsu Thermaniam Stilichonis filiam repudiavit, Eucherium, qui Romam fugerat, occidi jussit, & omnes Stilichonis amicos omni crudelitate vexavit. Serenæ fatum luctuosum suo loco aperimus.





# CL. CLAUDIANI

## DE

### BELLO \* GETICO

### LIBER.

#### ARGUMENTUM PRÆFATIONIS.

**E**G o dicturus superatos à Stilichone Getas, post intermissam per biennium rem Poëticam, revertor ad templum Apollinis, ubi cecini Consulatum & victorias Stilichonis. Unde mihi statua ahenea à Principe, petente Senatu, data est. Hinc quod major mihi honos delatus est, eò severiores sum experturus censores. Sed fremant isti, si velint: satis gratam mihi attentionem parabit vel magnitudo belli Getici, vel Stilichonis benevolentia.

#### PRÆFATIO.

**P**OST resides annos longo velut excita somno  
 Romanis fruitur nostra Thalia choris.  
 Optatos renovant eadem mihi culmina cœtus,  
 Personar & noto Pythia vate domus.

#### INTERPRETATIO.

**M**usa nostra, quasi excitata à longo sopore, post duos annos sine latente, poritur cœtibus Romanis: eadem tibus poëta cogniti.

#### ANNOTATIONES.

- \* GETICO.]** Bellum 'Geticum, seu contra Getas, Septentrionales populos', à Stilichone gestum est contra Alaricum, Gothorum Regem, quem profligavit ad Pollentiam urbem, juxta Alpes in Italiâ. Unde bellum hoc dicitur, vel *Bellum Geticum*, vel *Pollentiacum*, vel *Victoria Stilichonis contra Alaricum*.
- 1. Resides annos.]** Duos annos quietos scilicet expertusque studii poëtici.
- 2. Thalia.]** Una ex Musis, sic dicta; δῶδ' ἢ δῶδ' ἢ, *florere*, quod Poëtarum rerumque quas canunt, gloria in dies magis ac magis efflorescat. Hic Thalia, sumitur pro Musâ, species pro genere.
- Fruitur choris.]** Nostra Musa, vel potius nos fruimur attentione cœtus Romanorum.
- 4. Pythia domus.]** Templum Apollinis, qui Pythius appellatus est, à perdo-

- 9 Consulis hic fasces cecini, Libyamque receptam.  
 Hic mihi prostratis bella canenda Getis.  
 Sed prior effigiem tribuit successus ahenam,  
 Oraque patricius nostra dicavit honos.  
 Annuit hunc princeps titulum poscente Senatu,  
 10 Respice; judicium quam grave, Musa, subis!  
 Ingenio minuit merces properata favorem.  
 Carminibus veniam præmia tanta negant:  
 Et magis intento studium cenfore laborat,

## INTERPRETATIO.

*Ricantavi fasces Consulis Stilichonis, & Libyam receptam ab eo: hic bella canenda sunt mihi, Getis superatis. At primus labor peperit mihi statuam æream; & Senatores consecraverunt honorificè simulachrum nostrum, Imperator concessit hunc honorem. S.* natu petente; considera o Musa quam magnificum testimonium sustinere debeas? Præmium maturatum subtrahis ingenio benevolentiam hominum, tantæque munera præcipiunt veniam omnem versibus. At poema nostrum experitur cenforem magis

## ANNOTATIONES.

mito serpente Pythone. Porro in hoc templo Apollinis, carmina recitabantur magnâ adstante frequentiâ. Imò & Poëmata, & Poëtarum nobiliorum imagines lauris edersive coronatæ ibi reponcebantur. Unde Persius,

*Quorum imagines lambunt hedera squaces.*

*Nota vate.* Personat cantibus vatis cogniti, seu qui jam in hoc templo sæpius auditus est.

5. *Fasces.* Consulatus insignia, de quibus supra, sumuntur pro ipso Consulatu.

7. *Prior successus.* Primus labor, qui mihi feliciter successit, ob cantatam Libyam à Stilichone receptam, Gildone profligato.

*Effigiem.* Claudiani carmen de bello Gildonico tam fausto successu probatum est, ut ipsi statuam æream, poscente Senatu, Arcadius & Honorius in foro divi Trajani erigi collocarique jufferint.

8. *Patricius.* Patricii sic dicti sunt à patribus seu Senatoribus, qui ob ætatem & prudentiam patres vocabantur: ut autem ab *Ædili* sit *Ædilitius*, *Lateri*, *Latericius*; sic à voce *Patri*, *Patricius*.

*Patricius honos.* Id est honore Patri- cio, seu à Patriciis aut Senatoribus statuam mihi poni petentibus delato, ora nostra dicata sunt, seu simulachrum oris

nostri dedicatum ac repositum est in foro Trajani.

9. *Annuit.* Concedit! Senatus decrenebat statuas viris præcellentissimis, Princeps concedebat.

*Titulum.* Statuæ honoratiores titulis ornatae sunt: statuæ communes absque his erant. Hæc autem ex Claverio fuit inscriptio, seu titulus: *Cl. Claudiano V. C. inter ceteras ingentes artes prægloriosissimo Poëtarum, licet ad memoriam sempiternam carmina ab eodem scripta sufficiant, attamen testimonii gratiâ ob judicii sui fidem D. D. N. N. Arcadius & Honorius felicissimi ac doctissimi Imperatores, Senatu petente, statuam in foro divi Trajani erigi collocarique jufferunt. Hanc statuam Pomponius Letus, avi sui Quintilianus, posedit atque in honore habuit.* Anno circiter 485.

10. *Judicium quam grave.* O Musa honorificum de te Senatus Imperatorisque judicium, tam grave est, tantique ponderis, ut non nisi magnâ cum difficultate sustineri possit.

11. *Ingenio minuit.* Præmium properatum sæpe facit, ut homines minus favorabiles sint Poëtarum ingeniis, sicque minuit eum favorem, quo illorum excipiuntur opera.

12. *Carminibus veniam.* Poëta, cui

E e e ij



Quòd legimur medio conspicimurque foro.

- 15 Materies tamen ipsa juvat, solitumque timoris  
 Dicturo magnâ sedula parte levar.  
 Nam mihi conciliat gratas impensius aures  
 Vel meritum belli, vel Stilichonis amor.

#### INTERPRETATIO.

*severum, quòd nos legimur, & videmur in foro medio. Tamen argumentum ipsum adjuvat nos, & velut officiosum minuit magnâ ex parte metum consuetum mihi* | *cantaturo. Etenim aut magnitudo belli, aut benevolentia Stilichonis parat mihi favorabilius jucundam attentionem.*

#### ANNOTATIONES.

cantus honos contigit, opus componere tenetur omni ex parte perfectum: quia nulla deinceps venia speranda est.

14. *Legimur.* ] Eò severiores censores experiemur, quòd legamur, hoc est, quòd statum nobis erectæ titulus gloriosus legatur in medio foro.

15. *Solitumque timoris.* ] Phrasia Græ-

ca, id est, *timorem solitum.*

16. *Sedula.* ] Esset profectò quod timerem, sed argumentum ipsum promptum & facile, ac velut sedulum & officiosum, timorem magnâ ex parte dilucit.

18. *Meritum belli.* ] Magnitudo belli Getici, quo parato, de urbe Romanâ Stilicho, tam bene meritus est.

#### ARGUMENTVM LIBRI.

**S**TILICHO Getarum victor, defensor Reip. gloriosior est, quàm qui navem Argo servavit; quàm qui Harpyias, segetem armatam, Dracones, Tauròsque ignivomos aut pepulerunt, aut domuerunt.

Nam ille restituit imperium, leges, vitam, bona, Romam ipsam, quæ hoc freta despectat & ignes hostium, & Jovis instar, ipsos gigantes; quæ videt Getam fugientem, captivum, desertum: huic par-citur quia decorum, quia vitanda hostium desperatio, & pugna proxima, exemplo Curii Pyrrhum fugantis. Hunc Curium, imo & Marcellum, & Fabium, & Scipionem superat Stilicho, qui Getas Spar-taco ferociore vincit.

Cujus cladis dulcior memoria, quia magnum periculum, quod etiam augebatur famâ, variisque prodigiis.

Unus erat Stilicho qui erigeret desperantes, & verbis & virtute fugientes retineret, & ad defensionem excitaret.

Pòst Rhœtiam petit, commotam placat, terrètque Germaniam. Ejus adventu reviviscunt urbes, accurrunt legiones: pavet Alaricus: quen-dam tamen fugere suadentem irridet, aciemque instruit. Stilichoni hortanti parent omnes, etiam Alani, pro Romanis mori gloriantes. Pugnatur acriter: vincitur Alaricus ad Pollentiam, quæ non minus in-signis est clade Getarum, quàm fuerat antè clade Cimbrorum.

## CARMEN XXVI.

**I**N TACTI cū claustra freti coeuntibus æquor  
 Armatum scopulis audax irrumperet Argo,  
 Æetam Colchósque petens; propiore periclo  
 Omnibus attonitis solus post Numina Tiphys  
 5 Incolumen tenui damno servasse carinam  
 Fertur, & ancipitem montis vitasse ruinam;  
 Deceptoque vagæ concursu rupis in altum  
 Victtricem duxisse ratem. stupuere superba  
 Arte viri domitæ Symplegades; & nova passæ  
 10 Jura soli, cunctis faciles, jam puppibus hærent;

## INTERPRETATIO.

**C**um Argo navis imparvida, iens ad  
 Æetam, & Colchidem, infringeres re-  
 pagula maris inaccessi, & freta horrentia  
 rupibus concurrentibus: cunctis obstupefa-  
 ctis discrimine viciniore, Tiphys unus di-  
 citur post Deos liberasse navem salvam cum  
 levi detrimento, atque effugisse casum pe-  
 riculosum saxorum, & deduxisse in mare  
 superius navem triumphantem eluso consti-  
 tu saxi errantis, Symplegades alta viscæ  
 industria hominis obstupuere; & ferentes  
 imperium recens terra, postquam didicerunt

## ANNOTATIONES.

1. **INTACTI.** ] Maris, quod nulla na-  
 vis adhuc tetigerat. Primus enim Jason  
 navigavit; vel potius Sidon urbis Sidonis  
 conditor, & Noemi pronepos. Alii Phœ-  
 nicibus, alii Egyptiis tribuunt artem na-  
 vigandi.

**Claustra irrumperet.** ] Infringeret, ir-  
 rueret, velut obices & repagula maris,  
 quod clausum hætenus remanserat. Nam  
 prima navium Argo mare intrasse dicitur.

**Coëuntibus scopulis.** ] Fabulis Poëta-  
 rum decantatæ sunt Symplegades, seu ru-  
 pes Cyanæ; sic dictæ à præf. med. συμ-  
 πλωγᾶ verbi συμπλήνω, *cancurro*, seu  
 ἀπὸ τοῦ κυνός, à *cane*, quodd canum in-  
 star in sese irruere, atque concurrere di-  
 cerentur. Hæ rupes sitæ sunt in Ostio Pon-  
 ti Euxini: nata fabula est, quodd ex ad-  
 verso intransibibus geminæ rupes cerne-  
 rentur, paululum verò deflexâ nave, una  
 tantum appareret; sicque ambæ concur-  
 risse putarentur; vel quodd navigantibus  
 non navis, sed rupes & arbores moveri  
 videantur.

2. **Argo.** ] Navis Argonautarum, quæ  
 varia pericula subiit & superavit; hujus

fragmenta, Domitiani temporibus, ve-  
 lut religiosa, Romæ servabantur, ut auctor  
 est Martialis:

*Sanctior est totâ parva tabella rate.*

3. **Æetam.** ] Regem Colchidis: alii le-  
 gunt, *Æeam*, quæ est ipsa Colchis, re-  
 gio scilicet ad Pontum Euxinum.

**Propiore periclo.** ] 'Saxis sese jam ad  
 collisionem attollentibus.

4. **Post Numina** ] Post Junonem & Mi-  
 nervam, quæ navis Argus Deæ tutelares  
 erant.

**Tiphys.** ] Peritissimus navis gubernator;  
 sic Orpheus illum vocat, *κωκυτῆτι τῷ  
 Τίφῳ*, *Gubernatorem Typhin.*

5. **Tenui damno.** ] Extremâ puppis parte  
 concursu rupium elisâ: id quod emissâ  
 prius columbâ, & caudæ partem amit-  
 tente futurum dignoscebatur.

6. **Montis.** ] Saxorum, quæ montis in-  
 star in sese invicem ruere videbantur.

7. **Decepto.** ] Eluso saxorum jam jam  
 ruere minitantium conflictu.

8. **Superba Symplegades.** ] Altæ & velut  
 superbo supercilio cœlum affectantes.

9. **Nova jura soli.** ] Ferentes novum

E E c iij

- Ut vinci didicere semel. quod si ardua Tiphyn  
 Navis ob innocuae meritum sic gloria vexit;  
 Quae tibi pro tanti pulso discrimine regni  
 Sufficiant laudes, Stilicho? licet omnia vates  
 15 In majus celebrata ferant, ipsamque secandis  
 Argois trabibus jactent sudasse Minervam;  
 Nec nemoris tantum junxisse carentia sensu  
 Robora, sed caeso Tmarii Jovis augure luco,  
 Arbore praesaga tabulas animasse loquaces.  
 20 Plurima sed quamvis variis miracula monstis  
 Ingeminant teneras vincituro carmine mentes,  
 Harpyiasque truces, insopitisque refusum  
 Tractibus aurati custodem velleris anguem.

## INTERPRETATIO.

*semel domari, nunc favorabiles omnibus navibus harescunt. Quod si fama ingens extulit Typhim propter honorem navis illae: qua gloria, o Stilicho, satis eris tibi pro expulso periculo tanti imperii? Quamvis Poeta extollant omnia aucta in majus, & venditent Palladem ipsam laborasse in scindendis tabulis Argois, & non solum com-*

*junxisse ligna sylvarum expertia sensu, sed etiam animasse trabes vocales, arboribus fatidicis, scissis Jovis Tmarii sylvam vaticinante. At quamquam poetae referunt portentis diversis multa prodigia, versibus demulcentibus animos rudiores, & dicunt harpyias crudeles, & draconem custodem velleris aurei, porrectum spiritus vigilantibus,*

## ANNOTATIONES.

imperium terrae, cui deinceps adherere debebant. Nam antè rupes illae erant mobiles, & soli seu terrae jura nesciebant: sed in factis erat, ut statim atque navis aliqua transisset, solo deinceps, ut rupes aëterae figerentur. Valerius Flaccus:

*Tum freta, quae longis fuerant imper-  
 via seclis.*

*Ad subitam stupore ratem.*

12. *Navis ab innocua meritum.*] Propter industrian adhibitam in servandâ nave illâ, quo facto de Argonautis tam bene meritum est Tiphys. Quasi diceret Poeta; si Tiphys ob navim contra Symplegadas servatam tantum laudatus est, quis satis laudet Stilichonem, ob navim Reip. conservatam contra cruentas Getarum tempestates.

16. *Minervam.*] Quae rexendae Argo navi praefecta erat. Unde dicitur *Palladia puppis*, ut facta à Pallade in usum Jasonis, vel, ex Scholiaste Arati, in usum Danaï fratrem Aegyptum fugientis.

18. *Tmarii.*] Tomarus vel Tmarus est mons Dodonae sylvae in Epirò Graeciae re-

gione. In hac sylvâ columbae Aegypto profugae, querculusque fatidicæ responsa dicebantur: hinc dicitur *Jupiter Tmarius in Dodonâ*, Τῷ Τῷ Ζεὺς ἐν Δωδωνῇ. Hesychius.

*Augure luco.*] Luco Jovis, qui vaticinabatur, sicque augur, fatidicus, loquax, praesagusque dicitur: id quod factum est à Poëtis, quod Sacerdotes ad fovendam populorum superstitionem in his arboribus latentes certis temporibus, velut numina consulentibus responderent.

22. *Harpyias.*] Gloriosius est Getas eadem sitientes ab Italiâ avertere, quam Harpyias mensâ unâ excludere: Harpyiae autem sic dictae sunt διὰ τὴν ἀγνίαν, à rapiendo. Monstra haec volucrum, quae auribus urinis, corpore vulturino, vultu virgineo, manibus uncis, & turpi ventris proluvie deformes, immundo contactu omnia foedare solebant.

24. *Anguem.*] Qui perpetuò vigilans custodiebat vellus aureum, quique artibus Medeam à Jasonem sopitus est. Per vellus

- Et juga taurorum rapidis ambusta favillis,  
 25 Et virides galeis fulcos, fœtâsque novales  
 Martis, & in segetem crescentis semina belli:  
 Nil veris æquale dabunt. prohibere rapaces  
 Scilicet Harpyias, unâque excludere mensâ  
 Nobilior titulus, quam tot potuisse paratas  
 30 In Latii prædam Geticas avertere fauces?  
 Anne ego terrigenas potiùs mirabor in ipso  
 Procubuisse satis, vitæ quibus attulit idem  
 Principium finemque dies, quàm cæsa Getarum  
 Agmina, quos tantis aluit Bellona tropæis,  
 35 Totâque sub galeis Mavortia canuit ætas?  
 Per te namque unum mediis exuta tenebris  
 Imperio sua forma redit, claustrisque solutæ  
 Tristibus exangues audent procedere leges.

## INTERPRETATIO.

Et juga taurorum circumfusa ignibus violentis, fulcosque viridantes scutis, campisque fecundos pugna, & semina belli surgentia in messem; nihil afferant simile verisati. Nimirum an major laus est avertere Harpyias pradatrices, & expellere eas mensâ unâ, quàm potuisse arcere tot guttura Getica sitientia sanguinem Italia? An ego justius admirabor terrigenas ceci-

disse in ipsâ segete, quibus dies idem dedit initium vitæ & exitum, quàm prostratos exercitus Getarum, quos Bellona nutrit vitæ victoriis tantis, & quorum vitæ tota Martia consenuit sub scutis? Etenim, & Stilicho, summi splendor purgatus densâ caligine à te uno restituitur regno; & leges semianimes liberata à mœsto carcere audent egredi.

## ANNOTATIONES.

æreum alii virtutem, alii doctrinam, alii divitias Theſſaliæ in Colchidem portatas à Phryxo, & à Jasone reportatas intellexerunt.

24. *Taurorum.*] Qui flammâs naribus evomebant, quique pariter domiti sunt à Jasone, beneficio Medæ. Per anguem, vigilem, taurôsque indomitos, vel divitiarum custodes acerrimos à Jasone victos, vel iram, libidinem & alias animi pestes virtutis & doctrinæ beneficio vinci solitas intellige.

25. *Virides galeis.*] Jaso scilicet victo Draconi velleri custodi, consilio Medæ dentes avulsit, còsque sementis instar, sparsit in campum, inde nata seges hominum armatorum, qui sese invicem occiderunt. Nata fabula est, quod Regis, nomine Draconis, filii discordiâ immanis turbati, sese pessumdederunt.

28. *Mensâ.*] Harpyiæ Phineum Arcædiæ, vel Thraciæ, vel Paphlagoniæ Regem exæcatis novercali consilio propriis libenis reum, ideoque ipsum à Diis exæcatum invaserant; & mensam ejus cibisque fœdo contactu sordassent, sed Calais & Zethes Boreæ filii alati, ab eo humaniter excepti, eas ad Plotas, seu Srophades insulas abegerunt.

31. *Terrigenas.*] Nationes natas ex terrâ armatas.

33. *Getarum.*] Getæ, qui & Gothi dicti sunt: sed Claudianus maluit dicere *Getas*, quod hæc vox magis placebat ob antiquitatem. Getas autem instar segetis armatarum exurgentes vicit Stilicho gloriosius, quàm si vicisset terrigenas.

35. *Canuit.*] Getæ, qui canitiem galeis premebant, & usque ad senectutem in armorum tractatione versabantur.

- Jámque potestates priscus discriminat ordo  
 40 Justitiæ, quas antè pares effecerat unâ  
 Nube timor. tua nos urgenti dextera letho  
 Eripuit, rectisque suis redduntur & agris  
 Dammati fato populi, virtute renati.  
 Jam non in pecorum morem formidine clausi  
 45 Prospicimus sævos campis ardentibus ignes:  
 Alta nec incertis metimur flumina votis  
 Excidio latura moram: non poscimus amnes  
 Undosam servare fidem, nubésque fugaces,  
 Aut conjuratum querimur splendere serenum.  
 50 Ipsa quoque internis furiis exercita plebis  
 Securas jam Roma levat tranquillior arces.  
 Surge, precor, veneranda parens, & certa secundis  
 Fide Deis, humilémque metum depone senectæ,  
 Urbs æquæva polo: tum demum ferrea sumet

## INTERPRETATIO.

*Et jam antiquus ordo justitiæ distinguit magistratus, quos formido prius reddiderat aequales in eadem confusione. Manu tua nos liberavit à morte imminenti, & gentes condemnata fato, resurgentes tuâ fortitudine remittuntur in domos & campos suos. Nos jam non inclusi metu, instar gregis, videmus flammam immisisse in agris flagrantibus: neque exploramus desideris dubiis fluvios profundas allaturos retardationem ruina*

*nostræ: non precamur fluvios: ut custodiant fidem aquarum, & non conquerimur nimis fugientes, aut elucere serenitatem conspirantem cum hostibus. Roma etiam ipsa vexata furoribus domesticis populi, nunc placidior attollit turres suas. O Roma, mater venerabilis, exurge, queso, & jam securæ confide Deus faventibus. & abjice timorem abjecti senectutis, tu quæ es urbs æquæva diuturnitatæ Cæli, Læchæsi inexorabilissimæ*

## ANNOTATIONES.

41. *Nube.* ] In eadem turbâ, in eadem caligine, eadem confusione, quibus imperium infestabatur.  
 43. *Dammati fato.* ] Populi infelicitè & fato volente dammati ad ferendas Getarum cædes & rapinas.  
 44. *Formidine.* ] Jam non timemus ignes hostiles.  
 46. *Metimur.* ] Exploramus taciti, an satis profundi sint fluvii ad impediendum accendúmque hostem; tacitque vota facimus, ut fluvii illi sint insuperabiles.  
 48. *Undosam fidem.* ] Non precamur, ut flumina nos undis suis fideliter custodiant, liberéntque ab hostibus.  
 49. *Conjuratum.* ] Non querimur, quòd nubes fugiant, ut antè, quòd ludum conspirer in gratiam hostium, qui nos sereno tempore faciliùs expugnare possunt.  
 52. *Parens.* ] Tot Heroùm, Virorúmque illustrium mater erigitur ad ponendam in fortunâ meliorem fiduciam.  
 53. *Senectæ.* ] Ut hominum, ita & imperiorum suæ sunt ætates. Imperium Romanum sub Romulo crevit, puerorum instar; sub aliis Regibus adolevit; sub Consulibus plenum robur attingit, ac sub Arcadio & Honorio ignavis Imperatoribus consenuisse & interitui proximum esse videbatur: id quod accidit.  
 54. *Æquæva polo.* ] Claudianus malè auguratus est, Romam æqualem futuram esse Cælo, nam post obitum Stilichonis, capta & miserè direpta est ab Alarico Gothorum Rege, coactis antè matribus suos devorare liberos per famem: & deinde iis flagellatis, quòd opes negarent. S. Hieronymus: *Illustris femina domum victor ingressus, cum defossas opes vili excusaret tunicâ, fustibus & flagellis eam cecidit.*

- 55 Jus in te Lachesis, cum sic mutaverit axem  
 Fœderibus natura novis, ut flumine verso  
 Irriget Ægyptum Tanais, Mæotida Nilus,  
 Euris ab occasu, Zephyrus se prodat ab Indis,  
 Caucasisque jugis calido nigrantibus Austro,  
 60 Gætulas Aquilo glacie constringat arenas.  
 Fatales hucusque manus, crebrisque notatæ  
 Prodigiiis abiëre minæ: nec sidera pacem  
 Semper habent, ipsumque Jovem turbante Typhæo;  
 Si fas est, tremuisse ferunt, cum brachia centum  
 65 Montibus armaret totidem, spiramque retorquens  
 Lamberet attonitas erectis anguibus Arctos.  
 Quid mirum, si regna labor mortalia vexat?  
 Cum gemini fratres, genuit quos asper Aloëus,

## INTERPRETATIO.

demum capiet potestatem in te, cum natura ita inverterit mundum, ordine novo, ut Tanais, fluvio mutato, alluat Ægyptum; ut Nilus alluat paludem Mæotidem; ut Euris surgat ab Occidente. Favonius ab Indiâ, & culminibus Caucasus turbatis Noto ardenti, Boreas condenset gelu arenas Libycas. Hæcenus petitiones funesta hostium, & minationes prædicta monstris frequentibus evanuerunt. Neque verò Astra fruuntur quiete perpetuâ. & aiunt Jovem ipsum, si liceat dicere, tremuisse. Typhæo lacescente, cum vibraret motes centum, manibus totidem, & reflectens tractus serpentum suorum sese erigentium, tangeret Ursum obstupefactas. Quid admirabile est, si adversitas turbat imperia humana? Cum fratres gemelli, quos Aloëus

## ANNOTATIONES.

55. *Lachesis.*] Una Parcarum, de quâ alibi.

57. *Tanais.*] Vulgo *Don*, separans Europam ab Asiâ, & influens in paludem Mæotidem, supra Pontum Euxinum.

58. *Euris.*] Ventus est flans ab Oriente: Zephyrus ab Occidente.

59. *Caucasis.*] A Caucaſo, qui mons est patentissimus versus Septentrionem: separans Scythiam ab Indiâ.

*Nigrantibus.*] Turbatis pluvîâ nigranti immisâ ab Austro vento meridiano, qui calidus est, humidus, & pluvius.

60. *Gætulas.*] Gætulia Libyæ regio est calida & arenosa.

62. *Prodigiis.*] Quæ in hoc libro postea describentur.

65. *Typhæo.*] Hic unus ex Gigantibus, qui bellum intulit Jovi, qui regnare non potuit, nisi illis profligatis, Lucanus;

magnæque æterna parantur

Regna Deis, Cælumque suo servire Tonanti

Nonnisiavorum potuit post bella gigantum.

64. *Si fas est.*] Si ita loqui decet, ne res humanas cum divinis componere impietatis esse videatur.

*Brachia centum.*] Hic quoque fingitur Centimanus, ut Briareus, & apud Horatium: *Centimanus Gygas*, vel *Gyges*.

65. *Spiramque.*] Spira est tractus ille, seu volumen sinuosum, quo serpens graditur; Gigantes autem *ἑκαχότωντες*, *anguipedes* esse dicebantur; quod obliquis & tortuosis modis omnia agerent, serpentumque malitiam atque crudelitatem imitarentur.

66. *Arctos.*] Signa Cœlestia, majorem scilicet & minorem Ursam, de quibus supra fusiùs egimus.

FFf

- Martem subdiderint vinculis, & in astra negatas  
 70 Tentarint munire vias, steteritque revulsis  
 Penè tribus scopulis cælesti machina bello.  
 Sed caret eventu nimius furor. improba nunquam  
 Spes lætata diu: nec pervenère juventæ  
 Robur Aloïdæ dum vellere Pelion Otus  
 75 Nititur, occubuit Phæbo, moriensque Ephialtes  
 In latus obliquam projecit languidus Ossam.  
 Adspice, Roma, tuum jam vertice celsior hostem:  
 Adspice quàm rarum referens inglorius agmen  
 Italiâ detrusus eat, quantùmque priori  
 80 Dissimilis, qui cuncta sibi cessura ruenti  
 Pollicitus, patrii numen juraverat Istri,  
 Non nisi calcatis loricam ponere Rostris.

## INTERPRETATIO.

ferox generavit, oneraverint Martem ca-  
 tenis, & conati sint ipsi obstruere iter in-  
 terclusum ad cælum; & moles Mundi  
 ferè constitit pugnâ cælesti Gigantum,  
 avulsis tribus rupibus. At nimia insania  
 non habet exitum: spes mala nunquam  
 fuit diu hilaris; neque Aloïdæ attigerunt  
 vim juventutis. Otus dum conatur vel-  
 lere Pelion montem, occisus est ab Apolli-

ne, & Ephialtes cadens abiecit debilis  
 Ossam transversam in latus. O Roma vide  
 tuum hostem, alior jam toto capite: vide,  
 quàm paucas reducens surmas ignominiosè  
 abeat depulsus Italiâ: & quantùm discre-  
 pans à se prius veniente, qui promittens om-  
 nia concessura sibi irrumpenti, juraverat  
 per numen Danubii patrii, se non depositu-  
 rum esse thoracem, nisi prius Româ eversâ.

## ANNOTATIONES.

68. Aloëus.] Aluit Otum & Ephialten  
 ex conjugè Iphimediâ, quæ à Neptuno  
 violata peperit hos filios, qui novem di-  
 gitis unoquoque mense crescentes, vel  
 per novem annos novem cubitorum aut  
 ulnarum mensuram implentes, porten-  
 tosz proceritatis erant; hinc ab Homero  
 dicuntur ἐναμίνας & ἐνέορχοι. nam  
 ἐνεία novem: πῦχος cubitus: ὀργυσία ulna.  
 Hi tanto robore feroces bellum Diis in-  
 tulerunt; Martem ceperunt; sed ipsi mox  
 perierunt: asper Aloëus autem dicitur,  
 quia ex Lucano;

*Impius hanc prolem superis immisit  
 Aloëus.*

70. Steterit.] Machina Cœli interrup-  
 to illo perpetuo motu, vibratis in Cœ-  
 lum tribus montibus saxosis.

71. Cælesti bello.] Quod contra Cœ-  
 lum à gigantibus movebatur.

72. Caret eventu.] Vis consilii experta  
 mole ruit suâ. Horatius: μῆτις γὰρ οὐ

Θεὸς τὸν βίαιον, Deus odim vim. Euri-  
 pides.

73. Spes.] Qui malas spes in corde fo-  
 vet, non diu lætatur.

Robur pervenère.] Non pervenère ad  
 robur juventæ Aloëidæ, seu illi gigantes  
 qui Aloei credebantur filii; novem enim  
 tantum annos attigerunt. Unde & dicun-  
 tur ab Homero, ἐνέωροι, ἐνεία novem:  
 ἄρα, annus, tempus.

74. Pelion, Ossam.] Sunt montes The-  
 saliz.

77. Vertice celsior.] Altior toto capite,  
 vel sublimior ex collibus aspice.

78. Rarum agmen.] Milites paucos,  
 eosque dispersos ac palantes.

81. Juraverat.] More gentium, quæ  
 Danubium accolunt.

84. Non nisi calcatis Rostris.] Juraverat  
 se non depositurum arma, nisi prius Ro-  
 mam intrasset, Senatûmque & forum  
 seu Rostra calcaasset. Rostra erant locus

- O rerum fatique vices! qui sœda parabat  
 Romanas ad supra nurus, sua pignora vidit  
 85 Conjugibus permista trahi. qui mente profundâ  
 Hauserat Urbis opes, ultro victoribus ipse  
 Præda fuit. nostri quondam qui militis auro  
 Aggressus tentare fidem, desertus ab omni  
 Gente sua manibûsque redit truncatus & armis.  
 90 Hoc quoque quod veniam lethi valuere mereri,  
 Si positis pendas odiis, ignoscere pulcrum  
 Jam misero, pœnæque genus vidisse precantem.  
 Quæ vindicta prior, quàm cum formido superbos  
 Flectit, & assuetum spoliis affligit egestas?  
 95 Sed magis ex aliis fluxit clementia caussis,  
 Consulitur dum, Roma, tibi tua cura coëgit  
 Inclusis aperire fugam, ne pejor in arcto  
 Sæviret rabies venturæ conscia mortis.  
 Nec tanti nomen stirpémque abolere Getarum,

## INTERPRETATIO.

O vicissitudinem rerum & fati! qui spe  
 preparabat uxores Romanorum ad tur-  
 pia supra, aspexit liberos suos raptari  
 mixtos cum uxoribus suis: qui devo-  
 raverat animo avido divitias Roma,  
 ipse sponte fuit præda victoris; qui aliàs  
 conatus erat corrumpere pecuniâ fidelita-  
 tem copiarum nostrarum, derelictus ab  
 omni sua gente, reuertitur spoliatus mi-  
 litibus & armis. Si irâ depositâ, hoc pari-  
 ter examinas, quod barbari potuerint  
 obtinere veniam mortis, gloriosum est  
 jam parcere afflictis, & species est si  
 plicis aspexisse rogantem. Quæ ultio n.  
 jor est quàm cum timor dimittit b.  
 baros tumentes, & cum paupertas i.  
 primit hostem assuescunt rapinis.  
 indulgentia provenit potius ex al.  
 rationibus, dum providetur tibi, & R.  
 ma: amor tuus impulit dare effugium  
 clausis, ne furor, prævicens mortem,  
 impendentem arderet violentior in an-  
 gustiis. Neque hoc fuit tantæ momenti,  
 extinguere nomen & gentem Getarum.

## ANNOTATIONES.

publicus in foro, ubi appensa erant na-  
 vium in bello captarum Rostra. Ideo vo-  
 cabantur Rostra.  
 84. *Sua pignora.*] Liberos, qui pignora  
 sunt amicitiae conjugalæ, vidit captivos  
 trahi, cum conjugibus; adeo ut horum  
 greges singulis aureis venderentur.  
 85. *Mente profundâ.*] Animo avidissi-  
 mo, & gurgitis instar, omnia devorante.  
 89. *Manibus truncatus.*] Spoliatus parte  
 militum, quæ sunt Ducum manus.  
*Armis.*] Spoliatus armis, seu instru-  
 mento, apparatus bellico.  
 90. *Veniam lethi.*] Si consideres, cur  
 meriti sint veniam lethi, id est meriti sint  
 salutem, veniamque ac potestatem effu-  
 giendæ mortis.  
 96. *Tua cura.*] Cura de te concepta  
 efficit, ut Getis permitteretur fugiendi  
 potestas, ne in desperationem verteren-  
 tur. Id quod observant sapientissimi qui-  
 que Duces. Notum adagium, *fugienti  
 pons aureus.* Et Scipionis laudata senten-  
 tia est, *viam hostibus, quâ fugiant, mu-  
 niendam.* Vegetius. Id etiam Pyrrhus  
 censebat ex Frontino. Nam *clausis*, ex  
*desperatione crescit audacia*, & cum spei  
 nihil est, sumit arma formido. Vegetius.  
 97. *Pejor in arcto rabies.*] Rabies ho-  
 stium inclusorum erumpit violentius.

FFF ij



- 100 Ut propius peterere, fuit. procul arceat altus  
 Jupiter, ut delubra Numæ, sedemque Quirini  
 Barbaries oculis saltem temerare profanis  
 Possit, & arcanum tanti deprendere regni.  
 Quanquam, si veterum certamina rite recordor,  
 105 Tunc etiam, pulcrâ cum libertate vigerent,  
 Et proprio latè florent milite Patres,  
 Semper ab his famæ petière insignia bellis,  
 Quæ diversa procul tutò trans æquora vires  
 Exercere dabant. currus regumque catervæ  
 110 Inter abundantis fati ludibria ductæ.  
 At verò Italiam quoties circumsterit atrox  
 Tempesta, ipsumque caput læsura pependit;  
 Non illis vani ratio ventosa favoris,  
 Sed graviter spectata salus: ductorque placebat,

## I N T E R P R E T A T I O.

ut laceffereris propius. Jupiter excelsus  
 avertat longè, ut barbaries queat violare  
 saltem visu impio templum Numa Pom-  
 pilii, & domicilium Romuli, ac cognos-  
 cere secreta tanti imperii. Tamen si bene  
 memini, bella antiquorum, tunc quoque  
 cum Senatores valeret libertate gloriosa,  
 & undique abundarent militibus indige-  
 nis, semper quasiverant decus gloria ex

his praliis, qua prælia longè distantia per-  
 mittebant experiri animos suos securè ultra  
 maria. Currus & turba Regum conductæ  
 sunt inter ludibria felicitatis affluentis.  
 Sed quotiescumque belli procella horribilis  
 circumdedit Italiam: & suspendi visa  
 est, oppressura caput ipsum: non ipsis ha-  
 bita est vana ratio fama levis, sed salus  
 sapienter considerata est, & dux eligebatur.

## A N N O T A T I O N E S.

100. *Procul arceat.* ] Non diu arcuit  
 Juppiter: non multò post scriptum à Clau-  
 dianò hoc carmen Roma vastata est, ut  
 diximus.

101. *Sedemque Quirini.* ] Romuli, qui  
 in Cœlo Quirinus appellatur. Sedes autem  
 Quirini seu Romuli domicilium, est ipsa  
 Roma.

102. *Temerare.* ] Quasi Barbari etiam  
 violarent oculis, id quod aspexissent; quod  
 dicebant ob eorum feritatem atque im-  
 pietatem.

103. *Arcanum.* ] Penetralia, sacra quæ-  
 dam deposita, quibus imperii salus con-  
 tineretur, quale erat *Palladium* Trojæ;  
*Ancilia*, & *ignis Veste* in urbe Romanâ.  
 Quibus visis admiratio & majestas urbis  
 Principis imminuatur.

106. *Proprio florent milite.* ] Cum Se-  
 natores florent, id est haberent Rem-  
 pub. florentem, &, arboris florentis in-  
 star, abundantem flore quodam ac de-  
 lectu militum priorum, non verò mer-

cede conductorum.

108. *Tutò.* ] Sine patriæ periculo.

109. *Regumque catervæ.* ] Alii legunt  
*catena*; sicque *currus & catena*, sunt *cur-  
 rus catenati*, vel currus Regum catenis  
 onustorum.

110. *Abundantis ludibria.* ] Id est cur-  
 rus captivi ducebantur velut quædam or-  
 namenta pompæ triumphalis, velutque  
 ludibria quædam fortunæ abundantis, quâ  
 scilicet Respub. carere potuisset sine de-  
 trimento.

112. *Pependit.* ] Instar nubis alicujus  
 suspensæ, aut potius fulminis hominum  
 cervicibus impendentis.

113. *Non illis vani.* ] Cum periculosum  
 patriæ bellum incubabat, Romani vete-  
 res nullam habuerunt rationem famæ le-  
 vis, quam adepturus erat ille, qui for-  
 titer pugnaret, sed consuluerunt uni pa-  
 triæ saluti, ducemque elegerunt, qui non-  
 nisi gravibus de causis committendo in  
 Italiâ prælio se exponeret.

- 115 Non qui præcipiti traheret simul omnia casu,  
Sed qui maturo vel læta vel aspera rerum  
Consilio momenta regens, nec tristibus impar,  
Nec pro successu nimius, spatiumque morandi,  
Vincendique modum mutatis nosset habenis.
- 120 Cautius ingentes morbos, & proxima cordi  
Ulceræ Pæoniæ tractat solertia curæ,  
Parcendoque secat, ferro ne largius acto  
Irrevocandus eat sectis vitalibus error.  
Sublimi certè Curium canit ore vetustas,
- 125 Æaciden Italo pepulit qui littore Pyrrhum.  
Nec magis insignis Pauli Mariique triumphus,  
Qui captos niveis reges egère quadrigis.  
Plus fuga laudatur Pyrrhi quàm vincla Jugurthæ.

## INTERPRETATIO.

non ille qui unâ raperet cuncta impetu temerario, at ille, qui providâ sapientiâ ducens circumstantias rerum aut prosperas, aut adversas; neque cedens adversitati, neque exultans prosperitate, cognosceret commutatis imperiis tempus cunctandi, & rationem superandi. Industria manus Pæonia curat prudentius morbos periculosos, & ulceræ vicina cordi, & secat tantum parcendo, ne gladio impulsio latius, vitium immedicabile penetret, præcordiis amputatis. Antiquitas quidem prædicat alto ore Curium, qui expulsi Pyrrhum Æaciden ex ripis Italia, & non est magis illustre trophæum Pauli atque Marii, qui duxerunt in curru ab equis albis tracto Reges captivos. Expulso Pyrrhi magis celebratur, quàm captivitas Jugurtha

## ANNOTATIONES.

117. *Momenta.*] Vel minima puncta, seu levissimos quosque motus fortunæ prosperæ aut adversæ in sapientiam vertens.

118. *Nec pro successu nimius.*] Nimis elatus, ut Minutius felix, qui victoriæ consultò oblatæ successu exultans, spe palmæ majoris lacebatur Annibalem, a quo deletus fuisset, nisi à Fabio Maximo fuisset adjutus.

*Spatium morandi.*] Id scire debet dux optimus, talis Fabius Maximus, *Unus qui nobis cunctando restituit rem.* Virgilius. Et Augustus ex Suetonio dixit, *Prælium aut bellum nunquam suscipiendum, nisi cum major emolumenti spes, quàm damni metus ostenderetur.*

119. *Mutatis nosset habenis.*] Qui vel levi flexu equorum sciret vincere, vel imitaretur factum ducis illius Romani, qui detractis habenis irruit in hostes, eosque devicit.

121. *Pæonia.*] Pæoniæ solertia curæ, id est industria manûs medici optimi, De

Pæone optimo Medico supra.

122. *Parcendoque secat.*] Ita tum secat optimus medicus, ut parcat; ita parcit, ut tamen secet aliquid.

123. *Error.*] Medicus autem parcit ac velut perstringit præcordiorum ulceræ, ne ferro altius latiusque adacto, error seu culpa committatur, quæ revocari nequeat, cuique remedium nullum adhiberi possit; quia sectæ sunt partes vitales, seu partes ad vitam fovendam necessariæ.

124. *Curium.*] Civem Romanum admirandæ, & frugalitatis, & fortitudinis, qui Pyrrhum ab Æaco oriundum ex Italiâ pepulit: quique ideo plus laudatur, quàm Paulus & Marius, qui captivos Reges in Italiam adduxerunt.

126. *Pauli.*] Pauli currum Rex Macedoniæ potentissimus quondam & nobilissimus Perſes cohonestavit. Cicero,

*Marii.*] Qui Jugurtham Numidarum Africæ populorum tyrannum in triumpho duxit,

- Et quamvis geminâ fessum jam clade fugarit,  
 130 Post Decii lituos, & nulli pervia culpæ  
 Pectora Fabricii donis invicta vel armis,  
 Plena datur Curio pulsi victoria Pyrrhi.  
 Quantò majus opus solo Stilichone peractum  
 Cernimus! hic validam gentem, quam dura nivolis  
 135 Educat Urfa plagis, non Chaonas atque Molossos,  
 Quos Epirus alit, nec Dodonæa subegit  
 Agmina, fatidicam frustra jactantia quercum.  
 Primus fulmineum lento luctamine Pœnum  
 Compressit Fabius. campo post ausus aperto  
 140 Marcellus vinci docuit. sed tertia virtus  
 Scipiadæ Latiis tandem deterruit oris.

## INTERPRETATIO.

*Et quamvis Curio expulerit Pyrrhum fatigatum jam strage duplici, post pugnam Decii, & post animum Fabricii, nulli obnoxium vitio, & insuperabilem muneribus & bello, tamen laus tota Pyrrhi expulsi decernitur illi Curio. Quantò majus factum videmus gestum ab uno Stilichone! hic superavit populos potentes, quos asper Septentrio alit in regionibus nivali-* *bus; non vicit Chaonas & Molossos, quos Epirus nutrit; neque exercitus Dodonæos ostentantes inutiliter quercum divinantem. Fabius primus coercuit luctante constanter Carthaginensem fulminantem Annibalem: postea Marcellus ausus pugnare, ostendit eum posse superari: at tertio fortitudo Scipionis aversit eum tandem à finibus Italis.*

## ANNOTATIONES.

130. Decii.] Qui se bello Tarentino devovit Diis manibus, & sic patriæ suæ victoriam peperit.

131. Fabricii.] Qui Civis Romanus admirandæ itidem & frugalitatis & fortitudinis: aurum Samnitum, ipsūque Pyrrhum secundum apud se locum dare volentem contempsit, medicūque Pyrrhi caput venale sibi offerentem, ipsi Pyrrho remisit.

134. Validam.] Gloriabatur Ulpius Trajanus, quod Geticas nationes omnium bellicosissimas, & corporis viribus prævalidas (quibus Zamolxis, quem ut Deum colunt, animam ab interitu immunem promisit) fuderit paulò minus, quàm quinquennio.

135. Urfa.] Est signum Cœleste. Hic ponitur pro regione Septentrionali.

Chaonas.] Chaones & Molossi sunt populi Epiri, in Græciâ.

136. Dodonæa.] Dodone est urbs Chaoniz; ad quam est sylva Dodonæa, ubi quercus fauidicæ esse dicebantur.

130. Fabius.] Novam de Annibale victoriam commentus est, non pugnare. Unde illi cognomen novum & Reip. salutare. Cunctator: hinc illud ex populo, ut imperii scutum vocaretur. Florus.

140. Marcellus.] Vincti posse Annibalem docuit, dum ab obsidione Nolæ urbis excussit, sed tamen ipse Annibalis insidiis in Siciliâ deceptus, occisus, & magnificè sepultus est.

141. Scipiada.] Romanus, duce Scipione, in ipsam Africam totâ mole conversus, imitari cœpit Annibalem, & Italia sua clades in Africâ vindicare.... Denique ipsas Carthaginis portas obsidione quatiebat: sic factum est, ut inhaerentem atque incubantem Italia extorqueret Annibalem. Florus.

Frangit.] Stilicho frangit Getas cunctando, ut Fabius; vincit manu, ut Marcellus; expellit & relegat, ut Scipio: sicque tres duces dum simul adæquat, superat singulos. Dicitur autem Stilicho & Stilichon, Græcis Στυλίων.

- Unus in hoc Stilicho diversis artibus hoste  
 Tres potuit superare duces, fregitque furentem  
 Cunctando, vicitque manu, victumque relegat.  
 145 Atque hæc tanta brevi. miscntem incendia Pyrrhum.  
 Sustinuit toto mœrens OEnotria lustro.  
 Et propè ter senas Itali per graminis herbas  
 Massylus Pœno sonipes vastante cucurrit,  
 Hannibalémque senem vix ad sua reppulit arva  
 150 Vindex sera patrum post bellum nata juvenus.  
 Hic celer effecit, brumâ ne longior unâ  
 Effet hyems rerum. primis sed messibus ætas  
 Temperiem cælo pariter bellóque referret.  
 Sed quid ego Hannibalem contra, Pyrrhumque tot annis  
 155 Certatum memorem? cùm vilis Spartacus omne  
 Per latus Italiæ ferro bacchatus & igni,  
 Consulibúque palam toties congressus inertes  
 Exuerit castris dominos, & strage pudendâ  
 Fuderit imbelles aquilas servilibus armis.  
 160 Nos terrorum experts, & luxu mollior ætas

## INTERPRETATIO.

Unus Stilicho in hoc hoste Getâ, variâ industriâ valuit antecellere tribus Ductoribus; & contudit savientem Getam morando; & domuit suâ fortitudine; & expellit domitum. Atque Stilicho perfecit hæc tanta opera paucò tempore, Italia tristis pertulit quinquennio integro Pyrrhum spargentem flammâs; & equi Africi, Carthaginienſe populante, cucurrerunt per messes octodecim Itala segetis, & juvenus parentum suorum ultrix, serò nata post bellum, agrè remisit Hannibalem senem ad fines suos. Hic Stilicho promptus perfecit, ne tempeſtas belli eſſet diuturnior unâ hyeme: effecit ut æſtas redderet ſerēnitatem pariter aëri, & bello, vel in menſibus primis. At cur ego referam pugnatum eſſe per tot annos adverſus Hannibalem & Pyrrhum? Cùm Spartacus abjectus ſavient gladiis, & flammis per totam oram Italia, & toties conſiſgens aperit cum Conſulibus, ſpoliaverit caſtris dominos ignavos, & cum copiis ſervilibus deleverit aquilas inertes, clade ignominioſâ. Nos proles inexper- ta timoribus ferendis, & debilior luxu.

## ANNOTATIONES.

146. Oenotria.] Italia ſic dicta, vel ab Oenotro Rege, vel δὲ τῷ οἴνῳ, à vino, quo commendatur.

147. Ter ſenas herbas.] Id eſt per octodecim meſſes, ſeu annos.

148. Massylus.] Maſſylia regio Africæ.

151. Hyems rerum.] Tempeſtas belli, quæ hyemis inſtar moleſta eſt.

153. Temperiem.] Effecit Stilicho, ut eadem æſtas ſedaret pariter & aërem & bella.

155. Spartacus.] Homo Thracius, ob artem gladiatoriam & conductitiam vilis & abjectus, qui effracto Lentuli ludo gladiatorio, Capuâ cum ſeptuaginta gladiatoribus erupit: mórque ſcelere & licentiâ accenſus, ſervis collectis, Campaniam popularus eſt, ruptisque Prætorum faſcibus, Imperator appellatus, conſulares exercitus fudit, ſed tandem à Cratſſo fortiter dimicans occiſus eſt.

- Deficimus queruli, si bos abductus aratro,  
 Si libata seges. non hanc ergastula nobis  
 Immisere manum, nec conjurantis arenæ  
 Turba fuit. qualem Stilicho dejecerit hostem;  
 165 Thraces & Æmonii poterunt Mæsiæque fateri.  
 Frigida terdecies nudatum frondibus Æmum  
 Tendit hyems vestire gelu; totidémque solutis  
 Ver nivibus viridem monti reparavit amictum,  
 Ex quo jam patrios gens hæc oblita Triones,  
 170 Atque Istrum transvecta semel vestigia fixit  
 Threicio funesta solo, seu fata vocabant,  
 Seu gravis ira Deum, seriem meditata ruinis.  
 Ex illo, quocumque vagos impegit Erinnyes,  
 Grandinis aut morbi ritu per devia rerum  
 175 Præcipites per clausa ruunt. nec contigit ullis  
 Amnibus, aut scopulis proprias defendere terras.

## INTERPRETATIO.

*languemus queribundis, si bos avulsus est ab aratro, si messis nostra tacta est. Carcer non immisit in nos hunc exercitum Getarum, neque fuit castrum Circi conspirantium. Thraces & Thessali & Mæsi poterunt confiteri, qualem Stilicho vicerit hostem. Hyems gelida incipit tegere glacie Hamum tricies spoliatum foliis suis; & ver liquefactis tricies nivibus renovavit monti vestem viridantem: ex quo tempore hac natio Getarum im-*

*memor Septentrionis patrii, ac semel transgressa Danubium, pedem fixit fatalem terra Thracia: siue fata traherant illam, siue furor horribilis Deorum, cogitans immittere principium exitii. Ab illo tempore, quocumque Erinnyes impulis Getas errabundos, hi furentes irrumpunt per loca inaccessa, & clausa, instar grandinis vel pestis: neque accidunt ullis fluviis, aut montibus intari terras proprias.*

## ANNOTATIONES.

162. *Ergastula.* ] Loca in quibus servi includebantur. Servis arma gerere non licebat, imò neque libertinis, nisi in gravissimis Reip. temporibus. Macrobius; post calamitatem apud Thrasimenum nota cladis acceptam, libertini quoque in sacramentum vocati sunt. Hinc Tullius Pisoni exprobrat servorum delectum.

163. *Conjurantis.* ] Non carcer, non arena conjurans; id est non circus plenus gladiatorum conjurantium in Romanos; qualis fuit Spartacus; non arena, inquam, immisit Getas, sed regio asperissima.

165. *Æmonii.* ] Thessali, sic dicti ab Æmo monte, vel ab Hæmoniâ Deucalionis, vel Æmonii filii.

*Mæsi.* ] Populi Mæsiæ versùs Danubium.

166. *Terdecies.* ] Familiare est Poëtis annos designare per hyemes, aliàsque anni tempestates.

*Hamum.* ] Montem, qui Thessaliâ à Thraciâ dirimit.

172. *Seriem.* ] Seu Dii irati cogitantes immittere seriem seu principium ruinæ nostræ, gentem hanc ferocem contra nos immiserunt.

173. *Erinnyes.* ] Furia dicta, Ἐρινύς ἡ ἐπὶ τοῖς νόμοις, quia corrumpit mentem: ab hac agitari dicuntur scelerati & furiosi.

174. *Morbi.* ] Per morbum pestem intellige, quæ contagione grassatur: morbus dicitur quasi μωρος vel μωρεῖα τῷ βίῳ, *fatum vite.* Scaliger.

Nil

- Nil Rhodope, nil vastus Athos, nil profuit Æmus  
 Odrysiis. facili contemptum Strymona saltu,  
 Et frustra rapidum damnant Aliacmona Bessi.  
 180 Nubibus intactum Macedo miratur Olympum  
 More pererratum campi. gemit irrita Tempe  
 Theſſalus, & domitis irrisam cantibus Oeten.  
 Sperchiusque, & virginibus dilectus Enipeus  
 Barbaricas lavère comas. non objice Pindi  
 185 Servati Dryopes: nec nubifer Actia texit  
 Litora Leucates. ipsæ, quâ durius olim  
 Restiterant Medis, primo conamine ruptæ  
 Thermopylæ. vallata mari Scironia rupes,  
 Et duo continuo connectens æquora muro  
 190 Isthmos, & angusti paruerunt claustra Lechai.

## INTERPRETATIO.

Rhodope nihil juvit Thraces, nihil Athos immensus, nihil Æmus, Bessi condemnant Strymenem despectum saltu prompto, & Aliacmona violentum inutiliter. Macedones obstupescunt Olympum altiore nimbo, peragratum esse instar agri: Theſſali dolent Tempe esse inutilia, & Oeten contemptum esse, rupibus ejus superatis. Et Sperchius, & Enipeus charus puellis, asperserunt comas Barbarorum. Dryopes non defensi sunt culmine Pindi: neque Leucates aërius defendit oras Actiacas. Thermopyla ipsa, quâ parte quondam obstiterant firmius Medis, primo conatu perrupta sunt: cantes Scironia munita mari, & Isthmus conjungens maria mole continua, & repagula Lechai arcti parata sunt.

## ANNOTATIONES.

177. Rhodope.] Mons est Thraciæ, si-  
 cut & Athos & Æmus.

178. Odrysiis.] Odryx & Odryſii sunt  
 populi Thraciæ, ab urbe Odryſâ.

Strymona.] Strymon & Aliacmon sunt  
 fluvii Thraciæ.

179. Bessi.] Sunt iidem durissimi Thra-  
 ciæ populi.

180. Olympum.] Olympus, Tempe,  
 Oete vel Oeta sunt in Theſſaliâ Græciæ  
 regione.

183. Sperchius.] Hic, & Enipeus, sunt flu-  
 vii Theſſaliæ: ad fluvium Enipeum puellæ  
 ducebant choros.

185. Dryopes.] Populi circa Oetam;  
 quibus vicinus est Pindus mons Musis  
 sacer.

186. Leucates.] Promontorium Acar-  
 nanix sic dictum à petris albis, λευκός,  
 albus: texit autem, quia suprà est. Actia-  
 cum litus, Augusti in Antonium & Cleo-  
 patram victoriâ celebratum.

187. Medis.] Seu Persis, Xerxe duce  
 Græciam irrumpentibus.

188. Thermopyla.] Sic dictæ ab aquis  
 calidis ibi scatentibus, est enim θερμός,  
 calidus & πύλη porta, quasi diceretur  
 aditus calidus. Est autem mons Græ-  
 ciam dirimens, ut Apenninus Italiam:  
 hujus angustiarum Lacedæmoniorum cum  
 Mardonio pugnâ, & Leonidæ Regis in-  
 teritu celebres.

Scironia.] In Atticâ regione. Hic ha-  
 bitabat crudelis ille latro Sciron, cujus  
 ossa à Theſeo in mare dejecta, in saxa coa-  
 luisse dicuntur.

189. Muro.] Murum appellat, molem  
 saxorum à naturâ ita factam, ut murum  
 imitari videatur.

190. Isthmos.] Isthmus est exigua terra  
 inter duo maria: qualis hic Isthmus Co-  
 rinthiacus, ad sinum Corinthiacum, ho-  
 die, Golfe de Lepante, Turcarum clade  
 nobilem. Etenim prope hunc sinum ma-  
 xima eorum strages à Christianis edita  
 est anno 1571.

Lechai.] Est hoc Achaïæ promonto-  
 rijum.

GGg

- Nec tibi Parrhasios licuit munire colonos  
 Frondosis, Erymanthe, jugis, equitatâque summi  
 Culmina Taygeti trepidæ vidistis Amyclæ.  
 Tandem supplicium cunctis pro montibus Alpes  
 195 Exegere Getis. tot tandem flumina victor  
 Vindicat Eridanus. docuit nunc exitus, altè  
 Fatorum secreta tegi. quisquàmne reclusis  
 Alpibus ulteriùs Latii fore credidit umbram?  
 Nonne velut captâ rumor miserabilis urbe  
 200 Trans freta, trans Gallos, Pyrenæumque cucurrit;  
 Famâque nigrantes succincta pavoribus alas  
 Secum cuncta trahens à Gadibus usque Britannum  
 Terruit Oceanum, & nostro procul axe remotam  
 Insolito belli tremefecit murmure Thulen?  
 205 Mandemúsne Noti flabris, quoscúmque timores

## INTERPRETATIO.

Neque concessum est tibi, ò Erymanthe, defendere populos Arcadia montibus tuis sylvestris: & vos, ò Amycla timida, aspexistis juga excelsi Taygeti equitata. Alpes tandem pœnam sumpserunt de Getis, pro montibus omnibus: Eridanus tandem triumphator ulciscitur tot fluvios. Tunc eventus ostendit, arcana fatorum penitus occultari. An aliquis putasset Alpibus patefactis, vel umbram Italia re-

manfuram esse deinceps? An non fama misera volavit ultra maria, ultra Gallos & Pyrenæos montes, quasi Româ occupatâ? Et fama habens cunctas timoribus pennas nigras, rapiens omnia secum, territavit mare Anglorum usque à Gadibus, & perterruit insuetum rumore belli Islandiam longè distantem à nostris finibus? An dabimus flaminibus venti, quoscumque passi sumus

## ANNOTATIONES.

191. *Parrhasios.* ] Arcades Parrhasios dictos à Parrhaso Lycaonis filio.

192. *Erymanthe.* ] Hic mons est Arcadiæ, Apro Erymantheo nobilitatus.

*Equitata.* ] Ab equis calcata.

193. *Taygeti.* ] Hic est mons Laconix, urbi Amyclis imminens.

194. *Alpes.* ] Getæ ad urbem Pollentiam inter Alpes & Eridanum Italiæ fluvium delecti sunt.

*Pro montibus.* ] Alpes & Eridanus Getarum sanguine exundantes vindicarunt injuriam factam tot montibus, tot fluvii, quos Getæ superbè transferant atque calcaverant.

198. *Umbra.* ] Vel tenuem figuram. Aded. Italia à Getis delenda esse videbatur!

200. *Pyreneum.* ] Mons inter Galliam & Hispaniam, dictus, vel à puellâ Pyrene, vel *ὑπὸ τοῦ πυρός*, ab igne fulminum,

quibus solent alti montes infestari: feriuntque summos fulmina montes. Horat.

201. *Fama.* ] Huic tribuuntur alæ, ob celeritatem.

202. *Gadibus.* ] Cluverius: In capite Bætica, ubi extremus antiquis mortalibus noti Orbis erat terminus, Insula Gades fretum contingit, quod inde Gaditanum perhibetur, à continenti angustio spatio ac veluti flumine abscissa: quam Tyrii à rubro mari profecti, Erythraam; Pœni linguâ suâ Gadir, id est sepem, nominarunt. Hodie dicitur Cadix, & est emporium nobilissimum; quis putet ab hac insulâ Andalusiam contingi.

204. *Thulen.* ] Islandiam insulam, sub Circulo Polari Arctico.

205. *Noti.* ] Notus est ventus flans à meridie: hic ponitur pro quocumque vento. *Mandare noti flabris*, seu vento dare, id est oblivioni tradere.

- Pertulimus, festæ doleant ne tristibus aures?  
 An potius meminisse juvat, sempérque vicissim  
 Gaudia præmissi cumulant inopina dolores?  
 Utque sub occiduâ jactatis Pleiade nautis  
 210 Commendat placidum maris inclementia portum;  
 Sic mihi tunc major Stilicho, cum læta periclis  
 Metior, atque illi redeunt in corda tumultus.  
 Nonne videbantur, quamvis adamante rigentes,  
 Turribus invalidis fragiles, procumbere muri,  
 215 Ferratæque Getis ultro se pandere portæ?  
 Nec vallum densæque fudes arcere volantes  
 Cornipedum saltus. jam jam conscendere puppes,  
 Sardoosque habitare sinus, & inhospita Cyni  
 Saxa parant, vitæque freto spumante tueri.  
 220 Ipsa etiam diffisa brevi Trinacria ponto,  
 Si rerum natura sinat, discedere longè  
 Opat, & Ionium refugo laxare Peloro.

## INTERPRETATIO.

*metus, ne aures nostræ læta affligantur rebus læstis? An non dulce est potius recordari? An non tristitia præcedens auget semper vicissim lætitiâ inexpectatam? Et quemadmodum nautis agitatæ sub Pleiade occidente, rabies maris reddit amabilem portum; ita Stilicho tunc videtur major, cum ego comparo prosperitatem cum adversitate, & cum illa bella revocantur in memoriam meam. An non muri, etsi ex adamante facti, videban-*

*tur cadere ut vitrum, fractis arcibus? an non & porta ferrea videbantur aperire se sponte Getis? Neque vallum, & pali spissi poterant prohibere impetus equorum volantium, Itali accingunt se identidem ascendere naves, & incolere sinus Sardinia, & rupes inaccessas Cyni, & defendere vitam suam mari undoso. Sicilia quoque ipsa diffidens mari angusto, si natura mundi permetteret, cupis recedere procul, & extendere mare Ionium Peloro refugiente,*

## ANNOTATIONES.

206. *Festa aures.* Id est aures lætæ in diebus festis; per quos Pagani abstinebant verbis tristibus, Horatius:

*Male ominatis parcite verbis.*

207. *An potius meminisse juvat.* Dulce est periculorum, quæ effugerimus, recordari, Virgilius:

*Forſan & hæc olim meminisse juvabit.*

209. *Pleiade.* Signum est in fronte Tauri, cujus ortu & occasu oriuntur tempestates.

210. *Commendat.* Reddit magis commendabilem & amabilem. In Panegyrico Pliniano, *ſcūt maris Cælique temperiem turbines, tempeſtatesque commendant, ita ad augendam pacis tuæ gratiam illum tumultum præceſſiſſe crediderim.*

213. *Nonne videbantur.* Fama tantum Getarum exercitûs timorem injecerat, nihil ut ipsis vel adamantinum vel ferreum obſtare poſſe videretur.

218. *Cyni.* Saxoſa inſula Corſicæ loca, taxis arboribus conſita, unde *Cyrnaas taxos* appellat Virgilius.

220. *Diffiſa.* Sibi metuens ob vicinos Getas.

*Trinacria.* Sicilia ſic dicta *τῶν τριῶν ἀκρῶν*, à tribus promontoriis, Peloro, Lilybæo, & Pachyno.

221. *Diſcedere.* Ferunt Siciliam avulſam olim fuiſſe ab Italiâ.

222. *Ionium.* Sicilia refugiens ob crudelitatem Getarum, relinquere Ionium mare laxius & magis extenſum, Ionium

G G ij



- Fultrâque despiciens auro laquearia dives,  
 Tutior Æoliis mallet vixisse cavernis.
- 225 Jamque oneri creduntur opes, tandêmque libido  
 Hæsit avaritiæ gravioribus obruta curis.  
 Utque est ingenioque loquax, & plurima fingi  
 Permittens credique timor; tum somnia vulgò  
 Narrari; tum monstra Deum, monitûsque sinistri:
- 230 Quid meditentur aves, quid cum mortalibus æther  
 Fulmineo velit igne loqui, quid carmine poscat  
 Fatidico custos Romani carbasus ævi.  
 Territat assiduus Lunæ labor, atrâque Phœbe  
 Noctibus ærisonas crebris ululata per urbes.

## INTERPRETATIO.

*Ac locupletes contemnentes laquearia sustentata auro, mallet vivere securiores in antris Æoliis. Et jam divitiæ putantur esse oneri, ac tandem impetus avaritiæ conficiit oppressus curis majoribus. Et ut metus est garrulus naturaliter, & finit multa fingi ac credi, tunc somnia, tunc & portenta Deorum, funestâque moni-*

*ta passim cœperunt referri. Et, quid, aiebant, volucres portendant? quid Cælum vult dicere hominibus igne fulminis? quid linteum Sibyllæ, asservans tempus Romani imperii, petis versibus vaticinantibus? Eclipsis Luna continua terret, & luna nigra per multas noctes ululata, est per urbes sonantes ære.*

## ANNOTATIONES.

dicitur ab Io Inachi filiâ, quæ vacca facta, & œstro Junonio percita, per hoc mare transiit in Ægyptum.

224. *Æoliis.* ] Æoliæ insulæ, in quibus habitavit Æolus, ad oras Hætturiz.

226. *Hæsit.* ] Tum metu Getarum avari hæserunt, constiterunt; gravioribus nempe curis, scilicet metu mortis angebantur. Virgilius de lupo rapaci, peste grassante, *Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum*

*Cura domat.*

227. *Ingenio.* ] Timor, vel potius homo timens est loquax suo ingenio, hoc est suâ naturâ, naturaliter.

330. *Quid meditentur.* ] Scire avent omnes, quid aves portendant?

231. *Fulmineo.* ] Jupiter per fulmina suam voluntatem explicare solitus.

232. *Carbasus.* ] Linteum tenuissimum, continens libros seu carmina Sibyllina, quæ erant fatidica, seu res futuras prædicta. Ex Gellio: *Annus hospita atque incognita ad Tarquinium Superbum regem adiit, novem libros ferens, quos esse di-*

*cebat divina oracula:* horum petit pretium, idque tantum, rex ut vetulam irideret: mox tribus exultis tantumdem poscit: eamque rege magis iridente, tres quoque alios deussit, & pro tribus reliquis idem pretium à rege petit, & obtinet. Hinc digressa postea nusquam loci visa est. *Libri tres in sacrarium conditi, Sibyllini appellati. Adeos, quasi ad oraculum quindecimviri adeunt, cum dii immortales publicè consulendi sunt.*

*Custos ævi.* ] Carbasus seu linteum asservans ea, quæ pertinent ad tempus, aut diuturnitatem imperii Romani.

233. *Luna labor.* ] Lunæ seu Phœbes eclipsis terrebat rudes ac superstitiosos paganorum animos. Virgilius:

*Defectus Solis varios, Lunaque labores.*

234. *Ærisonas.* ] Urbes ære sonantes; credebant quippe se posse succurrere lunæ laboranti adhibitis ulplatis & tinninabulis æreis, sique se posse repellere veneficarum incantationes. Juvenalis de loquacitate mulierum:

*Una laboranti poteris succurrere Luna.*

- 235 Nec credunt vetito fraudatam Sole sororem  
Telluris subeunte globo : sed castra secutas  
Barbara Thessalidas patriis lunare venenis  
Incestare jubar. tunc anni signa prioris,  
Et si quod fortasse quies neglexerit omen,  
240 Addit cura novis : lapidosos grandinis ictus,  
Molitâsque examen apes, passimque crematas  
Perbacchata domos nullis incendia caussis,  
Et nunquam cœlo spectatum impune cometen,  
Qui primum roseo Phœbi prolatus ab ortu,  
245 Quâ micat astrigerâ senior cum conjuge Cepheus,  
Inde Lycaoniâ paullatim expulsus ab Arcto  
Crine vago Getici fœdavit sidera plaustrî,  
Donec in exiguum moriens vanesceret ignem.  
Sed gravius mentes cœlorum ostenta luporum  
250 Horrificant. duo quippe lupi sub principis ora,  
Dum campis exercet equos, violenter adorti

## INTERPRETATIO.

Neque putant Lunam sororem destitutam esse lumine prohibito Solis, orbe terra intercedente : sed putant veneficas comitantes exercituum barbarorum, polluere lucem Luna herbis patriis. Tum sollicitudo adjungit monstris recentibus monstra anni præcedentis, & alia præfagia, si qua pax forsitan contempserat. Sicut imbres saxosos grandinis, & apes facientes examina, & ignes undique savientes sine ullâ causâ per domos incensas, & cometen nunquam in Cœlo visum sine damno : qui cometes primum ortus ab Oriente rubro Solis, quâ Cœli parte Cepheus senior radiat cum uxore astrigerâ, inde pulsus sensim ab urâ Lycaoniâ, errante comâ maculavit astra plaustrî Getici, donec languens dissiparetur in ignem tenuem. At monstra luporum interfectorum terrent vehementius animos : nimirum duo lupi ante oculos Imperatoris, dum domat equos in agris, aggressi furiosè exercitum.

## ANNOTATIONES.

235. *Fraudatam.*] Tanquam bono sibi debito.  
236. *Subeunte.*] Hæc est causa naturalis : fit enim Lunæ eclipsis, terræ Globo inter Solem & Lunam interposito : sic enim Luna privatur aspectu Solis, ex quo lumen mutuari solet.  
237. *Thessalidas.*] Thessalia sagarum, seu veneficarum, est fœcunda : hinc Thessalæ & Thessalides pro veneficis ponuntur.  
*Patriis venenis.*] Herbis, quæ nascuntur versus Caucasum in patrio earum solo.  
240. *Lapidosos.*] Grando tam dura, ut ex lapidibus concreta videri possit.  
241. *Apes.*] Imber lapidum, & apes ad signa militaria advolantes, erant inter prodigia. Pio tamen Imperatori felix omen apes dedere, statuam ejus ambientes, Capitolinus.  
243. *Impune.*] Sine damno populorum cometa visus nullus est.  
245. *Cepheus.*] Rex Æthiopum, pater Andromedæ, cum uxore Antiopâ, meritis generi Persei in Cœlum translatus est, & à tergo minoris uræ constitutus.  
246. *Lycaoniâ.*] Calisto Lycaonis Arcadum Regis filia, in uram mutata, inter sidera relata est : Græcis dicitur ἀρκτορ.  
247. *Getici fœdavit.*] Maculavit sidera Plaustrî seu Bootæ, quâ Getarum spectat regionem.  
250. *Sub Principis ora.*] Virgilius :  
*Ipsa sub ora viri cœlo venere volantes.*

GGg iij

- Agmen, & excepti telis, immane relatu  
 Prodigium miramque notam duxere futuri.  
 Nam simul humano geminas de corpore palmas  
 255 Utraque perfoffis emisit bellua costis:  
 Illo læva tremens, hoc dextera, ventre latebant  
 Intentis ambæ digitis, & sanguine vivo.  
 Scrutari si vera velis, fera nuntia Martis  
 Ora sub Augusti casurum prodidit hostem.  
 260 Utque manus utero virides patuere resecto,  
 Romula post ruptas sic virtus emicat Alpes.  
 Sed malus interpret rerum metus omne trahebat  
 Augurium pejore viâ, truncatâque membra,  
 Nutricemque lupam, Romæ regnâque minari.  
 265 Tunc reputant annos, interceptoque volatu  
 Vulturis, incidunt properatis secula metis.

## INTERPRETATIO.

Et occisi armis, ostenderunt portentum dictu horribile, & admirabile documentum rerum futurarum. Etenim bestia utraque costis trajectis, emisit duas manus raptas ex corpore humano. Sinistra manus in illo ventre, in hoc dextera occultabatur, amba digitis rigidis, & sanguine vegeto. Si velis indagare veritatem; bestia prænuntia Martis patesfecit hostem perituum esse in oculis Imperatoris. Et quemadmodum manus vigentes apparuerunt ventre resecto, ita virtus Romana emergit post Alpes fractas. At timor malus interpret rerum, detorquebat totum præsagium, viâ deteriore; & credebat corpora mutilata, & lupam nutricem minitari Roma & imperio. Tum numerant annos, atque inturbato volatu unius vulturis, minuunt secula imperii, metis acceleratis.

## ANNOTATIONES.

254. *Humano.*] Quasi in ventre luporum laterent humana corpora, quæ manus digitis intentis, & vivo sanguine vigentes exerent.
258. *Fera.*] Lupus scilicet nuntius Martis; est enim Marti sacrum animal. Unde Virgilius:  
*Martius à stabulis rapuit lupus.*  
 Illa autem bellua mactata in oculis Principis, portendebat hostem casurum coram eodem principe.
260. *Virides.*] Manus virides, id est plenæ vigoris, & sanguinis: ductâ metaphorâ à plantis, quæ vigent maximè, cum virent. Sic Lambinus legit apud Horatium, *Virens in Ætnâ flamma*, id est flamma valida, acris, non languescens, quæ contraria est flammæ Home-ricæ, quæ φλόξ ἐμαρύνη, flamma
- marcida facta est. Lucretius etiam dixit, *Fulserunt flammæ flore coorta.*
262. *Interpres.*] Timor malus interpret fingitur, quia turbat prudentiam, & rationem.
264. *Nutricem.*] Lupam, quæ dicitur aluisse Romulum. Vid. Conf. Prob. v. 97.
265. *Volatu vulturis.*] Ex duodecim vulturibus Romulo visis Augures dicebant imperium duraturum esse duodecim secula, seu mille & ducentos annos. Hæc autem mala contigerunt anno ab urbe conditâ M. C. LII, unde non multum aberat lianes ille fatalis; sed timor anticipabat illum terminum, simulque properabat metas imperii, amputato volatu unius ex duodecim vulturibus, simulque amputatâ fatalis seculi parte, sive amputatis annis duodequingaginta.

Solus erat Stilicho, qui desperantibus augur  
 Sponderet meliora manu: dubiæque salutis  
 Dux idem vatésque fuit. durate parumper,  
 170 Inquit, &, excussis muliebribus ore querelis,  
 Fatorum toleremus onus. nil nautica profunt  
 Turbatæ lamenta rati: nec segnibus undæ  
 Planctibus, aut vanis mitescunt flamina votis.  
 Nunc instare manu, toto nunc robore niti  
 175 Communi pro luce decet; succurrere, velis,  
 Exhaustire fretum, varios aptare rudentes,  
 Omnibus & docti jussis parère magistri.  
 Non si perfidiâ nacti penetrabile tempus  
 Irrupère Getæ, nostras dum Rhætia vires  
 180 Occupat, atque alio defudant Marte cohortes,  
 Iccirco spes omnis abit. mirabile posset  
 Esse mihi, si fraude novâ, vel calle reperto  
 Barbarus ignotas invaderet inscius Alpes.

## INTERPRETATIO.

*Stilicho unus erat, qui promitteret suâ fortitudine res secundiores desperantibus Romanis, easprænantians. Et idem dux & augur exiit in salute incertâ. Durate tantisper, ait, & questibus scæmineis ore expulsi, patiamur pondus fatorum. Fletus nautarum nihil juvant navem agitatam: nec aqua aut venti mitiganitur lacrymis inevitibus, vel precibus inanibus. Nunc convenit agere virtute, nunc contendere totis viribus, pro salute patriæ: convenit impellere vela, egerere aquas, accommodare funes diversos, & obedire imperiis omnibus gubernatoris periti. Non ideo tota spes evanesceret, si Getæ arripientes dolo tempus aptum, irruissent: dum scilicet Rhætia exercet exercitus nostros, & copia nostræ fatigantur in aliis bellis: id mihi mirum videri posset, si stratagemate recenti, aut novâ viâ inventâ, barbarus ignarus locorum irrumperet Alpes incognitas.*

## ANNOTATIONES.

167. *Augur.*] In solius Stilichonis fortitudine, bonum augurium positum erat, quod Romanis desperantibus meliorem spem daret.

169. *Dux vatésque.*] Idem Stilicho dubiâ & pereclitante Repub. Dux exiit, & simul Vates, quia prædixit se victurum esse Getas, & vicit.

*Durate.*] Forti, duro, & patienti estote animo, Virgilius:

*Durate, & vosmet rebus servate secundis.*

171. *Fatorum onus.*] Perferamus hanc adversitatem duram & onerosam à fatis immissam.

175. *Succurrere.*] Succurrere velis, exhaustire fretum, aptare funes, obedire magistro, id est, nihil non movere, nihil non facere.

178. *Perfidiâ.*] Etiam si Getæ irrupissent in Italiam novo aliquo stratagemate, non tamen esset desperandum.

*Penetrabile.*] Tempus aptum ad penetrandum; dum Romani aliis laboribus implicantur.

179. *Rhætia.*] Vulgò, *Le Pays des Grisons*, regio ad Alpes.

183. *Invaderet.*] Si barbarus irrumperet Alpes sibi incognitas, ut aliàs Hannibal, tum fortasse commoveret.

- Nunc verò geminis clades repetita tyrannis  
 285 Famosum vulgavit iter. nec nota fefellit  
 Semita præstructum bellis civilibus hostem.  
 Per solitas venère vias, aditúsque sequendos  
 Barbarico Romana dedit discordia bello.  
 Sed nec præteritis hæc res incognita seclis.  
 290 Sæpe laceffitam, sed non impune, fatemur  
 Ausoniam. hæc Senonum restinxit sanguine flammæ.  
 Hæc & Teutonico quondam patefacta furori  
 Colla catenati vidit squalentia Cimbri.  
 Vile decus, quod non erexit prævius horror.  
 295 Ingentes geminant discrimina magna triumphos.  
 Quid turpes jam mente fugas, quid Gallica rura  
 Respicitis, Latióque libet post terga relicto  
 Longinquum profugis Ararim præcingere castris?  
 Scilicet Arctoïs concessâ gentibus Urbe  
 300 Confidet regnum Rhodano, capitique superstes

## INTERPRETATIO.

*At nunc clades renovata in duobus tyrannis, reddidit transitum insignem: neque via cognita decepit hostem prius edoctum bellis civilibus. Getæ advenerunt per iter consuetum, & discordia Romana patefecit exercitui barbarorum viam sequendam. At neque hæc res ignota fuit seculis antiquis. Confitemur Italiam sæpe petitam esse, sed non sine damno petentium. Hæc Italia extinxit ignes Senonum, eorum cruce: hæc & olim aperta rabiei Teutonice, spectavit colla tristia Cimbri ligati. Honor est vilis, quem timor præcedens non excitavit. Ingentia pericula duplicant victorias gloriosas. Quid cernitis animo jam effugia inhonestæ, quid cernitis agros Gallicos, & Italiâ derelictâ post tergum juvat ambire Ararim remotum agminibus fugientibus? Nimirum urbe Româ traditâ populis Septentrionalibus, imperium constituetur ad Rhodanum, & truncus remanebit incolumis post*

## ANNOTATIONES.

284. *Geminis Tyrannis.* ] Maximo & Eugenio, qui ad Alpes profugati sunt: de his supra.  
 285. *Nota.* ] Et fortè Eugenius & Argobastes in exercitu Getæ aliquos habuere, quibus nota esset illa via.  
*Præstructum.* ] Via non fefellit hostem prius edoctum famâ bellorum civilium ad Alpes gestorum; hostis non ignoravit, quâ transeundum esset in Italiam.  
 288. *Discordia.* ] Postquam Roma culmen ascendit, discordia Procerum omnia turbavit.  
 291. *Ausoniam.* ] Ausonia præsertim dicebatur pars illa Hirpinorum, ubi erat Beneventum; & sic dicta est ab Aufone vel Aufonio Ulyssis & Calypsus filio. Hic prototâ Italiâ sumitur.  
*Senonum.* ] Galli Senones Romam vastarunt, Brenno duce; sed cum Capitolium invadere pararent, ab anseribus detecti, & à Camillo fugati sunt.  
 292. *Teutonico.* ] Cimbri & Teutoni à Mario deleti sunt, Teutobochus Rex Cimbriorum à Mario captus in hoc bello.  
 294. *Vile decus.* ] Vilis est honor, vile tropæum, ad quod erigendum non præcessit timor aliquis.  
 295. *Geminant.* ] Periculum auget triumphigloriam, imò duplicat.  
 298. *Ararim.* ] Vulgò, La Saône, fluvium Galliarum, qui in Rhodanum influit.  
 300. *Rhodano.* ] Alarico agros petenti Honorius Galliam concessit.

Truncus

Truncus erit. vestros stimulant si pignora sensus,  
 Me quoque non impar naturæ cura remorder.  
 Nec ferro sic corda rigent, ut nosse recusem,  
 Quàm sanctum socii nomen, quàm dulce mariti;  
 305 Quantus proles amor. sed nunquam oblita decòris  
 Obscœnam latebram pietas ignava requirer.  
 Nec vobis fortis monitor, mihi cautior uni.  
 Hic conjux, hic progenies, hic carior omni  
 Luce gener. pars nulla mei subducta procellæ.  
 310 Accipe tu nostræ, tellus OEnotria, mentis  
 Vincula communes tecum subeuntia casus.  
 Exiguamque moram muris impende tuendis,  
 Dum redeo lectum referens in classica robur.  
 His dictis pavidi firmavit inertia vulgi  
 315 Pectora, migrantisque fugam compescuit aulæ.  
 Ausaque tum primum tenebris emergere pulsas  
 Hesperia, ut secum junxisse pericula vidit.

## INTERPRETATIO.

Caput extinctum? Si liberi movent animos vestros, non dissimilis amor natura tangit etiam me. Neque animus meus ita feruens est, ut refugiam cognoscere, quàm sanctum sit nomen socii, quàm suave mariti, quantus sit amor liberorum. At nunquam pietas mea iners, immemor officii, quæret latibula pudenda. Neque ero hortator vobis generosus, & cautior mihi uni. Hic est uxor mea, hic liberi mei, hic gener meus amabilius mihi ipsâ vitâ.

Nulla portio mei subtrahitur tempestati. O terra Itala disce nexus animi nostri perlaturi tecum calamitatem communem, & da spatium parvum mœnibus conservandis; dum revertor reducens ad sonum tuba cohortes delectas, Stilicho confirmavit his sermonibus animos ignavos populi tremantis. & cohibuit fugam Aula discedentis. Ac tum primum Italia discussâ caligine ausa est exire: cum aspexit Imperatorem conjunxisse secum

## ANNOTATIONES.

301. *Truncus erit.*] Ironia est, quasi diceret: an Româ neglectâ statueretur imperii caput ad Rhodanum? An capite extincto truncus vivet? Caput Roma est, cæteræ provinciæ truncum referunt.

307. *Cautior.*] Non ego vos generose monebo, mihi ipsi nimium cavens.

308. *Hic conjux, &c.*] Hæc sunt totidem pignora futuræ meæ fidelitatis, & fortitudinis.

310. *Mentis vincula.*] Disce, ô Italia, quanta sunt vincula amoris nostri, quæ efficient, ut tecum subeam quemcumque casum. Tantum defende muros tantisper: & ego mox redibo, cum expeditis militibus, laturus auxilium contra Gothos.

311. *Subeuntia.*] Tempestati & periculis expositi sunt omnes mei, & vos fugitis?

312. *Lectum robur.*] Stilicho cum paucis Rhæticas Alpes transiit; hinc citò rediit cum lectis copiis, & Romam, & Honorium ipsum ab hostibus quasi obsessum, liberaturus.

315. *Migrantis Aula.*] Honorius, qui tum Ravennæ erat, cum Proceribus Aulicis Italiâ discedere parabat, nisi obstisset Stilicho.

316. *Tenebris pulsas.*] Stilicho Solis instar removet, pepulit tenebras periculorum circumstantium.

317. *Hesperia.*] De hac voce supra.

H H h

- Augustum, tantòque sui stetit obside fari.  
 Protinus, umbrosâ vestit quâ litus olivâ  
 320 Larius, & dulci mentitur Nerea fluctu,  
 Parvâ puppe lacum prætervolat. ociùs inde  
 Scandit inaccessos brumali sidere montes,  
 Nil hyemis cælive memor. sic ille relinquens  
 Jejunos antro catulos immanior exit  
 325 Hibernâ sub nocte leo, tacitùsque per altas  
 Incedit furialè nives. stant colla pruinis  
 Alpera. flavescentes adstringit stiria setas.  
 Nec meminit lethi, nimbòsve aut frigora curat,  
 Dum natis alimenta parat. sublimis in Arcton  
 330 Prominet Hercyniæ confinis Rhætia silvæ:  
 Quæ se Danubii jactat Rhenique parentem,  
 Utraque Romuleo prætendens flumina regno.  
 Primo fronte breves, alto mox gurgite regnant,

## INTERPRETATIO.

*discrimina, & constitit habens tantum obsidem fari sui. Statim quâ parte Larius regit ripam olivâ opacâ, & imitatur agitationes maris aquâ dulci. Stilicho transit lacum nave exigua. Hinc citius superat montes imperiosos, hyberno tempore, non curans hyemem & injurias Cæli. Ita ille leo deserens catulos famelicos in cavernâ, egreditur terribilior sub nocte hyemali, & taciturnus vadit horridè per nives profundas. Cervix ejus rigida attollitur gelu: stiria confringit jubas flavas. Neque recordatur mortis, neque spectat pluvias vel glaciem, dum referat escas procatulis. Rhætia alta finitima sylva Hercynia attollitur versus Septentrionem: quæ Rhætia prædicat se matrè Danubii & Rheni, opposens fluvios ambo Imperio Romano. Hi fluvii tenuis sunt à primâ origine, sed statim dominantur alveis profundis.*

## ANNOTATIONES.

318. *Augustum.* ] Populus desit timere, cum vidit Imperatorem Honorium secum remanere in eadem navi, in eodem periculo, eumque spectabat ut obsidem à Stilichone Rhætiam petente relictum, quodcumque fatum, quoscumque casus secum aditurum.

320. *Larius.* ] Nomen fluvii & lacus amplissimi vulgò, *Lago di Como*: sic dictus est ab urbe *Como* in Gallia Cisalpina: aut à copiâ fulicarum: nam *λαῖκος* est *fulica*.

320. *Mentitur Nerea.* ] Neptunum, ponitur pro ipso mari: *mentitur Nerea*, id est imitatur æstum maris, quamvis dulces sint ejus fluctus.

321. *Ociùs.* ] Alii scribunt *ocys* ab *ὠκύς* *velox*: vel *ociùs* à comparativo *ὠκύτερος* *velocior*, *ocior*.

322. *Brumali sidere.* ] Tempore hyberno, quod pender ab astris.

323. *Nil memor.* ] Tantus erat virtutis ardor, & eripienda cladibus Italix. Nempe magnanimitas, & desiderium patriæ liberandæ efficiunt, ut non etiam Stilicho meminerit hyememque nivésque acerbissimas esse.

325. *Ille leo.* ] Per emphasin, excellens aliquis, aliorum præcipuus: sic Virgilius: *Saucius ille leo*, &c.

326. *Stant.* ] Colla rigent, & altiora videntur ob nives & glaciem rigentem.

330. *Hercynia.* ] Sylva Hercynia magnam olim Germaniæ partem occupabat, & præsertim versus montes Boiohæmos.

332. *Prætendens.* ] Danubius & Rhenus erant veluti duo Imperii Romani muri liquidi hostibus prætenti, oppositi.

- Et fluuios cogunt undâ coëunte minores  
 335 In nomen transire suum. te Cimbrica Tethys  
 Diuisum bifido consumit, Rhene, meatu.  
 Thracia quinque vadis Istrum vorat Amphitrite.  
 Ambo habiles remis, ambo glacialia sceti  
 Terga rotis; ambo Boreæ Martique sodales.  
 340 Sed latus, Hesperiae quo Rhætia jungitur ora,  
 Præruptis ferit astra jugis, panditque terendam  
 Vix ætate viam. multi ceu Gorgone visâ  
 Obriguere gelu. multos hausere profundæ  
 Vastâ mole nives, cumque ipsis sæpe iuvençis  
 345 Naufraga candenti merguntur plaustra barathro.  
 Interdum glacie subitam labente ruinam  
 Mons dedit, & tepidis fundamina subruit Austris  
 Pendenti malefida solo. per talia tendit  
 Frigoribus mediis Stilicho loca. nulla Lyxi  
 350 Pocula; rara Ceres. raptos contentus in armis

## INTERPRETATIO.

& cogunt flumina minora aquis congre-  
 gatis, transfluere in nomen suum. Mare  
 Cimbricum, & Rhene, absorbet te separa-  
 tum canali duplici. Mare Thracicum ab-  
 sumit Danubium quinque ostiis. Ambo  
 apti sunt navibus, ambo habentes dorsa  
 glaciata scissa curribus; ambo socii Aequi-  
 lioni & Marti. At ora, quâ Rhætia con-  
 jungitur finibus Italicis, percutit sidera ca-  
 cumminibus altis, & aperit agere iter su-  
 perandum, vel per æstatem. Complures con-  
 stricti sunt glacie, tanquam Gorgone con-  
 spectâ. Nives alta absunperunt multos  
 magnis cumulis, & frequenter plaustra  
 pereuntia submerguntur in gurgite albo.  
 cum bobus ipsis. Mons aliquando, glacie  
 cadente, desubatus est casu repentino,  
 & Noris serpentibus subduxit fundamenta  
 male tuta, terrâ sustensâ. Stilicho va-  
 dit per hac loca mediâ hyeme. Hic nulla  
 sunt pocula vini, paucus est panis. Sti-  
 licho satis habens degustasse in armis

## ANNOTATIONES.

335. *Tethys.*] Dea mater Nympharum  
 maris: hic ponitur pro ipso mari.

336. *Bifido meatu.*] Duplici canali, quo-  
 rum alter dicitur Vahalis, alter Isela.

337. *Amphitrite.*] Est itidem dea maris:  
 hic usurpatur pro ipso mari.

338. *Habiles remis.*] Ambo naviga-  
 biles: ambo gelu constringuntur, & plau-  
 stris rotisque teruntur.

339. *Boreæ Martique sodales.*] Quod  
 regiones illæ frigidæ sint, & bellicosæ.

342. *Gorgone.*] Vultu saxifico Medusæ,  
 de qua supra.

345. *Naufraga.*] Plaustra in ipsis ni-  
 vium acervis submersa, atque sepulta,  
 naufragium pati videntur.

347. *Fundamina.*] Quasi juga mon-  
 tium nivibus operta, Cœlum sustineant;  
 quibus cadentibus, Cœlo timenti funda-  
 menta & præsidia subduci videntur. Poë-  
 tica hyperbole. Alii legunt, *trepidis astris*,  
 id est, subducit altos montes astris tremen-  
 tibus.

349. *Nulla Lyxi.*] In his montibus nul-  
 lum est vinum, Lyxus dicitur *λύξος*  
*solvere*, quod Bacchus seu vinum *sollici-*  
*tis animis onus eximit*. Horatius.

350. *Ceres.*] Ponitur pro pane.

*Raptos.*] Cibos sumebat armatus, vel  
 potius aut degustabat, aut rapiebat. Aded  
 diligens fuit in rebus conficiendis, occu-  
 pandisque hostibus!

HHh ij

4



- Delibasse cibos, madidoque oneratus amictu  
 Argentem pulfabat equum. nec mollia fesso  
 Strata dedere torum. tenebris si cæca repressit  
 Nox iter, aut spelæa subit metuenda ferarum,  
 355 Aut pastorali jacuit sub culmine fultus  
 Cervicem clypeo. stat pallidus hospite magno  
 Pastor, & ignoto præclarum nomine vultum  
 Rustica sordenti genitrix ostendit alumno.  
 Illa sub horrendis prædura cubilia silvis,  
 360 Illi sub nivibus somni, curæque laborque  
 Pervigil, hanc requiem terris, hæc otia rebus  
 Insuperata dabant. illæ tibi, Roma, salutem  
 Alpina peperere casæ, jam fœdera gentes  
 Exuerant, Latique auditâ clade feroces  
 365 Vindelicos saltus, & Norica rura tenebant.  
 Ac veluti famuli, mendax quos mortis herilis  
 Nuntius in luxum falso rumore resolvit,  
 Dum marcent epulis, atque inter vina chorosque  
 Perfultat vacuis effræna licentia testis;

## INTERPRETATIO.

*dapes arreptas, & onustus veste humidâ agitabat equum frigentem. Neque cubilia præbuerunt ipsi fatigato lectum molliculum. Si nox obscurâ caligine cohibuit viam; ille vel intravit cavernas timendas ferarum, vel procubuit sub tugurio pastoralis, habens caput nixum scuto. Pastor stat pallens & defixus in tanto hospite, & mater agrestis monstrat nato sordido os illustre viri, nomine incognito. Duri illi lecti sub sylvis horridis, illa quies sub glacie, & sollicitudo, & labor in-* *somnis pariebant hanc quietem orbi, & hanc pacem inexpectatam rebus omnibus. Illa tuguria Alpina, & Roma, attulerunt salutem tibi: jam populi rupe-rant fidem, & saviores acceptâ clade Italia, occupabant sylvas Vindelicas, & agros Noricos. Et quemadmodum servi, quos falsus nuntius mortis domini sui relaxavit in lasciviam, famâ fallaci, dum se ingurgitant dapibus, & dum inter pocula & saltationes effra-* *nata licentia saltat in domo relicta;*

## ANNOTATIONES.

356. *Stat pallidus.* ] Pastor admirans hospitis, seu herois ignoti speciem, & quasi quodammodo ad ejus aspectum pallens.

357. *Præclarum vultum.* ] Egregiam oris dignitatem, atque majestatem.

358. *Sordens.* ] Nato, seu alumno sordibus pleno; quales esse solent agrestium pueri in casis rusticanis.

363. *Casæ.* ] Hæc tuguria, in quibus jacuit Stilicho, hi somni, hi labores Romanæ quietem pepererunt. Nisi enim ille hæc omnia tulisset, actum erat de Im-

perio.

*Gentes.* ] Populi omnes extra populum Romanum.

365. *Vindelicos.* ] Hi sunt populi Rhætiæ vicini, juxta Alpes.

*Norica.* ] Noricum est regio Germaniæ, cujus pars hodie dicitur Bavaria.

369. *Perfultat licentia.* ] Id est dum servi effrænati saltant licentiis, non saltat quidem licentia, sed servi licentioris vitæ.

*Vacuis testis.* ] Domus etsi plena servorum, dicitur vacua, quia abest dominus, qui eam replere debet.

- 370 Si reducem dominum fors improvisa revexit;  
 Hærent attoniti, libertatémque perosus  
 Conscia servilis præcordia concutit horror.  
 Sic ducis adspectu cuncti stupuere rebelles,  
 Inque uno princeps, Latiumque, & tota refulsit  
 375 Roma viro. frons læta parum, non tristior æquo,  
 Non dejecta malis, mista sed nobilis ira:  
 Qualis in Herculeo quoties infanda jubebar  
 Eurystheus, fuit ore dolor: vel qualis in atram  
 Sollicitus nubem mæsto Jove cogitur æther.  
 380 Tantane vos, inquit, Getici fiducia belli  
 Erigit? hinc animo frustra tumuistis inani?  
 Non ita Romanum fati violentia nomen  
 Opprimat; ut vestros nequeat punire tumultus  
 Parte sui. neu vos longè sermone petito  
 385 Demorer, exemplum veteris cognoscite facti.  
 Cum ferus Aufonias perfringeret Hannibal arces,  
 Et Trebiam sævo geminassent funere Cannæ,

## INTERPRETATIO.

*si fortuna inopina retulit dominum revertentem, defixi obstupescunt. & timor servilis exosus libertatem, percellit animos conscios criminis. Ita rebelles omnes stupefacti sunt conspectu ductoris, & Imperator. & Italia, & tota Roma effulsit in uno viro. Huic frons est parum hilaris, non mæstior æquo, non demissa adversis. sed generosa, iracundiâ junctâ: qualis indignatio apparuit in vultu Herculis, quotiescúmque Eurystheum imperabat horrenda: aut quale Cælum turbatum coit in nubem nigram. Jove tristi. An tanta, ait, confidentia belli Getici vos tollit? An ideo surgetis incassum animo vano? Vis fati non tam obruit gentem Romanam, ut non possit coercere rebellionem vestram, parte suorum exercituum. Sed ne teneam vos verbis longè tractis. discite exemplum facti antiqui. Cum Hannibal crudelis perfringeret urbes Italæ, & Cannæ duplicassent Trebiam.*

## ANNOTATIONES.

371. *Libertatémque.*] Timor servilis eos concutit sibi malè conscios, dátque ipsis occasione odio habendæ ejus libertatis, quam sibi, absente domino, tribuebant, & quâ in eum malè urebantur. Poëta arguit quosdam Stilichonis æmulos, qui de absente Stilichone multa sinistra sparserant; sed qui tamen ipsius reverſi præſentiâ, taciti & velut exanimis redditi sunt. Potest etiam id intelligi de hostibus, qui Stilichonis aspectu stupuerunt.
374. *Inque uno.*] Magna certè laus: unus Stilicho perfecit, ut Imperator Honorius, Italia, Roma solitum splendorem retinerent; sicque in eo hæc omnia effulserunt.
375. *Æquo.*] Non tristior, quàm decet.
378. *Eurystheum.*] Rex Argivorum, cui fata Herculi imperare dederant.
380. *Tantane.*] Rhæti bello Getico confisi, à Romanis desciscere parabant; Stilicho hos adit, placat; & ex iis etiam copias auxiliares colligit, adducit in Getas.
- Virgilius:  
*Tantane vos generi tenuit fiducia vestri!*
387. *Trebiam.*] Cum Cannarum clades cladem Trebiæ geminasset, hoc est Romanos geminato ictu afflixisset, Philippus ausus est tentare Romanos. Trebia Galliæ Cisalpinæ fluvius, non procul à Placentiâ; Cannæ vicus in Apuliâ; in utroque Romanos Annibal delevit.

HH h ii j

- Ne quidquam Emathium pepulit spes vana Philippum,  
 Ut velut afflicto ferro tentaret inerti.
- 390 Romanos commovit atrox injuria Patres,  
 Urgerent majora licet; graviterque tulere  
 Urbibus inter se claris de culmine rerum  
 Congressis, aliquid gentes audere minores.  
 Nec pœnam differre placet; sed bella gerenti
- 395 Punica Levino Regis quoque prœlia mandant.  
 Paruit imperiis Consul; fufusque Philippus  
 (Vilia dum gravibus populis interferit arma,)  
 Prætereunte manu, didicit non esse potentum  
 Tentandas, mediis quamvis in luctibus, iras.
- 400 Hoc monitu pariter nascentia bella repressit,  
 Et bello quæsit opes, legique precantes  
 Auxilio, mensus numerum, qui congruus esset,  
 Nec gravis Italiæ, formidandusve regenti.  
 Nec minùs accepto nostræ rumore cohortes
- 405 (Sic ducis urget amor) properantibus undique signis  
 Conveniunt; visoque animi Stilichone recepti,

## INTERPRETATIO.

clade conjuncta; spes inanis impulit inutiliter Philippum Macedonem, ut aggrediretur armis irritis nos quasi confictos. Ignominia effera excitavit Senatores Romanos, etsi pericula majora instarent; & irati sunt vehementer, urbibus illustribus inter se dimicantibus de Imperio Orbis, populos inferiores tentare aliquid. Neque visum est procrastinare supplicium: at committunt Levino gerenti pugnas in Carthaginienses, etiam certamina in Regem. Consul Levinus obediit jussis; & Philippus dum intermiscet arma inæqualia

gentibus potentibus, deletus copiis Romanorum transcurrentibus, cognovit furorem fortiorum non esse irritandum, etiam in ipsis adversitatibus. Stilicho compefcuit his verbis prœlia Rhætorum surgentia. & simul paravit copias militares. & eos rogantes elegit ad subsidium, supputans numerum, qui foret aptus, neque onerosus Italia, aut timendus Duci. Et copia nostra audita fama (ita amor Ducis impellit) non minùs coeunt, vexillis festinantibus undequaque, & Stilichonis conspectu animi resumpti sunt,

## ANNOTATIONES.

389. *Afflictos.* ] Ut aggrediretur nos, quasi afflicti essemus, & facilius vinci possemus.

398. *Prætereunte.* ] Philippus deletus copiis Romanis prætereuntibus, & quasi aliud agentibus: adeo hunc Regem contemnebant! fuit tamen strenuus & manu fortis Imperator, cum in omnibus, tum præsertim in obsidione Athenarum.

401. *Precantes.* ] Deprecantes supplicium, potentique admitti in stipendia, veniæ obtinendæ & probandæ fidelitatis causâ.

401. *Numerum.* ] Alexander quadraginta tantum militum habuit millia: inhabile regenti ratus, quicquid excederet: & nimia multitudo Dario obfuit.

403. *Nec gravis Italia formidandusque.* ] Ne major exercitus gravis & metuendus esset ob comæatus, quibus impar Italia ob numerum auxilium, qui si deficerent, timendi essent.

405. *Properantibus.* ] Tanta celeritate advolant, ut signa ipsa properare videantur.

- Singultus varios lacrymosâque gaudia miscent.  
 Sic armenta boum, quæ vastis turbida silvis  
 Spargit hyems, cantus ac sibila nota magistri  
 410 Certatim repetunt, & avitæ pascua vallis;  
 Inque vicem se voce regunt, gaudetque fideles  
 Reddere mugitus; & quâ sonus attigit aurem,  
 Rara per obscuras apparent cornua frondes.  
 Accurrit vicina manus. quam Rhætia nuper  
 415 Vindelicis auctam spoliis defensa probavit.  
 Venit & extremis legio prætenta Britannis,  
 Quæ Scoto dat fræna truci, ferroque notatas  
 Perlegit exangues Picti moriente figuras.  
 Agmina quinetiam flavis objecta Sycambriis,  
 420 Quæque domant Cattos, immansuetosque Cheruscos,  
 Huc omnes vertere minas, tutumque remotis  
 Excubiis Rhenum solo terrore relinquunt.  
 Ullane posteritas credat? Germania quondam  
 Illa ferox populis, quæ vix instantibus olim

## INTERPRETATIO.

& miscent stetus diversos, & latitiâ ple-  
 nam lacrymis. Ita armenta boum, qua  
 tempestas turbulenta dispergit in sylvis in-  
 gressibus, redeunt ad vocem & sibila co-  
 gnita pastoris, & prata vallis avitæ; &  
 ducunt se invicem mugitu, & latantur  
 reponere bonas fidos, & quâ parte so-  
 nitus pervenit ad aures eorum, cornua  
 pauca videntur per folia opaca. Cohortes  
 finitima advolant, quas non pridem Rha-  
 tia propugnata laudavit ornatas exuviis

Vindelicorum. Legio objecta Anglis ulti-  
 mis advenit etiam, qua legio imponit ha-  
 benas Scoto crudeli, & Picti cadente, spe-  
 ctas figuras mortuas signatas gladio. Pre-  
 terea copia opposita Sycambriis flaventibus,  
 & copiarum qua vincunt Cattos, & Cheruscos  
 inhumanos, huc converterunt totas minatio-  
 nes, ac vigilibus reductis, deserunt Rhenum  
 defensum uno timore Stilichonis. An ulli  
 nepotes credent? Illa Germania olim me-  
 tuenda gentibus suis; qua agrè poterat

## ANNOTATIONES.

407. *Lacrymosa.* ] Gaudia tanta, ut in-  
 de oboriantur lacrymæ.

409. *Sibila.* ] Pastores docebant tauros  
 sibila cognoscere, & ad ea venire.

410. *Avitæ.* ] In quibus avi sui tauri  
 pascebantur. Virgilius de tauro victo:

*Et stabula aspectans regnis excessit  
 avitis.*

Alii legunt, *amata pascua vallis.*

411. *Regunt.* ] Boves se regunt ac du-  
 cunt invicem, dum alter sequitur mugi-  
 tum alterius.

412. *Reddere.* ] Pastori habitanti red-  
 dunt mugitus fideles.

413. *Rara.* ] Rari remanent tauri, ubi  
 audiverunt sonum vocemque pastoris;

qui tauri designantur per cornua.

417. *Ferroque notatas.* ] Picti ad terro-  
 rem suas facies pingebant, ac ferro de-  
 formabant, adeo ut larvati viderentur;  
 hinc Picti dicti sunt. Itaque his deletis, vi-  
 ctrix Romanorum legio spectat figuras  
 Pictorum mortuas, ac ferro notatas atque  
 deformatas.

420. *Sycambriis.* ] Sycambri, Catti,  
 Cherusci, sunt Germaniarum populi.

424. *Ferox.* ] Germaniam sic dictam  
 putant, quod germinet abundetque ho-  
 minum copiâ: venatus, continuz con-  
 cursiones, & corporum proceritas eam  
 reddant ferocem.

- 425 Principibus totâ poterat cum mole teneri,  
 Tam sese placidam præstat Stilichonis habenis,  
 Ut nec præsidii nudato limite tenter  
 Expositum calcare solum, ne transeat amnem,  
 Incustoditam metuens attingere ripam.
- 430 Celsior ô cunctis, unîque æquande Camillo!  
 Vestris namque armis Alarici fracta quievit  
 Ac Brenni rabies. confusis rebus uterque  
 Divinam tribuistis opem. sed tardior ille  
 Jam captæ vindex patriæ; tu sospitis ultor.
- 435 O quantum mutata tuo fortuna regressu!  
 Ut sese pariter diffudit in omnia regni  
 Membra vigor, vivûsque redit color urbibus ægris!  
 Creditur Herculeis lucem renovasse lacertis  
 Fœmina dilecti fati impensa mariti.

## INTERPRETATIO.

coërceri principibus urgentibus cum omni potestate exercituum, ita reddit se docilem imperio Stilichonis, ut finibus suis etiam destitutis exercitu, non conetur terere campos derelictos, neque transgrediatur fluvium, timens pervenire ad littora non servata. O Stilicho, major omnibus & equiparande soli Camillo. Etenim furor Alarici atque Brenni resêdit domitus gladiis vestris. Ambo dedistis auxilium coëscite. At ille senior vindex patriæ jam direpta, tu vindex patriæ incolumis. O quàm fortuna versa est reditu tuo! O quàm similiter vis dispersit se in cunctas partes imperii. & facies vegeta reddita est urbibus afflictis! Mulier devota avertebat mortem conjugis chari existimatur revocasse vitam manibus Herculeis.

## ANNOTATIONES.

425. *Principibus.* ] Cæsar, Germanicus, Tiberius & alii vix eam domuerunt; nec unquam tota domita est.
427. *Nudato.* ] Romani habebant excubias & castra limitanea, opposita Barbarorum furori.
430. *Camillo.* ] Hic dictus est alter Romæ conditor; Brennum Gallûsque Senones, Romæ jam à sex mensibus incubantes, excussit.
431. *Vestris namque armis.* ] Alii scripserunt Stilichonem invito Honorio pugnasse: alii victum esse à Getis. Sed quis crederet Claudianum tam impudenter mentiri?
433. *Divinam.* ] Insuperatam. Tùmque dicitur, ὁ θεὸς δὸν τῆς μηχανῆς, Deus ex machinâ, quasi solus Deus hanc opem præstare posset.
434. *Sospitis ultor.* ] Tu vindicasti patriam, antequàm periret; gloriosior est, qui cladem vetat, quàm qui reparat.
437. *Vigor, color.* ] Te absente Roma erat ægra, languens, pallida: te redeunte, convalescit, vigoremque ac faciem pristinam resumit; in pristinum statum & splendorem restituitur.
439. *Fœmina, &c. Herculeis, &c.* ] Alcestis, uxor Admeti Thessaliæ Regis, cum Oraculum respondisset eum non moriturum, si quis ex propinquis mortem ipsi paratam subire vellet, ipsa, refugientibus cæteris, sese obtulit, & mariti mortem suâ morte repulit. Adeo illum amabat! quo factò à Diis meruit, ut ab inferis revocaretur, Plato in symp. Hanc Hercules descendens ad inferos resuscitavit, terrens mortem quæ eam tenebat, Natalis Comes, Robertus Gulielmi Nothi filius, Normaniz Dux, in pugna Hiero'olymitanâ in brachio lethale vulnus exceperat, quod in fistulam degenera-

- 440 Et juvenem spretæ laniatum fraude novercæ  
Non sine Circæis Latonia reddidit herbis.  
Cretâque, si verax narratur fabula, vidit  
Minoam rupto puerum prodire sepulchro:  
Quem senior vates avium clangore repertum  
445 Gramine restituit: miræ nam munere fortis  
Dulcia mella necem, vitam dedit horridus anguis.  
At tuus adventus non unum corpus ab umbris,  
Sed tot communi populos sub morte jacentes,  
Torâque tartareis è faucibus oppida traxit.

## INTERPRETATIO.

Et Latonia Diana non absque graminibus  
Circæ resuscitavit adolescentem lacera-  
tum dolo novercæ contempta. Et Creta, si  
sermo verus memoratur, aspexit puerum  
Minoam exire ex tumulo fracto: quem  
puerum inventum ululatu volucrum au-  
gur senior herbâ quadam restauravit. Et

enim dono fortis admirabilis, mella sua-  
via dederunt ipsi lethum, & serpens hor-  
ribilis tribuit vitam. Sed adventus tuus  
non tantum revocavit corpus unum à te-  
nebris, sed tot gentes gementes metu inte-  
ritus communis, & omnes urbes ex gut-  
tate inferorum.

## ANNOTATIONES.

verat: hinc transiit in Apuliam, & Sco-  
lam Salernitanam, quæ vulnus frequenti-  
oris iuctu sanari posse respondit: Nolebat  
Princeps pius & optimus fistulam sugen-  
dam alicui committere, ne quenquam ob  
venenum in vita periculum vocaret: ejus  
nihilominus uxor Sibylla novo amoris  
exemplo excitata, dicitur, marito dor-  
miente, fistulam suxisse, & sanasse sine  
ullo salutis discrimine. Zacharias Sylvius  
in Præf. ad Scholam Salern.

440. *Juvenem.* ] Hippolytum. Hunc  
deperit, sollicitatque Phædra noverca,  
sed frustra. Ergo amorem vertit in odium,  
cùmque apud Theſeum patrem accusat,  
quasi sibi stuprum inferre voluisset. Pater  
credulus de filii nece cogitat: Hippolytus  
conſenſo curru fugit, sed dum Phocæ;  
quæ fortè in litus exierant, equorum stre-  
pitu perterritæ in mare se præcipitarent,  
equi vicissim territi currum per saxa tra-  
hant, Hippolytûsque locis implicitus dis-  
cerpitur.

441. *Circæis.* ] Circe Solis filia, insignis  
fuit venefica: habitabat oras Latii in Cir-  
cæo monte herbis abundante.

*Latonia.* ] Diana Latonæ filia, quæ  
amabat Hippolytum venationi deditum,  
cùmque ex mortuis suscitavit. Virgilius  
suscitatum ait ab Æsculapio; sed precibus

Dianæ id effectum. Hippolytus postea  
dictus est *Virbius*.

442. *Fabula.* ] Dicitur etiam de ser-  
mone, ut *μῦθος* apud Græcos. Est ur-  
bis fabula, id est; est in ore atque sermo-  
ne omnium.

*Creta.* ] Insula, in quâ regnavit Minos.  
443. *Minoam.* ] Glaucum Minois filium.  
Hic in mellis dolium decedit, & extin-  
guitur. Minos iratus Polyidum Glauci me-  
dicum cum puero extincto vivum sepeliri  
jubet. Polyidus tunc mœstus videt duos  
serpentes, quorum unum occidit. Sed  
alter ingestâ in os serpentis occisi qua-  
dam herbâ, ipsi vitam reddidit. Idcirco  
eadem herbâ Glauci os replet; & statim  
hic reviviscit. Videndus Hyginus.

444. *Vates.* ] Polyidus augur & me-  
dicus.

*Avium clangore.* ] Ululatu Bubonis,  
qui indicavit Glaucum in mellis dolio esse  
suffocatum.

448. *Sub morte.* ] Desperatâ salute.

449. *Tartareis.* ] Quia quæcumque pe-  
ribant, ea credebantur esse inferorum  
præda.

*E faucibus.* ] Stilicho ex ipsis quasi  
moris faucibus urbes omnes eripuit. Me-  
taphorâ sumptâ ex gutture faucibusque  
belluarum.

- 450 Ipso Roma die, nec adhuc ostenditur auctor,  
 Personuit venisse ducem, lætisque Quirites  
 Vocibus auspicium certi plausere triumphi,  
 Muniti Stilichone suo. quis gaudia verò  
 Principis, amplexus alacris quis differat aulæ?  
 455 Pulveris ambiguam nubem speculamur ab altis  
 Turribus, incerti, socios apporret an hostes  
 Ille globus. mentem suspensa silentia librant:  
 Donec pulvereo sub turbine sideris instar  
 Emicuit Stilichonis apex, & cognita fulsit  
 460 Canities. gavisâ repens per mœnia clamor  
 Tollitur, Ipse venit. portas secura per omnes  
 Turba salutatis effunditur obvia signis.  
 Non jam delectus miseri, ne falce per agros  
 Deposita jaculum vibrans ignobile messor.  
 465 Nec tentat clypeum projectis sumere rastris  
 Bellonâ ridente Ceres, humilisque novorum

## INTERPRETATIO.

*Roma eodem die, neque nuntius adhuc cognoscitur, velut clamavit ductorem advenisse, & Romani freti Stilichone suo sibi portenderunt festivis acclamationibus prasagium victoriae indubitata. Sed quis exprimat lætitiâ veram Imperatoris, quis exprimat complexus Aulae gaudentis? Prospicimus ex turribus excelsis nimbum dubium pulveris, nescientes, an ille turbo afferat federatos, an hostes? Taciturnitas anceps suspendit animos, donec sub nube pulvereâ vultus Stilichonis enituit in speciem astri, & canities nota radiavit. Vox repentina exurgit per urbem lætam, Stilicho ipse venit. Multitudo turta vexillis salutatis erumpit per portas omnes, obviam iura. Non jam sunt nobis cohortes misella, neque agricola torquens vile telum, falce relicta per campos: neque Ceres rastris abjectis conatur capere scutum, Bellonâ irridente; neque apparet tumultus rancus.*

## ANNOTATIONES.

450. *Ipso die.* ] Ipso die, quo Stilicho Italiam ingressus est, Roma personuit hoc rumore, ducem scilicet venisse Stilichonem; nec cognitus est autor, qui rumorem illum disseminaverit. Sic olim victoriæ incertis autoribus divulgatae eo die, quo relatæ fuerant longè ab urbe Româ, P. Vatinius Senatui indicavit, die qui præterierat, Persen Regem à Paulo captum in Graciâ, & Pauli literis inposita verissimum esse cognitum est. Valerius Maximus.
452. *Plausere.* ] Ita confidebant in Stilichone, ut jam sibi triumphum promitterent, imò jam plauderent. Et huius rei lætæ voces acclamationesque auspicium atque prasagium erant.
453. *Muniri.* ] Tanquam muro aut clypeo fortissimo.
- Vero.* ] Gaudia quæ verò seu reverâ fuerunt, & non fucata.
457. *Librant.* ] Silentia tenent animos suspensos.
462. *Salutatis.* ] Ex more sese invicem salutabant & exercitus & populus.
463. *Delectus.* ] Delectus est congregatio militum, qui non jam rapiuntur ab aratris ut inexercitati opponantur hostibus. Alioquin tamen, auctore Vegetio, milites strenui ex agris, & ex Senecâ, *du-rus miles ex confrago venit.*
466. *Humilisque.* ] Neque Ductores novi & humiles, seditiones clamando excitant.

- Seditio clamosa ducum : sed vera juvenus,  
 Verus ductor adest, & vivida Martis imago,  
 Prospera sed quantum nostræ spes addita menti,  
 470 Tantum exempta Getæ : qui vertice proximus astris  
 Post Alpes jam cuncta sibi promissit apertas,  
 Nil superesse ratus. postquam tot flumina pulsus,  
 Cinctaque fluminibus crebris tot mœnia cernit;  
 Tot subitos pedites, equitum tot conspicit alas,  
 475 Sæque velut clausum laqueis, sub pectore furtim  
 Æstuat, & nimium prono fervore petitæ  
 Jam piget Italiæ, speratæque Roma teneri  
 Visa procul. magni subeunt jam tædia cœpti.  
 Occultat tamen ore metum, primisque suorum.  
 480 Consultare jubet bellis annisque verendos.  
 Crinigeri sedere patres, pellita Getarum  
 Curia : quos plagis decorat numerosa cicatrix,  
 Et tremulos regit hasta gradus, & nititur altis  
 Pro baculo contis non exarmata senectus.

## INTERPRETATIO.

& flagitiosus Ductorum recentium : at juvenus vera adest, verus Dux, & generosa species Martis. Sed quantum spes secunda adjuncta est animis nostris, tantum ercepta est Getæ : qui capite tangens sidera, post Alpes patefactus, jam spondederat sibi omnia, nihil credens restare. At cum velut jam expulsus, videt tot fluviis, & tot urbes circumdatas multis fluviis : cum videt tot pedites repentinos, tot exercitus equitum, & se quasi conspectum resibus, tacitus ardet sub cordo, & jam pœnitet illum Italia lateffita nimis promptâ cupiditate : & Roma sperata occupari, tunc visa longè recedere : jam tadia veniunt ingentis incepti. Alaricus nihilominus regit vultu timorem, & imperat primos suorum spectabiles & bello & atate, consulere, Senes capillati, qui sunt Senatus pelliger Getarum, confederunt : quos senes cicatrix multa ornat vulneribus : & cusps sustinet pedes titubantes, ac senectus, ne inermis incedat, fulcitur periculis longis, pro scipione.

## ANNOTATIONES.

467. *Vera juvenus.* ] Quæ verè & fortiter Marti serviat; non specie, ut antè Meliores, qui non tam milites erant quam larvæ & monstra militum, quòd non assuefacti essent militari disciplinæ. *Juventus* dicitur à *juvando*, quòd Romæ in bellis juvare possit.

468. *Vivida.* ] Ingenua, non adsciticia.

470. *Vertice proximus astris.* ] Proverbium est in superbos, qui sibi multò plus, quàm deccat, arrogant, quasi digito Cœlum tangerant.

472. *Pulsus.* ] Jam suâ cogitatione.

477. *Sperataque.* ] Sperabat se mox

Romam, velut mann capturum esse, sed ea jam procul videtur, quasi recederet : unde illum tædet incepti. *Fugere, recedere* dicuntur de rebus, quas sperabamus, & quas vix attingere possumus. Virgilius :

*Jam tandem Italia fugientis prædium oras.*

481. *Crinigeri.* ] Antiqui fere omnes, ac præsertim barbari, in comæ prolixitate majestatis aliquid ponebant.

*Pellita.* ] Populi Septentrionales ob Cœli inclementiam utuntur pellibus consutis.

Eii ij



- 485 Hic aliquis gravior natu , cui plurima dicti  
 Consiliiq[ue] fides , defixus lumina terræ ,  
 Concutiensq[ue] comam , capuloq[ue] acclinis eburno ,  
 Si numero non fallor , ait , tricesima currit  
 Bruma fere , rapidum postquam tranavimus Istrum ,  
 490 Romanamq[ue] manum tantis eludimus annis.  
 Sed nunquam Mavors adeo constrixit in arctum  
 Res , Alarice , tuas . per tot certamina ducto  
 Crede seni , qui te tenero vice patris ab ævo  
 Gestatum parvâ solitus donare pharetrâ ,  
 495 Atque aptare breves humeris puerilibus arcus .  
 Sæpe quidem frustra monui , servator ut icti  
 Fœderis Emathiâ tutus tellure maneres .  
 Sed quoniam calidæ rapuit te flamma juventæ ,  
 Nunc saltem , si cura tibi manet ulla tuorum ,  
 500 His claustris evade , precor . dùmque agmina longè ,  
 Dum licet , Hesperii præceptis elabere terris ,  
 Ne nova prædari cupiens , & parta reponas ,  
 Pastorique lupus scelerum delicta priorum  
 Intra septa luas . quid palmitis uber Etrusci ,  
 505 Quid mihi nescio quam proprio cum Tibride Romam  
 Semper in ore geris ? referunt si vera parentes ,

## INTERPRETATIO.

Hic quidam præstabilior ætate , cui multum fidei adhibetur in sermonibus & consiliis; habens oculos fixos humi . & quasiens caput , & adnixus capulo eburneo inquit , si non decipior numero , hyems ferme tricesima fluit , cum transivimus Danubium violentum , & effugimus tot præliis acies Romanas . At Mars , ô Alarice , nunquam reduxit in tantas angustias exercitum tuum . Crede Seni tracto per tot bella; qui senex loco parentis ab ineunte ætate consuetus dare tibi portato pharetram exiguum , atque accommodare arcus parvos humeris tuis puerilibus . Sæpe certe admo-

nui te inutiliter , ut custos fœderis percussus securus remaneres in terrâ Thessaliâ . At quoniam ardor juventutis ardentis abripuit te , nunc saltem , si qua restat tibi cura tuorum , rogo te , ut erumpas ex his repagulis . Et dum exercitus hostiles longè sunt , dum permittitur , effuge promptus ex sinibus Italicis , ne tu expetens rapere nova , etiam rapta coactus relinquas , & ut lupus , in septis persolvas Pastori penam criminum primorum . Quare mihi semper habes in ore fertilitatem vitium Hetruscæ , quid nescio quam Romam cum Tiberi suo ? Si majores narrant veritatem ,

## ANNOTATIONES.

485. Gravior natu.] Viro cuidam venerabili Alaricum deterrenti ; non ego volens , ait Alaricus , Romam peto : sed quidam quotidie ad me , Perge , & Romam destrue . Cluverius .  
 489. Bruma.] Tricesima hyems , & tricesimus annus .  
 490. Eludimus.] Non tam pugnamus ,
- quàm eludimus , non audentes manus propius conferere .  
 505. Mihi .] Ponitur ornatus causa . Virgilius :  
 Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro  
 Ingemere , &c.

Hanc urbem infano nullus qui Marte petivit  
 Lætatus violasse redit. nec Numina sedem  
 Destituunt. jactata procul dicuntur in hostem  
 510 Fulmina, divinique volant pro mœnibus ignes:  
 Seu cœlum, seu Roma, tonat. si temnis Olympum;  
 A magno Stilichone cave, qui semper iniquos  
 Fortunâ famulante premit. scis ipse, perosis  
 Arcadiæ quàm densa rogis cumulaverit ossa:  
 515 Sanguine quàm largo Graios calefecerit amnes.  
 Exstinctusque fores, ni te sub nomine legum  
 Proditio regni que favor texisset Eoi.

Talia grandævum flammata fronte loquentem  
 Obliquique tuens oculis non pertulit ultra;  
 520 Sed rupit rabidas accensa superbia voces:  
 Si non mentis inops fraudataque sensibus ætas  
 Præberet veniam, nunquam hæc opprobria linguae

## INTERPRETATIO.

nemo, qui aggressus est hanc urbem bello temerario, reversus est gaudens eam violasse. Neque Dii deserunt sedem suam: fulmina memorantur contorta esse longè in hostem, & flamma cœlestes volitant pro defensione urbis, seu Cœlum tonet, seu Roma. Si spernis Cœlum, cave à Stilichone ingenti, qui semper persequitur injustos, fortunâ favente: ipse nosti, quàm spissa congerieris ossa in montibus odiosis Arcadiæ: quàm copioso cruore tepefeceris fluvios Gracos. Et tu ipse occisus fores, nisi perfidia & favor Imperii Orientis defendisset te sub specie legum. Superbia Alarici aspiciens torvis oculis non passa est ulterius senem hac dicentem vultu incenso, sed ea inflammata laxavit has voces furiosas. O senex, si non senectus carens animo, & destituta sensu daret tibi excusationem, nunquam Ister pateretur impune,

## ANNOTATIONES.

507. Hanc urbem.] Hanc tamen postea cepit Alaricus, & exceptis rebus sacris, ex Orofio vastavit miserè, ut diximus. Ex Zosimo, Geta, Romanis dicentibus se esse innumeros, & ad pugnam paratos, respondit, Spissius sænum facilius secari: cùmque aurum, argentum, & omnia posceret, legatis quærentibus, quid sibi relinqueret, animas, inquit.  
 510. Volant pro mœnibus ignes.] Id factum dicitur Annibale ingruente: hunc pluviz & fulmina repulerunt muris urbis imminuentem. Verius sanè dixerimus Childerum & Theodebertum Reges in Clotarium irrumpentes omnia ferro & flammâ vastaturos esse, nisi Cœlum Sanctissimæ Reginæ Clotildæ precibus & lacrymis turbatum furens fratrum animos horrida quidem, sed salutari tempestate compescuisset. Mezerius illustris Historicus.  
 513. Perosis.] Id est odiosis invisisque montibus Arcadiæ in Græciâ; in quibus Getæ deleti sunt à Stilichone. Perosus autem hic sumitur passivè, ut apud Alcimum Avitum perosam expavere diem, id est odiosam, invisam.  
 517. Proditio.] Rufinus tum Arcadii in Oriente imperantis tutor, auro expugnatus fecit, ut rescriberetur hostem dimittendum: id quod tunc Alarico salutem peperit.  
 520. Superbia.] Alaricus successu & juventute efferus, adeoque superbus, ut ipsa superbia esse videretur.  
 522. Præberet.] Si non ætastua delirans faceret, ut tibi veniam concederem,

- Turpia Danubius me sospite ferret inultus.  
 Anne, tot Augustos Hebro qui teste fugavi,  
 525 Te patiar suadente fugam, cum cesserit omnis.  
 Obsequiis natura meis? subidere nostris  
 Sub pedibus montes, arescere vidimus amnes.  
 Non ita Dii Getici faxint Manesque parentum.  
 Ut mea converso relegam vestigia cursu.  
 530 Hanc ego vel victor regno, vel morte tenebo  
 Victus humum, per tot populos urbésque cucurri.  
 Fregi Alpes, galeisque Padum victricibus hausi.  
 Quid restat nisi Roma mihi? gens robore nostra  
 Tunc quoque pollebat, nullis cum fideret armis.  
 535 Ar nunc Illyrici postquam mihi tradita jura,

## INTERPRETATIO.

me vivente, hanc sedam sermonis infamiam. An ego, qui Hebro spectante, populi tot Imperatores, sustinebo fugere, te hortante; cum natura universa se reddiderit potestati mea? Conspeximus montes deprimi sub pedibus nostris, & fluvios siccare. Non sic Dii Getici, & manes Majorum nostrorum sinant, ut retorqueam meum iter passu averso. Ego occupabo hanc terram victor imperio vel saltem morte, superatus: volavi per tot gentes & urbes: perrupi Alpes, & potavi aquas Eridani casside triumphali. Quid superest mihi, nisi Roma? Natio nostra tunc etiam valebat viribus, cum nullis niteretur armis auxiliariis. Sed nunc postquam concessa est mihi potestas Illyria, & hi

## ANNOTATIONES.

52. *Danubius.*] Danubium Numen patrium, senex ignave, violastam inerti oratione, indigna iis, quos Danubius aluit, sed non inultus remaneret, nisi tunc senectuti parcerem. Alaricus porro Danubium ut numen colebat: imò & huic flumini sacra fecit Alexander, Arrianus.

524. *Tot Augustos.*] Tot Imperatores: sibi tribuit Alaricus, quod ante Theodosium Getæ fecerant in Thraciâ, alioquin mendacium foret: Romam enim vastavit anno post salutatum Imperatorem Theodosium trigésimo, & ipse post juvenis obiit in Urbe quam Consentiam vocat Ptolomæus, hodie *Cosenza*, dum parabat Siciliam penetrare.

*Hebro.*] Thraciæ fluvio.

526. *Natura.*] Campi, montes, fluvii.

528. *Manes.*] Antiqui manes Parentum magnopere colebant: hos vocabant *Em-piricus* auxiliares.

532. *Victus humum.*] Scytharum vetus religio erat, mortem contemnere: vox itaque digna Alarico. Occupabo hanc

terram aut victor regnando, aut victus moriendo. Utrumque præstitit Alaricus. Nam occupavit Italiam regnando; & mortuus est Cosentia, quæ urbs est Brutorum in extremâ Italiâ.

532. *Hausi.*] Aquam in galeâ bibere; militaris est serocitatis. Sic Cæsari potum in galeâ miles tulit.

534. *Nullis cum fideret armis.*] Cum nullis fideret armis copiarum auxilium.

535. *Illyrici.*] Primò Alaricus Honorium adjuverat, contra Arcadium: ideo ipsi data est Illyria, quam ab imperio Orientis ad partes Occidentales traduxerat consiliis Stilichonis, qui cum Alarico pacem faciendam esse suadebat, imò & dandum aurum: at Lampadius, non est ista pax, inquit, sed pactio servitutis. Si tamen Honorius Stilichoni potius credidisset, quàm nebuloni Olympio, & aliis invidis forsitan Roma capta non fuisset, neque Africa spoliata, neque Occidens tot claudibus exundasset.

Méque suum fecère ducem; tot tela, tot enses,  
Tot galeas multo Thracum sudore parari,  
Inque meos usus vestigal vertere ferri  
Oppida legitimo jussu Romana coëgi.

- 540 Sic me fata foveant. ipsi, quos omnibus annis  
Vastabam servire dati. nocitura gementes  
Arma dabant, flammisque diu mollitus & arte  
In sua damna chalybs fabro lugente rubebat.  
Hortantes his adde Deos. non somnia nobis,  
545 Nec volucres; sed clara palam vox edita luco est:  
Rumpe omnes, Alarice, moras. hoc impiger anno  
Alpibus Italiæ ruptis penetrabis ad Urbem.  
Huc iter usque datur. quis jam post talia segnis  
Ambigat, aut cælo dubitet parere vocanti?  
550 Sic ait, hortatúsque suos bellóque viæque  
Instruit: attollunt vanos oracula fastus.  
O semper tacitâ sortes ambage malignæ,  
Eventúque patens & nescia vatibus ipsis

## INTERPRETATIO.

populi constituerunt me ductorem: compa- non aues, sed vox manifesta aperte emis-  
ravi magno labore Thracum, tot jacu- sa est ex sylvâ. O Alarice, rumpe om-  
la, tot gladios, tot galeas, & coëgi im- nes moras: hoc anno fractis Alpibus Ita-  
perio jussu urbes Romanas impendere ad- lia, promptus intrabis in urbem. Hinc us-  
meos usus arma tributaria. Si fata favent que via conceditur tibi. Ecquis jam igna-  
mibi: ipsi Romani, quos populabar sin- vus post hæc verba fluctuet, aut refugiat  
gulus annus, jam concessi sunt mihi in ser- obedire Cælo invitanti. Alaricus ita loqui-  
vitusem. Inviti præbebant tela sibi noxia, tur, & excitans suos, præparat eos ad  
& chalybs maceratus longum & igno & iter & ad prælium. Oracula augent arro-  
& industriâ, rubescbat in exitium suum, fa- gantiam hujus inanem. O responsa Deo-  
bro morante. Adjunge his rebus Deos rum implicita dubitationibus secretis; & &  
impellentes. Non somnia nobis missa sunt, fides veritatis tardè cognoscenda solo exitu.

## ANNOTATIONES.

538. *Vestigal.* ] Coëgi urbes Romanas dare ferrum, hoc est milites armatos, velut in speciem vestigalis.

541. *Servire dati.* ] Jam spe præsumo victoriam: jam mihi à Diis dati esse videntur in servitum Romani.

*Gementes.* ] Cùm forem Honorii amicus, ejus populi tristes ac velut mala sibi à me inferendâ prælagientes, dabant mihi tela, sibi quondam nocitura.

548. *In sua damna.* ] Chalybs rubebat in damna sui fabri, seu eorum qui aut constabant illum, aut constari jubebant.

546. *Rumpe moras.* ] *Perge & Romam destrue:* vide v. 485. suprâ. Alaricus, cùm

Romam contenderet, monitus, sibi rem esse cum infinitâ hominum multitudine, respondit, densum gramen melius sequitur falcem: densior herba facilius succin- ditur.

549. *Cælo.* ] Jovi, qui Cælo præest.

552. *Sortes malignæ.* ] Oracula maligna, quia ambagibus in utramque partem explicandis multos decipiunt; dantque occasionem audendi, simulque sæpius per- eundi.

553. *Eventu.* ] *Stultorum iste magister est.* ut ait Fabius Maximus apud Livium: unde Versus:

Vulgus ab eventu facta notanda putat:

Veri sera fides ! Ligurum regione supremâ  
 555 Pervenit ad fluvium (miri cognominis) *Urbem*.  
 Atque illic domitus vix tandem interprete casu  
 Agnovit dubiis illusa vocabula fati.  
 Nec non & Stilicho pugnam poscentia movit  
 Pleno castra gradu, dictisque instigat euntes.  
 560 Nunc ô nunc, Socii, temerata sumite tandem  
 Italiæ pœnas. obsessi Principis armis  
 Excusate nefas. deploratumque Timavo  
 Vulnus, & Alpinum gladiis abolete pudorem.  
 Hic est, quem toties campis fudistis Achivis ;

## I N T E R P R E T A T I O .

& incognita ipsis vaticinatoribus ! In tra-  
 ctu ultimo Ligurum penetravit ad flu-  
 vium dictum *Urbem* cognomento admi-  
 rabili : & illic victus, vix demum,  
 eventus explicante, sensit verba sibi di-  
 cta, esse illusa fati ambiguis. Et Stili-  
 cho etiam promovit audaci gradu copias  
 potentes praelium, & verbis excitat proce-  
 dentes. Nunc ô nunc commilitones reposcite  
 tandem supplicium ob Italiam profanatam :  
 removeite opprobrium Imperatoris oppugnati  
 telis, & delete ensibus plagam luctuosam  
 Timavo, & dedecus Alpinum. Hic est  
 hostis, quem domuistis toties in agris Gracis.

## A N N O T A T I O N E S .

Ovidius, At ex Senecâ, initium omnium  
 rerum sapiens, non exitum spectat : initia  
 in potestate nostra sunt, de eventu for-  
 tuna judicat. Demosthenes, τὸ μὲν πρῶ-  
 τος, ὁ δὲ ὅ δὲ μὲν βουλὴν, παρ' αὐτῶν  
 γίνεσθαι, ἢ δὲ ἀπομύσειος αὐτῶν τῶν  
 συμβῆναι δὲ αὐτοῖς δὲ αὐτοῖς. Eventus quidem,  
 ut Deus voluerit, est in omnibus, consi-  
 lium verò ipsum consiliiis iudicium osten-  
 dit.

555. *Urbem*.] Vox in sylvâ dixerat  
 Alarico,

\_\_\_\_\_ hoc impiger anno  
 Alpihus Italia ruptis penetrabis ad  
 Urbem.

Alaricus de urbe Româ cogitabat : sed  
 Oraculum intelligebat fluvium Liguriæ,  
 qui cognominatur *Urbs* : sicque Alaricus  
 deceptus est, & eventu interprete agno-  
 vit illa verba esse illusa seu illusionis plena :  
 agnovit fata sibi illudentia ambiguis vo-  
 cibus.

559. *Pleno gradu*.] Stilicho non spar-  
 sim, non temerè, non incautè, non timè,  
 sed pleno, gravi, audacique gradu  
 movet cohortes..

560. *Socii*.] Sic Æneas Virgilianus, &  
*socii* : sic Cæsar excitabat milites, com-  
 militones appellando ; eum imitati sunt  
 multi Imperatores. Augustus tamen, non  
 ullos militum commilitones appellabat, sed  
 milites, ... ambiciosus id existimans,  
 quàm aut ratio militaris, aut temporum  
 quies, aut sua domusque sua majestas  
 postularet.

*Temerata*.] Italiæ violatæ, profanatæ :  
 hæc enim sacra dicebatur, & à barbaris  
 non sine sacrilegio tangenda.

561. *Obsessi Principis*.] Removeite op-  
 probrium, quod suscipit Princeps Hono-  
 rius, quem ob ignaviam nostrorum Go-  
 thi obsident Mediolani, neque abstinere  
 à contumeliis ; quod nefas, quod crimen.

562. *Deploratum Timavo*.] Alloquitur  
 milites, qui Maximo tyranno prius ad  
 Alpes Timavumque addicti, dedecus vul-  
 nusque Imperio inflixerant ; hortaturque  
 illos, ut suâ virtute hanc maculam eluant.  
 De Timavo fluvio suprâ. vel per *Alpinum*  
*pudorem*, intellige dedecus à nobis susce-  
 ptum, quod Getas non veterimus Alpes  
 penetrare.

565. *Quem*.

- 565 Quem discors odiisque anceps civilibus orbis,  
Non sua vis tutata diu, dum fœdera fallax  
Ludit, & alternæ perjuria venditat aulæ.  
Credite nunc omnes, quas dira Britannia, gentes,  
Quas Ister, quas Rhenus alit, pendere paratas
- 570 In speculis. uno tot prælia vincite bello.  
Romanum reparate decus, molémque labantis  
Imperii fulcite humeris. hic omnia campus  
Vindicat: hæc mundo pacem victoria sancit.  
Non in Threïciis Æmi decernimus oris:
- 575 Nec super Alpheas umbrantia Mænala ripas  
Constitimus. non hîc Tegeen Argôisque tuemur.  
Visceribus mediis, ipsôque in corde videtis  
Bella geri. patrem clypeis defendite Tibrin.  
Talia, nunc pediti, turmæ nunc mistus equestri,
- 580 Dicta dabat: simul externis præcepta ferebat

## INTERPRETATIO.

quem non robur defendit suum diu, sed mundus turbatus & vacillans bellis civilibus; dum hostis idem perfidus irridet fœdera. & jactat perjuriam data Aula utriusque alternatim. Putate jam populos omnes, quos Anglia crudeli nutrit, quos Danubius, quos Rhenus: suspensos & accinctos remanere in excubitiis. Uno bello extinguite tot bella futura. Restituite honorem Romanum, & sustinete humeris machinam Regni titubantis. Hic confli-

ctus ulciscitur omnia: hic triumphus firmat orbi pacem. Neque verò confugimus in finibus Thraciæ Hami montis, neque statimus ad Mænalum montem obumbrantem litus Alphei. Non hîc defendimus Tegeam & Argos; afficitis bella inferri mediis visceribus, & cordi ipsi: propugnate Tibrin patrem sentis vestris; Stilicho permixtus militibus dicebat hæc verba: modo peditibus, modo catervis equestribus: & unâ dabat mandata copiis externis

## ANNOTATIONES.

565. *Discors.* ] Hic est hostis, quem non sua vis, sed mundi discordia sultentat. Hæc discordia fovebatur à Rufino.
- Anceps.* ] Ob bella civilia dubitans, quem ducem sequatur.
566. *Fœdera ludit.* ] Fœdera percussa tanquam ludum negligit.
- Perjuriam vendicat.* ] Non solum perjurus, sed etiam gloriatur de perjuriis, quibus delusit alternatim, modò Aulam Orientis, modò Aulam Occidentis.
569. *Paratas in speculis.* ] Gentes omnes stant in speculis, expectantes eventum hujus pugnæ: si cadimus, paratæ sunt bellum nobis inferre: si vincimus, quiescent.
570. *Uno tot prælia.* ] Uno prælio tot
- prælia futura vincite, extinguite.
572. *Campus.* ] Hic est confictus, in hoc campo, si vincamus, ulciscemur omnes injurias nobis illatas.
573. *Sancit.* ] Sancit pacem velut rem sacram, sanctamque, quam nemo turbare audebit.
574. *Hami.* ] Montis Thraciæ.
575. *Alpheus.* ] Alpheus Arcadiæ fluvius in Elide; Mænalus, mons; Tegee, urbs in eadem Arcadiâ: quod spectat Argos, multæ sunt hujus nominis urbes in Græciâ; hæc est in Peloponneso.
577. *Ipsôque in corde.* ] Prope urbem Romam, quæ est velut cor Imperii.
578. *Patrem Tibrin.* ] Qui vos aluit.

- Auxiliis. ibat patiens ditionis Alanus,  
 Quà nostræ iussere tubæ : mortemque petendam  
 Pro Latio docuit gentis præclarus Alanæ;  
 Cui natura breves animis ingentibus artus  
 585 Finxerat, immanique oculos infecerat irâ.  
 Vulneribus. pars nulla vacat, rescissaque contis  
 Gloria fœdati splendet jactantior oris.  
 Ille tamen mandante procul Stilichone citatis  
 Acceleravit equis, Italàmque momordit arenam;  
 590 Felix, Elysiisque plagis & carmine dignus,  
 Qui malè suspectam nobis impensius arsit  
 Vel letho purgare fidem : qui iudice ferro

## I N T E R P R E T A T I O.

*auxiliariis. Alanus incedebat obediens imperio: quò buccina nostra vocavit. & dux illustris nationis Alana ostendit mortem esse oppetendam pro Italiâ; cui duci natura formaverat corpus parvum pro animo magno, & accenderat ipsi oculos furore terribili: locus nullus corporis ducis caret plagis, & honor oris vul-*

*nerati, & casti hastis superbior micat. Nihilominus ille dux, Stilichone longè jubente, festinavit equis impulsis, & momordit terram Italia. Fortunatus ille, & promeritus sedes Elysiæ, & versus laudantes; qui flagravat vehementius vel morte eluere fidem suam suspectam nobis injuriâ: qui gladio*

## A N N O T A T I O N E S.

583. *Præclarus.* ] Dux scilicet gentis Alanæ; dicitur *Saulus* à nonnullis.

584. *Cui natura.* ] Huic duci, quòd rarum Alanis, parvum corpus erat, sed animus ingens: id quòd & dicitur de Tydeo, *Majorem in exiguo regnabat pectore virtus.* At Pyrrhus apud Frontinum dicebat duci Milites deligenti: *Grandes elige, ego fortis reddam.* Hos non probabat Statius, cùm hæc canebat; *Luxuriant artus, effusaque sanguine laxo membra natant.* Livio placet, *media militaris statura:* Tacito iis placent, quibus sunt, *dura corpora, stridit artus, minax vultus, major animi vigor.*

585. *Infecerat.* ] Oculi erant torvi & infecti furore, quasi quodam veneno, quo vel aspicientes necaret.

586. *Rescissaque contis.* ] Non gloria rescissa est contis seu hastis, sed gloria nascitur ex ore vulnerato & rescisso hastis. Est effectus pro causa, metonymicâs.

587. *Fœdati.* ] Oris plagis & cicatricibus fœdati gloria est jactantior, hoc est ducem illum facit jactantiozem & superbior. Et est causa pro effectu. Alia di-

citur esse nautarum Batavorum ratio, qui poti quasi ludendo sibi invicem ora cullis diffecant, ex Claverio.

588. *Ille tamen.* ] Et si superbus ob cicatrices, et si colludere fingebatur cum Alarico, tamen Stilichoni lubens paruit, nec dubitavit mori.

589. *Momordit.* ] In Italiâ occisus momordit terram: id faciebant antiqui, ne sibi morientibus ora pravè contorta viderentur. Virgilius:

*Et humum moriens semel ille momordit.*

590. *Elysiis.* ] Dignus Elysiis ob virtutem, cui debentur, ex Virgilio,

*— amœna vires*

*Fortunatorum nemorum sedesque beata.*

*Carmine.* ] Dignus æternâ musarum memoriâ.

592. *Vel letho purgare.* ] Morte, quâ nihil est corruptius, purgare & probare fidem. Æmuli nempe Stilichonis insurrabant Honorio, Stilichonem res novas cogitare, & Alanos cum Stilichone & Alarico clam colludere. Dux Alanus ex Claudiano, totum id falsum esse sua morte probavit.

- Diluit immeritum laudato sanguine crimen.  
 Morte viri turbatus eques flecebat habenas :  
 595 Totâque præciso nutassent agmina cornu,  
 Ni celer instructâ Stilicho legione secutus  
 Subsidiis peditum pugnam instaurasset equestrem.  
 Qui Musis ipsoque licet Pæane recepto  
 Enarrare queat, quantum Gradivus in illa  
 600 Luce suæ dederit fundator originis urbi ?  
 Altiùs haud umquam toto descendimus ense  
 In jugulum Scythiæ : tantâ nec clade superbum  
 Contudimus Tanain, vel cornua fregimus Istri.  
 Invisum miles sitiens haurire cruorem  
 605 Per varias vestes, oneratâque plaustra metallo  
 Transít, & argenti cumulos; & cædis avarus  
 Contemtas proculcat opes. pretiosior auro  
 Sanguis erat. passim neglecti prodiga lucri  
 Ira furens strictis odium mucronibus explet.

## INTERPRETATIO.

*absolvente, deleuit egregio cruore scelus falsum. Equites perturbati morte ducis Alanorum vertebant frana, & alâ casâ totius exercitus inclinasset, nisi Stilicho promptus cum legione armatâ veniens restitisset prælium equestre, auxiliis pedestribus. Equis, et Musis & ipso Apolline plenus, possit referre quantum Mars conditor hujus stirpis concesserit urbi suæ illâ die? Nunquam intravimus profundiùs toto gladio in guttur Scythiæ: neque tantâ occisione prostravimus Tanain insolentem, aut rupimus cornua Danubii. Miles noster ardens sorbere sanguinem hostilem transvolat per vestimenta diversa, & plaustra onusta metallo, & per acervos argenti; atque insatiabilis cadum proteritis divitias spretas: dedit erat carior auro. Ira sapiens & larga, lucro contempto, satiat odium gladiis nudatis.*

## ANNOTATIONES.

- Judice ferro.* ] Dux Alanus suis & armis & virtute & sanguine dedit occasionem judicandi, crimen perfidiæ in Romanos, ipsi afflictum esse immeritum & falsum: apud Jureconsultos, *Ultore ferro.*  
 594. *Flecebat.* ] Hæc est Stilichonis fuga, quam post ejus cædem auctores sic auxerunt.  
 597. *Subsidiis peditum.* ] Et fortè Stilicho Cæsarem imitatus, equum dimisit, & exemplo suo cæteros idem facere docuit.  
 598. *Pæan.* ] Apollo, vel Hymnus in laudem Apollinis.  
 601. *Descendimus.* ] Audax verbum, sed efficax. Descendimus in jugulum, id est immersumus totum gladium, & descen-
- dimus in guttur Scythiæ, velut belluæ immanis. Seneca de Sejano dixit, *Sejanum in cervices nostras non imponi, sed descendere.*  
 603. *Tanain, &c.* ] Vicinus hostes ad Tanain & Danubium. Fluvios pro ipsis populis usurpare poëtæ solent.  
 607. *Avarus.* ] Est in cæde inimicorum quædam avaritia inexsaturabilis, cupidè grassans ultra vindictam & iram: sed & *avarus* ponitur pro eo, qui nunquam expletur, nunquam satiatur; sic apud Virgilium fit mentio *Acherontis avari.*  
 608. *Prodiga lucri.* ] Quod facere posset lucrum, negligit.  
 609. *Ira furens.* ] *Ira furor brevis est.*

K K x ij



- 610 Purpureos cultus, absumptique igne Valentis  
 Exuvias, miserisque graves crateras ab Argis,  
 Raptaque flagranti spirantia signa Corintho  
 Callidus ante pedes venientibus objicit hostis  
 Incassum; neque enim feralis præda moratur,  
 615 Sed justos præbent stimulos monumenta doloris.  
 Afferitur ferro captivum vulgus, & omnes  
 Diversæ vocis populi, quos traxerat hostis  
 Servitio, tandem dominorum strage redempti  
 Blanda cruentatis affigunt oscula dextris;  
 620 Desertisque Lares & pignora læta revivunt.  
 Miratur sua quemque domus, cladisque renarrant  
 Ordine, tum grati referunt miracula belli.

## INTERPRETATIO.

*Hostis astutus exponit ad pedes frustra Romanis irrumpentibus, vestes purpureas, & spolia Valentis consumpti flammâ, & crateras ingentes raptos ab Argis deplorandis, & statuas penè viventes ablatas, Corintho incensâ: nec enim præda sumesta retardat illos, sed hæc specimina afflictionis dant aculeos aquos. Populus autè captus liberatur armis, & omnes gentes va-*

*ria lingua, quas hostis abduxerat in servitutem, redempta tandem clade dominorum suorum, imprimunt oscula dulcia manibus sanguineis se liberantibus, ac repetunt domos suas derelictas, & liberos suos gaudentes. Sua familia respicit unumquemque; & tunc illi recensent seriem stragis, & memorant prodigia belli jucunda.*

## ANNOTATIONES.

610. *Valentis.* ] Hostis captus frustra Romanis victoribus objicit spolia Valentis Imperatoris, qui à Gothis in tugurio ustulatus, & ejus regia supellex ab Alarico direpta est. Valens fuit Princeps pessimus, Christianorum hostis infensissimus.

611. *Miseris.* ] Hostis victus frustra objicit crateras raptos ab Argis expilatis, deplorandis, præter Thebas & Athenas, antè totius Græciæ urbes miserè spoliatae fuerunt.

*Graves.* ] Vel crateras ingentes, ideòque graviores, vel signis emblematisque insculptis graves.

612. *Spirantia signa.* ] Ita ad vivum expressa, ut spirare ac vivere videantur.

--- *Spirantia mollius ara.* Virgilius.

*Phidiacum vivebat ebur.* Juvenalis.

*Flagranti Corintho.* ] Nobilissima opera Corinthi, æsque Corinthiacum laudatissimum semper fuit: ex quo aliàs Memmius urbem *tubâ* præcincte incendit, æsque aurum & argentum statuarum simul mixta sunt. Hinc Florus, *aris notam pretiosorem ipsa opulentissima urbis fecit inju-*

*ria:* quia incendio perustis plurimis statuis, atque simulachris aris, auri, argentique vena in commune fluxere.

613. *Callidus.* ] Ut intentus spoliis miles persequi desisteret: sic olim victus Mithridates Romanos victores elusit, cum maximam vim auri atque argenti ..... reliquit: quæ dum Romani colligunt omnia diligentius, rex ipse ex manibus effugit. Cicero.

615. *Stimulos justos.* ] Ad supplicium de sceleratis sumendum.

*Monumenta doloris.* ] Tot spolia erant monumenta doloris Græcarum urbium, quæ spoliatae fuerant.

616. *Captivum vulgus.* ] Mulieres puerique, qui à Gothis capti fuerant ad Timavum, ubi deploratum vulnus acceptum est.

619. *Oscula.* ] Osculantur manus sanguineas Romanorum se liberantium.

621. *Miratur.* ] Quomodo quis liberari potuerit ex manu hostium terribiliorum?

622. *Miracula belli.* ] Prodigia à Scilichone patrata, quæque admiranda.

Quis tibi nunc, Alarice, dolor, cùm Marte perirent  
 Divitiæ, spoliisque diu quæsitæ supellex,  
 625 Pulsarétique tuas ululatus conjugis aures;  
 Conjugis invictæ quæ dudum freta marito  
 Demens Ausonidum gemmata monilia matrum,  
 Romanasque altæ famulas cervice petebat?  
 Scilicet Argolicas Ephyreïadæque puellas  
 630 Cæperat & pulcras jam fastidire Lacænas.  
 Sed Dea quæ nimis obstat Rhamnusia votis,  
 Ingemuit, flexitque rotam. domat aspera victos  
 Pauperies, unôque die Romana rependit  
 Quidquid ter denis acies amisimus annis.  
 635 O celebranda mihi cunctis Pollentia seclis!  
 O meritum nomen felicibus apta triumphis!

## INTERPRETATIO.

Quis tibi tunc mæror fuit, ô Alarice, cùm  
 opes tuæ bello absumerentur, & supellex  
 tua parta tot exuviis, & lamenta tuæ  
 uxoris ferirent aures tuas, uxorisque,  
 qua quidem confisa conjuge indomito, in-  
 sana poscebat torques gemmatis Matrum  
 Italarum, & poscebat etiam celsiori ca-  
 pite sibi servas futuras. Nimirum jam in-  
 ceperat spernere virgines Argivas, & Co-  
 rinthiacas, & Spartanæ formosas. At  
 Dea Nemesis, quæ impedit nimia deside-  
 ria, indignata est, & avertit currum:  
 acerba egestas macerat illos superatos, &  
 confictus Romanus restituit uno die, qua-  
 cumque perdidimus per annos triginta.  
 O Pollentia laudanda mihi seculis om-  
 nibus! ô quam nomen tuum gloriosum!  
 ô quam idonea victoriis fortunatis!

## ANNOTATIONES.

624. *Spoliis quæsitæ.*] Parva atque aucta  
 spoliis victarum gentium.

628. *Romanas altæ cervice.*] Jam spe-  
 ctabat ut famulas, matres Romanas altæ  
 cervice, hoc est altiore dignitate emi-  
 nentes.

629. *Argolides.*] Argivas ab urbe Ar-  
 gis in Græciâ.

*Ephyreïadas.*] Corinthiacas, à fonte E-  
 phyre, qui Corintho vicinus est. Inde  
 Virgilius, *Ephyreïaque ara*, id est Co-  
 rinthiaca, seu optima.

630. *Pulchras Lacænas.*] Lacænarum  
 pulchritudo fortitudôque celebrantur:  
 notum adagium: solæ Lacænz viros pa-  
 riunt; id est, fortes Heroas.

631. *Dea Rhamnusia.*] Sic dicta est à  
 Rhamnunte pago Atticæ, ubi simula-  
 chrum habebat, quod ex Strabone non  
 ipsius Phidiaz cederet operibus: dicitur  
 aliter *Nemesis*, ἀπο τῆς νέμεως, distribuere.  
 quasi esset quædam Justitiæ filia, & bo-  
 nis præmia, malis supplicia distribueret.

Eos etiam affligit, qui suis dotibus con-  
 tenti non sunt, qualis erat Narcissus. In  
 libro de Mundo, qui liber Aristoteli tri-  
 buit, dicitur etiam *Adεγαστα*, quæ  
 eam nemo ἀποδιδασκαλῆν, effugit. At  
 Strabo dictam putat *Adrasteiam*, quod  
 Adrastus ei primum templum statuerit,  
 idque probat ex Antimacho. An autem  
*Nemesis* & *Leda* unum & idem sint, do-  
 ctè disputat Cœlius Rhodiginus.

634. *Romana acies.*] Transpositio non  
 imitanda.

635. *O celebranda, &c.*] Non quod ce-  
 lebraturus sim cunctis seclis, sed quod  
 laudes, quibus effero Pollentiam, æter-  
 num duraturæ sint.

*Pollentia.*] Ptolemæo Πολέντια. urbs  
 est in Liguria, Italiæ regione: Ad hanc vi-  
 cti sunt à Stilichone Getæ.

636. *Apta.*] *Adepta*: Barthius ex Lu-  
 cretio: ex hoc *apta* fidem ducit, id est,  
 adepta nomen & famam.

Virtutis fatale solum; memorabile bustum  
Barbariæ! nam sæpe locis ac finibus illis  
Plena laceffito rediit vindicta Quirino.

640 Illic Oceani stagnis excita supremis  
Cimbrica tempestas, aliâsque immissa per Alpes  
Iisdem procubuit campis. jam protinus ætas  
Adveniens geminæ gentis permisceat ossa,  
Et duplices signet titulos commune tropæum:

645 Hic Cimbros fortēsque Getas, Stilichone peremtos  
Et Mario, claris ducibus, regit Itala tellus.  
Discite vesanæ Romam non temnere gentes.

## INTERPRETATIO.

terra funesta fortitudini hostium, insigne sepulchrum Barbaria. Etenim sapius in illis locis ac limitibus, ultio integra reversa est, Romanis petitis. Illic procella Cimbrica excitata ex ultimis aquis Oceani, & emissa per Alpes excelsas, cecidit in agris iisdem. Mox jam secula ve-

nientia confundant ossa nationis utriusque, & notet titulos duos, qui sunt tropæum commune. Hic terra Italia operis Cimbros & Getas inدمitos, interfecit à Stilichone & à Mario. Ducibus illustribus. Hinc ò populi vecordes discite non spernere Romam.

## ANNOTATIONES.

639. Plena. ] Nostri milites redierunt sumptâ plenè vindictâ.

Laceffito. ] Laceffitus Romanis à Quirino seu Romulo ortis.

Cimbrica. ] Cimbri, populi Germaniæ versus Oceanum. Florus: Cimbri, Teutones atque Tigurini ab extremis Gallia profugi, cum terras eorum inundasset Oceanus, novas sedes toto orbe quarebant. Ubi & Galliam latius sumit.

641. Tempestas. ] Exercitus instar tempestatis ingruens, ob ingentem barbarorum multitudinem.

642. Iisdem campis. ] Non tamen in iisdem campis victi sunt Cimbri à Mario, & Getæ à Stilichone. Nam Marius profligavit Boërigem & Cimbros in campis

Vercellis, ab urbe quæ Ptolomæo dicitur *Βερκελλαι*: quæ Vercellæ distant ab urbe Polentiâ miliaria plusquam quadraginta.

644. Titulos. ] Signet duos titulos, duas inscriptiones, sed quæ notent tropæum commune Mario & Stilichoni.

647. Discite. ] Id sumptum est ex formulâ publicæ animadversionis, ubi plagis & verberibus addebatur. Noli hoc facere. Discite hoc agere. Notus & versus Virgilianus omnium excellentissimus, iudicio Prætiatrici indolentissimæ à Philosopho id rogatæ: quæ id respondit in urbe Papiâ seu Ticino; si fides adhibenda Boistuzvio in Historiis prodigis.

Discite iustitiam moniti, & non temnere Divos.

## OBSERVATIONES.

EGREGIA quidem est hujus Poëmatis clausula, & quæ vel iudice Lilio Gregorio Gyraldo, animosius elatum in principiis Claudianum ostendat, in fine, instar venti deficientis non flaccescere.

Observandum est postea devictos à Stilichone Getas, sic post ejus fata vires resumpsisse, ut Romam expugnarint, & diripuerint, & hac in re Alaricum fuisse crudelissimum, ut dictum est, Orosius tamen hæc memoriæ prodidit. *Adest Alaricus, trepidam Romam obsidet, turbat, irrumpit; dato tamen præcepto prius, ut si qui in sancta loca, præcipueque in Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli basilicas confugerent, hos in primis inviolatos, securusque esse sinerent. Tum deinde in quantum possent, prada inhiantes, à sanguine temperarent.* Imò vasa sacra crepta Virgini reportari iussit Alaricus; qui ut quidam tradunt, jactabat se hominibus, non sanctis & rebus sacris bellum indicere.



## CL. CLAUDIANI

D E

SEXTO CONSULATU

HONORII AUGUSTI

P A N E G Y R I S.

## ARGUMENTUM PRÆFATIONIS.

UT quisque in somnis de iis cogitat, quæ proficitur: sic ego Poëta, putabam me offerre versus Jovi, superis plaudentibus. Res vera inventa est, siquidem Honorio offero versus, plaudente Procerum frequentia.

## PRÆFATIO.

OMNIA quæ sensu volvuntur vota diurno,  
 Pectore sopito reddit amica quies.  
 Venator defessa toro cum membra reponit,  
 Mens tamen ad silvas & sua lustra redit.  
 5 Judicibus lites, aurigæ somnia currus,  
 Vanæque nocturnis meta cavetur equis.

## INTERPRETATIO.

*R* Equis grata noctis, corpore composito, repræsentat omnia desideria, quæ versantur in sensibus per diem. Venator, cum componis in lecto corpus suum fatigatum, animus tamen ejus revertitur ad sylvas novas, & latibula ferarum sibi cognita. Lites sunt somnia judicum; currus sunt somnia aurigæ. & meta inanis evitatur ab ipso cum

## ANNOTATIONES.

1. *Sensu diurno.*] Quæ videt vel audit homo per diem, ea recurrunt in somnis.  
*Vota.*] Desideria, aut ea omnia quæ cupit homo, dicuntur vota.  
 4. *Sua lustra.*] Suas sylvas, in quibus versatur venator: quasi suæ forent. Lustra sunt latibula ferarum.  
 6. *Vana meta.*] Quia ea meta non est, nisi in mente somniantis.

- Furto gaudet amans, permutat navita merces,  
 Et vigil elapsas quærit avarus opes.  
 Blandâque largitur frustra sitientibus ægris  
 10 Irriguus gelido pocula fonte sopor.  
 Me quoque Musarum studium sub nocte silenti  
 Artibus assuetis sollicitare solet.  
 Namque poli mediâ stellantis in arce videbar  
 Ante pedes summi carmina ferre Jovis.  
 15 Utque favet somnus, plaudebant numina dictis,  
 Et circumfusi sacra corona chori.  
 Enceladus mihi carmen erat, vincitûsque Typhœus:  
 Hic subit Inarimen, hunc gravis Ætna domat.  
 Quam lætum post bella Jovem susceperit æther,  
 20 Phlegrææ referens præmia militiæ.  
 Additur ecce fides, nec me mea lussit imago,  
 Irrita nec falsum somnia misit ebur.

## INTERPRETATIO.

*equis per noctem. Amans latatur amori-  
 bus furtivis; nauta mutat merces, & avarus  
 expergefactus requirit divitias effluen-  
 tes. Et somnus humectans dat potum gra-  
 tum inutiliter ex fonte frigido, agrotis si-  
 tientibus. Amor Musarum consuevit per  
 noctem tacitam excitare etiam me ad exer-  
 citationes solitas. Etenim videbar mihi in  
 ipso palatio cali micantis ferre versus ad  
 pedes Jovis supremi; & ut sopor juvat*

*somnia, Dii & cohors sacrata cæsus cir-  
 cumstipantis applaudebant verbis meis. Ar-  
 gumentum veruum meorum erat Encela-  
 dus, & Typhœus ligatus. Hic jacet sub Ina-  
 rime; Ætna ingens illum opprimit. Cane-  
 bam quàm gaudens Cælum, reportans mu-  
 nera belli Phlegrei exceperit Jovem. post  
 hac praliâ En fides adjungitur dictis meis,  
 neque vana mea species decepit me; neque  
 ebur mendax injectit mihi somnia inania:*

## ANNOTATIONES.

7. *Permutat.*] Navita Europæus, verbi gratiâ, permutat merces Europæas cum mercibus Indicis.

8. *Vigil.*] Avarus, quem avaritia dormire non sinit.

*Elapsas.*] Avarus quærit tum somnians, quod perdidit, & quod falsò putat se perdidisse.

16. *Circumfusi.*] Quasi ego medius inter hos orarem.

17. *Enceladus.*] Gigas Ætâ superimpositâ oppressus: de hoc alibi. Per Enceladum intelligitur Alaricus, per Typhœum Gildo. Uterque victus est à Stilichone sub auspiciis Honorii.

*Typhœus.*] Inarime Insulâ oppressus; de hoc etiam alibi. *Inarime* autem Homero ἀπυρῖος: hinc εἰν ἀπυρῖος, & conjunctis his vocibus *Einarime* facta seu *Inari-*

*me rejectâ primâ literâ, ut sæpe fit: dicta etiam Prochyta ἀπὸ τῆς ἀπύρῃος, profundere, quod terræ motu effusa sit. His adjice Plinium, ex quo Prochyta non ab Æneâ nutrice, sed quia profusa ab Ænariâ erat, Ænariâ ipsa à statione navium Æneâ. Homero Inarime dicta, Græcis Πιθηκῦσα, non à Simiarum multitudine, ut aliqui existimavere, sed à siglinis doliariorum.*

20. *Phlegrææ.*] Cælum refert præmia militiæ Phlegrææ, hoc est spolia gigantum, ad Phlegram Thessaliæ urbem devictorum.

21. *Ebur.*] Poëtæ duas faciunt portas somniorum; corneam, quâ vera; Eburneam quâ falsa somnia exeunt, emittuntur: cornea oculos designat, quod hi carminibus durioribus consent, & frigus non

En

En Princeps, en orbis apex æquatus Olympo.

En, quales memini, turba verenda, Deos.

- 25 Fingere nil majus potuit sopor; altaque vati  
Conventum cælo præbuit aula parem.

INTERPRETATIO.

*Ecce Imperator, ecce culmen Mundi simili- invenire sublimius; & Regia excelsa ex-  
le Cælo; ecce cætus venerandus, quales hibuit Poëta mihi confessum similem con-  
recorder esse superos. Somnus nihil evolvit sessui cælesti.*

ANNOTATIONES.

sentiant: eburnea denotat os ob dentes: | ceres Diis, Senatum Cælo magnificè  
sic somnia per corneam portam emissâ | comparat. Quod ad Imperatorem atti-  
veriora sunt, quàm quæ eburneâ exeunt; | net, certum est eos, quibus contigit rege-  
nam quæ à nobis cernuntur, certiora sunt, | re mortalium genus, etiam in sacra Scri-  
quàm quæ nobis dicuntur. Hæc est sen- | pturâ Deos appellari. *Magnus Dominus*  
tentia Servii in Virgilio locum, portâque | *super omnes Deos:* aiebat Jethro. *Ego di-*  
emittit eburnâ. | *xi, dii estis.* In Psalmis,

23. Princeps, ] Imperatorem Jovi; Pro-



ARGUMENTVM LIBRI.

**F**ORTUNÆ Reduci templum vovendum est ob Majestatem Con-  
sulare Romæ restitutum ab Honorio, qui reget feliciter, cu-  
jus præsentia lætificabit Romam, solam Consulum & Imperatorum  
sedem, in quâ Theodosius vixit, elegit consortem Honorium, quam  
amat præfertque Orienti ipse Honorius, à Stilichone & Serenâ ibi  
exceptus. Felix Theodosius, qui videbat hostes victos & ultos ab  
Honorio, quo auspice fugatus Alaricus, cui insultat Eridanus, Ve-  
rona gaudet strage militum Alarici. Stilicho sapienter ab his vindi-  
ctam petit. Alaricus suos retinere non potest, desperat, dolet de  
præsenti infelicitate, variis motibus agitur. Optatur adventus Ho-  
norii. Roma mixtis querelis, dolore, aliisque affectibus, rogat eum,  
ut veniat. Honorius ait se visum esse in Stilichone Consule, quem  
laudat à variis victoriis. Inde Ravennâ egressus transit per varios Ita-  
liæ tractus, Romam invisit, favente Cælo, plaudentibus homini-  
bus, & mirantibus apparatus, famulante Eucherio, gaudente Stili-  
chone, comitante Victoriâ, cunctis colentibus. Ludi exhibentur,  
Annus omnium felicissimus aperitur.



## CARMEN XXVIII.

**A**UREA Fortunæ Reduci si templa priores  
 Ob reditum vovêre ducum, num dignius umquam  
 Hæc Dea pro meritis amplas sibi posceret ædes,  
 Quàm sua cùm pariter trabeis reparatur & Urbi  
 Majestas: nec enim campus solennis & urna  
 Luditur in morem: species nec dissona cœtu,  
 Aut peregrina nitet simulati juris imago.  
 Indigenas habitus nativa Palatia sumunt,

## INTERPRETATIO.

**S**I Veteres dedicaverunt templa aurata  
 Fortune Reduci ob reversionē Ductorū,  
 an hac Diva peteret unquam sibi æquus de-  
 lubra magnifica, ut meretur, quàm cùm  
 splendor solitus restituitur Roma, simul cum

veste Consulari. Nam campi Martii solen-  
 nitas, & urna non celebratur per ludum,  
 tantum pro consuetudine, neque figura ridi-  
 cula conventus, aut umbra quædam externa  
 juris ficti, Aula natalis ornatur vestibus

## ANNOTATIONES.

1. **AUREA.**] Romæ templa quæ-  
 dam auro tecta agnoscunt autores, inde  
 Roma aurea non raro dicitur, Martialis:

*Fortuna Reduci fulgentia late*

*Templa nitent.*

2. **Fortuna Reduci.**] In vetere inscrip-  
 tione legitur, **J O V I O P T. M A X. E T**  
**F O R T U N A E R E D U C I P R O S A L U T E, I T U,**  
**E T R E D I T U.** Unde patet talia vota pro  
 Principibus esse facta, illorum ut felix re-  
 ditus optaretur. Fuit olim *Fortuna Mas-*  
*cula, Fortus, Parva, Obsequens, Virilus,*  
*Mulieris, Equestris, Bona, Mala, &c.*  
 Totque templa, quot nomina. Fuit &  
*Juppiter Redux.*

3. **Majestas reparatur.**] Præsentia Prin-  
 cipis Consulatum ineuntis: is enim &  
 Urbem & Honorem pristino suo splendori  
 restituit.

**Campus & urna non luditur.**] Non co-  
 gitur populus in Campum Martium, ad  
 satisfaciendum consuetudini; neque suf-  
 fragia educuntur ex urnâ, velut per lu-  
 dum, ut sub Principibus præcedentibus;  
 qui quidem umbram Campi, & suffra-  
 giorum populo relinquebant, sed ipsi rem  
 sibi reservabant, & de Consulatu ad nu-  
 tum statuebant. *Urna* autem erat cista,

seu situla unde sortes educebantur, hoc  
 est tabellæ in quibus nomina candidato-  
 rum inscripta erant. Tabellas illas, *pi-*  
*las*, vulgò *bulitins* vocat Passeratius in  
 Propertium.

6. **Dissona.**] Habens diversa suffragia.  
**Species dissona.**] Non nitet species &  
 umbra quædam non conveniens Maje-  
 stati cæris Romani, & aliqua velut in pa-  
 trio solo peregrina seu adscititia imago  
 juris ficti & imaginarii; seu quo Romani  
 fingebant se in comitiis per suffragia  
 creare magistratus, quos Princeps ipse  
 creandos jubebat. Sicque Populus spe-  
 ciem, Princeps rem ipsam habebat: non,  
 inquam, species tantum illa nitet, ut an-  
 tē; sed res ipsa seu suffragiorum libera fa-  
 cultas restituitur ab Honorio. Hæc ta-  
 men omnia poeticè ornata sunt, nam sub  
 Honorio de honoribus Stilicho statuebat;

8. **Indigenas.**] Vestes Romanas Con-  
 sularibus comitiis ab origine destinatas,  
 & velut Romæ natas, aut ab indigenis  
 usurpatas.  
**Nativa palatia.**] In quibus nata est  
 ipsa dignitas Consularis, & quæ magno  
 cum omnium gaudio Princeps Consul re-  
 petit, Mediolano reversus.

- Et, patriis plebem castris sociante Quirino,  
 10 Mars Augusta sui renovat suffragia campi.  
 Qualis erit terris, quem mons Evandrius offert  
 Romanis avibus, quem Tiberis inaugurat, annus?  
 Quamquam omnes, quicumque tui cognominis, anni  
 Semper inoffensum dederint successibus omen,  
 15 Sintque tropæa tuas semper comitata secures;  
 Hic tamen ante omnes miro promittitur ortu  
 Urbis, & Augusti geminato nomine felix.  
 Namque velut stellas Babylonia cura salubres  
 Optima tunc spondet mortalibus edere fata,  
 20 Cælicolæ cùm celsa tenent, summoque feruntur  
 Cardine, nec radios humili statione recondunt;

## INTERPRETATIO.

verè Romanis: & Romulo iungente populum militibus Italis, Mars restituit suffragia Campi sui. Qualis erit in Orbe annus ille, quem mons Palatinus ostendit volucris Romanis, quem Tiberis auspicatur? Etsi anni omnes, quicumque ferunt cognomen tuum, præbuerint augurium simile eventibus, & victoria semper secuta sint Consulatum tuum, attamen hic annus spondetur futurus fortunatus ante omnes initio admirabili, & duplici titulo urbis, & Imperatoris. Etenim quemadmodum labor Chaldaorum pollicetur astra salutaria, tum ostendere magnam felicitatem hominibus, cùm Cælites occupant alium Cœlum, & tolluntur in regionem supremam, neque hebetant radios suos in plagâ infimâ:

## ANNOTATIONES.

9. *Quirino.*] Romulo, seu Imperatore successore Romuli, conjungente plebem Castris, id est populum militibus, & sic in veste Consulari ad Palatium incedente.

10. *Augusta suffragia.*] Augustum Honorium Consulem electura.

*Campi.*] Martii, creandis Magistratibus destinati.

11. *Mons Evandrius.*] Mons Palatinus ab Evandro cultus promittit annum futurum felicem, Consule Honorio, sicut alias ex inspectione duodecim vultuum promissit Romulo urbem felicem fore.

22. *Romanis avibus.*] Duodecim vultibus, quæ aves felices fuerunt Romanis.

*Inaugurat.*] Tiberis incipit, auspicatur, inaugurat Annum Honorii, quia hic Consulatum suum geret Romæ ad Tiberim: alios gesserat Mediolani.

14. *Inoffensum.*] Semper Anni Consulatum tuorum dederunt omen inoffensum successibus, hoc est non turbatum ab eventu, seu habuerunt successus non of-

fensos, sed respondentes omnibus, seu auspiciis felicibus, seu felicitati speratæ.

17. *Urbis & Augusti.*] Duplici nomine Consulatus hic felix, & ob urbem cujus ædificiis restitutis, reparata est Majestas: & ob Imperatorem, qui factus est Consul. Cæterum non raro Urbs & Imperator jungebantur. In veteri inscriptione legitur, *Roma & Augusto*. Alii legunt, *Urbis & Augusti geminato numine felix*: ob Consulatum scilicet in urbe gestum, & ab Imperatore. Scaliger legit, *Ter bis in Augusti geminato nomine felix!* Id est, felix ob sextum Augusti, seu Honorii consulatum.

18. *Babylonia cura.*] Cura Chaldaeorum, qui Babylonem, seu regionem Babyloniam incolebant, & qui erant Astrologi. Babylon autem urbs erat, quam ad Euphratem Semiramis regina magnificentiissimam condidit: aut secundum alios vetustissimum opus Nembroth in campis Sinear restauravit. Munsterus. Erat & Babylon urbs Egypti.



- Haud aliter Latæ sublimis signifer aulæ,  
Imperii fidus propriâ cum sede locavit,  
Augēt spes Italas: & certius omina surgunt,  
25 Victrici concepra solo. cum pulcer Apollo  
Lustrat Hyperboreas Delphis cessantibus aras,  
Nil tum Castaliæ rivis communibus undæ  
Diffimiles, vili nec discrepat arbore laurus:  
Antræque mœsta silent, inconsultæque recessus.  
30 At si Phœbus adest, & frænis grypha jugalem  
Riphæo tripodas repetens detorsit ab axe,  
Tunc silvæ, tunc antra loqui, tunc vivere fontes,  
Tunc sacer horror aquis, adytisque effunditur Echo  
Clarior, & doctæ spirant præfagia rupes.  
35 Ecce Palatino crevit reverentia monti,  
Exsultatque habitante Deo, potioræque Delphis  
Supplicibus latè populis oracula pandit,

## INTERPRETATIO.

*non dissimiliter cum signifer altus Palatii Romani collocavit astrum Imperii Honorium in folio proprio, adauget spes Romanorum, & præfagia nata in regione triumphali extolluntur verius. Cum Phœbus formosus invisit altaria Septentrionalia, Delphis vacantibus, aqua Castalia nihil tum differunt ab aquis communibus, neque laurus tum differt ab arboribus contemptioribus; & caverna tristes, & secessus non frequentati tacent. Sed si Apollo præsens est, & si cum habenis avortis gryphas conjunctos in curru, rediens ad tripodas ex finibus Scythicis, tunc silva, tunc spelunca ceperunt resonare, tunc fontes reviviscere ceperunt, tunc horror religiosus affunditur aquis, & Echo sonantior, & cautes erudita reddunt oracula. En veneratio collis Palatini augetur, & mons salis, Deo incolente, & aperis responsa gentibus undique rogantibus; responsa meliora, responsis Apollinis Delphici,*

## ANNOTATIONES.

22. *Signifer.* ] Qui fert Astra, & est vel Genius Romæ, vel Imperii, vel Roma; vel fortè Stilicho, quem sic designat, ut signiferum: quo sustinetur Honorius, astrum Imperii. Signifer significat & Zodiacum, de quo supra.
24. *Omina surgunt.* ] Auspicia, quæ celebrata sunt Romæ, certiora & veriora fore creduntur, & majorem felicitatem portendere.
26. *Hyperboreas.* ] Celebre templum Apollinis Hyperborci, seu Septentrionalis. Hic arguitur Sol hyemalis, qui mediâ Cœli parte relicta, seu relicta Meridianâ plagâ, regionibus Hyperboreis, seu septentrionalibus illucet.
27. *Castalia.* ] Fons Castalius ad radicem Parnassi, prope Delphos in Bœotiâ, Græciæ regione.
30. *Grypha.* ] Apollini gryphes & corvi sacri esse finguntur, ob quandam vim præsentendi. Gryphes ex animalium genere, pennati & quadrupedes, alis & facie aquilis similes, cætera leonibus, equis infelissimi.
31. *Riphæo.* ] Riphæus mons est Scythiæ, de quo supra.
- Tripodas.* ] Supr. Præf. in Ruf. v. 12.
32. *Vivere.* ] Fontes, rupes, sylvæ, oracula reddere dicuntur, quod hæc oracula reddantur prope ea omnia.
17. *Oracula.* ] Sic vocant responsa & edicta principis; quæ & aliter vocantur 1. 9. l. 1. C. de vetere Jure enucleando; nam hic mentio fit de *sacratissimis Constitutionibus*, & ibidem legitur, *Divalium Constitutionum sanctio.*

Atque suas ad signa jubet revirescere lauros.  
 Non alium certè decuit rectoribus orbis  
 40 Esse larem, nullòque magis se colle potestas  
 Æstimat, & summi sentit fastigia juris.  
 Attollens apicem subjectis regia rostris  
 Tot circum delubra videt, tantisque Deorum  
 Cingitur excubiis. juvat infra tecta Tonantis  
 45 Cernere Trapeiâ pendentes rupe Gigantes,  
 Cælataque fores, mediisque volantia signa  
 Nubibus, & densum stipantibus æthera templis,  
 Æràque vestitis numerosâ puppe columnis  
 Conlita, subnixaque jugis immanibus ædes,  
 50 Naturam cumulante manu; spoliisque micantes  
 Innumeros arcus. acies stupet igne metalli,  
 Et circumfuso trepidans obtunditur auro.

INTERPRETATIO.

& imperat lauros suas reviviscere ad vexilla sua. Haud quidem convenit aliam esse sedem Gubernatoribus mundi, quàm Romam, & dignitas summa non se facit majoris in ullo monte, & non agnoscit magis magnitudinem Imperii supremi. Aula efferens culmen suum, foro subjacente, afficit tot templa circum, & circumdatur præditiis tot Deorum. Labet videre infra Templum Jovis, Gigantes suspensos ex caute Tarpeiâ, & portas insculptas, & vexilla volitantia inter ipsas nubes, & templis involventibus Cælum spissum, & Roltra area inserta columnis cinctis multitudine navium, & domos fultas collibus ingentibus, manu extollente opus natura, & arcus triumphales infinitos fulgentes exuviis. Oculi perstringuntur fulgore metalli, & tremuli oculi habetantur auro circumposito.

ANNOTATIONES.

38. *Suas lauros.* ] Avitas, patrias. Consule Augusto dignitates omnes reflorescunt.

40. *Colle.* ] Palatino, in quo Imperatores habitabant.

41. *Sentit.* ] Potestas summa hæc habitans, ita fulget, eam ut putes sentire magnitudinem suam, & superbire suis opibus.

43. *Deorum excubiis.* ] Præditiis, templisque Deorum pro Imperii salute excubantium.

45. *Tarpeiâ.* ] Capitolum intelligit, Jovis & Deorum terrestris domicilium.

45. *Gigantes.* ] Ita insculptos, ut videantur pendere ac dejici ex rupe Tarpeiâ.

46. *Calataque fores.* ] Stilicho mandavit, ut fores Capitoli, aureis suis laminis spoliarentur: tum repertus est titu-

lus, *Misero Regi servantur.* Funesto elogio respondit eventus, nam Stilicho, si non Rex, saltem Regiâ affinitate, imo & autoritate conspicuus, miserè obiit.

46. *Volantia signa.* ] Vel revera signa, vel Deorum imagines ex templis suspensæ.

47. *Stipantibus æthera templis.* ] Tot apicibus Templorum involventibus Cælum, vix ut videri possit, præ multitudine.

48. *Columnis.* ] Augustus post victum Antonium, ex rostris navium Ægypti quatuor columnas erexit, quas postea Domitianus in Capitolio reposuit.

49. *Subnixæ.* ] Domos fultas collibus, erectas in verticibus collium; & manu opificum sic extollente opus Naturæ, scilicet ipsos colles, eos ut cumulet, ut perficiat, ipsis novum & cumulatum splendorem afferat.

- Agnoscisne tuos, Princeps venerande, Penates?  
 Hæc sunt, quæ primis olim miratus in annis,  
 55 Patre pio monstrante, petis. nil optimus ille  
 Divorum, toto meruit felicius ævo,  
 Quàm quòd Romuleis victor sub mœnibus egit  
 Te consorte dies, cùm se melioribus addens  
 Exemplis, civem gereret terrore remoto,  
 60 Alternos cum plebe jocos dilectaque passus  
 Jurgia, patriciæque domos privatiæque passim  
 Visere deposito dignatus limina fastu.  
 Publicus hinc ardescit amor, cùm moribus æquis  
 Inclinat populo regale modestia culmen.  
 65 Téque rudem vitæ, quamvis diademate necdum  
 Cingebare comas, socium sumebat honorum,  
 Purpureo folum gremio, parvumque triumphis  
 Induit, & magnis docuit præludere fatis.

## INTERPRETATIO.

*Annon agnoscis tuam domum, ô Imperator Auguste? hæc sunt tecta qua tu suspiciens quondam in ætate tenerâ poscis, Parente pio ostendente. Ille Theodosius optimus Cælituum nil egit fortunatius per omnem vitam, quàm quòd domitor hostium traduxit tempus suum in urbe Romanâ, te socio: cùm, imitans Principes excellentiores, ageret civem, metu sublato, serens vicissim facetias cum populo, & rixus innocuus, & sustinens in visere Pa-*

*latia Nobilium. & sæpe domos privatorum, abjectâ magnitudine suâ: hinc amor Republica inflammatur, cùm moderatio dimittit ad Populum majestatem Imperatoriam moribus aqualibus. Et Theodosius, etsi nondum habebas caput cinctum diademate, assumebat te senellum ætate, consertim Imperii; induit te parvulum vestimentis triumphalibus, sublato in sinu micante, & monstravit tibi, velut ludendo, excitari ad magnitudinem futuram.*

## ANNOTATIONES.

55. *Agnoscisne.* ] Quasi Honorius, vel à puero petierit à Patre Romam, & Imperium Occidentis.

56. *Meruit.* ] Nihil felicius agendo, meruit amorem & venerationem populorum.

58. *Consorte.* ] Te ad societatem Imperii adscito.

*Exemplis.* ] Se adjungens imitatorem iis, qui meliora exempla reliquerunt, ut Augusto, Tito, Trajano, &c.

59. *Terrore remoto.* ] Tacitus, *Metus & terror infirma vincula caritatis.* In Pænegyrico Pliniano de amore subditorum, *Hæc arx inaccessa, hoc inexpugnabile monumentum est, manimento non egere.* Sallustius, *Equidem ego cuncta Imperia crudelia, magis acerba, quàm diuturna arbitror: neque quemquam à multis metuendum esse, quin ad eum ex multis for-*

*mido recidas.*

63. *Patricius.* ] Magna laus Principis posse & Nobilibus & Populo placere, & ex fastigio dignitatis ad mediocritatem popularem descendere.

64. *Regale culmen.* ] Majestatem Imperatoriam. Plinius de Trajano. Non de tyranno, sed de cive; non de Domino, sed de Parente loquimur. Unum ille se ex nobis, & hoc magis excellit, arque eminet, quod unum ex nobis putat.

66. *Socium sumebat.* ] Theodosius triumphans secum induxit Honorium, & cum eo congiarium populo dedit.

68. *Præludere.* ] Docuit te hoc triumpho, his datis muneribus; ubi tanquam ludendo aderas; docuit, inquam, te præludere & excitari ad magna fata, magnitudinemque ingentem.

- Te linguis variæ gentes, missique rogatum  
 70 Fœdera Persarum procures, cum Patre sedentem  
 Hac quondam vidēre domo, positoque tiaram  
 Submisere genu. tecum prælargā vocavit  
 Ditandas ad dona tribus: fulgentia tecum  
 Collecti trabeatus adit delubra Senatūs,  
 75 Romano puerum gaudens offerre favori,  
 Ut novus imperio jam tunc assuesceret hæres.  
 Hinc tibi concretā radice tenaciū hæsīt,  
 Et penitus totis inolevit Roma medullis,  
 Dilectæque urbis tenero conceptus ab ungue  
 80 Tecum crevit amor: nec te mutare reversum  
 Evaluit propriā nutritor Bosporus arce.  
 Et quoties optare tibi, quæ mœnia malles,  
 Alludens genitor regni pro parte dedisset,  
 Divitis Auroræ solium sortemque paratam  
 85 Sponte remittebas fratri. regat ille volentes  
 A lyrios. habeat Pharium cum Tigride Nilum:

## INTERPRETATIO.

Populi diversæ linguis, & Principes Persarum delegati ad pacem petendam, aspexerunt te aliās in hoc palatio confidentem cum Parente, & genibus flexis subjecerunt tiaras suos. Ille Theodosius accivit tecum ad munera liberalia Tribus locupletandas. Intrat tecum indutus veste Consulāri templā micantia Curia convocata, latans exhibere te Puerum amorī Romano-rum, ut hæres novus jam assuesceret sese regendis, populis. Hinc Roma adhæsīt fir-

mius animo tuo, stirpe firmatā, & increvit altius in corda imo, & amor cara urbis natus ab ipsā infantia adolevit tecum: neque Bosporus educator in urbe suā potuit immutare te redeuntem. Et quotiescunque pater tuus arridens permisisset tibi expetere, quam urbem præferres, pro sorte Imperii, relinquebas retro fratri Arcadio scptrum Orientis locupletis, & hereditatem destinatam. Ille Arcadius gubernet Assyrios faciles: possideat Nilum Ægyptiū cum Tigride,

## ANNOTATIONES.

71. *Tiaram.* ] Tiaras vel Tiara, ornamentum prius Persicarum mulierum, sed quo postea Reges usi sunt & Sacerdotes.

73. *Ad dona.* ] Theodosius post victoriam de Maximo & de Victore ejus filio infensissimis hostibus reportatam, congiarium populo dedit.

75. *Offerre.* ] Principes solebant filios suos populo commendare.

77. *Radice inolevit.* ] Amor tuus in Romam, instar plantæ, altas radices egit, imo velut germen insitum inolevit, & concrevit in animo tuo.

78. *Totus medullis.* ] Id est, in interiore cordis parte.

80. *Reversum.* ] Theodosius reduxit Honorium Constantinopolin, eum ut Prin-

cipem faceret in eodem loco, quo fecerat Arcadium Principem: neque mutatio loci mutavit Honorium reversum, hoc est, ejus propensionem in urbem Romam.

81. *Bosporus.* ] Constantinopolis ad Bosporum Thracium, ubi educabatur Regia soboles.

82. *Optare.* ] Quasi Honorius, etsi natu minor, ultro Imperium Occidentis elegerit, in quo populi sunt fortiores, & quod à multis Orienti prælatum est. Sic Claudianus, quantum potest, præfert Honorium Arcadio, in gratiam sui Stilichonis.

85. *Volentes Assyrios.* ] Faciles populos, etiam quos famina vexit.

86. *Tigride.* ] Fluvio Mesopotamiæ. Intelligit regiones quas alluit Tigris.

- Contingat mea Roma mihi. nec vota fefellit  
 Eventus. Fortuna novum molita tyrannum,  
 Jam tibi quærebat Latium; belloque secundo  
 90 Protinus Eoâ velox accitus ab aulâ  
 Suscipis Hesperiam patrio bis Marte receptam.  
 Ipsa per Illyricas urbes, Oriente relicto,  
 Ire Serena comes, nullo deterrita casu,  
 Maternâ te mente fovens, Latioque futurum  
 95 Rectorem, generumque sibi. seniore supernas  
 Jam repetente plagas, illo sub cardine rerum  
 Sedula servatum per tot discrimina pignus  
 Restituit sceptris patrui, castrisque mariti.  
 Certavit pietate domus, fidæque reductum  
 100 Conjugis officio Stilichonis cura recepit.  
 Felix ille parens, qui te securus Olympum  
 Succedente petit, quàm lætus ab æthere cernit

## INTERPRETATIO.

*Roma mea detur mihi. Neque exitus de-  
 cepit desideria tua. Fortuna exterminans  
 tyrannum novum, jam exquirebat Ita-  
 liam pro te, & post prælum alterum,  
 tu statim evocatus promptè ex Regiâ  
 Orientis, moderaris Italiam bis liberatam  
 à bello civili. Serena ipsa, deferens Orien-  
 tem visa est ire comes tibi per urbes Illy-  
 ria, non prohibita ullo periculo, diligens  
 te amore materno, te futurum & modera-  
 torem Italia, & generum suum. Theo-*

*dosio sene jam redeunte in regiones cele-  
 stes, in hoc discrimine rerum, Serena  
 impigna reddidit Imperio Patrui sui Theo-  
 dosii; & exercitui Conjugis sui pignus  
 conservatum per tot pericula. Domus  
 vestra exhibuit certatim pietatem suam;  
 nam amor Stilichonis excepit Hono-  
 rium revocatum officio uxoris fidelis. For-  
 tunatus ille Pater Theodosius, qui, te  
 successere, tutus ascendit in Cælum!  
 Quàm hilavis videt ex astris, se autem*

## ANNOTATIONES.

87. *Roma.* ] Honorius tamen Raven-  
 nam & Mediolanum sæpe incoluit.

88. *Molita.* ] Emolita, exterminans  
 tyrannum novum, Eugenium scilicet, de  
 quo suprà.

89. *Quærebat.* ] Velut magno labore  
 tibi parabat.

*Patrio bis Marte.* ] Patris armis libera-  
 tam à bello duplici, & Eugenii, & Ma-  
 ximi, de quibus dictum est.

95. *Comes.* ] Serena Byzantio profecta  
 est cum Honorio; qui, post cladem Eu-  
 genii, ad Patrem, simulque ad Impe-  
 rium Occidentis properabat. Sed heu,  
 rerum vices! vix Honorius appulerat  
 Mediolanum, cum ibi Theodosius ejus  
 Pater obiit.

99. *Seniore.* ] Theodosio ad senectutem  
 accedente, non tam ob ætatem, (erat  
 enim tantum quinquagenarius) quam ob  
 labores & vigilias.

96. *Cardine.* ] In tanto rerum discri-  
 mine, cum Theodosius objisset, cumque  
 mors ejus occasionem dare posset novis  
 rebus, servavit pignus, scilicet Honorium,  
 quem reddidit Imperio patrui sui, Virgil.

*Haud tanto cessabis cardine rerum.*

99. *Domus.* ] Stilichonia domus certa-  
 vit pietate, hoc est Stilicho & Serena ve-  
 lut inter se contenderunt, uter majorem  
 in Honorium pietatem exhiberet. Et-  
 enim Serena piè reduxit Honorium, &  
 cum Stilicho in exercitu piè recepit.

Se factis

- Se factis crevisse tuis ! duo namque fuere  
 Europæ Libyæque hostes. Maurusius Atlas  
 105 Gildonis furias, Alaricum barbara Peuce  
 Neutrierat : qui sæpe tuum sprevêre profanâ  
 Mente patrem. Thracum venientem finibus alter  
 Hebri clausit aquis ; alter præcepta vocantis  
 Respuit ; auxiliisque ad proxima bella negatis  
 110 Abjurata palam Libyæ possederat arva.  
 Quorum nunc meritam repetens non immemor iram  
 Suppliciis fruitur , natòque ultore triumphat.  
 Ense Thyestiadæ pœnas exegit Orestes .  
 Sed mistum pietate nefas ; dubitandaque cædis  
 115 Gloria, materno laudem cum crimine pensat.  
 Pavit Iuleos inviso sanguine Manes .  
 Augustus, sed falsa pii præconia sumsit ,

## INTERPRETATIO.

esse facinoribus tuis ! etenim duo hostes fuerunt Europa & Libya : Atlas Mons Mauritania aluerat rabiem Gildonis, & Peuce sava Alaricum : qui hostes frequenter contempserunt animo impio Patrem tuum. Unus Alaricus inclusit se Hebro fluvio proficiscens ex regionibus Thracia : alter Gildo aspernatus est Imperium advocantis Patris tui, & recusans subsidium ad bella finitima, occupavit

veras apertè agros Libya denegatos. Quorum hostium pœnis ille potitur iam revocans recordando severitatem dignam, & exultat filio Honorio Vindice. Orestes cum gladio poposcit supplicium ab Ægistho filio Thyestæ : At scelus illud conjunctum erat cum pietate : & honor dubius occisionis compensat hunc honorem cum scelere matris occisæ. Augustus Cæsar satianus umbras Julii Cæsaris cruore inimico,

## ANNOTATIONES.

104. *Maurusius Atlas.* ] Atlas mons Mauritaniz, seu Africa tulerat Gildonem, quasi belluam aliquam furentem.

105. *Peuce.* ] Insula Danubij foverat Alaricum. Strabo *οἱ δὲ τῆς Πευκῆς ἡ νῆσος* τῆς τῶν ἐν τῷ Ἰσθμῷ νῆσος Πευκῆς. *Peucini* verò qui insulam Istri *Peucen* occuparunt. A Munstero agnoscitur *Peuce* civitas opulentissima.

*Profanâ* ] Impia, irreligiosa : Athanaricus Rex à Theodosio accitus Constantinopolin videns, hoc dixit, *Deus sine dubio terrenus est Imperator, & quisquis adversus eum manum moverit, ipse sui sanguinis reus existit.*

108. *Clausit.* ] Inclusit & sepelit se Hebro, contemnens vocantem Theodosium.

110. *Abjurata.* ] Contra fidem vindicata, retenta : Virgilius, *abjurataque rapina.*

111. *Iram meritam.* ] Justam severita-

tem, quam meruerant.

112. *Suppliciis fruitur.* ] Gaudet eos hostes justè puniri, & vindicatus à filio triumphat.

113. *Thyestiades.* ] Ægisthus Thyestæ filius, absente Agamemnone per decennale Trojæ obsidionem, ejus uxorem Clytemnestram adulterio polluerat, inde Clytemnestra reversum inter epulas Agamemnonem obruncavit, sed ambo occisi sunt ab Oreste, qui eadem Parris maternâ cæde vindicans, factus est *facto pius & sceleratus eodem*, Ovidius.

114. *Dubitanda.* ] Gloria Orestis in Occidendo Ægistho : nam mox polluta est crimine materno, hoc est suscepto in occidendâ Matre.

116. *Pavit.* ] Augustus Cæsar primò crudeliter sævit bellis civilibus & procriptionibus, causatus se ulcisci parricidium Julij Cæsaris.

M M m

- In luctum patriæ civili strage parentans.  
 At tibi caussa patris rerum conjuncta fœdri  
 120 Bellorum duplicat lauros, iisdemque tropæis  
 Reddita libertas orbi, vindicta parenti.  
 Sed mihi jam pridem captum Parnassia Maurum  
 Pieriis egit fidibus chelys, arma Getarum  
 Nuper apud socerum plectro celebrata recenti.  
 125 Adventus nunc sacra tui libet edere Musis,  
 Gratæque patratis exordia sumere bellis.  
 Jam Pollentini tenuatus funere campi,  
 Concessæque sibi ( rerum sic admonet usus )  
 Luce, tot amissis sociis, atque omnibus una  
 130 Direptis opibus, Latio discedere iussus  
 Hostis, & immensi revolutus culmine fati,  
 Turpe retexit iter. qualis piratica puppis,  
 Quæ, cunctis infensa fretis, scelerumque referta

## INTERPRETATIO.

sed tribuit sibi laudem fictam Ulto-  
 ris pij, persolvens iusta Julio, clade ci-  
 visum ad patriam affligendam, Sed vin-  
 dicta Parentis tui juncta incolumitati  
 Reip. geminat honorem belli, & victo-  
 riâ eadem libertas restituta est mun-  
 do, & ultio Patri tuo Theodosio. At  
 cithara mex Parnassia cecinit jamdu-  
 dum cantu Pierio Maurum Gildonem  
 subactum: & pralia Getarum memorata  
 sunt versibus meis nuper apud socerum  
 tuum Stilichonem. Jam juvat pandere  
 Musis adventum tuum sacratum, & ca-  
 pere initia amabilia ex bellis consecris à  
 te. Jam hostis Alaricus attritus clade belli  
 Pollentini, & vitâ sibi datâ ( ita neces-  
 sitas rerum postulabat ) perditis tot sociis,  
 & rebus suis cunctis simul vastatis, coar-  
 ctus est relinquere Italiam, & repulsus  
 magnitudine fortuna ingentis, relegit viam  
 ignominiosam. Quemadmodum navis pra-  
 datrix, qua inimica omni mari, & plena

## ANNOTATIONES.

118. Parentare.] Est iusta mortuo per-  
 solvere.

123. Pieriis fidibus.] Id est versibus seu  
 cantu Mularum, quæ Pieriæ vocantur  
 à Pieriâ regione Macedoniæ, Musis sa-  
 crâ.

Egit.] Cecinit, & velut in triumphum  
 egit, duxique Maurum captivum, sci-  
 licet Gildonem superatum à Stilichone  
 sub auspiciis Honorij.

Chelys.] Χέλυς, & χαλύβη, testudo, in-  
 strumentum Musicum testudinis squa-  
 mâ adornatum.

Arma Getarum.] Cecini bella Getarum  
 Alarico fugato ab eodem Stilichone  
 sub auspicijs Honorij.

125. Sacra adventus. Id est, sacrum ad-  
 ventum, seu sacras caeremonias in ad-

ventu tuo peractas.

127. Pollentini.] Alaricus & Getæ victi  
 sunt à Stilichone, auspicijs Honorij, ad  
 urbem Pollentiam in Liguriâ Italiæ re-  
 gione.

128. Concessâ.] Tradunt Historici Ala-  
 ricum cum suis Gothis seu Getis, potuisse  
 deleri à Stilichone, sed fuisse dimissum,  
 Unde perfidiæ Stilichonem arguunt; sed  
 sapiens Dux fortè putabat esse melius eos  
 dimittere, memor hosti fugienti pontem  
 aureum esse ponendum.

131. Revolutus.] Revolutus & repulsus  
 à fato Romano, tanquam torrens, vel  
 lapsus à monte opposito: vel repulsus ab  
 urbe Româ, velut à rerum apice, velut  
 Sisyphus aliquis repellitur à monte cum  
 saxo suo.

- Divitiis, multasque diu populata carinas,  
 135 Incidit in magnam bellatricemque triremem;  
 Dum prædam de more parat, viduatæque cæsis  
 Remigibus, scissis velorum debilis alis,  
 Orba gubernaculis, antennis faucibus fractis,  
 Ludibrium pelagi vento jactatur & undâ,  
 140 Vastato tandem pœnas luitura profundo.  
 Talis ab Urbe minas retrò flecebat inanes  
 Italiam fugiens, & quæ venientibus antè  
 Prona fuit, jam difficilior, jam dura reversis.  
 Clausa putat sibi cuncta pavor, retròque relictos,  
 145 Quos modò remnebat, rediens exhorruit amnes.  
 Undosâ tum fortè domo, vitreisque sub antris,  
 Rerum ignarus adhuc ingentes pectore curas  
 Volvebat pater Eridanus, quis bella maneret  
 Exitus: imperiûmne Jovi, legesque placerent,  
 150 Et vitæ Romana quies, an jura perosus  
 Ad præscos pecudum damnaret secula ritus.  
 Talia dum secum movet anxius, advolat una  
 Naiadum, resoluta comam; complexaque patrem,  
 En Alaricus, ait, non qualem nuper ovantem  
 155 Vidimus. exangues, genitor, mirabere vultus.  
 Percensere manum, tantæque ex gente juvabit

## INTERPRETATIO.

*opibus scelestis, & pradata diu plurimas alias naves, offendit navem ingentem, & bellicosam, dum accingit se ad spolia pro consuetudine, & mox spoliata ipsa, remigibus interfectis, manca pennis velorum amputatis, privata clavo, vulnerata antennis ruptis, ludibrium futurum maris, agitur vento & fluctibus, tandem passura supplicium in mari populato à se. Sic Alaricus avertit retrò ab urbe Româ minationes vanas, effugiens Italiam, & quæ Italia propensa fuit prius in adventantes, jam est morosa, jam acerba redeuntibus. Metus Alarici credit omnia esse obstructa sibi, & revertens pertimuit fluvios desertos à tergo, quos nuper spernobas. Tum forsan Pater Padus in sede aquosa, & sub cavernis crystallinis inscius adhuc rerum, versabat sollicitudines magnas in corde, quisnam scilicet eventus sequeretur prælia? An Imperium & Leges, & otium vitæ Romanorum probarentur à Jove, an osor legum addiceret homines antiqua consuetudini ferarum? Dum Eridanus sollicitus cogitat hæc secum, una Naiadum capillis sparsis accurrit, & amplectens Patrem Eridanum, ecce, inquit, Alaricus, non qualem aspeximus modò triumphantem: obstupesces. & Pater, ora ejus pallida: dulce erit perinfrare copias ejus, & recensere parvas*

## ANNOTATIONES.

144. *Pavor.*] Id est Alaricus pavens, timens, omnia clausa putat: nam omnia angusta metuenti.

151. *Damnaret.*] An Jupiter offensus damnaret Romanos ad victum ferarum, qualis vitæ hominum sub Saturno fuisse dicitur.

*Secula.*] Homines qui sunt in seculo, continens pro contento.

156. *Percensere.*] Possemus nunc numerare paucos manipulos Alarici fugientis, qui modò tantâ militum multitudine fretus insolencebat.

M M m ij



- Reliquias numerasse breves, jam desine mœstâ  
 Fronte queri, Nymphâsque choris jam redde sorores.  
 Dixerat, ille caput placidis sublime fluentis  
 160 Extulit, & totis lucem spargentia ripis  
 Aurea rotanti micuerunt cornua vultu.  
 Non illi madidum vulgaris arundine crimen  
 Velat honos. rami caput umbravère virentes  
 Heliadum, totisque fluunt electra capillis.  
 165 Palla tegit latos humeros, currusque paterno  
 Intextus Phaëthon glaucos incendit amictus.  
 Fultaque sub gremio cælati nobilis astris  
 Æthereum probat urna decus. namque omnia luctûs  
 Argumenta sui Titan signavit Olympo,  
 170 Mutatûmque senem plumis, & fronde sorores,  
 Et fluvium, nati qui vulnera lavit anhel.  
 Stat gelidis auriga plagis: vestigia fratris

## INTERPRETATIO.

reliquias ex tantâ multitudine, jam cessa  
 conqueri vultu tristi. & jam remitte  
 Nymphas sorores ad choreas solitas. Naias  
 sic locuta fuerat: ille Eridanus erexit ex  
 fluvio tranquillo caput altum, & cornua  
 ejus aurata fundentia splendorem in omni  
 domo, emisuerunt in fronte humidâ. Arun-  
 do non parum honorifica tegit illi casariam  
 madentem: frondes Heliadum viridantes  
 texerunt quoque caput ejus, & succinum  
 stillat ex crinibus omnibus. Pallium ope-  
 rit humeros ejus latos, & Phaëthon pictus  
 in eo pallio, cum curru patris Solis in-  
 flammat vestes glaucas. Et urna cele-  
 bris ob sidera depicta, innixa sub sinu  
 ejus ostendit honorem cœlestem. Etenim Sol  
 effinxit in Cælo omnia signa doloris sui.  
 & senem Cycnum conversum in avem,  
 & sorores Phaëthontis Heliades in arbo-  
 res, & flumen, quod conspexit mortem  
 filii sui anhelantis. Auriga hic consistit  
 in regionibus frigidis: Hyades sorores

## ANNOTATIONES.

158. *Choris.* ] Saltationibus, choreis, vicinum. Alii putant fluvium illum fide-  
 quibus Nymphæ vacare perpetuò finge-  
 bantur.  
 164. *Heliadum.* ] Hæ sic dicuntur à  
 ἥλιος à Sole, cujus sunt filiz: & cum  
 Phaethontem fratrem. Jovis fulmine de-  
 jectum defferent, versæ sunt in alnos, ex  
 Virgilio, aut ex Ovidio in populos nigras  
 electrum lacrymantes ad ripas Padj seu  
 Eridani. Nonnulli electrum Apollinis  
 ipsius lacrymas esse dixerunt.  
 165. *Latos humeros.* ] Quales sunt hu-  
 meri Heroum.  
 166. *Incendit.* ] Phaëthon intextus, seu  
 depictus in veste Eridani, eam incen-  
 dit, flammis ipsis velut repræsentatis.  
 168. *Urna.* ] Eridanus cum urnâ inter  
 astra relatus est, & est signum Orioni  
 vicinum. Alii putant fluvium illum fide-  
 ribus, adscriptum esse Nilum, & in co-  
 stellam insignem agnoscunt, quæ ab  
 ijs dicitur *Canopus*, ab ipsorum Deo &  
 urbe cognomine.  
 170. *Scnem.* ] Cycnum, qui cum casum  
 Phaëthontis propinqui sui defferet, ita  
 dolore contabuit, ut in avem cognomi-  
 nem mutaretur. Alij tamen Olorem  
 illum cœlestem, dicunt fuisse illum, cu-  
 jus figuram Jupiter sumpsit ad Ledam  
 vel Nemefin comprimendam. Cæterum  
 Olor ille dicitur etiam *gallina*, & sic sim-  
 pliciter, *avis*. Hinc Manilius de illo  
 Olore, *forma pretium, quâ cepit amantem*.  
 172. *Auriga.* ] Phaëthon currus *Auriga*  
 paterni depictus est in regionibus frigidis  
 in veste Eridani exhibitus.

- Germanæ servant Hyades, Cycnique sodalis  
 Læteus extentas aspergit circulus alas.  
 175 Stelliger Eridanus sinuatis flexibus errans  
 Clara Noti convexa rigat, gladiòque tremendum  
 Gurgite sidereo subterluit Oriona.  
 Hoc Deus effulgens habitu prospèctat euntes  
 Dejectâ cervice Getas. tunc talia fatur.  
 180 Siccine mutatis properas, Alarice, reverri  
 Consiliis? Italæ sic te jam pœnitet oræ?  
 Nec jam cornipedem Tiberino gramine pascis,  
 Ut rebare, tuum? Thufcis, nec figis aratrum  
 Collibus? ô cunctis Erebi dignissime pœnis,  
 185 Tûne Giganteis urbem tentare Deorum  
 Aggressus furiis? nec te meus, improbe, saltē  
 Terruit exemplo Phaëthon, qui fulmina præceps  
 In nostris efflavit aquis, dum flammea cæli

## INTERPRETATIO.

*observant gressum fratris sui, & via lactea irrigat pennas porrectas Cygni socii. Eridanus astrifer vagans anfractibus curvatis irrorat partem Austri manifestam, & subter irrigat aquâ suâ Orionem formidandum ense cœlesti. Deus Eridanus emicans hac veste aspiciit Getas fugientes collo demisso; & tum loquitur hac. Itane, ô Alarice, festinas redire incæptis invertis? Itane jam te tadet regionis Italia? Ne-* *que jam nutris equum tuum in pratis Tiberis, ut cogitabas? Neque desigis aratrum in clivis Hetruria? ô Alarice merite omnia supplicia inferorum. tûne suscepisti furore giganteo laceßere urbem Deorum Romam? Neque Phaëthon meus saltē deterruit te calamitate sua, ô pessime, qui Phaëthon cadens expiravit fulmine in undis nostris, dum molitur regere habenas igneas*

## ANNOTATIONES.

173. *Hyades.* ] Filiz Atlantis fratrem Hyan à leone peremptum sine fine descentes, ob pietatem in septem stellas versæ sunt, quæ positæ sunt in capite Tauri, dictæ ἀπὸ τῶν ὕδρων *pluere*, quod ortu & casu pluvias creent. De Hyadum numero, & parentibus, & aliis circumstantiis alii alia dicunt, ut vulgare in fabulis. Sed cur *Hyades Germana* Phaëthontis? nempe, quia Japeti & Clymenes filiz, Phaëton autem agnoscit & matrem Clymenen.  
*Sodalis.* ] Socii, finitimi in illâ picturâ.  
 175. *Stelliger.* ] Tribus curvaturis Eridani stellæ finguntur.  
 176. *Noti.* ] Eridanus versus Meridiem fluere conspicitur.  
 177. *Oriona.* ] Orion venator cum ense repositus est inter astra, sed de hoc alibi.  
 182. *Pascis.* ] Jactantia militaris, quâ

olim gloriabantur, se nutrituros esse suos equos. in pratis hostium, aut inversuros esse aratro eorum campos. Quin & signum erat ultimæ vastationis, aratrum imprimere in locis ubi urbes sitæ essent.

*Nunc seges ubi Troja fuit.* Ovidius.

185. *Urbem Deorum.* ] Audésne urbem tot Deorum sedem aggredi, instar gigantum, qui Cœlum aggressi sunt.

187. *Phaëthon.* ] Nota vel puerulis fabula, eum à Sole equos regendos petiisse, obtinuisse, & tam malè rexisse, ut à Jove indignante fulminis ictu in Padum præceps ageretur.

*Fulmina efflavit.* ] Quasi ea laterent in ejus corpore, & postea efflaret, atque emitteret in aquas Eridani, vel potius, quod cum fulmen quo percussus fuerat, ejus corpus penetravit, illud postea expirando moriendūque emisit.

M M m iij

- Flectere terrenis meditatur frena lacertis ,  
 190 Mortalique diem sperat diffundere vultu ?  
 Crede mihi , simili bacchatur crimine , quisquis  
 Adspirat Romæ spoliis , aut Solis habenis.  
 Sic fatus , Ligures Venetósque erectior amnes  
 Magnâ voce ciet. frondentibus humida ripis  
 195 Colla levant , pulcer Ticinus , & Addua visu  
 Cæculus , & velox Athesis , tardúsque meatu  
 Mincius , inque novem confurgens ora Timavus.  
 Insultant omnes profugo , pacatâque lætum  
 Invitant ad prata pecus. jam Pana Lycæum ,  
 200 Jam Dryadas revocant , jam rustica numina Faunos.  
 Tu quoque non parvum Getico , Verona , triumpho  
 Adjungis cumulum : nec plus Pollentia rebus  
 Contulit Aufoniis , aut mœnia vindicis Astæ.  
 Hic rursus , dum pacta movet , damnisque coactus  
 205 Extremo mutare parat præsentia casu ,  
 Nil sibi perjurum sensit prodesse furorem ,

## INTERPRETATIO.

*cæli, manu mortali, & sperat effundere lucem vultu itidem mortali. Audi me, & Alarice, quicumque sperat exuvias Roma, aut frana Solis, ille furit pari scelere. Eridanus ita locutus, sublimior advocat voce ingenti fluvios Ligurum & Venetorum. Ticinus formosus, & Addua carulus facie atollunt capita humentia ex litoribus sylvestris; & simul Athesis celer, ac Mincius lentus cursu, & Timavus erigens se in novem ostia: omnes* hi fluvii illud & Alarico fugienti, & excitant greges laetos ad pascua placida. Jam revocant Pana Lycæum, jam Dryades, & Faunos, Deos agrestes. Tu etiam, & Verona, addis gloriam non mediocrem victoria Getica: neque Pollentia, neque ultrix urbs alta magis auxit imperium Italia. Hic Alaricus iterum dum concutit fœdera, & adductus cladibus, tentat permutare præsentia vel calamitate ultimâ, animadvertit ratiem perjuram nihil se juvare,

## ANNOTATIONES.

195. *Ticinus, Addua, Athesis, Timavus.* Totidem sunt flumina. De Timavo, supra.

199. *Pana Lycæum.* Pana numen ruris, coli solitum in Lycæo Monte Arcadie, in Græciâ.

201. *Verona.* Proculdubio multæ extiterunt Gothorum clades, autorum invidiâ post interfectum Stilichonem pressæ. Verona, quam Gallienus Imperator vocavit *Gallienianam*, est urbs pulcherrima, munitissima. Venetiæ, à Gallis condita duce Brenno, unde & olim *Brenona* dicta, ex Munstero, ad quam contigit secunda Gothorum clades.

202. *Pollentia.* Hodie *Palanza*, sed

de hac supra.

203. *Vindicis Astæ.* Asta quoque urbs est, ad quam suspicor cælos etiam esse Gothos.

204. *Pacta movet.* Concutit ac labefactare conatur: conicere possumus inter Honorium & Alaricum, pactum ali-quod extitisse, ut hic in Gallias recederet, quo se non obligatum ratus, progredi, quàm regredi maluerit.

205. *Extremo casu.* Malebat rem extremæ alex committere, quàm fœdus initum servare.

206. *Perjurum.* Cum jurasset se sexturum esse pacta, quæ violat,

Converti nec fata loco ; multisque suorum  
Diras pavit aves , inimicæque corpora volvens  
Ionios Atheſis mutavit ſanguine fluctus.

210 Oblatum Stilicho violato fœdere Martem  
Omnibus arripuit votis , ubi Roma periclo  
Jam procul , & belli medio Padus arbiter ibat.

Jamque opportunam motu ſtrepiſſe rebelli  
Gaudet perfidiam , præbentque exempla labori

215 Sustinet accenſos æſtivo pulvere ſoles.  
Ipſe manu metuendus adeſt , inopinæque cunctis  
Inſtruit arma locis , & , quæ vocat uſus , ab omni  
Parte venit. feſſo ſi deficit agmine miles ,  
Utitur auxiliis damni ſecurus , & aſtu

220 Debilitat ſævum cognatis viribus Iſtrum ,  
Et duplici lucro committens prælia vertit  
In ſe barbariem nobis utrimque cadentem.  
Ipſum te caperet , lethoque , Alarice , dediſſet ,

## INTERPRETATIO.

neque fata mutari loco , & alius volu-  
cris obſcenas plurimis cadibus ſuorum  
milium , & Atheſis verſans cadavera  
hoſtilia , convertit undas Ionias in cruorem.  
Stilicho , pacto per Alaricum infracto , ra-  
pit omni deſiderio bellum oblatum , præ-  
fertim cum Roma remota erat à periculo ,  
& Eridanus ſeparans fluebat inter bellum :  
& jam lætatur infidelitatem commodam  
fremiſſe tumultu rebellante , & ipſe ſup-  
peditans exemplum operi , præſert calores in-

ſummatos pulvere æſtivo. Ipſe venit ti-  
mendus dextrâ , & in omni parte præparat  
tela improviſa , & quæ neceſſitas poſtulat ,  
accurrit ex omni loco. Si milites copiis ſati-  
gatis fatiſcunt , impendit copias auxiliares  
non ſollicitus de detrimento . & callide ſpo-  
liat Dannbium crudelem viribus ſuorum  
populorum : & compendio geminato , conſe-  
rens pugnam convertit Barbaros imminentes  
undique nobis , contra ſe ipſos. Stilicho cape-  
ret te ipſum , & Alarice , & traderet morti ;

## ANNOTATIONES.

207. *Fata.* ] Hæc non poſſe mutari ,  
& dimoveri ex loco ſuo ſtabili & fixo.

209. *Ionios Atheſis.* ] Atheſis vulgo  
*l'Adice* ou *l'Adige* , fluvius ortus ex Alpi-  
bus , Tridentum & Veronam alluens , &  
ſe exonerans in ſinum Adriaticum , quem  
hoſtium ſanguis ita inſicit , ut vel color  
ſanguineus pervadat uſque ad fluctus Io-  
nios , Hyperbole.

210. *Violato fœdere.* ] Ab Alarico , quic-  
quid dicant Oroſius , Jornandes , & alii :  
probabilius enim eſt Claudianum in Aulâ  
degentem cognoviſſe melius res ſuæ æta-  
tis , quam alios ſcriptores.

212. *Belli medius.* ] Eridanus belli me-  
dius arbiter , id eſt dirimebat bellum in-  
ter Romanos & hoſtes , ſeu impediēbat ,

quominus Getæ tranſirent.

216. *Ipſe manu.* ] Non Stilichoni , ſed  
Sauli barbaro & pagano Duci belli ſum-  
mam commiſſam eſſe ait Oroſius ; ſed  
præſtiterit fidem adhibere Claudiano , qui  
rem amplificare poteſt quidem , non to-  
tam fingere.

*Inopina arma.* ] Quæ hoſtes ex im-  
proviſo , & nil tale expectantes feriant.

220. *Debilitat Iſtrum.* ] Spoliāt Danu-  
bium viribus cognatis , id eſt viribus ſuo-  
rum populorum , eòſque Barbaros in ſe  
invicem armat , ſicque convertit barba-  
riem contra ſe ipſam : quæ in re duplex  
eſt lucrum , duplex utilitas , primò quod  
Barbari contra ſe excitati nobis non no-  
ceant , ſecundò quod à ſeipſis deleantur .

- Ni calor incauti malè festinatus Alani  
 225 Dispositum turbasset opus. propè captus anhelum  
 Verbere cogis equum. nec te vitalisse dolemus.  
 I potius genti reliquus, tantisque superstes  
 Danubii populis, i, nostrum vive tropæum.  
 Non tamen ingenium tantis se cladibus atrox  
 230 Dejecit: occulto tentabat tramite montes,  
 Si quâ per scopulos subitas exquirere posset  
 In Rhætos Gallisque vias. sed fortior obstat  
 Cura ducis. quis enim divinum fallere pectus  
 Possit & excubiis vigilantia lumina regni?  
 235 Cujus consilium non umquam repperit hostis,  
 Nec potuit texisse suum. secreta Getarum  
 Nosse prior, celerique dolis occurrere sensu.  
 Omnibus exclusus cœptis confedit in imo  
 Colle tremens: frondisque licet depastus amaras  
 240 Arboreo figat sonipes in cortice morsus,  
 Et tetris collecta cibis, annique vapore  
 Sæviat aucta lues, & miles probra superbus  
 Ingerat obseffo, captivâque pignora monstret:  
 Non tamen aut morbi tabes, aut omne periculum

## I N T E R P R E T A T I O.

nisi ardor Alani imprudentis stultè pro-  
 peratus everisset consilium præparatum.  
 Tu ferè capius adigis stimulo equum fa-  
 tigatum: neque mœremus te effugisse.  
 Abi melius ut reliquia stirpis tuæ, & su-  
 persurus tot nationibus Istri: abi, vive,  
 ut monumentum triumphi nostri. Neque  
 tamen animus ejus indomitus se demittit  
 tantis cadibus, quatebat colles viâ inco-  
 gnitâ, si quâ viâ valeret per saxa inve-  
 nire iter repentinum in Rhætos & Gallos.  
 At prudentia ductoris Stilichonis genero-  
 sior obest, nam quis valeat decipere sa-  
 pientiam propè divinam, & oculos in-  
 tentos conservationi Imperii? Cæsus Sti-  
 lichonis cogitata hostis nunquam inve-  
 nit, neque valuit occultare ipsi sua. Pri-  
 mus Stilicho potest cognoscere arcana Ge-  
 tarum, & ingenio acri pravertere insi-  
 dias eorum. Alaricus extrusus cœptis omni-  
 bus, sedit pavidus in colle infimo: & quam-  
 vis equus ejus carpens folia acerba im-  
 primat dentes in trunco arboreo: & quam-  
 vis morbus contractus ex alimentis pravis,  
 & adauctus calore æstatis furas, ac milites  
 arrogantes onerent contumeliis Alaricum  
 circum-essum, & ostendant filios suos capti-  
 vos: non tamen aut lues morbi, aut fames

## A N N O T A T I O N E S.

224. Ni calor. ] Alaricus captus esset,  
 nisi Saulus Dux Alanorum ardentior præ-  
 vertisset consilia Stilichonis, sicque ipsi  
 evadendi occasionem imprudens dedisset.  
 228. Tropæum. ] Nec immeritò: si enim  
 ita spoliatus est tantus Rex, vivum fuit  
 Romanæ fortitudinis monumentum.  
 233. Divinum pectus. ] Omnia prævi-  
 dens, instat divini numinis.  
 235. Consilium. ] Nullus hostis potuit  
 detegere consilia Stilichonis, nullus sua  
 ipsi occultare; & est illa absolutissima  
 Ducis optimi virtus.  
 237. Nosse prior. ] Hellenismus, idest  
 prior ad cognoscendum.  
 238. Exclusus. ] Omnibus consiliis,  
 Urbibus, Arcibus.

Docta

- 245 Docta subire fames, aut prædæ luctus ademtæ,  
 Aut pudor, aut dictis movère procacibus iræ,  
 Ut malè tentato toties se credere campo  
 Cominus auderet. nulla est victoria major,  
 Quàm quæ confessos animo quoque subjugat hostes.
- 250 Jamque frequens rarum decerpere transfuga robur  
 Cœperat, inque dies numerus decreſcere caſtris:  
 Nec jam ſeditio paucis occulta parari,  
 Sed cunei totæque palam diſcedere turmæ.  
 Conſequitur, vanoque fremens clamore retentat,
- 255 Cùmque ſuis jam bella gerit: mox nomina ſupplex  
 Cum ſketu precibusque ciet, veterumque laborum  
 Admonet, & fruſtra jugulum parcentibus offert:  
 Deſixoque malis animo ſua membra ſuâque  
 Cernit abire manus. qualis Cybeleia quaſſans
- 260 Hyblæus procul æra ſenex revocare fugaces

## INTERPRETATIO.

*erudita pati pericula omnia, aut triſtitia ſpoliorum ereptorum, aut verecundia, aut ira commoverunt illum verbis petulantibus, ut auderet committere ſe propius bello toties tentato infeliciter. Nullus triumphus eſt glorioſior, quàm ille, qui vincit hoſtes conſtantes etiam animo ſe vinci. Et jam multi fugaces incipiebant debilitare opes infirmiores; & multisudo incipiebat imminui cunctis diebus: neque jam ſeditio incognita paucis ſtrui, ac copia & caterua* *omnes incipiebant aperte diſcedere. Alaricus ſequitur hos, & conatur retinere murmurans minis inutilibus. & facit jam bellum cum ſuis militibus: ſtatim vocat nomina ſingulorum cum lacrymis & precibus, & monet eos ſactorum priſtorum; & objicit inutiliter guttur ſuum his ignoſcentibus: atque animo deſecto calamitatibus, videt ſuos milites, ut membra, & manus ſuas, diſcedere. Quemadmodum ſenex Hyblæus quatiens longè*

## ANNOTATIONES.

245. *Fames.*] Non imperioſa fames, quæ temnit omnia pericula: non ira, non pudor cogunt etiam illum pugnare, adeo diffidit, adeo deſperat, adeo conſtitetur ſe animo victum eſſe.
249. *Confessos subjugat.*] Hæc vera certæque victoria eſt, cùm victi conſtitentur animos ſuos eſſe ſuperatos.
250. *Robur.*] Crebri transfugæ incipiebant decerpere, & debilitare robur, ac vim exercitûs, eum jam rariorem & minùs plenum relinquendo. Nam decerpere eſt ita detrudere ex toto corpore, ut minuatur numerus, ſiâtque raritas.
252. *Paucis occulta.*] Nec dum occultum erat paucis parari ſeditionem, quæ malum peſſimum eſt. Nam ex Vegetio: nulla quamvis minima ratio poteſt ab adverſariis perdeleri, niſi propriis ſimulati-
- tibus ſe ipſa conſumpſerit.*
257. *Jugulum.*] Ut ſolent Duces rebus proſtigatis, ac deſperatis, qui orant milites, ut ſe potiùs occidant, quàm deſerant.
258. *Deſixo.*] Animo attento, deſecto, nec ſeſe movente ob pondus miſeriarum.
- Sua membra.*] In fugientibus militibus videt velut ſua membra, ſuas manus, ſuum ſanguinem, ſuas ſpes, abire, deficere, languere: Milites quippe ſunt membra, manûſque Regum ſuorum, qui ſunt ſuprema omnium capita.
260. *Hyblæus.*] Hyble ſeu Hybla, mons & urbs, Siciliæ apibus inſignis: inde Hyblæus dicitur ſenex aliquis, qui curat apes, & qui quaſſat tintinnabula ærea, qualia quaſſabant ſacerdotes Cybeles

NN n

- Tinnitu conatur apes quæ sponte relictis  
 Descivere favis; sonituque exhaustus inani  
 Raptas mellis opes, solitæque oblita latebræ  
 Perfida deplorat vacuis examina ceris.
- 265 Ergo ubi præclusæ voci laxata remisit  
 Fræna dolor, notas oculis humentibus Alpes  
 Adspicit, & nimium diversi stamine fati  
 Præsentēs reditus, fortunatosque revolvit  
 Ingressus. solo peragens tum murmure bellum,
- 270 Protento leviter frangebat mœnia conto,  
 Irridens scopulos: nunc desolatus & exspes  
 Debita pulsato reddit spectacula monti.  
 Tunc sic Ausonium respectans æthera fatur:  
 Heu regio funesta Getis, heu terra sinistris
- 275 Auguriis calcata mihi, satiare nocentum  
 Cladibus, & tandem nostris inflectere pœnis!  
 En ego, qui toto sublimior orbe ferebar,  
 Ante tuum felix aditum, ceu legibus exul,

## INTERPRETATIO.

*tintinnabula Cybeles, tentat revocare cre-*  
*pitaculo apes fugientes, quæ apes favis*  
*desertis ultro defecerunt, & fatigatus sono*  
*rauco, deflet divitias mellis abreptas, &*  
*examina infida apum oblita cellarum con-*  
*suetarum, alvearibus vacuatis. Igitur post-*  
*quam mœror laxavit habenas dictis impe-*  
*ditis, spectat oculus lacrymantibus Alpes*  
*cognitas sibi, & filo fati nimis mutati,*  
*revocat in mentem abitum præsentem, &*  
*aditum olim felicem. Tunc unâ voce per-*

*ficiens praliam, quatit urbes hastâ leni-*  
*ter porrectâ, despectans cautes; ac nunc af-*  
*flictus & sine spe reddit spectaculum me-*  
*ritum fracto monti: tum aspiciens cælum*  
*Italum, ita loquitur. Heu! terra fatalis*  
*Getis! heu terra proculecata mihi auspi-*  
*ciis infelicitibus! sis saturata stragibus son-*  
*tium, & commota tandem supplicis no-*  
*stris! ecce ego, qui ibam altior omni mun-*  
*do, fortunatus ante ingressum in te, nunc ur-*  
*geor velut exul & reus subditus legions.*

## ANNOTATIONES.

- Matris Deorum, Strabo de Hybla: τὸ τῆς  
 Ὑβλης ὄνομα συμφέρει διὰ τὴν ἀστὴν οὗ  
 Ὑβλην μελίτος. Hybla nomen perduras  
 propter mellis Hyblæ præstantiam.
264. *Perfida.* ] Quasi promississent apes  
 se in his alvearibus mansuras, sicque  
 iis desertis fidem violarent.
265. *Præclusa.* ] Nam maximi affe-  
 ctus vocem præcludere & impedire solent:  
 etenim ex doloribus, *les ves loquuntur, in-*  
*gentes stupent.*
266. *Alpes.* ] Partem Alpium vergen-  
 tem in Illyriam, quâ ingressus fuerat  
 Alaricus.
267. *Stamine.* ] Filo & ordine fati,  
 seu Parcarum, mutato.
269. *Solo murmure.* ] Unâ voce, uno  
 ut ita dicam, motu linguae.
272. *Debita.* ] Alaricus afflictus à Ne-  
 mesi, reddit spectaculum meritum Alpi-  
 bus à se malè pulsatis, fractisque. Quasi  
 tum Alpes lætarentur, quod Nemesis,  
 quæ vindicat omnia magna & dicta &  
 facta, tunc Alaricum puniret.
275. *Satiare.* ] Per concessionem ama-  
 ram Alaricus optat ut Italia satiatur suis  
 cladibus, & moveatur suppliciis suis.

- Addictusque reus statu propiore sequentum  
 280 Terga premor. quæ prima miser, quæ funera dictis  
 Posteriora querar? non me Pollentia tantum,  
 Nec captæ cruciastis opes. hoc aspera fati  
 Sors tulerit, Martisque vices. non funditus armis  
 Concideram. stipatus adhuc, equitumque catervis  
 285 Integer, ad montes reliquo cum robore cessi,  
 Quos Apenninum perhibent. hunc esse ferebat  
 Incola, qui Siculum porrectus adusque Pelorum  
 Finibus ab Ligurum populos complectitur omnes  
 Italix, geminumque latus stringentia longè  
 290 Utraque perpetuo discriminat æquora tractu.  
 Huc ego continuum si per juga tendere cursum,  
 Ut prior iratæ fuerat sententia menti,  
 Jam desperatâ valuissem luce, quid ultra?  
 Omnibus oppeterem famâ majore perustis:  
 295 Et certè moriens propius te, Roma, viderem.  
 Ipsaque per cultas segetes mors nostra secuto  
 Victori damnosa foret. sed pignora nobis  
 Romanus, carâsque nurus, prædâque, tenebat.  
 Hoc magis exertum raperem succinctior agmen.

## INTERPRETATIO.

urgeor anhelitu proximo hostium persequentium terga mea. Quas ego infelix verbis conquerar clades primas, quas possremas? non solum tu, ô Pollentia, non solum vos, ô gaze direpta, torquistis me, casus acerbus fati, & vicissitudo belli id patiantur. Non penitus adhuc perieram vir armorum: ego adhuc comitatus militibus, & incolumis ob turmas equitum, recessi ad montes cum exercitu reliquo, ad montes quos appellant Apenninum. Incola dicebant hunc esse, qui extensus usque ad Pelorum promontorium Sicilia, à tractibus Ligurum, circumcingit gentes omnes Italia, & ductu continuo separat maria duo, ferientia procul litus duplex. Ego, si ut primum consilium fuerat animo irato, huc vitâ fere conclamatâ potuissem ferre gradum repentinum per culmina; quid ulterius vellem? Morerer certè cunctis incensiss, famâ insigniore: & sanè moriens aspicerem te propius, ô Roma. Et ipsa mors nostra per terras excultas perniciofa esset victori insequenti. At Romani retinebant liberos nostros, & nurus dulces, & spolia: esto, dixissem ideo præptior copias magis expeditas.

## ANNOTATIONES.

279. *Addictus.*] Velut traditus Lictori ob leges calcatas.  
*Sequentum.*] Ac fere me comprehendentium.  
 281. *Pollentia.*] Urbs Ligurum, ad quam victus Alaricus.  
 283. *Martisque vices.*] ἀντὶς κατὰ τὴν πόλιν: Mars communis. Ἀντὶς γὰρ τὰ ὄρη πολεμίων incerta enim res bellica Thucydides.  
 286. *Apenninum.*] Hic mons porrigitur per totam Italiam, eamque velut in duas partes secans, separat duo maria, superum & inferum.  
 294. *Fama majore.*] Morerer famâ majore, ait Alaricus, si incensis omnibus campis, in juga Apennini me recepissem; morerer & lubentius, si quidem viderem propius Romam, & segetes ita exustas, ut victor ipse nihil post me inveniens, unde aleret exercitum, perniciem inveniret.  
 299. *Hoc magis exertum.*] Esto, Roma

N N n ij



- 300 Heu, quibus insidiis, quâ me circumdedit arte  
 Fatalis semper Stilicho! dum parcere fingit,  
 Rettudit hostiles animos, bellumque remenso  
 Evaluit transferre Pado. proh fœdera sævo  
 Deteriora jugo! tunc vis extincta Getarum.
- 305 Tunc mihi, tunc lethum pepigi. violentior armis  
 Omnibus expugnat nostram clementia gentem.  
 Mars gravior sub pace later, capiôrque vicissim  
 Fraudibus ipse meis. quis jam solatia fesso  
 Consiliûmve ferat? socius suspectior hoste.
- 310 Atque utinam cunctos licuisset perdere bello!  
 Nam quisquis duro cecidit certamine, nunquam  
 Desiit esse meus. melius mucrone perirent,  
 Auferrêtque mihi luctu levioire sodales  
 Victa manus, quàm læsa fides. nullûsne clientum
- 315 Permanet? infensi comites: odère propinqui.  
 Quid moror invisam lucem? quâ sede recondam  
 Naufragii fragmenta mei? quæve arva requiram,

## INTERPRETATIO.

*Heu! quibus dolis, quibus artibus Stilicho semper exitialis mihi circumvenit me! Dum simulat se ignoscere, imitatus est animum hostis. & potuit transportare bellum Eridano rursus trajecto, pro fœdus pejus servitute crudeli! tum robur Getarum compressum est, tum mihi, tum pepigi mortem. Indulgentia Stilichonis fortior telis omnibus, superat populos nostros. Bellum acerbius occultatur sub pace, & ego ipse vicissim expugnor dolis meis. Ecquis jam dabit consolationem aut consilium afflicto mi-*

*hi? Socii suspecti sunt magis, quàm hostis. Atque utinam potuissem amittere clade eadem universos socios! Etenim quicumque periit in pralio sævo, nunquam cessavit esse meus. Illi socii melius absumpti essent gladio, & cohors superata eriperet mihi socios minori cum dolore, quàm fides violata. An nullus clientum superest? Comites mei mihi, propinqui avertantur me. Quare remoror vitam odiosam? quo in loco occultabo reliquias fortuna mea? Aut quos petam agros,*

## ANNOTATIONES.

mani retinebant nostros liberos, nurus, prædam; sed ideo ab his impedimentis ego liberatus, rapuissem citius copias expeditiores.

305. *Transferre.*] Ultra fluvium, quo Roma tanquam muro sese ab Alarico tueretur.

*Fœdera.*] Fœderis & induciarum tempore copiarum Alarici elanguerunt. Tacitus, *Multa bella impetu valida per radia ac moras evanuerunt.*

306. *Clementia.*] Quæ sic securum fecerat hostem, idcirco facilius vincendum, quia clementia sperata ejus animos mollierat.

308. *Fraudibus.*] Alaricus ostendebat clementiam, pacem, quietem, & sic occasionem invenerat Romanorum vincendorum; Stilicho iisdem artibus usus est, ad vincendos Alarici socios, cumque hac ratione & debilitandum, & superandum.

312. *Desinit.*] Qui pro me pugnando obiit, meus est: qui non obiit, à me desecvit; sicque malle omnes amisisse in pralio; sic enim non me desererent, nec violarent fidem.

316. *Quid moror invisam lucem.*] Virgilius:

*Quid inutilis annos demoror?*

In quibus haud unquam Stilicho, nimiùmque potentis  
 Italiæ nostras nomen circumsonet aures?

- 320 Hæc memorans instante fugam Stilichone tetendit  
 Expertas horrens Aquilas. comitatur euntem  
 Pallor, & atra Fames, & faucia lividus ora  
 Luctus, & inferno stridentes agmine Morbi.  
 Lustralem sic rite facem, cui lumen odorum  
 325 Sulfure cæruleo nigróque bitumine fumat,  
 Circum membra rotat doctus purganda sacerdos,  
 Rore pio spargens, & dira fugantibus herbis  
 Numina, purificúmque Jovem Triviámque precatus,  
 Trans caput averfis manibus jaculatur in Austrum  
 330 Secum rapturas cantata piacula tædas.  
 Acrior interea visendi Principis ardor

## INTERPRETATIO.

in quibus Stilicho, & nomen Italia nimis  
 florentis nunquam seriant nostras aures.  
 Alaricus hac dicens, Stilichone perse-  
 quente, cepit fugam, pertimescens Aquil-  
 las, quas senferat: Pallor adharet ei ab-  
 eunti, & Fames nigra, & Dolor lividus  
 habens vulneratum vultum; & Morbi  
 frementes copiis tartareis. Ita Sacerdos  
 eruditus versat pro more circum corpus  
 expiandum tædam purgantem, cui lumen  
 odoratum fumat sulfure cæruleo, & bi-  
 tumine nigro; Sacerdos aspergens hoc  
 corpus aquis sacris; & invocans herbis  
 expellentibus Deos favos, & Jovem lu-  
 strantem, & Dianam, manibus amotis  
 trans caput, vibrat versus Meridiem faces  
 ablaturas secum mala incantamenta. In-  
 terim majus desiderium Imperatoris videndi

## ANNOTATIONES.

321. *Horrens Aquilas.* ] Pertimescens  
 pugnam cum Romanis Aquilas geren-  
 tibus, quas Aquilas suo damno exper-  
 tus erat.

322. *Lividus.* ] Ora vulnerata, contusa,  
 livida verberibus, quibus plangentes sese  
 tundebant.

323. *Morbi.* ] Morbi & curæ innumeræ  
 animum malè affectum sequi solitæ, &  
 propè infernis cruciatibus miserum ho-  
 minem vexantes.

324. *Lustralem.* ] Sacerdos nempe,  
 manibus averfis, facem trans caput abji-  
 ciebat, ablaturam omnia piacula, hoc  
 est, vel incantamenta, vel crimina, quæ  
 expiare necesse sit.

326. *Doctus.* ] Superstitionis & cære-  
 moniarum.

327. *Fugantibus.* ] Credebant veteres  
 Dæmonia fugari posse herbis quibusdam.

328. *Purificum Jovem.* ] Jovem xg-  
 Sapon purificum depulso rem prodigio-  
 rum, & scelerum: alii legunt, *Terrificum-*

*que Jovem.*

329. *In Austrum.* ] Contra ventum  
 Meridianum: nefas autem erat, si ille,  
 qui purgamenta illa lustralia efferebat,  
 respiceret, seu post tergum aspiceret,  
 ideo *trans caput averfis manibus* proj-  
 cit tædam lustralem. Sed cur in Austrum?  
 quia scilicet, cùm sacerdotes ad Solem  
 Orientem sacra faciendo verterentur,  
 cumque averfis manibus facem lustralem  
 trans caput jacerent, dextrâ ad id uten-  
 tes, naturali quodam jactu in Austrum,  
 qui à latere dextro occurrit, illam jacie-  
 bant; vel in *Austrum*, id est contra ven-  
 tum simpliciter.

330. *Piacula.* ] Faces videbantur au-  
 ferre, vel incantamenta; vel cogitatio-  
 nes criminum, quæ turbabant mentem.  
 Vel per *cantata piacula* intellige faces  
 rapere secum crimina incantata, seu car-  
 minibus & incantamentis depulsa. Nam  
 piacula sunt crimina expianda.

- Accendit cum plebe patres, & sæpe negatum  
 Flagitat adventum. nec tali publica vota  
 Consensu tradunt atavi caluisse per Urbem,  
 335 Dacica bellipotens cum fregerat Ulpus arma,  
 Atque indignantes in jura redegerat Arctos,  
 Cum fasces cinxere Hypanin, miratæque leges  
 Romanum stupuit Mæotia terra tribunal.  
 Nec tantis patriæ studiis ad templa vocatus  
 340 Clemens, Marce, redis, cum gentibus undique cincta,  
 Exuit Hesperiam paribus Fortuna periclis.  
 Laus ibi nulla ducum: nam flammeus imber in hostem  
 Decidit: hunc dorso trepidum flammante ferebat  
 Ambustus sonipes: hic tabescente solutus  
 345 Subsidit galeâ, liquefactæque fulgure cuspis

## INTERPRETATIO.

*inflammant Senatores cum populo. & petit adventum ejus sapius recusatum. Neque majores nostri aiunt vota omnium arsisse tantâ concordia per urbem Romam, cum Ulpus Trajanus bellicosus subegerat arma Dacorum. & reduxerat in obsequium Septentrionem reluctantem: cum fasces circumdederunt Hypanin, & terra Mæotica admirata leges nostras, obstupuit tribunal Romanum. Neque tu, ô Clemens Marce Antonine, revocatus ad templa tanto patria amore reverteris, cum Fortuna liberavit Italiam periculis similibus, Italiam circumfessam undequaque populis barbaris. Gloria hic nulla fuit Ductorum: etenim pluvia ignea cecidit in hostes: equus exustus portabat hunc timidum dorso inflammato: ille consistit debilitatus casside emollitâ, & hasta ejus liquefactâ fulmine exarsit, &*

## ANNOTATIONES.

333. *Flagitat.*] Non quodd desiderium seu ardor flagitet adventum Principis, sed efficit, ut Senatus & populus, desiderio ardentem, cum flagitent.

335. *Dacica.*] Cum Ulpus Trajanus vicit Dacos, qui & *Davi* dicuntur à Strabone, populi scilicet *απο'ς Γερμανίας, & τὰς τῆς Ἰστῆς πηγὰς*, ad Germaniam & Istri fontes.

336. *Indignantem Arctos.*] Populos Septentrionales reluctantem, & crebro rebellantes.

337. *Hypanin.*] Cum fasces Imperatoris Romani obsederunt Hypanin fluvium Scythiæ; id est, cum Imperator viceret ipsos Scythiæ populos. Fluvius autem ille in Pontum Euxinum devolvitur: est & alter Hypanis Indiæ fluvius, qui Hydaspes conjunctus, cum illo in Indum fluvium se exonerat.

338. *Mæotia.*] Terra Mæotia est ea

terra, quæ est supra paludem Mæotidem, versus Septentrionem.

340. *Marce.*] Marcus Antoninus, qui ad singularem fortitudinem, singularis pietatis decus adjunxit. Julius Capitolinus, *Marco Antonino in omni vitâ Philosophanti viro, & qui sanctitate vitæ omnibus Principibus antecessit.*

*In hostem.*] In Quados & Marcomanos, quos Antoninus proffigavit.

341. *Fortuna.*] Vel potius divina providentia: cui debetur victoria, non ducibus.

342. *Flammeus imber.*] Sub Antonino illo Christianarum cohortum preces, coactis repente nubibus, imbrem in suos, fulmina in hostes excussit. Unde legioni *καταυροκόλω* fulminatrici nomen impositum est. Et præterea eadem Christianorum preces obtinere pluviam ad reficiendos suos siti propè enectos.

Canduit, & subitis fluxere vaporibus enses.  
 Tunc contenta polo mortalis nescia teli  
 Pugna fuit: Chaldaea mago seu carmina ritu  
 Armavere Deos: seu, quod reor, omne Tonantis  
 350 Obsequium Marci mores potuere mereri.  
 Nunc quoque praesidium Latio non deesset Olympi,  
 Deficeret si nostra manus, sed providus aether  
 Noluit humano titulos auferre labori,  
 Ne tibi jam, Princeps, soceri sudore paratam,  
 355 Quam meruit virtus, ambirent fulmina laurum.  
 Jam toties missi proceres responsa morandi  
 Rettulerant, donec, differri longius Urbis  
 Communes non passa preces, penetralibus altis  
 Profiliit, vultusque palam confessa coruscis  
 360 Impulit ipsa suis cunctantem Roma querelis:  
 Dissimulata diu tristes in amore repullas  
 Vestra parens, Auguste, queror. quonam usque tenebit  
 Praelatus mea vota Ligus, vetitumque propinquâ

## INTERPRETATIO.

gladii diffiluerunt pluviis repentinis, Tunc certamen exitit comprehensum Caelo. expers armorum humanorum: seu incautamenta Chaldaeorum more magico incitaverunt Deos: seu (quod credo) pietas Marci Antonini valuit promereri sibi hoc omne officium Dei fulminantis. Nunc etiam auxilium Caeli non negaretur Italia, si copia nostra labarent. At providentia divina noluit eripere gloriam fortitudini humanae, ne fulmina peterent à te tibi jam, ô Imperator, laurum partam labore soceri tui Stilichonis, laurum, quam virtus reportavit. Jam primores missi toties reportaverant responsiones de morâ, donec Roma non ferens vota communia mundi procrastinari diutius, exiluit ex palatio excelso, & passa aperte os suum micans ipsa persuasit quæstibus suis Honorum morantem. Ego Roma neglecta longum. ego mater vestra, ô Imperator, conqueror fastidia tua mæsta in amicitia. Quamdiu Ligures antepositi possidebunt desideria mea? Quamdiu Rubicon avertens

## ANNOTATIONES.

347. *Mortalis nescia teli pugna.* ] Quia Cælestis, & à Deo immissa, ideòque contenta in Cælo, unde fulmina vibrata sunt in gratiam Christianorum.  
 348. *Chaldaea Mago.* ] Seu incantamenta Chaldaeis carminibus similia armarunt Cælum, vel potius pietas Christianorum id effecit: non enim magicis carminibus tribuenda sunt, quæ divino miraculo sunt peracta.  
 350. *Obsequium.* ] Quasi Cælum obsequeretur sanctis, ut Helix, Petro & aliis.  
 351. *Non deesset.* ] Auxilium cœleste non deesset nobis, si necessitas postularet: sed Cælum relinquere voluit occasionem fortitudinis exercendæ, & consequendæ laudis,  
 355. *Ambirent fulmina.* ] Ne fulmina venirent in partem laudis, quam es consecutus, & sic ambirent tuam laurum, seu partem tuæ laurûs.  
 359. *Vultus coruscus.* ] Vultus micantes, ardentesque instar numinis: se confessa Deam, ut Virgiliana Venus.  
 361. *Dissimulata diu.* ] Neglecta sum diu, & vota mea amantissima diu Princeps dissimulavit.  
 363. *Ligus.* ] Ravennam, vel potius Mediolanum intelligit apud Ligures, ubi

- Luce frui, spatiis discernens gaudia parvis,  
 365 Torquebit Rubicon vicino nomine Tibrin?  
 Nonne semel sprevisse sat est, cum reddita bellis  
 Africa venturi lussit spe Principis Urbem?  
 Nec duras tantis precibus promovimus aures?  
 Ast ego frænabam geminos, quibus altior ires,  
 370 Electi candoris equos, & nominis arcum  
 Jam molita tui, per quem radiante decorus  
 Ingredere togâ, pugnae monumenta dicabam,  
 Defensam titulo Libyam testata perenni.  
 Jamque parabantur pompæ simulacra futuræ  
 375 Tarpeio spectanda Jovi, cælata metallo  
 Classis ut auratos fulcaret remige fluctus,  
 Ut Massyla tuos anteirent oppida currus,  
 Palladiâque comas innexus arrundine Triton  
 Edomitis veheretur equis, & in ære trementem

## INTERPRETATIO.

latitiam nostram, intervallis exiguis cruciabit nomine Principis finitimo Tibrin prohibitum potiri lumine proximo? Annon satis est contempsisse me semel, cum Africa recepta bello decepit urbem spe Imperatoris adventuri? Neque tamen percussimus aures tuas severas precibus tantis, Ego verò infranabam duos equos candoris eximii, quibus sublimior veherêris, & ipsa ego jam faciens arcum triumphalem ornatum tuo nomine, per quem ar-

cum tu splendidus intrares, veste fulgente, consecrabam monumenta praelii indicatura inscriptione sua aternâ Libyam conservatam. Et jam imagines pompa ventura aspicienda Jovi Tarpeio apparabantur: classis insculpta metallo fulvo parabatur, ut cum remigibus finderet aquas aureas, ut imagines urbium Massylarum praecederent currum tuum triumphalem, & ut Triton habens crines nexos arundine Palladiâ ferretur fluctibus domitis, & caetera expedita

## ANNOTATIONES.

Theodosii aula floruit; & ubi diu mansit Honorius, nec ullis precibus diu adduci potuit, ut Romam inviseret; seu ob reverentiam sedis Apostolicæ, seu ob metum Stilichonis, quem virtus militaris & veneranda species genero præstantiorem & populo Romano cariorem reddebant. Propinquâ Luce.] Radiis & luce Honorii propinqui.

365. Rubicon.] Antiquus Galliarum & Italiae limes: discernens, dispescens, averrens gaudia nostra, & torquens seu crucians Tibrin & Romanos nomine atque spectatione Principis vicini. Rubicon hodie dicitur Pisatello, ad quem stetit Cæsar dubius, an trajiceret.

367. Africa.] Cum Africa recepta est, victo Gildone, dedisti spem veniendi in urbem, & tamen hæc spe decepti sumus: neque ulla ideo querelas fudimus.

369. Geminos equos.] Consules tum temporis hac pompâ urbem ingrediebantur, etiam extra triumphum.

371. Arcum.] Triumphalis & Currus & Arcus Honorio destinatus.

372. Radiante togâ.] Trabeâ, seu veste Consulari auro intextâ.

377. Anteirent oppida.] Species imaginumque montium urbiumque captarum transferebantur in Capitolium pompâ triumphali, & ibi dedicabantur ejusmodi monumenta, auro, argento, ære, citro ficta vel cælata.

378. Arundine.] Olivâ arundini innexâ: olivâ autem sacra est Palladi.

Triton.] Fluvius Africae, & Palus, ubi nata Pallas.

379. Edomitis aquis.] A Stilichone victis sub auspiciis Honorii.

380 Succinctæ

- 380 Succinctæ famulum ferrent Atlanta cohortes.  
Ipse Jugurthinam subiturus carcere pœnam  
Præberet fera colla jugo, vi captus & armis,  
Non Bocchi Syllæ dolis. sed prima remitto.  
Num præsens etiam Getici me laurea belli
- 385 Declinare potest? sedêne capaciôr ulla  
Tantæ laudis erit? tua te benefacta morantem  
Conveniunt, meritisque tuis obnoxia virtus  
Quod servavit amat. jam flavescentia centum  
Missibus æstivæ detondent Gargara falces,
- 390 Spectandósque iterum nulli celebrantia ludos  
Circumflexa rapit centenus secula consul.  
His annis, quæ lustra mihi bis dena recensent;

## INTERPRETATIO.

gestarent Atlantem captivum trepidantem in are. Ut ipse Atlas passurus in carcere supplicium Jugurthinum, captus vi armorum non insidiis Bocchi & Sylla, traderet cervicem ferocem servituti. At præter eo priora illa. An laurus præsens praelii Getici effugere me pariter potest? an domesticum ullum dignus eris tali honore? Merita tua convincunt te, & virtus tua additâ factis suis, diligit quos liberavit. Jamque falces æstiva secant Gargara fluvientia centum messibus, & Consul centesimus ducit secula circumfluentia, atque exhibitura ludos videndos rursus nemini. Hisce annis, qui referunt mihi lustra viginti, aspexit

## ANNOTATIONES.

381. *Jugurthinam pœnam.* Qualem passus est Jugurtha, de quo supra.

*Ipse.* Vel Atlas captivus vel Gildo.

383. *Bocchi.* Bocchus Rex Mauritanix, & Gætulix, qui ligatum Jugurtham Syllæ tradidit.

384. *Num præsens.* De victoriâ Libycâ; cæque præteritâ, nihil amplius dico, sed victoriâ præsens de Getis an me declinabit, effugiet? An sedes est capaciôr tantæ laudis, quàm Roma eam celebratura?

387. *Conveniunt.* Tua te facta convincunt, alloquuntur, precantur, ut venias.

*Obnoxia.* Virtus obnoxia, addicta, adhærens suis meritis, seu factis, quibus de aliis bene merita est, amat opus suum, amat id quod fecit; sicque tua virtus amare debet Romanos meos, quos servavit. Vinculum enim quoddam caritatis est inter conservatorem, hominesque conservatos: idque tantum, ut sepius plus amet, qui conservat; quàm

qui conservatus est: unde & ipse conservator, obnoxius est virtuti & meritis suis, & non potest non amare, quod conservavit.

389. *Gargara.* Cacumen montis Idæ frugum ubertate affluens; Pacatus hinc *Gargara proventu lata triticeo*. Sed & ibi *Γαργαρά πόλις Αἰολικά*, *Gargara urbs Æolica*, seu ab Æoliæ populis condita.

390. *Ludos.* Seculares, quos nemo bis spectat.

392. *Lustra.* Lustrum vel significat spelæa aprorum, ferarumque aliarum, & loca turpia, & tum Vossius id deducit à *luto*, quod apri & feræ luto gaudeant, & *amica luto sus*: vel lustrum est spatium quinque annorum: sicque lustra bis dena seu viginti, sunt centum anni, & illud deducit *ἀπὸ τοῦ λύειν* *solvere*, & *λύειν* pretii ex Varrone, inserto (ε) quodd *quinto quoque anno vestigalia & lustra tributa per Censores persolvebantur* Plura idem Vossius hac de re in Etymologico.

- Nostra ter Augustos intra pomœria vidi,  
 Temporibus variis: eadem sed causa tropæis  
 395 Civilis dissensus erat. venêre superbi,  
 Scilicet ut Latio resperfos sanguine currus  
 Adspicerem: quisquàmne piæ lætanda parenti  
 Natorum lamenta putet: periêre tyranni,  
 Sed nobis periêre tamen. cùm Gallica vulgo  
 400 Prælia jactaret, tacuit Pharsalica, Cæsar.  
 Namque inter socias acies cognatæque signa  
 Ut vinci miserum, nunquam vicisse decorum.  
 Restituat priscum per te jam gloria morem.  
 Verior, & fructum sinceræ laudis ab hoste  
 405 Desuetæ jam redde mihi, justisq; furoris.

## INTERPRETATIO.

Imperatores intra urbem meam temporibus variis. *Est discordia civilis erat causa eadem victoriis.* Nimirum illi arrogantes venerunt, ut viderem currus eorum madentes cruore Italicorum: An aliquis existimet fletus filiorum esse gratos matri? Tyranni obierunt, sed obierunt tamen pro nobis. Julius Cæsar, cùm ven-

ditaret passim bella Gallica, siluit Pharsalica. Etenim sicut inter exercitus cognatos, & vexilla cognata miserabile est superari, nunquam gloriosum est superavisse. Honor justior nunc renovet per te consuetudinem antiquam, & refer mihi ab hostibus dulcedinem gloria vera jam inassueta, & purga victorias

## ANNOTATIONES.

393. *Ter.*] Numerus certus pro incerto; id est vidi paucos Imperatores, ut ostendat quanti faciat conspectum Imperatorium.

*Pomaria.*] *Pomarium* est locus intra & extra urbem, quem antiqui in condendis urbibus consecrabant; sic dictum à Varrone quasi *postmurium*.

395. *Civilis dissensus.*] Bella civilia, gesta contra cives, aut contra eos qui civium partem in exercitu habebant, puta bellum Constantini contra Maxentium: Constantii contra Magnentium: Valentiniani & Valentis contra Procopium & Firmum: Theodosii contra Eugenium, & Maximum, in quibus omnibus bellis multi Romani cives periêre.

398. *Sed nobis.*] Etsi tyranni erant, erant tamen aut cives, aut civium exercitus habebant, qui perierunt nobis, id est nostro damno.

399. *Gallica Cæsar prælia jactaret.*] Suis Commentariis à Cicerone & Hirtio ita laudatis.

400. *Tacuit Pharsalica.*] Nam semper tacenda est clades civilis: *lauream nec*

*Senatus cuiquam dedit, nec quisquam sibi dari desideravit, civitatis parte lacrymante.* Valerius Maximus.

401. *Socias acies, cognatæque signa.*] Id est exercitus conscriptos ex patribus contra filios, ex filiis contra patres: ex fratribus in fratres, quales sunt civiles exercitus, idèque cognati.

402. *Nunquam vicisse decorum.*] Tectis miles ille Pompeianus, qui cùm cæstro bellico abreptus Sertorianum militem occidisset, spoliatumque fratrem suum esse agnovisset, eodem gladio, quo illum interemerat, pectus suum transverberavit. Valerius Maximus.

403. *Restituat.*] Gloria justior restituat priscum morem laudis quærendæ, pugnando contra hostes, non contra cives.

405. *Desuetæ.*] Laudis inassuetæ, ob bella Civilia.

*Justisq; furoris externi spoliis.*] Id est, referendo iusta spolia contra gentes externas furore actas, & in Romam bellum gerentes. Alii legunt, *sumptisque furoris externi spoliis*, nec malè.

Externi spoliis fontes absolve triumphos.

Quem, precor, ad finem Laribus sejuncta potestas

Exulat, imperiūque suis à sedibus errat?

Cur mea, quæ cunctis tribuere Palatia nomen,

410 Neglecto squalent senio? nec creditur orbis

Illinc posse regi? medium non deserit unquam

Cæli Phœbus iter, radiis tamen omnia lustrat.

Segnius an veteres Istrum, Rhenūque tenebant,

Qui nostram coluere domum? leviusne tredebant

415 Tigris & Euphrates, cum fœdera Medus & Indus

Hinc peteret, pacemque meâ speraret ab arce?

Hic illi mansere viri, quos mutua virtus

Legit & in nomen Romanis rebus adoptans

Judicio pulcram seriem, non sanguine, duxit.

420 Hic proles atavum deducens Ælia Nervam,

Tranquillique Pii, bellatorisque Severi.

#### INTERPRETATIO.

*nocentes, ab exuviis aquæ ira externa. Quo, quæso, consilio potestas Imperatoria remota à domo propriâ velut expulsa remanet, & Imperium vagatur longè à suo domicilio? Quare Palatia mea, quæ dederunt nomen omnibus palatiis, sordent contemptâ antiquitate? Quare non mandus putatur hinc posse gubernari? Phœbus non nunquam relinquat viam mediam, & tamen illuminat cuncta luce suâ. An anti-*  
*quæ, qui habitaverunt domum nostram, minus acriter possidebant Danubium & Rhenum? An Tigris & Euphrates minus trepidabant, cum Medi & Indi hinc orarent amicitiam, & sperarent pacem ex Capitolio meo? Hic viri illi habitaverunt, quos virtus vicissim elegit, & adscribens illos in nomen Consulium pro Imperio Romano, exhibuit seriem gloriosam delectu, non serie gentis. Hic gens Ælia, ducens atavum Nervam, & Pii Tranquilli, & Severi bellicosi;*

#### ANNOTATIONES.

406. *Sontes absolve triumphos.* Absolve & purga triumphos nocentes, & nefarios, quia de civibus relati sunt; purga, inquam, illos melioribus & iustioribus triumphis, de hostibus scilicet triumphando.

409. *Palatia.* Palatium dictum est à Pallante, Pallanteum ex Virgilio; vel quod in Monte Palatino, vel à Palatia Latini uxore, vel à balatu pecorum, quasi balantium: quicquid sit, Palatium est domus Principis alicujus, & à Palatio Romano cætera Palatia dicta esse putantur.

412. *Phœbus.* Ut Zodiacus æterna est Phœbi seu Solis mansio, sic Roma æterna esse debet sedes Imperatoris, qui Sol est terrarum.

417. *Mutua virtus.* Id est virtus vi-

cissim eligebat; nam qui virtute præditus erat eligebat probum, & ipse eligebatur mutuo seu vicissim à probis: seu *virtus mutua legit*, id est virtute conspicui sese mutuo eligunt ad honores.

418. *In nomen.* In nomen Consulium, in summum Magistratum.

*Adoptans.* Præclara sane adoptio, quæ fit per virtutem.

420. *Ælia.* A Nervâ, vel potius ab Ælio Adriano Ælios sese nuncupabant Antonini.

421. *Pii.* Primus Piorum, scilicet M. Antoninus Pius mirâ tranquillitate velut alter Numa, Imperium pace refovere, quàm bello proferre maluit: dicere solitus, *malle se unum civem servare, quàm mille hostes occidere.* Julius Capitolinus,



- Hunc civis dignare chorum, conspectaque dudum  
 Ora refer, pompam recolens ut mente priorem,  
 Quem tenero patris comitem susceperat ævo,  
 425 Nunc duce cum socero juvenem te Tibris adoret.  
 Orantem medio Princeps sermone refovit:  
 Numquam aliquid frustra per me voluisse dolebis,  
 O Dea, nec legum fas est occurrere matri,  
 Sed nec post Libyam (falsis ne perge querelis  
 430 Incusare tuos) patriæ mandata vocantis  
 Sprevimus. advectæ misso Stilichone curules,  
 Ut nostras tibi, Roma, vices pro principe consul  
 Impleret, generoque socer. vidistis in illo  
 Me quoque. sic credit pietas; non sanguine solo,  
 435 Sed claris potius factis, experta parentem.  
 Cuncta quidem centum nequeam perstringere linguis,

## INTERPRETATIO.

tu civis ostende te dignum hoc cœtu Cæsarum & ostende rursus vultum tuum pridem visum nobis, ut Tibris revocans animi apparatus primum, nunc veneretur te juvenem cum socero ductore Stilichone, te quem atate tenellâ ediderat comitem futurum parentis. Imperator Honorius demulsit in alloquio medio Romam loquentem: ô Diva, nunquam mœrebis per me expectavisse quidquam inutiliter, neque licet resistere parenti legum. At neque post victoriam de Libyâ contemptissimæ preces patria invitantis (ne perseveres accusare tuos questibus falsis) Sella curules delata Stilichoni delegato, ut oriret in tui gratiam munus nostrum, ô Roma, Consul scilicet pro Imperatore, & socer ipse pro genero: me aspexistis etiam in ipso. Sic pietas judicat, quæ probavit illum patrem, non unâ affinitate, sed potius facinoribus egregiis. Ego cerè non possum percurrere linguis centum ea omnia.

## ANNOTATIONES.

qui & hæc addit, Titus Aurelius Fulvius Boionius Antoninus Pius fuit vir formâ conspicuus, ingenio clarus, moribus clemens, nobilis vultu, & placidus ingenio, singularis eloquentia, nitida literatura, præcipuè sobrius, diligens, agri cultor, mitis, largus, alieni abstinens, &c.

Severi.] Alexander Severus, cui corpus statura militaris, robur militis, &c. Elius Lampridius, non solum hic arma, sed etiam amavit literatos homines, vehementer etiam reformidans, ne quid de se asperum scriberent, Virgilii & Ciceronis imagines cum Achillis imagine collocabat. Alexandri nomen accepit, quod in templo dicato apud Arcenam urbem Alexandro magno, natus sit. At ob ingentem vigorem animi & mirandam singularemque constantiam contra militum insolentiam, Severi nomen à militibus eidem in-

ditum est. Idem Lampridius.

422. Hunc civis dignare chorum.] Tu civis, ô Honori, dignare imitari hunc chorum seu cœtum Cæsarum.

428. Legum matri.] Romæ; sicque Constantinopolis arguitur velut noverca. Ibi postea Justinianus leges multas sustulit, Theodosii Magni legum vindicis statuam argenteam quasi deturbavit, ut suam in columnâ reponeret.

431. Advectæ misso Stilichone.] Delata Sella curulis Stilichoni; ut te inviseret pro me.

434. Credit pietas.] Ea est mea in Stilichonem pietas, ut eum respiciam velut meum parentem, ob egregiam operam, quam mihi præstitit. Credit pietas in socero videri generum.

436. Centum linguis.] Id familiare Poëtis, centum sibi poscere voces, Persius.

- Quæ pro me mundoque gerit: sed ab omnibus unum,  
 Si fama necdum patuit, te, Roma, docebo,  
 Subiectum nostris oculis, & cuius agendi  
 440 Spectator vel caussa fui. populator Achivæ  
 Bistonizque plagæ, crebris successibus amens,  
 Et ruptas animis spirans immanibus Alpes?  
 Jam Ligurum trepidis admoverat agmina muris,  
 Tutior auxilio brumæ, (quo gentibus illis  
 445 Sidere consueti faver inclementia cæli)  
 Méque minabatur calcato obsidere vallo,  
 Spem vano terrore fovens, si fortè, remotis  
 Præsidiiis, urgente metu, quâ vellet, obirem  
 Conditione fidem: nec me timor impulit ullus;  
 450 Et duce venturo fretum, memorémque tuorum  
 Roma ducum, quibus haud unquam vel morte paratâ  
 Fœdus lucis amor pepigit dispendia famæ.  
 Nox erat, & latè stellarum more videbam  
 Barbaricos ardere focos. jam classica primos  
 455 Excierant vigiles, gelidâ cùm pulcer ab Arcto

## INTERPRETATIO.

qua Stilicho facit pro me & orbe, sed apertam tibi factum unum ex cunctis, & Roma, si nondum cognitum est tibi famâ, factum expositum oculis nostris, & cuius faciendâ causâ ipse extitit, aut admirator. Alaricus vastator regionis Græcæ & Thraciæ, insolescens victoriis frequentibus, & surgens ob Alpes fractas animo furente, jam adjunxerat copias suas urbibus Ligurum timentibus, securior præsidio hyemæ, quo tempore asperitas aëris soliti commoda est populis illis, ac minitabatur circumscindere me vallo eliso, alens spem metu inani, si forsân auxiliis sublati, timore premente, vellem recipere fœdus, quâ cuperet conditione. Sed non timor ullus commovit me, munitum & Ductore adventuro Stilichone, & recordantem Ductorum tuorum, & Roma, quibus vel morte oppositâ, amor vitæ turpis nunquam pactus est iacturam famæ. Nox erat, & aspiciebam ignes Barbarorum lucere passim, instar totidem astrorum. Jamque tuba excitaverant excubias priores, cùm Stilicho

## ANNOTATIONES.

437. *Mundo.* Pro toto Imperio, quod pars erat speciosissima Orbis.  
 440. *Spectator.* ] Honorius Ravennæ degens tribus miliaribus distabat à Stilichone hæc gerente,  
 441. *Bistonia.* ] Thraciæ, à Bistone Martis & Callirhoe filio, qui Bistoniam Thraciæ urbem condidit.  
 442. *Spirans.* ] Altius, seu altiores spiritus gerens, surgens.  
 444. *Gentibus illis.* ] Copiis Alarici, quæ frigore assuetæ erant, ac proinde inclementia cœli his favebat.  
 446. *Minabatur.* ] Me obsessurum esse, sed tamen dabat spem aliquam, si vellem pacem facere, quibus conditionibus ipse vellet.  
 451. *Ducum.* ] Recordabar veterum Ducum, qui nunquam impelli potuerunt, ut ob turpem vitæ amorem, paciscerentur iacturam famæ, seu se exponerent amittendæ famæ.  
*Quippe mori satius, vita quam ferre pudorem.*  
 455. *Primos vigiles.* ] Primas excubias, seu primam vigiliam; nox quippe dividebatur in quatuor vigiliis, & unaquæque vigilia in tres horas.

- Adventat Stilicho. medius sed clauferat hostis  
 Inter me focerúmque viam, pontémque tenebat;  
 Addua quo scissas spumosior incitat undas.  
 Quid faceret? differret iter? discrimina nullas  
 460 Nostra dabant adeunda moras. perumperet agmen?  
 Sed paucis comitatus erat. nam plurima retro,  
 Dum nobis properat succurrere, liquerat arma  
 Extera, vel nostras acies. hoc ille locatus  
 Ancipiti, longum focias tardúmque putavit  
 465 Expectasse manus, & nostra pericula tendit  
 Posthabitis pulsare suis, mediúmque per hostem  
 Flammatus virtute piâ, propriæque salutis  
 Immemor, & stricto prosternens obvia ferro,  
 Barbara flumineo secuit tentoria cursu.  
 470 Nunc mihi Tydiden attollant carmina vatum;  
 Quod juncto fidens Ithaco patefacta Dolonis  
 Indicio, dapibúsque simul, religatæque somno  
 Thracia sopiti penetraverit agmina Rhæsi,  
 Graiæque rettulerit captos ad castra jugales.

## INTERPRETATIO.

fortis aduenit ab Urâ frigidâ: at hostis interpositus inter Socerum Stilichonem & me. intercluserat iter, & occupabat pontem, quo Addua violentior impellit aquas diuisas. Ecquid Stilicho ageret? Procrastinaret viam suam? Pericula nostra subleuanda nullam dabant requiem? Trajiceret copias hostiles? Sed stipatus erat paucis. Etenim pondè reliquerat auxilia multa externa, vel cohortes nostras, dum festinat opitulari nobis. Sic ille Stilicho positus id hac dubitatione, credidit sem longiorem esse, & lentiores, opperiri turmas suas, & conatur repellere pericula nostra, suis contemptis, & incensus fortitudine piâ, & oblitus vita sua, ac dejiciens ense nudato occurrentia, per hostes medios rupit tabernacula barbarorum, velocitate fulminante. Nunc versus Poëtarum laudent mihi Diomedem, quod confusus Ulyssii socio intraverit castra Thracia Rhæsi consopiri, detecta fraude Dolonis, & sepulta cibus, unâ & sopore, & reduxerit equos deprehensos ad castra Græcorum.

## ANNOTATIONES.

*Pulcher ab Arcto.*] Suprà sæpius de Arcto. *Pulcher* autem, id est generosus; Virgilius, *satus Hercule pulchro pulcher Auentinus*.

458. *Addua.*] Magnum flumen, Latrium lacum, trajiciens, & Eridano se miscens, quinque circiter miliaribus supra Cremonam: hodie dicitur, *Adda*.

467. *Flammatus.*] Inflammatus virtute piâ, in generum suum Honorium.

470. *Tydiden.*] Diomedem Tydei filium.

471. *Ithaco.*] Ulyssii Ithacæ insulæ Regi. qui comitem semper habebat Diomedem, nam ex Ouidio, *gestum nihil est Diomede remoto*. Per Ulyssem in-

tellige prudentiam; per Diomedem intellige fortitudinem, quæ duæ virtutes, cum simul junguntur, nihil non exequuntur.

*Dolonis.*] Dolo speculator Trojanus prodidit castra Rhæsi, & Diomedes cum Ulyssæ avertit ejus equos, priusquam Xanthi Trojæ fluvii aquas biberent. Quod nisi factum fuisset, nunquam Troja expugnata fuisset. Nam id erat in fatis.

473. *Rhæsi.*] Hic Rex Thracum erat, & ad Troianorum auxilium veniebat, & clausis jam Trojæ portis in litore tentoria fixerat; ubi à Dolone proditus, & à Diomede & Ulyssæ primâ nocte occisus.

- 475 Quorum, si qua fides augentibus omnia Musis,  
Impetus excessit Zephyros, candorque pruinas.  
Ecce virum, taciti qui nullâ fraude soporis  
Ense palam sibi pandit iter, remeâtque cruentus;  
Et Diomedeis tantum præclarior ausis,  
480 Quantum lux tenebris, manifestâque prælia furtis.  
Adde quod & ripis steterat munitior hostis,  
Et cui nec vigilem fas est componere Rhæsum,  
Thrax erat: hic Thracum domitor. non tela retardant,  
Obice non hæsit fluvii. sic ille minacem  
485 Tyrrhenam labente manum pro ponte repellens  
Trajecit clypeo Tibrin, quo texerat Urbem  
Tarquinio mirante Cocles, mediisque superbus  
Porcennam respexit aquis. celer Addua nostro  
Sulcatus socero. sed cum tranaret, Etruscis  
490 Ille dabat tergum, Geticis hic pectora, bellis.  
Exere nunc doctos tantæ certamina laudis  
Roma choros, & quanta tuis facundia pollet  
Ingeniis nostrum digno sonet ore parentem.

## INTERPRETATIO.

*quorum equorum velocitas superavit velocitatem ventorum, & albor nives, si qua fides est Musis amplificans cuncta. En vir Stilicho, qui nullo dolo somni secreti, aperit sibi viam gladio, & sanguinolentus redit, ac tantum illustrior factis Diomedeis, quantum lumen præstat umbris, & certamina aperta certaminibus furtivis. Adjunge, quod hostis etiam Alaricus fortiter confisterat in litore fluvii, & is erat, cui nec Rhæsus excubans potest comparari. Rhæsus Thrax erat & hic Alaricus victor Thracum. Non arma cohibent illum Stilichonem, qui non retardatus est ob-*

*staculo fluminis. Ita ille Horatius Cocles propulsans cohortem Thuscorum minitantiem pro tuendo ponte cadente, superavit Tibrin cum Scuto, quo defenderat Romam, Tarquinio obstupescens, & gloriosus despectavit Porcennam in medio aquarum. Addua velox superatus est à Socero nostro Stilichone etiam, sed cum ille Cocles trajiceret fluvium vertebat tergum præliis Thuscis, hic Stilicho vertit pectus Geticis. O Roma educ jam cætus eruditos, ad prædicandam certatim tantam gloriam, & eloquentia, quanta valet in ingeniis tuis, celebret patrem nostrum sermone merito*

## ANNOTATIONES.

476. *Pruinas.* Virgilius: *Qui candore nives anteirent, cursibus auræ.*  
480. *Furtis.* Furtivis præliis, seu nocte clam gestis, Virgilius: *Furta pare belli*  
482. *Vigilem Rhæsum.* Non fas est cum Alarico comparare Rhæsum etiam si vigilasset. Alioqui Rhæsus primo somno prædita castra & vitam amisit.  
487. *Cocles.* Horatius Cocles, qui se opposuit exercitui Porcennæ, Thuscorum Regi, Reges Tarquinius reducere conanti, & ita se opposuit, donec ponte abrupto, hostibus aditus intercluderetur, & ipse in aquas decideret: sed feliciter postea enatavit.  
488. *Addua.* Vel Abdua, de quo supra.  
489. *Tranaret.* Stilicho præfertur Cocli; nam hic tergum Thuscis vertebat, ctsi vincens; hic pectus opponebat Getis.  
491. *Exere.* Honorius hortatur Romam, ut educat præclarissima quæque ingenia, ad prædicanda facta Stilichonis, quem colit ut parentem.

- Dixit, & antiquæ muros egressa Ravennæ  
 495 Signa movet; jamque ora Padi, portusque relinquit  
 Flumineos, certis ubi legibus advena Nereus  
 Æstuat, & pronas puppes nunc amne secundo,  
 Nunc redeunte, vehit; nudatæque litora fluctu  
 Deserit, Oceani lunaribus æmula damnis.  
 500 Lætior hinc Fano recipit Fortuna vetusto,  
 Despiciturque vagus præruptâ valles Metaurus;  
 Quâ mons ante patens vivo se perforat arcu,  
 Admittitque viam sectæ per viscera rupis,  
 Exsuperans delubra Jovis, saxoque minantes  
 505 Apenninigenis cultas pastoribus aras.  
 Quin & Clitumni sacras victoribus undas,  
 Candida quæ Latiis præbent armenta triumphis;  
 Visere cura fuit. nec te miracula fontis

## INTERPRETATIO.

Honorius locutus est, & promovit vexilla  
 exeuntis mœnibus Ravenna veteris; &  
 jam deserit ostia Eridani, & portus flu-  
 vii, ubi Neptunus advena fluctuabat mo-  
 ribus stans, & portat naves faciles, nunc  
 fluvio veniente, nunc abeunte; postque  
 relinquit ripas destitutas undis, imitantes  
 recessus lunares maris. Hinc Fortuna ex-  
 cipit Honorium in templo antiquo, &  
 Metaurus errabundus ex alto aspicitur in  
 valle saxosâ, in quâ mons pervius indu-  
 striâ hominum aperit sese fornice nativo,  
 & pandit iter per penetralia cantis scissa,  
 ominens suprâ templum Jovis, & suprâ  
 altaria minacia in rupe, adorata à pasto-  
 ribus Apennini. Quin etiam amor fuit  
 invisere aquas Clitumni sacras trium-  
 phatoribus, quæ aquæ suppeditant tauros  
 albentes ad triumphos Romanos. Neque  
 prodigia fontis effugiunt te, ô Honori,

## ANNOTATIONES.

494. *Antiqua.*] Jornandes: Ravenna  
 urbs inter paludes & pelagus, interque  
 Padi fluentia uni tantum patet accessui.  
 Munisterus, est autem vetustissima civi-  
 tas, quam rex Theodoricus olim pulchris  
 adornavit ædificiis.

498. *Nudatæque.*] Neptunus in ostiis  
 Padi æstuat, & post relinquit, & nudat  
 ejus ripas, quæ modò tumentes fluctu,  
 imitantur accessûs & recessûs lunares  
 maris.

500. *Fano fortuna.*] Fanum fortunæ,  
 oppidum non longè ab urbe Ravennâ.  
 Hujus urbis meminit Aurelius Victor in  
 Aureliano, qui vicit juxta annem Me-  
 taurum, ac Fanum Fortuna: hinc Vitru-  
 vio dicitur Colonia Julia Fanestris.

501. *Despicitur.*] Ex altiore loco spectatur.  
*Præruptâ valle.*] Valle faxis præruptis &  
 minacibus scatente.

*Metaurus.*] Fluvius Umbriæ se in si-  
 num Adriaticum exonerans, Aladruba-

lis clade nobilis. Hinc Sidonius Apollina-  
 ris, improbus ut rubeat Barchinâ cade  
 Metaurus.

502. *Mons.*] Apertus est arcu partim  
 nativo, partim arte factio, sicque ars  
 & natura simul conjunctæ sunt.

506. *Clitumni.*] Hic fluvijs Meva-  
 niæ in Umbriâ, cujus fluvii aqua pota  
 candidos boves reddere dicebatur, ideo  
 dilecta triumphantibus, qui tauros, &  
 equos albos eligebant, hos ad currum,  
 illos ad sacrificia. Unde Virgilius:

Hinc alii Clitumne greges & maxima  
 taurus,

*Vitima,* —

Servius ex Plinio in hunc versum, de  
 quo fluvio animalia quæ potaverint, al-  
 bos factus creant. Idem ait de Falisco  
 Plinius, in Falisco omnis aqua pota can-  
 didos boves facit.

508. *Miracula fontis.*] Prodigium certè  
 illud est, si verum. Ad fontem nempe,  
 Prætereunt;

- Prætereunt; tacito passu quem si quis adiret,  
 510 Lentus erat: si voce gradum majore citasset,  
 Commistis fervebat aquis. eumque omnibus una  
 Sit natura vadis, similes ut corporis umbras  
 Ostendant: hæc sola novam jactantia sortem  
 Humanos properant imitari flumina mores.  
 515 Celsa dehinc patulum prospectans Narnia campum  
 Regali calcatur equo, rarique coloris  
 Non procul ammis abest; urbi qui nominis auctor  
 Illice sub densâ silvis ætætas opacis  
 Inter utrumque jugum tortis anfractibus albet.  
 520 Inde, salutato libatis Tibride lymphis,  
 Excipiunt, arcus, operosaque semita vastis  
 Molibus, & quidquid tantæ præmittitur urbi.  
 At velut officiis trepidantibus ora puellæ  
 Spe propiore tori mater sollertior ornat  
 525 Adveniente proco, vestisque & cingula comit  
 Sæpe manu, viridique angustat iaspide pectus,  
 Substringitque comam gemmis, & colla monili  
 Circuit, & baccis onerat candentibus aures:  
 Sic oculis placitura tuis, insignior auctis

## INTERPRETATIO.

*ad quem fontem si quis accederet gradu secreto, fons esset quietus: at si precipitaret gressum, murmure majore æstua- ret aquis commotis. Et cum una sit vis om- nibus fontibus, ut exhibeant imagines pa- res corporibus. Hic unus fluvius nactus fa- tum novum festinat amulari mores ho- minum. Inde Narnia alta aspiciens plani- tiem patentem, teritur ab equo Imperatorio: & haud longè est fluvius coloris sulphurei, qui auctor urbi hujus nominis, coercitus syl- vis obscuris sub quercubus frequentibus inter montem geminum candescit flexibus cur-*

*vis. Inde aquis delibatis Tibridi salutari; arcus triumphales, & via ornata impense monumentis magnis, & quodcumque po- nitur ante tantam urbem recipiunt Hono- rium. Et quemadmodum mater ingeniosa, spe proximâ nuptiarum illustrat manu tre- mulâ vultum filia suæ, adventante pro- co, & sapius dexterâ suâ adornat vesti- menta & zonam - & constringit sinum ejus iaspide viridi, & ligat crines unio- nibus, ac cingit colla torque, atque sus- pendit in auribus lapillos albescentes. Ita Roma placitura oculis tuis, illustrior*

## ANNOTATIONES.

si tacitus accedas, quiescit; si turbulentus, æstuat. Quin & alii fontes cum exibeant corporum umbras, hic exhibet mores hominum.

515. *Narnia.* ] Urbs in Viâ Flaminîâ, in montibus posita cui nomen dedit *Sulphuriâ Nar albus aquâ.*

In hoc tractu cadente pluviâ pulvis exci- tatur. Plinius: *Quadam terra imbris sic- ciores fiunt, velut in Narniensi agro: quod Admirandis suis inseruit M. Cicero, sic- citate lutum seriprodens, imbre pulverem,*

520. *Salutato Tibride, libatis lymphis.* ] More prisco sic venerabantur flumina.

521. *Operosaque semita.* ] Via magnis impensis, magnoque opere ornata mo- libus, ac monumentis; aut allatis qui- busdam ornamentis, id quod fiebat Prin- cipibus advenientibus. Inde forsan præ- mittitur, quasi ornamenta illa præmissa sint ad Principem excipiendum.

523. *Trepidantibus.* ] Nam quicquid sit properando; sit manu trepidente, tremulâ,

P P p

- 530 Collibus; & notâ major se Roma videndam  
 Obtulit. addebant pulcrum nova mœnia vultum,  
 Audito perfecta recens rumore Getarum.  
 Profecitque opifex decori timor, & vice mirâ,  
 Quam pax intulerat, bello discussa senectus;  
 535 Erexit subitas turres, cinctosque coëgit  
 Septem continuo montes juvenescere muro,  
 Ipse favens votis, solitôque decentior aër,  
 Quamvis assiduo noctem fœdaverit imbri,  
 Principis & Solis radiis deterfa removit  
 540 Nubila. namque ideo pluviis turbaverat omnes  
 Ante dies, lunamque rudem madefecerat Auster,  
 Ut tibi servatum scirent convexa serenum.  
 Omne, Palatino quod pons à colle recedit  
 Mulvius, & quantum licuit consurgere tectis,  
 545 Unda replet turbæ facies, undare videres

## INTERPRETATIO.

collibus additis, & ingentior se ipsâ antè re consueto, ( *eis* turpaverat noctem cognitâ, exhibuit se spectandam tibi. Mœnia recentia adjugebant faciem nitidam, *pluvia continuâ* ) repulsi tamen nubes instaurata recentier, exaudita famâ Getarum. Et metus artifex profuit huic labori, & vicissitudine admirabili, senium, dissipatus splendore Imperatoris & Solis, quod pax pepererat, dissipatum est bello. Etenim idcirco infestaverat pluviis dies Nam timor erexit arces repentinas, & cunctos prius, & Notus irrigaverat novam Lunam, ut Cœlum cognosceret serenitatem tibi fuisse reservatam. Una species multitudinis implet totum spatium, per quod pons Mulvius distat à colle, & quantum permissum est exurgere supra domos. Cerneres infima tuta

## ANNOTATIONES.

330. Notâ major. ] Ut solebant Dii Deique, & fato functi, qui humanâ & notâ, seu solitâ imagine majores exhibebantur. Virgilius de Creusâ :

*Visa mihi ante oculos, & notâ major imago.*

533. Timor. ] Metu enim Gothorum mœnia Romana resecta sunt; sicque timor profuit operi, quia in causâ fuit, cur citius perficeretur. Extabat & Romæ inscriptio à Stilichone dicata, *Inviâissimis Principibus Arcadio & Honorio Victoribus ac Triumphatoribus semper Augustis*, ob instauratos urbis æterna muros; portas ac turres, egestis immensis ruderibus.

534. Senectus. ] Ruinæ & rudera collapsarum molium, quæ sunt instar deformis senectutis, dissipatæ sunt metu belli Gothici,

535. Erexit. ] Timor erexit, causa fuit cur arces erigerentur, & cur colles septem uno muro cincti juvenescerent, hoc est, novam juventutis faciem induerent.

538. Fœdaverit. ] Alludit ad illud Virgilianum :

*Noctē pluit totâ, redeunt spectacula mane. Divisum imperium cum Jove Casar habet.*

541. Lunam rudem. ] Idest Auster madefecerat tempus Lunæ rudis seu novæ.

545. Undare. ] Impleri, & fluctuantem instar, effervere, exundare, unda optimè dicitur de multitudine effusâ. Virgilius :

*Mane salutantem totis vomit adibus undam.*

Plinius in Panegyrico : *Ergo non atas quemquam, non valetudo, non sexus res;*

Ima viris, altas effulgere matribus ædes.  
 Exultant juvenes æquævi Principis annis:  
 Temnunt prisca senes, & in hunc sibi prospera fati  
 Gratantur durasse diem. moderatâque laudant  
 550 Tempora, quod clemens aditu, quod pectore, solus  
 Romanos vetuit currum præcedere Patres:  
 Cùm tamen Eucherius, cui regius undique sanguis,  
 Atque Augusta soror, fratri præberet ovari  
 Militis obsequium: sic illum dura parentis  
 555 Instituit pietas in se vel pignora parci,  
 Quique neget nato, procerum quod præstet honori.  
 Hæc sibi cura senum, maturâque comprobatur ætas:  
 Idque inter veteris speciem præsentis & aulæ  
 Judicat, hunc civem, dominos venisse priores.  
 560 Conspicuas tum flore genas, diademate crinem,

## INTERPRETATIO.

effervescere viris, & domos excelsas nitescere matribus. Juvenes latantur ætate Imperatoris æqualis sibi: senes negligunt antiqua, & gaudent fata secunda sibi contigisse usque ad hunc diem, & prædicant seculum hoc placidum, quod scilicet Princeps facilis accessu, quod mitis animo, solus prohibuit Senatores Romanos anteire currum suum. Cùm tamen Eucherius, qui undequaque contingit gentem Regalem, cui est soror Imperatrix, præstaret officium militis fratri trium-

phanti Honorio: ita pietas severa patris Stilichonis moderati erga se aut filios suos, edocuit illum; Stilichonis, qui non concedat filio, quod concedit gloria Primorum. Cura senum, & virilis ætas id experitur, pro se, & dignoscit illud inter formam antiqui Imperii & præsentis; hunc Honorium adventare ut civem, ac præcedentes adventasse ut tyrannos. Tunc natus coeperunt semper admirari vultum Imperatoris spectabilem flore ætatis, & comas cinctas diademate,

## ANNOTATIONES.

tardavit, quominus oculos insolito spectaculo impleat. Te parvuli noscere, ostentare juvenes, mirari senes. &c.

546. Matribus.] Effulgere matribus ornatis splendide, & ex summo loco spectantibus.

548. Temnunt prisca.] Dum spectant præsentem lætitiā.

Prospera fati.] Id est, prospera fata. Phrasid Græca.

551. Præcedere.] Præcedentes Imperatores jubebant Senatores, servorum instar, anteire currus suos. Id quod non fecit Honorius, imò consiliis Stilichonis, magnam semper reverentiam Senatui præstitit.

553. Augusta soror.] Maria uxor Honorii, soror Eucherii, filia Stilichonis.

555. In se vel pignora parci.] Stilicho

semper fuit parcus & moderatus in se & Eucherium filium unicum, cùm de honoribus ageretur. Zosimus scribit Stilichonem fuisse moderatione insignem, adeo ut cùm filium haberet unicum, eum tantum ad dignitatem Tribuni ac Notarii extulerit; quam dignitatem Claudianus attigit. Contra Orosius prodidit Stilichonem, ut filium purpurâ indueret, totius orbis fudisse sanguinem.

557. Cura senum.] Senes curâ omnia expendentes, & viri ætate maturâ id comprobant, experiuntur, judicantque sibi, seu suo commodo, Stilichonem esse moderatum, & venire ut civem, alios Imperatores venisse ut tyrannos.

560. Flore.] Flore ætatis, seu primâ lanugine.



- Membrâque gemmaro trabæ viridantia cincta;  
 Et fortes humeros, & certatura Lyæo  
 Inter Erythræas surgentia colla Smaragdos  
 Mirari sine fine nurus: ignarâque virgo,  
 565 Cui simplex calet ore pudor, per singula cernens  
 Nutricem consultat anum, quid fixa draconum  
 Ora velint, ventis fluitent, an vera minentur  
 Sibila suspensum rapturi faucibus hostem.  
 Ut chalybem indutos equites, & in ære latentes  
 570 Vidit cornipedes; quam de gente rogabat  
 Ferrati venere viri? quæ terra metallo  
 Nascentes informat equos? num Lemnius auctor  
 Addidit hinnitum ferro, simulacrâque bellis  
 Viva dedit? gaudet metuens, & pollice monstrat,  
 575 Quod picturatas galeæ Junonia cristas  
 Ornet avis, vel quod rigidos vibrata per armos  
 Rubra sub ærato crispentur serica dorso.

## INTERPRETATIO.

Et corpus effulgens amictu baccato vestis  
 Consularis, atque humeros valentes. Et  
 colla non concessura Baccho, colla exur-  
 gentia inter Smaragdos maris rubri: ac  
 puella inscia, cui pudor simplex ardet in  
 vultu, vertens oculos per omnia, consulit  
 nutricem suam vetulam, quid ora serpentium  
 in vexillis defixa notent? an fluctuant vi-  
 ventorum, an intentent sibila vera, com-  
 prehensuri jugulo hostem pendente? Sed  
 postquam aspexit equites vestitos chaly-  
 be, & equos delitescentes sub ære; inter-  
 rogabat ex quâ regione viri ferrati adve-  
 nerunt? Quæ terra producit equos natos in  
 metallo? An Vulcanus auctor dedit hinnitum  
 ferro, & præbuit vivas effigies belli? Latatur  
 timens, & ostendit digito, quod pavo vo-  
 lucris Junonis exornet jubas pictas cassidis,  
 aut quod falcis serica agitata per armos  
 equi ferreos, fluctuant sub dorso aheneo.

## ANNOTATIONES.

561. *Viridantia.* ] Forfan ob virides  
 smaragdos, aut alias ejusmodi gemmas.  
 562. *Fortes humeros.* ] Tales attribue-  
 bantur priscis Heroibus.  
 Lyæo. ] Baccho formosissimo: Lyæus  
 dicitur, ἀπὸ τοῦ λύειν, *solvere*, quod vi-  
 num soluat animum curis.  
 563. *Erythræas.* ] Maris rubri seu Ery-  
 thræi, vel fortè maris Orientis, aut  
 Persici, gemmis fecundi, aut Indici, quod  
 rubrum nonnunquam vocatur, quodd ru-  
 bear radiis Solis orientis,  
 566. *Draconum.* ] Dracones in vexillis  
 ita depicti, ut sibilare & hostium depi-  
 storum fauces rapere viderentur. Inter  
 signa fuere Aquilæ, Dracones, & La-  
 barum ante Imperatorem gestari solitum,  
 intertextum auro gemmisque distinctum  
 & militibus venerandum. Hujus loco,  
 Constantino jubente crucis insigne præ-  
 ferri cœptum est.  
 569. *Chalybem indutos.* ] Intelligit ca-  
 taphractos equites, tam densis ferri la-  
 minis tectos, ut statuas moveri crederes.  
 572. *Nascentes informat equos.* ] Tam  
 affabre cataphracti erant equi, ut hi cum  
 armis suis nati esse, aut ferrum hinnie-  
 re videretur.  
 Lemnius. ] Vulcanus dictus Lemnius ab  
 insulâ Lemno, quæ est in mari Ægeæ,  
 ubi est officina Vulcani, sicut & in Ætnâ.  
 575. *Avis Junonia.* ] Pavo, cujus plu-  
 mæ gallis ducum additæ, ut & altiores  
 & formidabiliores apparerent, ex Polybio;  
 577. *Serica.* ] Intelligit fascias sericas,  
 quibus enses suspendebantur.

Tum tibi magnorum mercem Fortuna laborum  
 Persolvit, Stilicho; curru cum vextus eodem  
 580 Urbe triumphantem generum florente juventâ  
 Conspiceres, illamque diem sub corde referres;  
 Quo tibi confusâ dubiis formidine rebus  
 Infantem genitor moriens commisit alendum.  
 Virtutes variaz fructus sensere receptos:  
 585 Deposuit servasse Fides: Constantia parvum  
 Præfecisse orbi: Pietas fovisse propinquum.  
 Hic est ille puer, qui nunc ad Rostra Quirites  
 Evocat, & folio fultus genitoris eburno  
 Gestarum Patribus causas ex ordine rerum,  
 590 Eventusque refert; veterumque exempla secutus  
 Digerit imperii sub iudice fata Senatu.  
 Nil cumulat, verbisque nihil fiducia celat.  
 Fucati sermonis opem mens conscia laudis  
 Abnuat. agnoscunt procures, habitusque Gabino

INTERPRETATIO.

*Tunc, & Stilicho, fortuna soluit tibi mercedem factorum ingentium, cum tu invectus curru eodem, videres in urbe Româ generum tuum triumphantem in flore atatis, & revocares in memoriam eum diem, quo pater ejus Theodosius emoriens, credidit tibi ipsum infantem educandum, imperio fluctuante ob timores varios. Nunc virtutes diversa expariuntur mercedem redditam tibi: fides est servasse depositum, constantia praposuisse puerum mundo, pietatis educasse affinem. Hic est* puer ille Honorius, qui nunc vocat populum Romanum ad forum, & innixus folio eburneo patris Theodosii, memorat Senatoribus secundum seriem causas rerum factarum, & exitus varios: & imitans exempla antiquorum, disponit fata Reipublica iudicio Senatûs. Confidentia nihil exaggerat, & nihil occultat dictis. Animus ejus sciens se mereri gloriam, respuit auxilium eloquentia fucata. Primores eum cognoscunt, & Senatus honestatus veste Gabinâ Imperatoris, &

ANNOTATIONES.

578. *Mercem.*] O Stilicho, tibi præmium magnum fortuna persolvit, cum effecit ut videres triumphantem Honorium, qui ad id tuis laboribus pervenerat.  
 580. *Florente juventâ.*] Virgilius: *Ambo florentes atatibus, &c.*  
 582. *Confusâ formidine.*] Dubiis rebus, hoc est, Imperio dubio, fluctuante, & velut ruinam minitante ob formidinem tyrannorum, à quibus omnia turbata propè, atque confusa erant.  
 583. *Infantem alendum,*] Supra sæpius: sed tamen Honorius agebat tum annos undecim.  
 584. *Fructus.*] Virtutes, fides, constantia, pietasque Stilichonis senserunt se rece-  
 cepisse fructus debitos: fides enim gaudet se servasse Honorium ceu depositum, hocque gaudium magnus est fidei fructus. Sic de constantia & pietate sentiendum. Sic magis laudatur Lycurgus quod filium fratris suis συμπαροῖς συμπαρί-  
 σκευον fasciis involutum fideliter aluerit, & ipsi regnum restituerit, quam si ipse regnasset.  
 588. *Evocat.* More Consulium.  
 592. *Cumulat, nil celat.*] Honorius nihil exaggerat, nihil reticet: sed omnia dicit honestâ quadam fiducia, & sine eloquentiâ affectatâ.  
 594. *Agnoscunt.*] Procures eum agnoscunt velut unum ex Senatoribus, adeo

- 595 Principis, & ducibus circumstipata togatis  
 Jure paludatæ jam curia militat aula.  
 Aduit ipsa suis ales Victoria templis  
 Romanæ tutela togæ: quæ divite pompâ  
 Patricii reverenda fovet sacraria cœtus,  
 600 Castrorumque eadem comes indefessa tuorum,  
 Nunc tandem fruitur votis, atque omne futurum  
 Te Romæ seseque tibi promittit in ævum.  
 Hinc te jam patriis Laribus via nomine vero  
 Sacra refert. flagrat studiis concordia vulgi,  
 605 Quam non illicbris dispersi colligis auri;

## INTERPRETATIO.

*circum frequentatus ductoribus togatis, jam militat auspicio Aula paludata. Victoria ipsa alata custos imperii Romani interfuit in templis suis; quæ Victoria cum apparatu opulento armorum tuorum, nunc tandem potitur desideriis suis.*

*& pollicetur te, ô Honori, Romæ, & se tibi in omnem ætatem venturam. Hinc via sacra dicta nomine vero, jam reportat te in Palatium patrum: favor vulgi ardet affectu communi, quem non acquiris blanditiis auri datis*

## ANNOTATIONES.

moderatus est factis dictisque: agnoscunt, quasi ipsi imperium detulerint, quod à Patre accepit.

*Habitu Gabino.*] Veste Consulari, de quâ suprâ.

596. *Jure Paludata.*] Paludamentum est vestis Martia, seu bellatorum propria, Aula Paludata, quia Paludatum habet Imperatorem, seu tali veste indutum: Id arguit etiam miram inter togam & arma concordiam, nam Princeps qui solet esse Paludatus, nunc veste Consulari indutus est, & duces etiam togati cum Senatoribus sedent.

*Militat.*] Curia seu Senatus militat, exercet militiam togatam jure, seu legibus Aula Paludatæ, hoc est, Imperatoris Paludati, seu bellis faciendis se occupantis. *Militia togata* sæpe dicitur de Oratoribus in libris Jurisconsultorum; de Oratore Ovidius *Arma movet lingua.* & Valerius Maximus de milite; *depositis armis coactus est in foro togatam ingredi militiam*, & alio in loco de Paulo & Pontio causarum actoribus, qui *luminibus capti; eadem industriâ forensia stipendia executi sunt.* Imò & miles dicitur de Philosopho, *Carneades laboriosus & diuturnus sapientiæ miles.*

597. *Ales Victoria.*] Victoria Dea dipin-

gebatur alata ob celeritatem: hæc ex quibusdam Acherontis Stygisque filia; sed melius Cæli proles ex Varrone. Templis, ludisque decorata est. Athenienses hanc lineâ depingebant, ne unquam evoleret. Hinc patet Victorix simulachrum, aut non sublatum, ut suadebat S. Ambrosius, aut statim repositum.

598. *Romana toga.*] Victoria custos Romani Imperij, in quo toga & leges semper dominatæ sunt.

601. *Fruitur votis.*] Alii legunt, *fruitur junctis*, Victoria fruitur te & Romæ conjunctis.

602. *Te Roma.*] Victoria promittit te Romæ, ô Honori, & se tibi in omne ævum futurum: hoc est, & tu, & Roma semper vincetis, triumphabitis.

603. *Via sacra.*] Verè via est sacra, quâ tu velut numen incedis, & Palatium patrum repetis. Romæ fuit *via sacra*, eaque celeberrima.

604. *Flagrat concordia.*] Cives omnes communi concordia flagrant, te ardenti studio & amore prosequuntur ac venerantur.

605. *Dispersi.*] Instar aliorum Principum, qui auro sparsa favorem populi venabantur. *Quæ te, fili, ratio in hanc tam vanam spem induxit, ut eos*

Nec tibi venales captant æraria plausus  
 Corruptura fidem. meritis offertur inemtus  
 Purâ mente favor. nam munere carior omni  
 Obstringit sua quemque salus. procul ambitus erret.  
 610 Non quærat pretium, vitam qui debet amori.  
 O quantum populo secreti numinis addit  
 Imperiî præsens genius, quantâque rependit  
 Majestas alterna vicem, cùm regia Circi  
 Convexum gradibus veneratur purpura vulgus,  
 615 Affensûque cavæ sublatus in æthera vallis,  
 Plebis adoratæ reboat fragor, unâque totis  
 Intonat Augustum septenis arcibus Echo.

INTERPRETATIO.

neque fiscus depravaturus fidem aucu-  
 patur tibi applausus vendibiles: bene-  
 volentia inempta datur virtuti tuæ ani-  
 mo sincero: etenim visa sua pretiosior  
 donis cunctis devincit unumquemque.  
 Ambitio procul exulet, ille non potest  
 consecrari dona, qui debet salutem suam  
 amori. O quantum præsens Numen Im-  
 perii dat civibus reverentia arcana! &  
 quantum majestas Principis reddit vicissi-  
 sim amoris, cùm purpura Imperatoria sa-  
 lutat populum densatum in subfelliis am-  
 phitheatri! & clamor populi salutati ela-  
 tus in cælum, plausu vallis concavaremu-  
 git, & una Echo personat nomen Impe-  
 ratoris in omnibus septem collibus.

ANNOTATIONES.

tibi fideles futuros existimares, quos pe-  
 cuniâ ad amorem tuum compulisses? Sic Phi-  
 lippus increpabat Alexandrum ex Valerio  
 Maximo.

609. Obstringit sua quemque salus.]  
 Cura suæ salutis, quam a te sperant, quæ-  
 que in tuâ salute posita est, devincit om-  
 nes, & eos ad te colendum impellit.

610. Debet.] Procul est ambitus, nec  
 ille quærit aurum, qui salutem suam de-  
 bet amori Principis: huic obstringitur alio  
 nexu meliore, quàm auro.

611. Secreti numinis.] Quantum addit  
 secretæ cujusdam reverentiæ, qualis de-  
 fertur numini, quod veneratur in Principe.

612. Genius.] Imperator, qui est velut  
 numen ac Genius tutelarîs Imperiî. In  
 antiquis nummis legitur, Genio populi  
 Romani.

613. Vicem.] Majestas Principis reddit  
 vicissim vicem, seu reverentiam recipro-  
 cam, cùm ingrediens theatrum salutatur  
 populum universum.

614. Purpura.] Imperator Regali pur-  
 purâ indutus veneratur populum.

Convexum.] Populum in convexo, seu

rotundo amphitheatro sedentem. Alii le-  
 gunt connexum, id est, densatum, gradi-  
 bus, id est in variis subfelliis Circi seu  
 amphitheatri, vel in arcâ subjectâ am-  
 phitheatro, Alii connixum, id est popu-  
 lum effulsum amphitheatro.

616. Plebis.] Populi adorati, à Principe  
 salutati clamor & plausus resonat. Otho  
 apud Tacitum protendens manus adoratur  
 vulgum; & ex Claverio Cedrenus scribit  
 Regem mense Maio prodeuntem in pu-  
 blicum ἀρχαυεῖν, & ἀπὸ πρὸς αὐτοῦ  
 adorare & vicissim adorari: sed adorare  
 tum latius, ut puto, sumitur, ut in Ge-  
 nesi, cumque adorassent eum fratres sui,  
 de fratribus Joseph.

617. Echo.] Hæc Nympha erat, quæ  
 à Narcisso spreta, amore contabuit, &  
 corpore in saxum mutato, nil nisi vocem  
 retinuit, quæ aliquando septies remittitur,  
 unde Echo à Nonnio dicitur ἑπτὰ φορές  
 septem habens ora. Unde & Lucretius, sex  
 etiam ac septem loca vidi reddere voces,  
 unam cùm faceres, & in urbe Cyzico,  
 & in Olympiæ porticu Echo fuit sep-  
 tēna; unde ἑπτὰ φωνάς septies sonans, por-

- Nec solis hic cursus equis : assueta quadrigis  
 Cingunt arva tigres , subitæque adspectus arenæ  
 620 Diffundit Libycos alienâ valles cruores.  
 Hæc & belligeros exercuit area lusus.  
 Armatos hic sæpe choros , certaque vagandi  
 Textas lege fugas , inconfusoque recursus ,  
 Et pulcras errorum artes , jucundaque Martis  
 625 Cernimus : insonuit cum verberare signa magister ,  
 Mutatosque edunt pariter tot pectora motus ,  
 In latus allisis clypeis , aut rursus in altum

## INTERPRETATIO.

*Neque verò cursus est equorum solum: tigres implent campos suos impleri ab equis, & facies Circi, repentinè dispergit sanguinem Libycum in valle externâ. Hoc spatium Circi celebravit lusus Martis. Hic sæpe videmus cohortes armatas, &*

*cursus implicatos certâ arte currendi, & rursus observatos ritè, & modos gratos errorum, & grata spectacula Martis: cum gubernator dedit signum flagello, milites exhibent simul tot motus varios scutis allisis in latus, aut jactatis iterum in altum:*

## ANNOTATIONES.

ticus dicebatur, ex Plinio; Talis erat Echo Parisiensis prope Carentonium, hodie Echo Genuensis, eandem vocem plusquam decies repetit, unde horribilis est tonante Iove, Echo dicitur quasi *ἦχος sonus*: ab Horatio *focosa montis imago*; ab Ausonio appellatur *aëris & lingua filia*.

619. *Cingunt arva.* Tigres curribus junctæ ambiunt currendo, & velut implent arva sua calcari quadrigis. Tigres junxit Bacchus: junxit & Heliogabalus, de quo Aelius Lampridius, *junxit sibi & leones*, *Matrem magnam se appellans: junxit & tigres Liborum sese vocans*. Alii legunt, *trabes*, quæ intellexerentur pegma quoddam, in quo luderent ignes, ut in Consulatu Theodori.

*Aspectus.* Facies arenæ statim rubuit eruore ferarum Libycarum, quæ subito immittebantur in Circum, ope machinamenti cujusdam fictitii, ubi occidebantur, dum in vallem inopinam dejiciebantur. Per *Libycos cruores* intelligere possumus sanguinem leonum Libycorum.

620. *Alienâ in valle.* In valle ignotâ, externâ, in qua non nati erant Leones.

621. *Belligeros lusus.* Militares exercitationes, quæ in aræ Circi, aut campi Martii celebrabantur: vel ludos gladiatorum intelligere potes, quibus commissa & exhibita simulachra bellorum.

624. *Errorum artes.* Cursus & recursus incant ita implicatos, ut equites errare videri possint. Id quod Virgilius mirâ exprimit,

*Inde alios ineunt cursus aliisque recursus,*

*Adversis spatiis, alternasque orbibus orbes*

*Impediunt, pugnaque cient simulacra sub armis.*

Alii legunt, *errorum acies*, alii *heroum*, vel *errorum acies*.

*Jucundæque Martis.* Id est, jucunda spectacula. Phrasîs Græca.

626. *Mutatos motus.* Varios modò clypeo, modò ensibus motus edunt.

*Pectora.* Pars pro toto: non enim pectora solum edunt motus, sed Milites pectorosi, seu pectore & animo pleni, varios edunt motus clypeis, umbonibus, & his armis. Hanc *ὁπλομαχίας exercitationem armisonam* multi explicuerunt. Inter alios Scaliger in Poeticâ, Pyrrhicam saltavit, unde hæc de se scribit: *Hanc nos & sæpe & diu coram Divo Maximiliano Imperatore, jussu Bonifacii patris, non sine stupore totius Germaniæ representavimus, quo tempore aliquando vox illa Imperatoris: hic puer aut thoracem pro pelle, aut pro cunis habuit.*

Vibratis

- Vibratis. grave parma sonat mucronis acuti  
Murmure, & umbonum pulsu modulante resultans  
630 Ferreus alterno concentus clauditur ense.  
Una omnis submissa phalanx, tantæque salutant  
Te, princeps, galeæ. partitis inde catervis  
In varios docto discurretur ordine gyros,  
Quos neque semiferi Gortynia tecta iuveni,  
635 Flumina nec crebro vincant Mæandria flexu.  
Discreto revoluta gradu torquentur in orbes  
Agmina, perpetuisque immoto cardine claustris  
Janus bella premens, lætæ sub imagine pugnæ,  
Armorum innocuos paci largitur honores.  
640 Jámque novum fastis aperit felicibus annum  
Ore coronatus gemino. jam Tiberis in uno  
Et Bruti cernit trabeas, & sceptræ Quirini.  
Consule lætatur post plurima secula viso  
Pallanteus apex. agnoscunt Rostra curules

INTERPRETATIO.

*clipeus resonat graviter: strepitus cuspidis acutus est, & concentus quidam aheneus resiliens ex impulsu resonant clypeorum, finitur alternè gladiis. Cuncta cohors simul demissa, & tot galea adorant te, ô Imperator: hinc cohorte divisâ curritur in ambages diversas arte sagaci, quas ambages neque superet Cretensis domus bovis semiviri, neque fluvius Mæander anfractibus geminatis. Cæterum, redeuntes gressu separato vertuntur in circulum, & portâ obfirmatâ claustris æternis, Janus constringens bella dat paci voluptatem innoxiam armorum, sub specie gratâ praliorum. Jámque Janus redimitus fronte duplici pandit annum novum fastis fortunatiss. Jam Tiberis videt in uno Honorio, & vestem Consularem Bruti, & sceptrum Romuli. Collis Palatinus gaudet Imperatore Consule, tum denum confecto post multa secula. Forum cognoscit sellam*

ANNOTATIONES.

632. *Galea salutant.* ] Milites galeati, sed cum militibus salutantibus galeæ demittantur, ideo ait, *galeas salutare* Honorium.  
634. *Semiviri.* ] Minotauri, quem Ovidius vocat:  
*Semivirumque bovem, semibovemque virum.*  
*Gortynia.* ] Gortyn, Gortys, & Gortyna, oppidum Cretæ: hinc *Gortynius*, id est, Cretensis; *Gortynia tecta*, id est, labyrinthus, ita apud Poëtas decantatus, ubi *irremeabilis error*.  
635. *Mæandria.* ] Mæander est fluvius Asiæ sinuosus, variis flexibus & erroribus insignis, fuit per Phrygiam; Cariam & Lydiâ determinat: de hoc Strabo, *Μαίανδρος ποταμός ἐστι τοῦ ἐν τῇ Φρυγίᾳ, ὁ δὲ ποταμὸς οὗτος ὁνομασμένος ἐστὶν ἀπὸ τοῦ Μαιάνδρου τοῦ βασιλέως τοῦ ἐν τῇ Φρυγίᾳ, ὁ δὲ ποταμὸς οὗτος ὁνομασμένος ἐστὶν ἀπὸ τοῦ Μαιάνδρου τοῦ βασιλέως τοῦ ἐν τῇ Φρυγίᾳ*.  
*ἐξ ἐκείνου τὰς σκολιότητας ἀπὸ τοῦ Μαίανδρου καλεῖται:* Mæander nimis obliquus est, adeo ut omnes obliquitates ab eo Mæandri appellentur.  
638. *Immoto cardine.* ] Jani templum pacis tempore claudebatur.  
639. *Armorum honores.* ] Armorum gratas & honorificas exercitationes.  
642. *Bruti, Quirini.* ] Bruti, qui Consularum instituit, & Quirini seu Romuli, qui regnum condidit. Utrumque Honorius Consul exhibet, & Romulum Regem, & Brutum Consulem.  
644. *Pallanteus apex.* ] Collis seu mons Palatinus, unus ex septem Romæ collibus, in quo Imperatores habitabant.  
*Curules.* ] Sellam eburneam, in qua vehabatur Imperator Consul.

- 645 Auditas quondam proavis, defuetâque cingit  
 Regius auratis fora fascibus Ulpia liſtor:  
 Et sextas Geticâ prævelans fronde secures  
 Colla triumphati proculcat Honorius Iſtri.  
 Exeat in populos cunctis illuſtrior annus,  
 650 Natus fonte ſuo: quem non aliena per arva  
 Induit hoſpes honos: cujus cunabula fovit  
 Curia: quem primi tandem videre Quirites:  
 Quem domitis auſpex peperit Victoria bellis.  
 Hunc & privati titulis famulantibus anni,  
 655 Et quos armipotens genitor, retróque priores  
 Diverſis geſſere locis, ceu Numen, adorent.  
 Hunc & quinque tui, vel quos habiturus in orbem  
 Poſt alios, Auguſte, colant: licet unus in omnes  
 Conſul eas, magno ſextus tamen iſte ſuperbit

## INTERPRETATIO.

eburneam auditam olim proavum, & liſtor Imperatorius ambit fascibus aureis fora Ulpia non aſſueta ampliùs: atque Honorius ornans palmis Geticis secures sextas, proterit cervicem Danubii edomiti. Annus ortus ex origine ſua, ô Honori, clavior annis omnibus, prodeat ingentes: quem annum non ornat honor peregrinus in regione externâ: cujus anni initia Senatus ſuſcepit: quem Romani primum aſpexerunt; quem Victoria fortuna nata dedit, bellis conſectis. Anni privatorum, honore ſubmiſſo, colant hunc annum Honorii: & anni quos pater ejus bellicoſus Theodoſius, & Principes præcedentes rexerunt in variis locis anid colant hunc annum, tanquam Deum omnium. Etiam Conſulatus quinque tui, vel quos conſecuturus es in circuitum, hunc ſextum venerentur, ô Principis: Nam eſſi Conſul ſis pro annis cunctis, hic tamen ſextus gloriatur titulo

## ANNOTATIONES.

645. *Auditas.*] Forum agnoſcit, & ut ita dicam, videt ſellam eburneam, hoc eſt, Conſulatum Imperatoris; *auditum proavum*, id eſt, id quod tantum audierant majores. Multi enim Principes ante Honorium dedignabantur Conſulatum, ut munus ſua majestate non ſatis dignum.  
 646. *Regius liſtor.*] Liſtor Imperatorius, qui dudum deſueverat cingere *fora Ulpia*, id eſt, forum Ulpii Trajani.  
 647. *Geticâ fronde.*] Palmis ex victoria Getarum relatis.  
*Secures.*] Quæ ſunt Conſulis inſignia.  
 648. *Iſtri.*] Accolarum Danubii, ut dictum ſæpius.  
 650. *Natus fonte ſuo.*] Annus Conſularis, cui das initium, ô Honori, in urbe Româ, unde nati primi anni Conſulares.  
 651. *Induit.*] Conſul peregrinus non induit hunc honorem, ſeu potiùs, hujus anni, vel hujus honoris inſignia in externâ regione non induit.  
*Cunabula.*] Cujus anni initia, & velut cinnabula viſa ſunt in Senatu à Romanis, non in aliis urbibus.  
 653. *Auſpex.*] Victoria fortunata, ſeu fortunatis auſpiciis peperit hunc annum Conſularem, ſeu hunc Conſulatum. De Victoria ſupra v. 597. Notabis præterea hanc Deam depingi ſolitam cum lauro, aut palmis, aut ramis oleæ albæ.  
 654. *Privati anni.*] Anni ſeu Conſulatus eorum, qui privati erant, non principis.  
 656. *Numen.*] Ipſis Principum Conſulatus attributus eſt velut quidam Genius, ſeu Numen aliquod.  
 657. *In orbem.*] Conſulatus, quos geret in circuitum; alij legunt, in Urbe, Româ ſcilicet.

660 Nomine, præteritis melior, venientibus auctor.

## INTERPRETATIO.

*ingenti, major præteritis, exemplum futurorum.*

## ANNOTATIONES.

660. *Præteritis melior.* ] Ob cæremonias, honores, & alia solennia Romæ acta, & præterea ob felicitatem Imperatore Consule speratam.  
*Venientibus.* ] Dignus est hic annus, ]

cujus felicitate futurorum Consulatum felicitas definiatur: dignus est Imperator Consul, quem omnes futuri Consules imitentur.

## OBSERVATIO.

**H**ONORIUS ad Cælum usque sublatus à Claudiano traditur fuisse vir pius; ut qui idola destruxerat: at non magni animi aut consilii Princeps. Nullis unquam ipse bellis interfuit, sed ea per legatos gessit. Hoc Imperante, vastata Italia, Roma ab Alarico capta, ac direpta est. Quod cum Ravennæ de Româ audisset, respondit, *Roma hic modo fuit, quomodo capta est.* Intelligebat verò gallinam magnam, seu struthiocamelum, aut meleagrida, quam in contumeliam urbis; Romam vocabat. Paulus, Diaconus, Jornandes, Claveus.



QQq ij





## CL. CLAUDIANI

LAUS SERENÆ REGINÆ,

UXORIS STILICHONIS.

## ARGUMENTVM LIBRI.

INUITAT Calliopen ad ornandam Serenam, quam laudare præstat quàm Heroïnas veteres. Laudatur autem à nobilitate, à patriâ Hispaniâ, ab ortu, educatione, adoptione, benevolentia Theodosii in illam, ab ejus in literas amore, à matrimonio cum Stilichone, ab amore & fide conjugali, à prudentiâ aliisque virtutibus.



## CARMEN XXIX.

**D**Ic mihi, Calliope, cur tanto tempore differs  
Pierio meritam serto redimire Serenam?  
Vile putas donum, solitam consurgere gemmis;  
Et rubro radiare mari, si floribus ornes

## INTERPRETATIO.

*E*ffare mihi, ô Calliope, quare procrastinas tandem coronare floribus Pieriis Serenam merentem? An credus munus esse contemnendum, si tu regina decores floribus Regina caput assuetum attollis margaritis, & fulgere unionibus

## ANNOTATIONES.

1. *Calliope.* ] Regina Musarum præstans carmini Heroïco, sic dicta ob pulchritudinem vocis, καλλίς, pulchritudo, & ὄψ, ὄψις, vox, quod pulchram habeat vocem. Horatius:

— Dic age tibiâ

*Regina longum Calliope melos.*

Heinsius legit, *Dic mea Calliope*, id est, mihi cara: sic dixit. Virgil. *nostra Thalia*.

2. *Pierio.* ] Pieria est régio Macedoniæ, sacra Musis: *Pierio serto*, id est, Poëticis floribus.

*Serenam.* ] Honorii, qui Theodosii frater erat, filiam, sed ab ipso Theodosio adoptatam.

3. *Solitam consurgere.* ] Quodd Serena ferret gemmatas coronas, easque præaltas, quibus ipsa sublimior videretur.

- 3 Reginæ Regina comam? si floribus illis,  
Quos neque frigorebus Boreas, nec Sirius urit  
Æstibus, æterno sed veris honore rubentes  
Fons Aganippeâ Permessius educat undâ:  
Unde piæ pascuntur apes, & prata legentes
- 10 Transmittunt seclis Heliconia mella futuris.  
Dignius an vates alios exercuit unum  
Fœminæ virtutis opus? consorte redempto  
Casta maritali successit Theffala fato,  
Inque suos migrare virum non abnuvit annos.
- 15 Hoc Graii memorant. Latiis movet ora Camœnis  
Præcia factorum Tanaquil, rediēsq̃ue per undas  
Clælia Tibrinas, & eodem flumine ducens

## INTERPRETATIO.

*maris rubri: si decore floribus his, quos neque Aquilo adurit frigorebus suis, neque Canicula caloribus suis; at quos fons Permessius alit, aquis Hippocrenæ purpurascens perpetuâ pulchritudine Veris: quibus Floribus apes casta nutriuntur, & carpentes prata, transferunt Heliconia mella seculis venturis, An facta virtutis muliebris occupaverunt gloriosius ceteros poetas? Theffala pudica Alcestis marito suo redempto, oneravit se morte conjugali, & non recusavit vitam suam transferri conjugii suo. Graci laudant hoc factum. Tanaquil prædicens fata, excitat Musas Latinas ad canendum; & Clælia revertens per aquas Tiberis & Claudia attrahens*

## ANNOTATIONES.

5. *Regina.* ] Reginæ dicebantur Regum & Imperatorum filiz: Serena autem erat filia adoptiva Theodosii: *Virg. regina* Sacerdos de Rhaâ Sylviâ, seu Iliâ Regis Numitoris filiâ.

6. *Sirius.* ] Stella est in ore Caniculæ, quæ æstatis calores augere ab antiquis credita est.

*Urit.* ] Non minus frigus urit flores, quàm calor. Virgilius:

*Aut Borea penetrabile frigus adurat.*

8. *Aganippeâ Permessius.* ] De his alio in loco.

9. *Pia apes.* ] Castæ, puræ, quæ nullam cuiquam injuriam inferunt. Unde à Nicandro vocantur *δαίμονες, sanctæ, pia bene agentes*: & hinc fortè *deorum posturas hæc regnis suis excepit*. Quintilianus in Declam. Sed & melius *pia* dicuntur, quia Jovem aluerunt. Per apes autem optimos poetas intellige, qui selectis floribus opus admirabile conficiunt.

*Prata legentes.* ] Quæ colligunt flores pratorum. Apum innoxius per prata sylvâsq̃ue discursis labor. Idem Quintil.

10. *Heliconia mella.* ] Poetæ transmittunt posteritati sua carmina quovis melle dulciora.

11. *Dignius.* ] An opus virtutis fœminarum exercuit dignius alios poetas, quàm nunc virtus Serenæ exerceret.

13. *Theffala.* ] Alcestis Theffalorum Regis filia: supra de illâ locuti sumus.

14. *Migrare annos.* ] Sic vovebant, sic putabant, ex suis annis addi posse aliquid ad vitam, seu annos aliorum.

16. *Tanaquil.* ] Uxor fatidica Tarquinii Prisci, dicta aliter *Caia Cecilia*, auguriorum peritissima: Servium Tullium regnaturum esse, *visâ circa caput flammâ prædixit*. Florus. Imò & ubi cum magno clangore volitans aquila rursus velut ministerio divinitus missa, capiti Tarquinii aptè reponeret pileum, quem abstulerat, *alta sperare, complexa virum* diu ante jusserrat. Livius.

17. *Clælia.* ] Virgo nobilis data obses Porſennæ, sed quæ vel equitando, vel natando Tibrim trajiciens, in patriam rediit, sed mox reddita est. Hinc tamen statua equestris ipsi decreta est.

Claudia virgineo cunctantem crine Cybellen.

Anne aliud toto molitur carminis actu

- 20 Mæonii mens alta senis : quodd stagna Charybdis  
Armarit, quodd Scylla canes, quodd pocula Circe :  
Antiphata vitata fames, surdoque carina  
Remige Sirenum cantus transvecta tenaces:  
Lumine fraudatus Cyclops, contemta Calypso :  
25 Penelopæ decus atque viri, cui tanta paratur  
Scena pudicitæ : terræ pelagique labores,  
Et totidem sævi bellis, quot fluctibus, anni,  
Conjugii docuere fidem. sit Claudia felix  
Teste Dea, castosque prober sub Numine mores,  
30 Absolvens puppisque moras, crimenque pudoris :

#### INTERPRETATIO.

capillo puellari per eundem fluvium. Cybelen morantem. An animus excelsus senis Maonii, agit aliud in totâ serie operis sui? Nempe honor est Penelopæ; quodd Charybdis excitavit aquas suas in Ulysses, quodd Scylla canes suos, quodd Circe venena sua excitavit, quodd fames Antiphata evitata est, & quodd navis ejus remigibus silentibus transgressa est cantilanas retinentes Sirenum: quodd Cyclops

privatus est oculo suo, quodd Calypso preta est, & tanta tragedia preparatur uni castitati Penelopæ. Laboros terra & maris, & anni totidem infestati tot praliis, quot erroribus, probaverunt fidem conjugalem. Claudia sit fortunata Deâ judicante Cybele, & ostendat mores suos pudicos sub judicio Diva, purgans & retardationem navis & scelus virginitatis polluta.

#### ANNOTATIONES.

18. *Claudia.* ] Virgo Vestalis, quæ cum in stupri suspensionem venisset, navem cum sacris matris Deûm Idæa Cybeles obharentem Tiberino vado extraxit, præcisa propalam, ut ita demum sequeretur, si sibi pudicitia constaret. Suetonius in Tiberio.

*Cunctantem Cybellen.* ] Hærentia vado Cybeles sacra.

*Crine.* ] Alii dicunt fune, alii cingulo, ut Valerius Maximus: Tertullianus.

20. *Maonii senis.* ] Homeri à Mæone patre.

*Alta.* ] Mens Poëtarum divino afflatu sublimis.

*Charybdis.* ] Mulier fuit rapacissima ex fabulis, sed in gurgitem conversa, qui gurgis est in freto Siculo.

21. *Scylla.* ] Filia Phorci, quæ se lavans in fonte à Circe amulâ venenis infecto, vidit inferiores corporis partes, in rictus caninos seu lupinos conversas, & ideo se præcipitem egit, & mutata est in

gurgitem.

*Circe.* ] Venefica famosa, quæ socios Ulyssis in sues transformavit.

22. *Antiphata.* ] Hic fuit Rex Læstrigonum Anthrophagorum, Formias campaniæ urbem incolentium: hic duos de sociis Ulyssis devoravit: at hujus famem rabidam evasit Ulysses.

23. *Sirenum.* ] Sirenes Acheloi filix, sopitos cantu nautas mergebant: has vitavit Ulysses; ubi ο' κρηδὸς τοῖς ὤνι τι ἐπὶ τῶν ἐμῶν φρεσίν, & αὐτὸς ὁ δὸς ἐν ἰσότητι διακινῶντο, cura sociorum auribus inuncta, & ipse rectus ad malum alligatus est. Polyænus. Sirenas reverâ esse probat Alexander ab Alexandro.

24. *Cyclops.* ] Polyphemus, cujus oculum Ulysses eruit.

*Calypso.* ] Nympha Atlantis, vel Oceani & Tethyos filia, quæ regnavit in Ogygiâ vel Æxâ insulâ, ubi Ulysses naufragum sex aut septem annos fovit.

- Penelope trahat arte procos, fallâtque furentes  
 Stamina nocturnæ relegens sollertia telæ;  
 Non tamen audebunt titulis certare Serenæ.  
 Quod si nobilitas cunctis exordia pandit  
 Laudibus atque omnes redeunt in semina causæ;  
 55 Quis venerabilior sanguis? quæ major origo,  
 Quam regalis, erit? non hoc privata dedere  
 Limina, nec tantum poterat contingere Numen  
 Angustis Laribus. patruo te Principe celsam  
 40 Bellipotens illustrat avus: qui signa Britanno  
 Intulit Oceano, Gætulâque reppulit arma.  
 Claram Scipiadum taceat Cornelia gentem,  
 Séque minùs jactet Libycis dotata tropæis.  
 Cardine tu gemino lauros prætendis avitas:  
 45 Inde Caledoniis, Australibus inde parentum  
 Cingeris exuviis. necdum moderamina mundi  
 Sumserat illa domus, cùm te Lucina beatis

## INTERPRETATIO.

*Penelope protrahat industriâ suâ amantes, & retexens sagaciter fila tela nocturna, decipiat insanientes; non tamen audent contendere cum Serenâ de omnibus dotibus. Quod si nobilitas aperit initia elogiis omnibus. & si res omnes revertuntur in sua principia, qua gens spectabilior? Quis ortus sublimior erit, quam Imperatoris? Domus privata non edidit hanc Deam Serenam, neque Dea tanta poterat dari domui parva. Avus tuus*

*bellicosus Theodosius exornat te gloriosam patruo Imperatore Theodosio Magno, qui avus duxit acies in Oceanum Britannicum; & retulit arma Gætulorum. Cornelia sileat genus illustre Scipionum, & minùs venditet se, locupletata victoriis Africa: tu, ô Serena, præfers lauros avitas ex duplici regione mundi: hinc ornata spoliis Scotia, inde meridianis spoliis parentum tuorum: & domus illa Theodosiorum nondum ceperat regimen orbis, cùm*

## ANNOTATIONES.

31. *Trahat.* ] Protrahat magis ac magis in dies vota procorum, eoque ludat, dum promittit se his consensuram relâ absolūtâ: ut solerter per noctem retexit quicquid per diem texuerat, quod obscenas eorum spes eluderet. Sicquetor labores & tantæ Ulyssis moræ faciunt decus Penelopes, ipsiusque pudicitie honorem conciliant.
33. *Titulis.* ] Nobilitatis, honoris, virtutis.
35. *Causa.* ] Virtutum, laudumque causæ redeunt in sua principia, in suam originem redundant; in ipsam scilicet nobilitatem, quæ dat initium laudibus.
40. *Signa Britanno.* ] Suprà hoc vidimus de Theodosio seniore.
42. *Cornelia.* ] Illustris & docta sœ-
- mina Gracchorum mater, filia Scipionis Africani majoris, qui Africam Pœnófque domuit.
43. *Dotata.* ] Puellæ Romanæ pro dote computabant & paternos triumphos, seu gloriam victoriis collectam.
43. *Caledoniis.* ] Scoticis, nam eam insula partem, qua nunc Scotia est, Caledoniam olim appellatam, cùm ex aliis, tum ex Tacito maximè liquet. Cluverius.
- Parentum exuviis.* ] Quas Parentes tui, Theodosius & Honorius retulerunt.
47. *Beatis radiis.* ] Astris faventibus & felicibus, quasi illa Theodosiorum domus te genitâ, facta fuerit felicior. Alii legunt, cùm te Lucina beatis adderet astrorum radiis, id est, adderet te fideibus mundi, seu personis principibus.

- Ederet, astrorum radiis. ô maxima rerum  
Gloria ! post genitam didicit regnare Serenam.
- 50 Quid dignum memorare tuis, Hispania, terris  
Vox humana valet ? primo levat æquore Solem  
India : tu fessos exactâ luce jugales  
Proluis, inque tuo respirant sidera fluctu.  
Dives equis, frugum facilis, pretiosa metallis,
- 55 Principibus fœcunda piis. tibi secula debent  
Trajanum : series his fontibus Ælia fluxit.  
Hinc senior pater ; hinc juvenum diademata fratrum.  
Námque aliæ gentes, quas fœdere Roma recepit,  
Aut armis domuit, varios aptantur in usus
- 60 Imperii : Phariæ segetes, & Punica messis  
Castrorum devota cibo : dat Gallia robur  
Militis : Illyricis sudant equitatibus alæ.  
Sola novum Latiis vectigal Iberia rebus  
Contulit Augustos. fruges, æraria, miles
- 65 Undique conveniunt, totóque ex orbe leguntur :  
Hæc generat, qui cuncta regant ; nec laude virorum  
Censeri contenta fuit, nisi matribus æquè

## INTERPRETATIO.

*Lucina pareret te, luce siderum favente. O honos omnium præstantissimus ! Domus Theodosia didicit imperare post Serenam natam. Quid dignum regionibus tuis vox hominum potest dicere, ô Hispania ? India attollit solem ex mari primo : tu irrigas equos solis fatigatos, die absoluto, & astra respirant in aquis tuis. Tu, ô Hispania, abundans equis, felix segetibus, locuples metallis, fertilis Imperatoribus optimis : Orbis debet tibi Trajanum : gens Ælia deducta est ex hac origino. Hinc Pater Theodosius senior, hinc corona ortæ sunt fratrum juvenum Arcadii & Honorii. Et enim populi ceteri, quos Roma aut junxit sibi fœdere, aut vicit bellis, adhibentur ad utilitates diversas Imperii : fruges Ægyptiæ, & seges Libya, destinata sunt militibus alendis : Gallia suppeditat milites robustos : equites Illyria sudant in alis nostri exercitus. Una Hispania dat tributum insuetum Imperio Romano, scilicet Imperatores. Messes, pecunia, milites confluant undequaque, & eliguntur ex mundo universo. Hæc Hispania parit viros ; qui moderentur omnia. Neque verò satis habuit memorari ob datos viros laudabiles, nisi similiter superaret alias terras,*

## ANNOTATIONES.

49. *Didicit regnare.* ] Ingens adulatio: quasi nimirum astra distulerint imperium Theodosii, quousque Serena nasceretur.
50. *Hispania.* ] Terris omnibus terra felicior, cui excolenda, atque adeo distanda, impensius, quàm ceteris gentibus superius ille rerum fabricator indulset, &c. Latinus Pacatus,
53. *Respirant.* ] Sidera fatigata suo cursu lavantur aquis tuis, & sic recreata respirare liberis videntur.
54. *Dives equis.* ] In Lusitania juxta

*fluvium Tagum vento equas factus contempere multi auctores prodidere : qua fabula ex equarum fecunditate, & gregum multitudine nata sunt, &c. Justinus. Metallis.]* In Hispaniâ multæ auri argentique venæ, quas usque ad miraculum celebrant Aristoteles, Diodorus Siculus, Plinius, Justinus, & alii.

56. *Ælia.* ] Gens Æliorum, ex quibus ortus Adrianus, Hispanica est, sicut & Ulpia, unde natus Trajanus, qui Imperatores optimi oriundi ex urbe Italica, in Bæticâ, Vincetes,

- Vinceret, & , gemitus certatim splendida sexu,  
Flaccillam Mariamque daret pulchramque Serenam.
- 70 Te nascente ferunt per pinguia culta titulentem  
Divitiis undasse Tagum. Gallæcia risti  
Floribus, & roseis formosus Duria ripis  
Vellera purpureo passim mutavit ovilli.  
Cantaber Oceanus vicino litore gemmas
- 75 Expuit effossis nec pallidus Astar oberat  
Montibus. oblatum sacris natalibus aurum  
Vulgo vena vomit. Pyrenæisque sub antris  
Ignea flumineæ legere Ceraunia nymphæ.  
Quæque relabentes undas æstumque fecerat
- 80 In refluos venere palam Nereides amnes,  
Confessæ plausu dominam, cecinere futuris  
Auspicium thalamis. alio tum parvus in axe

INTERPRETATIO.

ob datas matres & magnifica certatim sexu utroque pariter, Flaccillam & Mariam, & Serenam formosam. Te exorientem, ô Serenâ, aiunt Tagum surgentem per agros fertiles exundasse opibus aureis. Gallæcia læta est floribus suis, & Duria pulcher litorebus roseis permixta ovum in purpuram. Mare Cantabricum eiecit margaritas in litora finitima: neque Astar pallens vagatur in collibus perfossis. Vena passim effundit aurum præsens in sacra sua natalitate. & Nympha fluviales collegerunt Ceraunia ardantia sub cavernis Pyrenæis. & Nereides qua comitantur aquas venientes & redeuntes, advenerunt apertè in fluvios resistentes, facientes sup applausu, te esse Reginam, cœnauerunt versus auspiciis in suas nuptias venturam. Tam Stilicho parvus surgabit in

ANNOTATIONES.

- Hinc.] Ex stirpe Aliorum, cui occul-  
tè insere gentem Theodosiorum, qui  
ex Hispaniâ itidem oriundi.
69. Flaccillam.] Conjugem Theodosii,  
matrem Honorii.
- Mariam.] Filiam Stilichonis, & con-  
jugem Honorii Imperatoris.
71. Gallæcia.] Vel Gallæcia læta visa est,  
ceu rideret.
72. Tagus, Duria.] Tajus hodie Tago-  
rio: Duria, seu Duero aliis dicitur Turia.
75. Expuit.] Propere abundantiam.
- Astar.] Qui effodit auri venas fre-  
quentes in Hispaniâ.
76. Natalibus.] In natalibus Princi-  
pum mitebantur munera in bonum  
omen.
78. Ceraunia.] Gemmas coloris fulminis:  
καταιγες fulmen significat: Plinius,
- est inter candidas & qua Ceraunia doca-  
tur, siderum fulgorem rapiens, & alio in  
loco, Ceraunia & Brottia cadere cum im-  
bribus & fulminibus dicitur.
79. Relabentes undas, Ortumque.] Id est  
Orum undarum relabentium, seu resuen-  
tium.
81. Cecinere auspiciis.] Cantus felices  
& auspiciatos in nuptias Serenæ velut  
fato promissas, & futuras cum Stilicho-  
ne. Alludit ad morem veterem, quo puel-  
læ populares, novos nuptos ad thalami  
fores concinebant.
82. Alio in axe.] Aliâ in Orbis re-  
gione: nam Stilicho Vandalus erat. Ex  
Munastero autem Bohæmi, Poloni, & alii  
populi maritimi his affines, olim dicti  
fuerunt Vandali.

- Crescebat Stilicho, votique ignarus agebat,  
 Debita cui longè conjux, penitusque remoto  
 85 Orbe parabatur tanti concordia fati.  
 Nec tua mortalis meruit cunabula nutrix.  
 Ubera prima dabant gremiis redolentibus Horæ,  
 Ternaque te nudis innectens Gratia membris  
 Afflavit docuitque loqui. quacunque per herbam  
 90 Reptares, fluxere rosæ. candentia nasci  
 Lilia. si placido cessissent lumina somno,  
 Purpura surgebat violæ fractura cubile  
 Gramineum, vernansque tori regalis imago.  
 Omina non audet genitrix tam magna fateri;  
 95 Successusque suos arcani conscia voti  
 Spe trepidante tegit, gestabat Honorius arcto  
 Te pater amplexu: quoties ad limina princeps  
 Theodosius privatus adhuc fraterna veniret,  
 Oscula libabat, teque ad sua tecta ferebat  
 100 Lætior. in matrem teneris conversa querelis,  
 Quid me de propriis auferre Penatibus, inquis,  
 Imperat hic semper? prælagia luserat error,

## INTERPRETATIO.

regione aliâ, & vivebat inscius felicitati suæ, cui uxor destinata procul reservabatur, & concordia tanta fortuna in parte remotiore Orbis. Neque verò alitrix mortalis promerita est cunas tuas, Hora sinu fragrantè præbebant tibi primum mammas, & Gratia tres membris nudatis illigantes inspiraverunt te, & docuerunt loqui. Quocumque adreperes per herbam rosæ orti sunt, & lilia candida coeperunt nasci. Si oculi tui succubissent somno leni, viola purpurea oriebantur fratrum lectum herbiferum, & species thalami Imperatorii vernabat. Mater tua non audet confiteri tanta prælagia, & cognoscens desiderium suum secretum, occultat sub spe simidæ felicitatem suam. Pater Honorius ferebat te complexu stricto: quotiescunque Theodosius imperator, tum quoque privatus, accederet ad domum fraternam, dabat oscula, & hilarior portabas te ad domum suam. Tu verò versa in matrem tuam questibus tenellis, quare, ais, hic Theodosius imperat semper tollere me ex domo nostrâ? Culpa tua velut ludendo prælagiebat futura,

## ANNOTATIONES.

83. *Voti.*] Ignarus Voti, seu amoris futuri, quo aliquando amaret Serenam, & ad ejus conjugium obtinendum nihil non voveret.

85. *Concordia.*] Conjugium concors tanti fati, hoc est, tantum fatum, tantamque felicitatem habiturum.

87. *Hora.*] Filiz Jovis & Themidis, comites Solis: alii legunt *Aura*, idest Zephyri. Sed cur *Aura*, vel *Hora* finguntur Serenæ nutrices, quia scilicet cum Venere & Gratia semper conjunctæ sunt:

quæ Gratia in Serenam omnia sua ornamenta largâ manu congesserunt. Præterea *Hora* sunt *Dææ Floreæ*: Orpheo *et aprivæ verna*, & Pindaro *ὄρεαι πολυαίδεαι*. *Hora floribus copiosa* dicuntur.

101. *Propriis imperat.*] In his duobus Verbis Omen seu Augurium continetur. *Propriis penates* sunt domus privata: *Imperat*, refertur ad Theodosium quem infans Serena ominatorum Imperatorem fore,

102. *Prælagia luserat error.*] O Serena valde errabas, dum volebas transferri ex

- Et dedit augurium regnis infantia linguæ.  
 Defuncto genitore tuo sublimis adoptat  
 105 Te patruus, magnique animo solatia luctus  
 Restituens; propius, quam si genuisset, amavit  
 Defuncti fratris sobolem. nec carior olim  
 Mutua Ledæos devinxit cura Laconas.  
 Addidit & proprio germana vocabula nato:  
 110 Quaque datur, fratris speciem sibi reddit ademti.  
 Denique cum rerum summas electus habenas  
 Susciperet, non ante suis impendit amorem  
 Pignoribus, quam te pariter fidamque sororem  
 Litus ad Eoum terris acciret Iberis.  
 115 Deseritur jam ripa Tagi, Zephyrique relictis  
 Sedibus Auroræ famulas properatur in urbes.  
 Incedunt geminæ proles fraterna puellæ;

## INTERPRETATIO.

& lingua infantis præbuit auspiciū felix Imperio futuro. Patre tuo mortuo Patruus tuus alius Theodosius adoptat te, & Serena, & reddens menti tuæ consolationem doloris ingentis, dilexit carius filiam fratris sui fato functi, quam si progenerasset eam. Neque amor reciprocus major conjunxit quondam Laconas filios Ledæ; Theodosius etiam dedit filio suo nomen fraternum, & quantum licet, restituit sibi imaginem fratris sui amissi. Demum cum ille electus moderaretur Imperiū Orbis, non prius usus est amore in suos filios, quam accerseret te simul, & Serenā, & sororem tuam fidem ex regionibus Hispania ad regionem Orientis. Jam litus Tagi relinquitur, & regionibus Favonii derelictis, festinatur ad Urbes Orienti servientes. Ibi virgines duæ filia fratris Honorii progrediuntur,

## ANNOTATIONES.

domo Patris in domum Patruī Theodosii, quia hoc eventurum erat, & errando tamen ludebas præfagia, hoc est quasi ludendo & pronuntiando (Imperat) præfagebas Theodosium futurum Imperatorem.

103. Dedit augurium infantia. ] Pueri Prophetiæ celebrantur in sacra Scripturā, sed & in prophanis autoribus, pueri optima rerum futurarum præfagia dederunt.

107. Nec carior. ] Amor mutuus non magis devinxit inter se Laconas, Castorem scilicet & Pollucem, liberos Ledæ, quam devinxerat Theodosium & Honorium fratres.

109. Addidit. ] Theodosius dedit filio suo Honorio nomen fratris sui, qui & Honorius dicebatur, sic ut in filio suo servaret sibi imaginem quamdam fratris amissi

111. Electus. ] Theodosius electus à Gratiano Imperatore. Jordanes, Theodosius

Hispanus, Italica Divi Trajani civitatis à Gratiano Augusto apud Sirmium, post Valens interitum factus est Imperator. Sirmium autem est urbis Pannoniæ inferioris.

114. Litus ad Eoum. ] Ad urbem Constantinopolin quæ est sedes Imperii Orientis.

Sororem. ] Soror illa erat Thermantia natu major Serenā.

115. Zephyri relictis sedibus. ] Id est, relictā Hispaniā Occidentali regione, unde spirat Zephyrus, seu Favonius, eunt Constantinopolin, quæ est in Oriente, seu in Auroræ tractu.

116. Famulas. ] Servientes Serenæ & Thermantiæ ut adoptatis à Theodosio Imperatore.

117. Proles fraterna. ] Thermantia & Serena, filia Honorii, qui frater erat Theodosii.

R R r ij



- Inde Serena minor, prior hinc Thermantia natus,  
 Expertes thalami, quarum Cythereia nec dum  
 120 Sub juga cervicēs niveas Hymenæus adëgit,  
 Utraque luminibus tumidum micat: utraque pulcras  
 Excitat ore faces, qualis Latonia virgo,  
 Et solo Jove nata soror: cum fortè revisuat  
 Equorei sortem patrui, spumantia cedunt  
 125 Equora, castarum gressus venerata Dearum,  
 Non ludit Galatea proci, non improbus audet  
 Tangere Cymothoën Triton, totoque severos  
 Indicit mores, pelago pudor, ipsaque Proteus  
 Arcet ab amplexu turpi Neptunia monstra.  
 130 Tales sceptriferi visuræ testæ parentis  
 Limen Honoriades penetrant regale sorores,  
 Ambas ille quidem patrio complexus amore,  
 Sed merito pietas in te proclivior ibat.  
 Et quoties, rerum moles ut publica cogit,  
 135 Tristior, aut irâ tumidus flagrante redibat,

INTERPRETATIO.

Inde Serena junior, hinc Thermantia  
 major atate: ambæ in sita matrimonii  
 quarum colla candida nondum missa sunt  
 ab Hymenæo sub jugum Veneris. Ambæ  
 tinent oculos tumentibus: ambæ accen-  
 dunt ignem pudoris in vultu formoso,  
 quemadmodum puella Diana. & soror  
 ejus progenata à solo Jove, cum forsan  
 revisit regnum Patris sui Marini Nep-  
 tūni, maris ingentia residunt. & co-  
 lunt vestigia diuinarum pudiverum. Gala-  
 tea postquam non lascivisse; Triton malus

non audet accubare Cymothoën, & ve-  
 recundia imperat mores rigidos in mari  
 universa. & Proteus prohibet ab amori-  
 bus inhonestis portenta ipsa Neptunia: sa-  
 les sorores filie Honori inuisura Regiam  
 patris sui adoptivi Imperatoris intrant, au-  
 lam Imperatoriam. Ille ceterò Theodosius  
 fovet utramque studio paterno: ut jura  
 pius amor ejus pronior erat in te, o Sere-  
 na, & ut conguendo publicis negotio-  
 rum opprimis illum, quatuordecimque nationes,  
 aut surgens iracundia exidente revertebatur,

ANNOTATIONES.

120. Hymenæus, Cythereia. ] Supra de  
 his vocibus.

123. Soror. ] Pallas sine consortio Juno-  
 nis nata ex solo Jove, seu ex cerebro Jovis,  
 ictu securis Vulcaniæ: Pallas soror Dianæ,  
 quæ est Virgo Latonia seu filia Latonæ.

124. Sortem. ] Regnum sorte datum  
 Virgil. de Neptuno, Sed mihi sorte datum.

126. Galatea. ] Nympha sic dicitur amo-  
 re à λακτος, à Lacte seu candore.

127. Cymothoën. ] Supra de hac Nym-  
 phâ dictum est.

Inprobus. ] Malus, salax, lascivus,  
 Alexander ab Alex. Tenet enim sa-  
 Tritones Venercos. & flagrantissime mu-  
 lierum amasos esse: & in Epiro mulieri-

bus stuprum intulisse, propterea oppidi in-  
 colas edicto inhibuisse, ne qua deinceps ad  
 fontem mulier, nisi viris comitatus acce-  
 deret. Georgius etiam Trapezuntius se vi-  
 disse Nereidas, testabatur.

128. Pudor. ] Reverentia Virginum ma-  
 jorem, scilicet Serenæ & Thermantæ.

Proteus. ] Pastor monsterum maris,  
 Horatius:

Gmne cum Proteus pecus egit alios  
 Visere montes.

133. Pietas. ] Pius amor, studium pater-  
 num magis propensum erat in Serenam,  
 quam in Thermantiam.

135. Irâ tumidus. ] Theodosius narvâ  
 suâ ad iram promptissimus: Alias tamē-

Cum patrem nati fugerent, atque ipsa timeret  
 Commotum Flaccilla virum, tu sola fremontem.  
 Frangere, tu blando poterat sermone mœdæ,  
 Alloquiis hæere tuis. secreta fidei \*\*\*.

140 Prisca puellares reverentia transiit annos.  
 Non talem Trivia confert laudator Homerus  
 Alcino genitæ: quæ, dum per litora vestes  
 Explicat, & famulas exercet læta choreas  
 Auratam jaculata pilam, post naufraga somni

145 Otia, progressum solus expavit Ulysses.  
 Pierius labor, & veterum tibi carmina vatam  
 Ludus erant: quos Smyrna dedit, quo Manana, libros

## INTERPRETATIO.

Et cum filii Arcadii & Honorius ef-  
 fugerent. Parentem suam, & Flaccilla  
 ipsa formidatæ conjugem iratum, tu  
 sola valabas placare eum fremontem.  
 Et lenire hunc verbis mollioribus. Ille  
 Hæc dixisti tuis solebat: secreta fidei  
 \*\*\*. Veneratio antiquæ superæ ata-  
 tam Virginis. Homerus prædicat non  
 tribuit Diana talem natam Alcino

Naufraga, quæ dum expandit vesti-  
 menta per litora, & hilaris exercebat  
 choreas sibi servientes. vibrans auream  
 pilam. cum actum esset Ulysses naufraga-  
 tum. egressum post quietem ex frondibus.  
 Opera Musarum & Versus Poëtarum  
 antiquorum erant tibi oblectamenta.  
 Tu evolvens volumina: quæ Home-  
 rus Smyrnaus. & Virgilius Manuianus

## ANNOTATIONES.

ad Cedreum dicunt *χαρις τῷ οὐρανῷ*,  
 ἡ χάρις δὲ χαρισμένη, græcia in allo-  
 quiis, moribus autem gratissimus.

*Fremontem.*] Incommodantem, & leo-  
 nis instar rugientem: Ita quippe Theo-  
 dosius magnas calamitates inuit. Vide lib.  
 2. in Ruf. v. 280.

137. *Secreta, fidei.*] Veneratio, quæ  
 Theodosius te prosequeretur, erat velut  
 fida quædam societas, quæ te comitabatur,  
 quæque superabat eam omnem veneratio-  
 nem, quam quis habere potest erga  
 puellam. Heinsius legit *Secreta fidei* &  
 hic unum alterumque versum excidisse  
 putat.

140. *Prisca Reverentia.*] Digna sæculis  
 priscis, & quæ senili deferatur ætati; ac  
 revera fuit in Serenâ mira taciturnitas,  
 comitalisque morum.

*Alcino genitæ.*] Naufraga Alcinoi  
 Phæacum & insulæ Corcyræ vulgè Cor-  
 fæ. Regis filiam, quæ cum vidisset Uly-  
 ssem naufragum expavit, sed mox Palladis  
 ops, pavore deducta, eum benigne ex-  
 cepit & adjuvit, non talis igitur erat Nau-  
 fraga, qualis est Serenæ, quæ bonitâ qua-

dam fiducia Theodosium iratum, & velut  
 ex rationis portu eiectum, & naufragum  
 non timet, sed demulcet, & in suum pri-  
 stinum statum restituit. Sed cur *Trivia*  
*confert*? quid scilicet Naufraga esset Tri-  
 via (scilicet Dianæ cara, propter studium ve-  
 nationis: vel quod Ulysses admirans ejus  
 pulchritudinem, eam Dianam esse crede-  
 ret *Ἀρτὴν δὲ αἰὶνῶν Διὸς καὶ ἐν ἡρώεσσι*  
*εἶσιν*: Diana te ego Jovis filia magni est  
 similes. Homerus.

144. *Pilam.*] Nam Naufraga cum an-  
 cillis pilâ ludebat: Homerus *σφαίρῃ ταιρῇ*  
*αὐτὴν δὲ καὶ κινέμεν βαλόντα*: Pilâ  
 ipsa ludebat redimiculis depositis.

146. *Pierius.*] Pieria est regio Mace-  
 doniæ, Musis sacra.

147. *Ludus erant.*] Hos Poëtas facile  
 & velut ludendo legebas, & iis dabas  
 illud tempus, quod alie præter ludo im-  
 pendunt.

*Smyrna.*] Urbs Ionie in Asia minore;  
 quæ certat de natalibus & de laude infi-  
 gnis Homeri. Notum illud distichum:  
 Septem urbes citant de laude insignis  
 Homeri, Smyrna, Rhodus, Colophon.

- Percurrens, damnas Helenen, nec parcis Elissæ.  
 Nobiliora tenent animos exempla pudicos.  
 150 Laodamia sequens remeantem rursus ad umbras  
 Phylaciden, & prona ruens Capaneia conjux  
 Communes ardente viro mistura favillas,  
 Et gravis incumbens casto Lucretia ferro,  
 Vulnere quæ proprio, facinus testata tyranni,  
 155 Armavit patriæ justos in bella dolores,  
 Exule Tarquinio; memorandæque concidit, uno  
 Ultra pudicitiam libertatēque cruore.  
 Talia facta libens non tu virtute minori,  
 Sed fato meliore, legis. jam nubilis ætas  
 160 Principe sollicito votis erexerat aulam

## INTERPRETATIO.

*composuerunt, condemnas Helenam, neque ignoscis Didoni,] exempla illustriora possident mentem tuam castam. Laodamia scilicet secuta Protefilæum redeuntem iterum ad inferos, & uxor Capanei iens præceps permixtura ignes communes cum marito inenso. & Lucretia incubans graviter in gladium pudicum, qua ostendens plagâ suâ crimen tyranni, excitavit iras justas patria ad bellum, Tarquinio ejectione: & commendanda obiit, vindicans castitatem & libertatem uno & eodem sanguine. Tu volens evolvis ejusmodi facinora non virtute inferiore, sed felicitate majore. Et jam ætas tua nubilis excitaverat Regiam desiderii dubiis.*

## ANNOTATIONES.

Salamis, Chios, Argos, Athenæ. Homerus autem semper fuit in pretio, Platoni dicitur *ap̄is* & *Solutos & Transs,* opti-  
 mus & diviniſſimus Poëtarum.

*Mantua.*] Andes, vulgò *Petola*, est pagus prope urbem Mantuam in Italiâ, ubi natus Virgilius ad ripas Mincii fluminis, unde & *Andinus*, & *Minciades* dicitur, & à Julio Cæsare Scaligero, *solus Poëta nomine dignus, Poëtarum rex*, imò & *Deus* magnificentius appellatur.

*Libros.*] Homericos & Virgilianos: sicque Serena Linguae Latinæ & Græcæ perita erat, & docta: qualis fuit Sappho apud Græcos, Cornelia apud Romanos, & apud nos Margareta Valeſia Navarrorum Regina, avia Henrici Magni, quippe æternis literarum monumentis, qua plurima & præclarissima conscripſit, nominis sui memoriam posteritati consecratam reliquit. Scævola Sammarthanus. Idem sentiendum de Margaritâ Henrici magni uxore, quæ Commentarios eleganter scripſit.

148. *Helenam.*] Damnas Helenam quæ secuta est adulterum: & Didonem

seu Elissam, quæ ex Virgilio & Poëtis multis deperit Æneam: at S. Augustinus, Ausonius, & alii, asserunt Didonem fuisse castissimam: aliqua Carthaginiſis conditrix rogo se dare, maluit, quàm ad secundas nuptias convolare: & præconium castitatis Tertullianus.

150. *Laodamia.*] Serena non sibi proponit imitandas Helenam, aut Didonem, sed alias, ut Laodaniam, quæ obtinuit à Diis, ut videret umbram Proteſilæi conjugis sui ab Hectore occisi, quâ & viſâ & elapsâ, statuam sibi concinnavit ad imaginem Mariti: hanc pater ejus Acastus combuſſit in rogo, ratus ex oblivione amorem cessurum; at illa in rogi evolvavit, & cum statuâ maritali consumpta est.

151. *Phylaciden.*] Proteſilaum, qui regnabat Phylacæ, quæ est urbs Theſſaliæ. *Capaneia.*] Evadne conjux Capanei Argivi, quæ, cùm Maritus ad bellum Thebanum ictu fulminis percussus in rogo flagraret, in eundem rogi se coniecit.

153. *Lucretia.*] Uxor Collatini, quæ à Sexto Tarquinio Arunte, Tarquinii Super-

Incertis, quem tanta tori fortuna maneret.  
 Antiquos loquitur Musarum pagina reges,  
 Quoddam dirâ sub lege procos certare juberent  
 Empturos thalamum dubii discrimine lethi,  
 165 Et sua crudeles gauderent pignora mortis  
 Ambitione peti. curru Pisæa marito  
 Fugit tela Pelops. nam perfidus objice regis  
 Prodidit OEnomai deceptum Myrtilus axem.  
 Hippomenes trepidus cursu ferroque secutam  
 170 Aurato volucrem flexit Schœneïda pomo.  
 Herculeas vidit fluvio luctante palæstras  
 Mœnibus ex altis Calydon, pretiûmque labori  
 Dēianira fuit, cum pectora victor anhelō  
 Alcides premeret, retrōque Anchelōius irct

INTERPRETATIO.

*Imperatore anxio, quem tanta fata hujus conjugii exspectarent. Libri poetarum referunt Reges veteres, quod imperarent procos dimicare sub conditionibus acerbis ad emenda conjugia, periculo mortis anticipis, & immites latarentur filias suas. Pelops ipsâ vanitate mortis oppetendæ. Pelops evitavit curru conjugali arma OEnomai Pisæi, etenim Myrtilus insidus* auriga tradidit repagulo fragili axem elusum Regis OEnomai. Hippomenes timens, expugnavit pomo aureo Atalantam Schœneï filiam celerem, sequentem cursu & gladio. Calydon ex muris excelsis spe fecit luctam Herculis cum fluvio pugnante, & Dejanira pramiûm victoriæ extitit, cum Hercules domiter obrueret præcordia Acheloi anhelantis, & ipse Achelous pallidus fugeret

ANNOTATIONES.

bi filio constuprata, advocatis Patre, marito & amicis, flagitium detexit, ad vindictam eos impulit, & sese pugione confodit, anno ætatis 12. Laudatur passim ab autoribus profanis, à S. Augustino vituperatur; quod non sibi peccati conscia gladio incubuerit.

156. *Exule Tarquinio.* Ideo enim ejecti sunt Tarquinii, & libertas institui coepta est.

166. *Ambitione.* Ita proci puellas ambiebant, ut morti sese per ambitionem & vanitatem exponerent, alii legunt *mortis conditione*, & bene, Virgilius:

*Cur mortis adempta est conditio.*

*Pisæa.* OEnomaus Pisis regnans in Eliade, habebat filiam pulcherrimam Hippodamiam, sed erat in fatis eam non nisi cum morte Patris nupturam. Ergo OEnomaus procis curule certamen secum proponit, eâ lege, ut qui vinceretur, morte; qui vinceret, conjugio filię do-

naretur. Post multos sic occisos, Pelops amans descendit in curriculum, sed corripit Myrtilum aurigam OEnomai, qui fragilem axem hujus currui imposuit: quo fracto vicit Pelops, periit OEnomaus: ast, hoc precante & ultionem petente, Myrtilus in mare Myrtoum præceps actus est, demens & spe elusus, nam regni partem dimidiam speraverat.

170. *Schœneïda.* Atalanta filia Schœneï proposuit etiam currendi conditionem; eâ lege; ut qui victus esset, vitâ spoliaretur, qui victor, se duceret uxorem. Hippomenes amore captus descendit, in certamen, sed projectis per intervalia tribus pomis aureis à Venere acceptis, in Hesperidum horto natis delusit vicit, duxitque Atalantam: sed mox ambo, cum Templum Cybeles amore præpostero violassent, hic in leonem, illa in leonem conversa est.

- 175 Decolor. attonine stringebant vulnura Nymphar,  
 Saucia truncato pallebant flumina cornu.  
 Te non Hesperidum pomis, non amne subacto,  
 Non focerum fallente rotâ, sed iudice dignus  
 Augusto, variis Stilicho spectatus in armis
- 180 Accipit, & regni dotes virtute paravit.  
 Sæpe duces meritis bello tribuere coronas.  
 Hunc cingit muralis honos: hunc civica querens  
 Nexuit: hunc domitis ambit rostrata carinis.  
 Solus militæ mirâ mercede jugalem
- 185 Promeruit Stilicho, focero referente, coronam.  
 Agnovit patrum similem Thermancia curam:  
 Nupsit & illa duci. sed longè fata sororis  
 Inferiora tuis. alio tibi lumine tædas  
 Accendit Romana Salus, magnisque coronis

## INTERPRETATIO.

retro: Nympha obtusæfacta ligabant plagas ejus. & fluvii vulnerati expavescebant cornu mutilato. Stilicho ducit se, ô Serena, non pomis Hesperidum, non fluvio edomito, non curru decipiente focerum, sed promeritis delictum Imperatoris Theodosii, ipse exercitatus in bellis diversis, & peperit sibi virtute suâ ornamenta familiæ regalis, Frequenter ductores dederunt coronas promeritas in bello: hunc Stilichonem ornat corona muralis:

hæc corona civica ex quercu ligavis caput: hunc coronæ navalis quærit post navis viçtas. Stilicho solus meruit præmio admirabili, bellorum, coronam conjugalem, Theodosio focero dante. Thermancia experta est perstudium Patris sui Theodosii: nam illa ducta est etiam à Ductore. At fortuna sororis tuæ, ô Serena, multò minor est tuâ fortunâ, Salus Romana inflammavit pro te facies nuptiales igne præstantiore, & potestates ingentes

## ANNOTATIONES.

171. *Herculem.*] Hercules pro Dejanirâ Oenei Calydonæ regnantis filiâ, cum Acheloo fluvio luctatus est, eumque cornu amputato vicit. His fabulis omnia plena.

177. *Non Hesperidum pomis.*] Ut Hippomenes.

*Non amne subacto.*] Ut Hercules.

178. *Non focerum fallente rotâ.* Ut Pelops.

180. *Regni dotes.*] Ornamenta seu honorem affinitatis cum Regali, seu Imperatoriâ familiâ.

182. *Muralis honos.*] Corona muralis facta in speciem minarum muri, & ei decreta, qui primus murum conscendisset.

183. *Rostrata.*] Corona navalis in rostri speciem ex auro facta.

184. *Solus.*] Poëticè, nam & alii sunt qui ob virtutem bellicam cum Imperatoribus aut Regibus affinitate conjuncti

sunt; ne multos proferam, Agrippa ab Augusto Cæsare gener crectus est.

185. *Jugalem coronam.*] Id est corònam seu præmium conjugale virtute sua retulit, dum Serenam duxit uxorem, quæ honos cumulus est omnium laudum & coronarum.

186. *Thermancia.*] Nupsit Barthanatio Libyæ Præfecto, & milicæ Magistro.

189. *Salus.*] Salus, cujus est Stilicho versus clypeus, ipsa accendit tædas tuas nuptiales, *alio lumine*; id est, igne præstantiore, feliciore; *Salus* in speciem mulieris pingebatur, & pro deâ habebatur.

*Coronis.*] *Magna corona*, id est, magnæ potestates coronam gestantes curant conjugium tuum: alii legunt, non *curat*, sed *causa*, id est, conjugium tuum est causa magnarum coronarum, seu magnarum dignitatum Stilichonis.

190 Conju-

- 190 Conjugium sit cura tuum. delectus equorum,  
 Quos Phrygiæ matres, Argæaque gramina pastæ  
 Semine Cappadocum sacris præsepibus edunt,  
 Primus honos. gemino mox idem culmine duxit  
 Agmina, commissisq; labor sic gessit honores,  
 195 Ut semper merito princeps cum magna dedisset,  
 Deberet majora tamen. si bellica nubes  
 Ingrueret, quamvis annis & jure minori  
 Cedere grandævus equitum peditumque magistros  
 Adspiceres, totumque palam permittere Martem.  
 200 Nec gradus ætatisve pudor senioribus obstat,  
 Ne juveni parere velint. ceu flamine molli  
 Tranquillisque fretis clavum sibi quisque regendum  
 Vindicat: incumbat si turbidus Auster, & unda  
 Pulset utrumque latus: posito certamine nautæ  
 205 Contenti meliore manu, seseque ratemque  
 Unius imperiis tradunt, artemque pavore  
 Confessis finem studiis fecere procellæ.

## INTERPRETATIO.

cuvant matrimonium tuum. Prima dignitas Stilichonis est electio ejus ad regendos equos, quos equæ matres Phrygiæ, & nutrita herbis Argæis, & semine equorum Cappadociæ emittunt in stabulis Imperatoris. Statim idem Stilicho potestate duplicatâ rexit exercitus, & industria ejus ita administravit dignitates impositas, ut Imperator cum donavisset jure ampla præmia, tamen deberet semper ampliora. Quod si tempestas belli immineret, videres senes præfectos equitatus ac peditatus concedere Stilichoni, etsi in-

feriori ætate & dignitate, & credere aperte huic omne bellum. Neque verò dignitas & verecundia ob ætatem impedit seniores, quominus velint obedire juniori Stilichoni. Quomodo ventis levioribus, & mari placidior, unusquisque tribuit sibi gubernaculum moderandum: at si Notus violentus, & fluctus feriant duo latera navis; nauta, contentione omisâ, contenti dextrâ peritiore, committunt sese & navem regimini unius, & tempestates imposuerunt finem favoribus hominum agnoscentium industriam.

## ANNOTATIONES.

190. Delectus equorum.] primus honos Stilichonis fuit cura stabuli Imperatorii: secundus Præfectura peditum. Unde dicitur utriusque militiæ Præfectus, Equitum, Peditumque Magister. Hoc geminum est culmen seu duplex honos, ad quem Stilicho, velut ad dignitatum pulcherrimarum fastigium evectus est. Sic & apud Francos Comes stabuli Regii, Conestabularius, prima fuit in re militari dignitas.

191. Phrygia &c.] Equi & equæ Phrygiæ in pretio habebantur, & ipsi Phryges ab Homero dicuntur ἵπποδαμοι:

Equorum domitores: & αἰολόπῳλοι, Varios velocesque pullos habentes.

Argæa.] Argæus est mons Cappadociæ, de quo supra.

192. Sacris præsepibus.] Stabulum sacrum, Imperatorium: adeo ea omnia sacra dicuntur, quæ Regum sunt!

194. Bellica nubes.] Incursum Barbarorum, nubis instar, erumpens & effervescens in regiones Romanas.

199. Permittere totum Martem.] Totius belli curam atque molem Stilichoni juniori committebant etiam ipsi senes.

207. Studiis.] Tempestates fidem fa-

SS f

- Haud aliter Stilicho, fremuit cūm Thracia belli  
 Tempestas, cunctis pariter cedentibus, unus  
 210 Eligitur ductor: suffragia quippe peregit  
 Judex vera timor: victus ratione salutis  
 Ambitus, & pulsus tacuit formidine livor.  
 Quis tibi tunc per membra tremor, quantæque cadebant  
 Ubertim lacrymæ, cūm sæva vocantibus arma  
 215 Jam lituis, madido respectans limina vultu,  
 Optares reducem, galeæque incerta minaci  
 Oscula cristati raperes festina mariti?  
 Gaudia quæ rursus, cūm post victricia tandem  
 Classica fidereas ferratum pectus in ulnas  
 220 Exciperes; castæ tuto per dulcia noctis  
 Otia pugnarum seriem narrare juberet?  
 Non illo nitidos umquam bellante capillos  
 Comere: non solitos gemmarum sumere cultus.  
 Numinibus votisque vacas, & supplice crine  
 225 Verris humum. teritur neglectæ gratia formæ

## INTERPRETATIO.

Non secus Stilicho, cūm procella belli Thraciæ intonuit, dux solus eligitur, omnibus recedentibus aqualiter. Namque metus judicans dedit suffragia certa Stilichoni: ambitio superata est ob causam salutis, & invidia expulsa timore siluit. Quis tibi horror erat tum per corpus, & quos lacryma fluebant abundanter, cum tubis excitantibus jam arma terribilia, tu aspiciens domum genis madentibus, expeteres eum jam esse reuersum, & tu prompta quasi furareris oscula conjugis galeati, oscula ingesta per cassidem terribilem? Qua iterum latitia fuit, cūm post tubas triumphantes reciperes tandem pectus armatum Stilichonis inter brachia tua divina? Cūm tu secuta per quietem placidam noctis pudica impelleres eum commemorare seriem praliorum. Illo Stilichone pugnante, tu, ô Serena, nunquam sustinuisti ornare crines tuos micantes, non capere fulgorem consuetum margaritarum: studes diis orandis, & votis faciendis, & capillis effusis abstergis terram. Venuitas pulchritudinis despecta

## ANNOTATIONES.

- ciunt studiis, idest desideriis & contentionibus regendæ navis: *artem confessis*, non quodd studium confiteantur artem, sed quod homines studioli regendæ navis terri fateantur & agnoscant in periculo industriam viri peritioris.  
 208. *Thracia tempestas.* ] Bellum in Thracia tonans, idque cum Getis gerendum.  
 211. *Timor.* ] Loco suffragiorum, timor periculi, ex re ipsâ, veræque virtutis æstimatione fecit, ut Stilicho dux eligeretur.  
 215. *Respectans limina.* ] Tu respicis domum tuam lacrymando, & quasi admones reditus celerandi.  
 217. *Raperes.* ] Velut raptim furareris ne maritum ad bella properantem in tanto patriæ periculo retardares.  
 222. *Non capillos comere.* ] Absente Stilichone omnem sui curam abjiciebat Serena: sic & absente Protefilao Laodamia ex Ovidio:  
*Nec mihi petendos cura est præbere capillos,*  
*Nec libet auratâ corpora veste tegi.*  
 224. *Supplice crine.* ] Crinibus sparsis in Templo Deum oras, eorum more qui templorum limina capillis verrebant.

- Cum proprio reditura viro : nec deside curâ  
 Sēgnis marcer amor. laudem prudentia belli  
 Fœmineâ pro parte subit. dum gentibus ille  
 Configit , vigili tu prospicis omnia sensu :  
 230 Ne quid in absentem , virtutibus obvia semper ,  
 Audeat invidiæ rabies , neu rumor iniquus ;  
 Ne qua procul positis furto subsederit armis  
 Calliditas nocitura domi. tu sedula quondam  
 Rufino meditante nefas , cūm quæreret artes  
 235 In ducis exitium , conjuratōsque foveret  
 Contra pila Getas , motus rimatâ latentēs ,  
 Mandatis trenebunda virum scriptisq̃ue monebas.

INTERPRETATIO.

<p>jacet reuersura cum marito suo. Neque tamen amor conjugalis lentus curâ pigrâ minuitur. Sapientia tua obit bellum laudabile , secundum vires muliebres : dum ille Stilicho pugnat contra Nationes , tu prouides cunctis rebus animo sagaci. Ne furor livoris semper inimicus virtutibus ausit suscipere aliquid contra absentem maritum , neve fama iniusta , &amp; ne ali-</p>	<p>qua perfidia obstitura in urbe clam delitescat telus longè occultatis. Tu provida aliàs , Rufino cogitante crimen , cūm strueret dolos ad perniciem ductoris Stilichonis , &amp; aleret Getas conspirantes adversus armata Romana , tu scrutata consilia secreta ejus , metuens admonebas maritum tuum mandatis &amp; litteris.</p>
--	--

ANNOTATIONES.

231. *Invidia rabies.* ] Hæc tandem Stilichonem perculit , sed quibus parcit illa pestis ? Nimrum ex Pindaro , ἰνὴν τε καὶ ἄλγος δ' αἰνῶνα φέρειν. Sustinēdque felicitas non minorem invidiam : & ex Plutarcho , ut Cantharides tritico lætiori & rosas florentibus innascuntur , sic eos magis infestat invidia , qui virtute aut opibus florent : & ut nulla regio est , quæ non alat venena , ita & nullus locus , in quo non pullulet canina gens invidiorum. Viri ipsi sanctissimi hujus furis morsus & rabiem reformidant. S. Hieronymus : Oro vos , ut contra latrantes canes , qui adversum me rabido ore deserviunt , & circumcunt civitatem , atque in eo se doctos arbitrantur , si aliis detrahant , orationum vestrarum clypeos opponatis.
232. *Subsederit.* ] Ad insidias Stilichonis struendas : *subsideri* enim arguit dolos & insidias : Virgilius , *subsedis adulter* : & à Valerio Maximo , *Subseffor alieni matrimonii* dicitur , qui alterius conjugis pudicitiz insidiatur.

*Reliqua desiderantur.*

DE SERENÆ OBSERVATIO.

POST mortem Stilichonis Alaricus Romam vehementius oppugnabat : Placidia soror Imperatoris Honorii. & Senatus pravæ suspicionis morbo laborantes , à Serenâ accitum esse Alaricum crediderunt , eaque vivente , hostem nunquam obsidionem soluturum esse ; ideoque illa capitali supplicio damnata , & strangulata est : Alaricus verò , qui cum eâ clandestinum nullum inierat consilium , urbem expugnâvit , ac diripuit : hoc calamitosum fuit Romæ , & Stilichonianæ domus fatum.





CL. CLAUDIANI  
<sup>a</sup>EPITHALAMIUM  
 DICTUM <sup>b</sup>PALLADIO V. C.  
<sup>c</sup>TRIBUNO ET <sup>d</sup>NOTARIO,  
 ET <sup>e</sup>CELERINÆ.

ARGUMENTUM PRÆFATIONIS.

CLAUDIANUS scribit hoc Epithalamium ob amorem Generi,  
 & venerationem Soceri.

PRÆFATIO.

CARMINA per thalamum, quamvis festina, negare  
 Nec volui genero, nec potui socero.  
 Hic socius, dux ille mihi; nostrique per aulam  
 Ordinis hic consors emicat, ille prior.  
 Hunc mihi conjungit studiis communibus ætas;

INTERPRETATIO.

*N* Equè ego volui abnuere Genero | Palladius socius mihi est, ille Stilicho du-  
 Palladio versus nuptiales, esse prom- | xor; & in Regiâ hic comes cæteris nostri,  
 ptos, neque potui Socero Stilichoni. Hic | ille primus eminet: atas colligat hunc mihi

ANNOTATIONES.

- <sup>a</sup> EPITHALAMIUM. ] *suprà pag. 160.*
- <sup>b</sup> PALLADIO. ] Hic fuit nobilis Romanus, cujus comes & amicus Claudianus.
- <sup>c</sup> TRIBUNO. ] Tribunus in militiâ erat is propemodum, quem in Gallia vocamus, *Marschallum Francia*: ita sentit Robertus Stephanus.
- <sup>d</sup> NOTARIO. ] Notatorum alii majores, alii minores, Notarii majores erant in magnâ dignitate, hos enim Vopiscus appellat *Secretorum Imperatoris Notarios.*
- <sup>e</sup> CELERINÆ. ] Sunt qui dicant nobilem hanc puellam fuisse adoptatam à Stilichone, qui ideo focer dicitur Palladii.

Hunc mihi præponit vel senium, vel honos.  
Carmen amor generi, soceri reverentia poscit,  
Officio vatis, militis obsequio.]

INTERPRETATIO.

*ob studia similia, & senectus & dignitas* | *veneratio mea in Socerum petit versus ex*  
*anteponunt mihi illum: amicitia mea in* | *obedientiâ militis.*  
*Generum petit versus ex munere Poëta.*

ANNOTATIONES.

7. *Carmen amor.* ] Offero Epithalamium | 8. *Officio vatis.* ] Officiosum enim est  
Palladio, quia sum vates, ipsumque | vati socium suum versibus prædicare in  
amo. Offero Stilichoni, quia sum hujus | tantâ festivitate nuptiarum.  
miles, ipsumque veneror.



ARGUMENTVM LIBRI.

VENERI in antro dormienti renuntiatur conjugium Palladii  
& Celerinæ. Per Amores accersit Hymenæum, & interrogat.  
Hic responder laudando nobilitatem utriusque conjugis. Hinc Venus  
adit nuptias cum apparatu, hortaturque sponfos ad amorem & con-  
cordiam.

CARMEN XXXI.

FORTE Venus blando quæsitum frigore somnum  
Vitibus intexti gremio susceperat antri,  
Denique sidereos per gramina fuderat artus,  
Acclinis florum cumulo. crispatur opaca  
Pampinus, & mites undatim ventilat uvas.  
Ora decet neglecta sopor, fastidit amictum  
Æstus, & exuto translucent pectore frondes.

INTERPRETATIO.

*Fortitudo Venus in sinu caverna pra-* | *vitis umbrosa agitantur, & movent flu-*  
*texta vinole, indulgebat sopori dulci* | *tuantes racemos lenes: somnus deco-*  
*conciliato per auram refrigerantem, &* | *rus est in vultu inornato: calor remo-*  
*porrexerat corpus caeleste per herbas co-* | *vet vestes, & pectus nudum micat in-*  
*piofas, ipsa effulsa acervo florum: folia* | *ter folia.*

ANNOTATIONES.

2. *Susceperat.* ] Heinsius legit: | 5. *Mites undatim ventilat uvas.* ] Hein-  
quæsitum frigore somnos, | sius Mallet: & musto sudantem ventilat  
*Vitibus intexti gremio successerat antri.* | agitatur uvam: id est uvam, unde sudat  
Et bene, *successerat quæsitum somnos*, id | mustum, seu vinum novum.  
est, ad quærendos somnos. | 7. *Æstus.* ] Calor non sinit Venerem  
S S f iij

Idaliæ juxta famulæ, triplæque vicissim  
Nexa sub ingenti requiescit Gratia quercu.

- 10 Pennati passim pueri, quo quemque vocavit  
Umbra, jacent. fluitant arcus, ramisque propinquis  
Pendentes placido suspirant igne pharetræ.  
Pars vigiles ludunt, aut per virgulta vagantur.  
Scrutantur nidos avium, vel roscida læti
- 15 Mala legunt donum Veneris, flexusque sequuntur  
Palmitis, & summas pennis librantur in ulmos.  
Defendunt alii lucum, Dryadæque procaces  
Spectandi cupidas & rustica Numina pellunt,  
Silvestresque Deos. longæque tuentibus antrum
- 20 Flammea lascivis intendunt spicula Faunis.

## INTERPRETATIO.

*Ancilla Idalia circum recumbunt, & Charites tres sub quercu magnâ conjunctæ per mutua: undique pueri alati cubant, quo umbracula unumquemque invitârunt: arcus eorum fluitant vento, & pharetra suspensa ex arboribus finitimis emittunt velut suspiria cum flammâ leni. Alii ex Amoribus vigilantes delectantur, vel errant per arbuscula, rimantur nidos*

*volucrum, aut hilares colligunt poma sparsa rore, quæ sunt munus Veneris; & repunt ad curvamina Vitium, ac pendunt alis in apice ulmorum. Alii rutantur sylvam, & fugant Dryadas petulantes, avidas videndi, & Divos agrestes, ac Sylvanos, & torquent tela ardentia in Faunos luxuriantes, procul aspicientes cavernam.*

## ANNOTATIONES.

- uti vestibus: alii legunt, *Cestus*, hoc est cestus veneris remouet cæteras Vestes. Venus solo cestu, seu balteo contenta est; quo certe nihil pulchrius, nihil potentius. In judicio Paridis Venus videtur deponere cestum, ne hoc tanquam præstigiis judicem incanter: Lucianus.
- Exuto translucent.*] Veneris pectus candidissimum radiat inter frondes virides: vel frondes micant, mutanturque novum splendorem ex ejus divino pectore.
8. *Idalia.*] Ancillæ Veneris dictæ *Idalia*, ab Idalio vel Idalo monte Cypri Veneri sacratio.
9. *Nexa.*] Gratia finguntur semper nexæ, quia grati animi virtus nunquam excidere debet, sed semper beneficio congiungi: Etenim etiam dormientes, si fieri possit, beneficiorum acceptorum meminisse decet.
9. *Vitis, quercus.*] Venus advenit, sed cur dormit sub vitibus? quia nempe vites ulmis maritatæ, sunt symbolum felicitis matrimonii, *Gratia* verd cur dormiunt sub quercu? quod, ut quercus nutriunt
- homines, sic & Gratia fovet & alunt hominum societatem.
11. *Fluitant arcus.*] Arcus amorum suspensæ, & vento agitati, hinc inde fluitant.
12. *Suspirant.*] Ipsæ Pharetræ Amorum igne armatæ *suspirant*, seu plene sunt suspiriis, quæ immittunt in amantium corda: hoc est plene sunt telis quæ suspiria & gemitus eliciunt. Causa pro effectû, Metonymicôs.
14. *Nidos avium.*] Querunt nidos avium, tanquam rem sui juris: aves enim subditæ Amorum imperio, tum maxime, cum nidificant.
16. *Librantur.*] Amores petulantes evolvant ad apices ulmorum, quibus ianexæ sunt vites, & hic alis librant petulantius: id quod satis indicat naturam Amorum, qui in jocos & lasciviam effusi sunt.
17. *Dryadas.*] Sunt hæc Numina sylvarum. *Spûs*, *ôs*, *quercus*; hinc Dryades.
20. *Faunis.*] De his supra,

- Cum subito variis vicinâ clamor ab urbe,  
Et fausti juvenum plausus, mistæque choreis  
Auditæ per rura lyræ, Celerina per omnes  
Italix canitur montes, omnisque maritum
- 25 Palladium resonabat ager. pervenit ad aures  
Vox jucunda Deæ, strepitûque excita resedit,  
Et reliquum nitido deterfit pollice somnum.  
Utque erat interjecta comas, turbata capillos,  
Mollihus exurgit stratis, intérque suorum
- 30 Agmen, & innumeros Hymenæum poscit Amores.  
Hunc Musâ genitum legit Cytherea, ducémque  
Præfecit thalamis: nullum junxisse cubile  
Hoc sine, nec primas fas est attollere tædas.  
Conspicitur tandem. platano namque ille sub. altâ
- 35 Fusus inæquales cerâ texebat avenas,  
Mænaliósque modos, & pastoralia labris  
Murmura tentabat relegens, orísque recursu

INTERPRETATIO.

Hæc fiebant, cum statim rumor diuersus ab urbe finitimâ, & applausus felices adolescentum resonuerunt, & cithara permixta saltationibus per agros: Celerina cantatur per cunctos montes Italia, & campi omnes sonabant Palladium conjugem ejus. Murmur latum attigit aures diua Veneris, & sedit excitata sono, atque absterfis digitis pulchris soporem reliquum. Et ut Venus habebat casariam neglectam, & crines confusos, exiit ex lecto deli-

cato, petis Hymenæum ab omni cateruâ Amorum innumerabilium. Venus decerpit hunc Hymenæum natum ex Musesâ Calliope, & praposuit illum præsidem nuptiarum. Non licet absque hoc vincere ullos sponsores, neque efferre faces primas. Tandem videtur: etenim ille cubans sub platano excelsâ jungebat cum cerâ calamos dissimiles, & recolens conabatur edere labiis cantilenas Mænalias & sonos pastoriales, & ore, recurrente.

ANNOTATIONES.

22. *Plausus.* ] Acclamationes populi hymenæum canentis, nam ante fores certatim Tibicines caneant: & quò sponso illustriores, eò major plausus populi.
27. *Deterfit somnum.* ] Idest deterfit oculos sopore reliquo gravatos.
28. *Interjecta.* ] Comæ Veneris erant interjectæ, seu neglectæ, quia orbes cinnamum seu cinnamini non erant aliis affixi, velut per quosdam arcus, ut solebant.
30. *Hymenæum & Cytherea.* ] Supra de his dictum est nobis.
32. *Cubile.* ] Sponso qui sunt in cubili: & est continens pro contento, Metonymicâs.
33. *Tædas.* ] Elatis facibus in conjugium novi nupti producebantur.
34. *Platano.* ] Hymenæus sub platano arborum umbiferarum nobilissimâ, quia umbrâ delectantur amantes.
35. *Inæquales avenas.* ] Calamos seu tubulos olim simpliciter jungebant, ita ut parvis succederent longiores. Ast hodie unas fistulas diversis foraminibus compingunt.
36. *Mænalias.* ] Cantilenas, quales Pan princeps silvarum canit in Mænalo monte Arcadiæ.
37. *Oris recursu.* ] Ore recurrente & varios tubos inspirante.

- Diffimilem tenui variabat arundine ventum.  
 Restitit, ut vidit Venerem, digitisque remissis  
 40 Ad terram tacito defluxit fistula lapsu.  
 Dulcè micant oculi. niveas infecerat igni  
 Solque pudorque genas: dubiam lanuginis umbram  
 Cæsaries intonsa tegit. prior ipsa silentem  
 Compellat: Numquamne, puer dilecta relinques  
 45 Carmina? maternis numquam satiabere donis,  
 Dedite Musarum studio, nimiumque parentis  
 Æmule? quid medio tecum modularis in æstu?  
 Jámne tibi sordent citharæ? jam lustra Lycæi,  
 Atque pecus cordi, redituraque rupibus Echo?  
 50 Huc ades, & tantæ nobis ediffere caussas  
 Lætitia. cui pompa toro tam clara resulter,  
 Quæ nova dotetur virgo, patriamque genusque  
 Pande, quibus terris orti, quo semine ducti.  
 Haud ignarus enim: nec te connubia fallunt  
 55 Ulla: tuo primæ libantur fœdere noctes.  
 Ille refert: Equidem dudum te, Diva, morantem

## INTERPRETATIO.

mutabat in tibiâ gracili ventum in aqua-  
 lem. Hymenæus stetit, statim atque as-  
 pexit Venerem, & digitis relaxatis, ti-  
 bia cecidit ad terram casu molli: oculi  
 ejus nitens leniter: Sol & verecundia  
 rubefecerant flammâ genas ejus candidas:  
 coma intonsa operiunt umbram tenuem  
 barba primæ. Ipsa Venus prima alloqui-  
 tur tacentem Hymenæum. O puer an non  
 deseres unquam cantilenas amatas? An  
 non expleberis unquam muneribus Matris  
 tuæ, ô puer addidit nimis amoris Mu-  
 sarum, & nimium imitator matris tuæ  
 Calliopes? Quare solus canis in calori-  
 bus mediis? An lyra jam contemnuntur  
 à te? Jam sylva Lycæi, atque pecora,  
 & Echo remittenda ex saxis sunt tibi  
 ex animo? Veni huc, & narra nobis  
 causas tanti gaudii, pro quibus nuptiis  
 plausus tam manifestus resonet, quæ  
 nova puella dotetur, dic nobis pa-  
 triam ejus, & domum, quâ regione  
 sponsi oriundi sint, quâ familiâ nati?  
 Enim vero non inscius es? Neque ulla  
 matrimonia incognita sunt tibi: prima  
 noctes sacrantur tuâ fide. Ille Hyme-  
 næus respondet, Ego certè admirabar  
 jam pridem te cunctantem. ô Dea,

## ANNOTATIONES.

47. *Æmule.* ] Venus arguit Hymenæum, quasi nimium imitatore matris Calliopes: & sic forsân carpit occultè castitatem Musarum sibi invisam. Cur Musas non incendat Cupido, pulchrè Lucianus.  
 48. *Cithara.* ] Cantus Urbanus, qui opponitur cantui rustico fistularum Pastoralium.  
*Lycæi.* ] Mons est Arcadiæ quem Pan perpetuus cantor habitat, Echo semper esse cum Pane dicitur, quod cum Pan *Διονύσιον εἰργάζετο*, Bacchi Dux, in loco cavo & saxoso clamare jussisset milites, Indos terruerit, velut infinitas haberet copias. Hinc τὴν ἰχθὺν τῷ Πανὶ φίλῳ ἄδοντο. Echo Panem amicam esse canimus. Polyænus.  
 55. *Libantur.* ] Primæ noctes, seu noctes nuptiales consecrantur per te, imito fœdere, per libationem, hoc est, per factum sacrificium.

Fascibus

- Mirabar, quod adhuc tanti secura maneres  
 Conjugii. non parva tibi mandatur origo.  
 Fascibus insignes, & legum culmine fultæ  
 60 Convênere domus, & qui lectissimus orbi  
 Sanguis erat. rubris quæ fluctibus insula laurat,  
 Quis locus Æthiopum, quæ sic impervia famæ  
 Secessit regio, quo non rumore secundo  
 • Palladii penetravit amor, mentisque benignæ  
 65 Temperies, doctique sales, & grata senectus?  
 Per cunctos iit ille gradus, aulæque labores  
 Emenfus, tenuit summæ fastigia sedis,  
 Eoum stabili moderatus jure Senatum.  
 Hic splendor juveni. cunabula prima puellæ  
 70 Danubius, veteresque Tomi. Mavortia matris  
 Nobilitas spoliis armisque exultat aviris,  
 Immenfamque trahit Celerini robore lucem,  
 Qui quondam Meroën jussus Nilumque tueri,  
 Cum sibi post obitus, & Parthica fulmina Cari,

INTERPRETATIO.

• quare adhuc remaneres non sollicita  
 de tanto matrimonio. Non exigua nobi-  
 litas submittitur imperio tuo: familia  
 illustres consulatibus, & sublata fastigio  
 magistratuum coierunt, & sanguis qui  
 pulcher erat in terris confluit. Quæ in-  
 sula refultat undis maris rubri. Quis tra-  
 hit Æthiopum, quæ terra sic inaccessa  
 fama remota est, quod non amabilis glo-  
 ria Palladii pervenerit cum existimatione  
 laudabili; quo non moderatio animi hu-  
 mani, & ingenium facit, & sena-

tus jucunda pervenerint? Ille Palladius  
 incessit per omnes dignitates, & defun-  
 ctus muneribus Aula, obtinuit culmina  
 dignitatis suprema, regens Curiam Eoam  
 jure perpetuo. Hæc est nobilitas juvenis.  
 Ister & Tomi veteres fuerunt prima cuna  
 Virginis Celerinæ: claritas ejus Matris  
 Maria triumphat exuvii & factis bellicis  
 avorum, & deducit splendorem insuetum ex  
 constantia Celerini, qui olim jussus defen-  
 dere Meroën & Nilum, cum post mortem  
 Cari Imperatoris fulmine sublatis prope

ANNOTATIONES.

57. *Maneres.*] Mirabar, cur non sponte  
 adulescentis tanto conjugio?

59. *Legum.*] Magistratum, qui leges  
 ferunt.

65. *Senectus.*] Patris Palladii.

68. *Eoum.*] Forſan Palladius non fuit  
 Consul, quia Consulatus non erat jus sta-  
 bile, siquidem singulis annis mutabatur,  
 sed fuit Præfectus Prætorii Orientis,  
 idèdque rexit Senatum, seu ipsos Sena-  
 tores, cum ipsi Palladio omnia commissa  
 forent: sed fortè etiam stabile jus designat  
 leges fixas, optimasque, quas tulerit, &  
 hoc sensu potuit esse Consul.

69. *Hic splendor.*] Ex hac gente, ex

hoc patre Palladius juvenis mutuatur suum  
 splendorem.

70. *Tomi.*] Urbs Getarum in Ponto;  
 Ovidii exilio insignis: sed licet barbara,  
 tamen quia Græcis finitima, urbanitate  
 & literarum amore clareuit, & ipsum co-  
 luit Ovidium, qui ibi coronam sibi con-  
 sensu publico impositam, velut diadema,  
 gessit.

*Matris.*] Alii legunt *Patris*, dicuntque  
 Celerinam parentes habuisse Tomitanos  
 seu Getas; unde & ortus ipse Stilicho.

73. *Meroën, Nilum.*] Supra sæpius de  
 his.

*Parthica fulmina.*] Post obitum Cari:  
 E T t.

- 75 Sceptra daret miles, rebúsque imponere veller;  
Despexit fremitus, & prætulit otia regno.  
Respuit ingestum, quod vi, quod poscere ferro  
Posthabitâ pietate solent. tum purpura primùm  
Inferior virtute fuit, meruitque repulsam
- 80 Obvia majestas. doluit Fortuna minorem  
Se concessâ viro. magnum delata potestas,  
Majorem contemta probat. cognomina sumsit  
Plena ducum genitor. paulatim vectus ad altum  
Princeps militiæ, quâ non illustrior extat
- 85 Altera: cunctorum tabulas assignat honorum,  
Regnorum tractat numeros, constringit in unum  
Sparsas imperii vires cuneósque recenset  
Dispositos: quæ Sarmaticis custodia ripis,

## INTERPRETATIO.

*Parthos milites offerrensibi imperium, & vellet præficere ipsum regimini orbis, contempsit desideria eorum, & proposuit quietem sceptra. Repudiavit imperium oblatum, quod alii, pietate spretâ, consueverunt petere vi & armis. Tum primùm purpura imperatoria minor virtute extitit, & majestas sese offerens promeruit repelli. Fortuna fassa se inferiorem tanto viro. Imperium oblatum, & spretum ostendit virum magnum, adhuc majorem esse. Pater Celerinæ accepit titulos primos auctoris; sed paulo post factus princeps militia, attollitur in dignitatem excelsam, quâ non excelsior est altera: dat tesseras dignitatum omnium, recenset numerum moderatorem; revocat in unum vires imperii dispersas, & lustrat cæteras instructas; quæ excubia dentur oris Sarmaticis,*

## ANNOTATIONES.

Imperatoris ad Ctesiphontem vicum nobilem Parthorum, fulmineo ictu sublato: id quod etiam sentit Sidonius Apollinaris imitator Claudiani, Claverius legit, *post domitas ad Parthica flumina Carrhas*, id est, post Carrhas (quæ urbs Parthorum est) domitas & captas ad ipsa flumina Parthorum. Constat autem captas fuisse Carrhas à Gordiano Imperatore.

77. *Ingestum.*] Oblatum invito & reluctanti.

78. *Posthabitâ pietate.*] Multos imitatores habuit Cæsar, dictitare solitus:

Εἴπω δὲ δίκαιον καὶ νεκρῶνδος ἄνθρωπον  
Κάλλιστον ἀδίκου τ' ἄλλα δὲ δούλοισιν  
χρεώδης.

Quos Euripidis versus sic Cæsar ipse convertit:

Nam si violandum est jus, regnandi gratiâ

*Violandum est: aliis rebus pietatem colas.*

Suetonius: At qui talia & moliantur, sapissimè justas luunt poenas ambitionis.

83. *Plena.*] Id est titulum ducis magni, supremum: plenum, in quo alii multi honores continentur.

84. *Princeps militia assignat, &c.*] Nonnulli contendunt loqui Claudianum de Avo materno Celerinæ, quem faciat *Principem militia*, & de Patre ejusdem Celerinæ, qui fuit Notariorum primus, qui *tabulas assignabat*, unde & legunt, *Alter cunctorum tabulas assignat honorum*, id est, dat tesseras omnium dignitatum.

85. *Tabulas.*] Pater Celerinæ fuit primicerius Notariorum in Occidente, vir spectabilis, sub quo omnium dignitatum civilium & militarium administratio. Cæterum *Celerinorum* familia illustris est, & in quâ etiam Martyres nonnulli.

86. *Regnorum.*] Qui Provincias regunt,

- Quæ sævis objecta Getis, quæ Saxona frænat  
 90 Vel Scotum legio. quantæ cinxere cohortes  
 Oceanum: quanto pacatur milite Rhenus.  
 Casta domus, sincera fides, industria sollers.  
 Elegit Stilicho. nihil ultrà laudibus addi  
 Judiciòve potest. tali nubente puellâ  
 95 Nonne tibi cessare nefas? duc protinus omnes;  
 Duc age. marcentes cupio quassare coronas,  
 Et vibrare faces, & noctem ducere ludo.  
 Hæc quoque non vilem mihi fistula commodat vsum;  
 Responsura choris. vix hæc Hymenæus. at illa  
 100 Fontibus abluitur gelidis, legemque capillo  
 Reddit & ornatum formæ: prælisque solutæ  
 Mira Dionæ sumit velamina telæ.  
 Floribus extruitur currus: juga floribus halant.  
 Florea purpureas adnectunt fræna columbas.

INTERPRETATIO.

quæ sint opposita Getis crudelibus, quæ legio cohibeat Saxonas aut Scotos, quantæ turma circumdederint Oceanum, quantus copiis Rhenus comprimatur? Domus Celerinæ pudica est, hic fides pura, labor diligens. Stilicho delegit hanc domum. Nihil potest ulterius adjungi his elogiis, aut huic delectui. O Venus ejusmodi Virgine nubente, an non crimen est tibi vacare; deduce statim omnes, age, deduce, Ego ex-  
 peto excutere fæta flaccescentia, & ge-  
 stare tadas nuptiales, & consumere noctem in ludendo. Hæc pariter tibi non offert mihi mediocrem utilitatem, quia responsura est choris. Hymenæus vix dixerat hæc; sed illa Venus lavatur aquis frigidis, & reponit crines in statione, pulchritudinem in cultu solito, & capit vestes admirabiles tela Dionæ exempta ex prælis. Currus Veneris sternitur floribus: sedes currus odorata est ob flores: habena florida confringunt columbas pulchras.

ANNOTATIONES.

93. Elegit.] Stilicho evexit hanc familiam, seu elegit hanc domum, unde nuptias Celerinæ cum Palladio conciliaret. Claverius putat Celerinam à Stilichone adoptatam; sed Barthius minus credibile putat.  
 95. Omnes.] Duc sponsum, sponsam, eòsq; omnes qui nuptias celebrant.  
 101. Prælis.] Prælia vestitaria erant in usu, his ut vestes subditæ coërcerentur, & nitorem formæque servarent.  
 102. Dionæ.] Telæ maternæ, quam ipsa Dione Mater Veneris ipsi neverat. Et hæc omnia ad magnificentiam ostendendam, Venerem vocat & Virgilius: Matrem Dionæam, sacra Dionæ Matri, divisque ferebam.  
 103. Extruitur.] Currus sternitur flo-  
 ribus; & floridus est totus Veneris apparatus, atque comitatus.  
 Juga.] Juga sunt sedes, in quâ sedet auriga.  
 104. Purpureas columbas.] Columbæ quædam sunt violacei coloris: vel per purpureas intelligit pulchras, sic Horatius dicit Olores purpureos: Columbæ autem dicuntur trahere currum Veneris, quia hæc aves deditæ sunt amoris. Unde Opiamus:  
 Εὐτε γὰρ εἰς Φιλότητα θοαὶ τρήρορες ἰσὺν  
 Μελιμβόαι σομάτιας βαρυφθόρον  
 ἀλόγοισι.  
 Quando enim in amorem celores Columba coerint,  
 Mixta rostris gemebundis conjugis.



- 105 Undique concurrunt volucres, quæcunque fremente  
 Permulcent Athesin cantu, quas Larius audit,  
 Quas Benacus alit, quas excipit amne quieto  
 Mincius. ereptis obmutuit unda querelis.  
 Eridani ripas, & rauca stagna Padusæ
- 110 Diffugiens nudavit olor. lætantur Amores,  
 Frænatique truces avibus per nubila vecti  
 Ostentant se quisque Deæ, magnoque tumultu  
 Confligunt; pronique manus in verbera tendunt,  
 Atque impune cadunt. lapsus meliore volatu
- 115 Consequitur, vincitque suos auriga jugales.  
 Ut thalami tetigere fores, tum verè rubentes  
 Desuper invertunt calathos, largosque rosarum  
 Imbres, & violas plenis spargere pharetris  
 Collectas Veneris prato, quibus ipse pepercit
- 120 Sirius, & teneras clementi sidere fovit.  
 Gemmaris alii per totum balsama tectum

## INTERPRETATIO.

*Aves undaquaue confluunt, quacunque exhilarant Athesin cantilenis resonantibus, quas Larius audit, quas Benacus nutrit, quas Mincius suscipit ad fluvium placidum. Aqua reticuit, murmure posito. Cycnus evolans reliquit litora Padi, & paludes Padusæ sonora. Amores gaudent, & volucris confictu, immites, invecti per aërem, quisque se venditat Deæ Veneri, & concurrunt cum fremitu ingenti: ac demissi porrigunt manus ad flagella, & labuntur sine damno; lapsus sequitur, volatu feliciore, & auriga superat suas bigas. Postquam Amores attrigerunt januam cubiculi nuptialis, tunc invergunt desuper canistros purpurascens floribus veris, & pluvias copiosas rosarum, & effuderunt ex pharetris rosetis violas accumulatas in pratis Veneris, quibus Canicula ipsa indulgit, & aluit tenellas astro benigniore. Alii sparserunt ex cadis gemmaris balsama*

## ANNOTATIONES.

- Athesis, Larius, Benacus, Mincius.* ] Sunt totidem flumina aut lacus Gallia: Cisalpinæ, seu Italicæ, de quibus supra.
109. *Padusæ.* ] Ex Pado Angusta fossa Ravennam trahitur, ubi Padusæ vocatur, quondam Messanicus appellatus, Plinius.
110. *Nudavit.* ] Reliquit, destituit. Alii legunt viduavit.
- Olor.* ] Olores etiam Veneri sunt sacri, sicut & passeris & columbæ, ob hatum avium naturam salacem: unde & his in curru utitur. Horatius de Venere, quæ Paphon junctis vitit Oloribus.
111. *Truces.* ] Amotes sunt veluti ituces ad rapiendas frænantiaque aves, rem ut celerius exequantur.
113. *Confligunt.* ] Pugna ludicra decer-
- tant, dum quisque certatim propius adesse Deæ properat, facilius ut ipsi veliscetur.
115. *Impune cadunt.* ] Nam alii excipiuntur Amores; unde & cadunt felicius ac sine noxâ: quin & aurigæ alati cum sint, volatu superant columbas aut alias aves jugales, seu junctas in curru.
120. *Sirius.* ] Canicula, signum celeste, de quo supra.
121. *Balsama.* ] In nuptiis Romanorum fundi assueta: exquisitum autem Balsamum nascitur in Ægypto, & in Campo Hierichuntis, ubi ex Strabone est βαλάνου ὁ ἁγῖος ὁρὸν balsami. Balsamum autem ἐστὶ τὸ φυτόν, διὰ τοῦτο, καὶ τὸ ἐν τῇ τῆς ἡμετέρας τῆς γῆς τῆς ἡμετέρας, ἡ ποικίλη, ἐστὶν ἡ πλῆθος

- Effundere cadis, doro quæ saucius ungue  
Niliacus pingui defudat vulnere cortex.  
Aggreditur Cytherea nurum, flentemque pudico  
125 Detraxit matris gremio. matura tumescit  
Virginitas, superatque nives ac lilia candor,  
Et patrum flavis testatur crinibus Istrum.  
Tum dextram complexa viri, dextramque puellæ  
Tradit, & his ultro sancit connubia dictis:  
130 Vivite concordēs, & nostrum discite munus.  
Oscula mille sonent. livescant brachia nexu,  
Labra ligent animas, neu tu virtute paternâ  
Confidas, juvenis. non est terrore domanda;  
Sed precibus pacanda tibi. concede marito  
135 Tu quoque, neu Scythicas infensis unguibus iras  
Exercere velis. vinci patiare rogamus.  
Sic uxor, sic mater eris. quid lumina tingis,  
Virgo? crede mihi, quem nunc horrescis, amabis.  
Dixit: & aligerâ geminos arcuque manūque  
140 Præstantes è plebe vocat. puer ilicet Æthion,

INTERPRETATIO.

*Per domum omnem. qua balsama caudent* *labia pudica jungant animas. Sed, ne*  
*Ægyptius sætus ungue rigido lacrymatur* *tu, & juvenis fretus sis virtute patris tui.*  
*plagâ crassiore. Venus accipit nurum Cele-* *Celerina non superanda est metu, sed per-*  
*stinam, & avulsit lugentem ex sinu casto* *mulcenda tibi precibus: at tu, ô puella,*  
*matris. Virginitas ejus matura turgat, &* *cede sponso tuo, nève sustineas excer-*  
*candor vincit nives & lilia, atque ostendit* *re, unguibus iratis, furorem, more*  
*capillis flaventibus Danubium esse pa-* *Scytharum. Oramus te ut sinas te supe-*  
*triam suam. Tum comprehendens dex-* *rari. Sic sis conjux, sic mater. Quare,*  
*tram sponsi Palladii, & dextram virginis,* *ô puella, hæmectas oculos tuos? crede*  
*tradit viro, & sponte firmat conjugium* *mihi, dilige, quem nunc times. Venus*  
*his verbis: Vivite ô sponsi unanimas, &* *hæc locuta est. & statim accersit ex*  
*ediscite dona nostra. Oscula mille reso-* *gente pennatâ Amorum duos excellen-*  
*ment: brachia liveant castis amplexibus;* *tes arcu, & manu. Protinus Æthion puer,*

ANNOTATIONES.

*aromatica, fruticosa, cyrtosifimilis & sere-* *135. Unguibus.] Qui sunt arma puel-*  
*bintho: cujus corticem scindentes, suc-* *larum:*  
*cum in vasis suscipiunt, tenaci lacti persi-* *Sætis in juvenes unguibus acrium,*  
*milem: susceptus autem in conchis coagu-* *Horatius.*  
*latur. Sic vertit Casaubonus,* *137. Mater.] Fœmina nubit, ut mater*  
*125. Matura.] Noscitur ex sinu Vir-* *fiat: S. Augustinus. Unde cum quidam*  
*ginum jam tumente, eas esse nobiles,* *cenferet sapienti non ducendam esse*  
*earum virginitatem jam esse maturam* *uxorem Antisthenes dixit ducendam esse,*  
*aptamque conjugio.* *at non voluptatis, sed liberorum gratiâ,*  
*128. Dextram complexa.] More pro-* *idque & naturæ & patriæ debet.*  
*nubarum.* *140. Æthion, Pyrois.] Nomina desumpta*  
*130. Concordes.] Dea Concordia nuptia-* *à Græcis. αἰθω, ardeo: πυρὸς inflam-*  
*rum, matrimoniorumque præses,* *matns, ἀπὸ τοῦ πυρὸς ab igne.*

Et Pyrois rutilas resperfi murice plumas  
 Profiliunt, puróque imbutis melle sagittis;  
 Hic nuptam petit, ille virum. sonuère reducta  
 Cornua. certa Notos pariter sulcavit arundo,  
 145 Et pariter fixis hæserunt tela medullis.

## INTERPRETATIO.

*Pyrois habentes pennas micantes, & tinctas purpurâ, exiliunt, & telis sparsis melle syncero, hic figit sponsam, ille sponsum. Cornua arcûs adducta resonuerunt:* *sagitta certa permeavit auras aequaliter, & aequaliter quoque tela affixa sunt in corde imo.*

## ANNOTATIONES.

141. *Resperfi Murice.*] Id est habentes alas purpureas, rubras. enim est suavitatis & tranquillitatis symbolum.  
 142. *Puro Melle.*] Quod indicat conjugium fore deliciis plenissimum. Mel  
 145. *Pariter hæserunt.*] Ita ut multum esset amoris inter Palladium & Celerinam.





# CL. CLAUDIANI

DE

## \* RAPTU PROSERPINÆ

LIBER I.

### ARGUMENTUM PRÆFATIONIS.

UT primus Nauta primò fluvios, deinde altum mare intravit:  
sic Claudianus primò parva Poëmata, deinde Carmen Heroicum aggreditur.

### PRÆFATIO.

INVENTA secuit qui primus nave profundum,  
Et rudibus remis sollicitavit aquas:  
Qui dubiis ausus committere flatibus alnum,  
Quas natura negat, præbuit arte vias.  
Tranquillis primum trepidus se credidit undis;

### INTERPRETATIO.

Qui primus sulcavit mare cum navi | alno, ventis incertis; aperuit industriâ  
excogitatâ, & movit aquas remis im- | suâ iter, quod natura non dat: ille pri-  
politis: qui ausus credere ratem factam ex | mō timens, commisit sese aquis placidis.

### ANNOTATIONES.

- |  |   |
|--|---|
| <p>* RAPTU.] Heinſius putat hos libros à Claudiano inſcriptos eſſe <i>Raptum Proſerpina</i>, non <i>de Raptu</i>.</p> <p>1. <i>Inventâ ſecuit primus.</i>] Phœnices primi navigarunt, vel Ægyptii, vel Jafon: alii alia ſentiunt, nec facile eſt hæc de ſe ſtatuerè. Probabilius tamen eſt Noëmi nepotibus hoc inventum eſſe tribuendum.</p> | <p>2. <i>Rudibus.</i>] Remis impolitæ, inſcitæ, &amp; informi ligno factis.</p> <p>3. <i>Dubiis.</i>] Ventis inconstantibus. &amp; dubio eventu flantibus, vitâmq; in dubio ponentibus.</p> <p>4. <i>Natura negat.</i>] Videtur enim eſſe præter naturam, hominem terreſtre animal ingredi aquas.</p> |
|--|---|

Litora securo tramite summa legens :  
 Mox longos tentare sinus , & linquere terras ,  
 Et leni cœpit pandere vela Noto.  
 Ast ubi paullarim præceps audacia crevit ,  
 10 Cordâque languentem dedidicere metum :  
 Jam vagus exultat pelago , cœlûmque secutus  
 Ægeas hyemes Ionîâque domat.

## INTERPRETATIO.

*radens litora extrema , viâ tutâ : at statim postea inceptis experiri sinus maris immensos , & relinquere terras , & exponere vela Austro missi. Sed posteaquam fiducia incauta paulatim aucta est , & animus*

*nautæ deposuit timorem ignavum : jam ille nauta erabundus exiit in mare , & observans astra , superat fluctus maris Ægai & Ionii.*

## ANNOTATIONES.

6. *Litora summa.* ] Maris & Terræ radens confinia.

7. *Sinus.* ] Vocant *brachium maris* : sinus autem est mare inter duas terras, ut sinus Arabicus.

8. *Noto.* ] Seu Austro , vento meridiano , sed ponitur pro quolibet vento , species scilicet pro genere , Synecdochicis.

9. *Præceps.* ] Audacia incauta , temeraria , quæ nihil non aggreditur , *audax omnia perpeti*, Horatius.

10. *Languentem.* ] Metum qui hominem languentem & inertem facit. Sic dicitur , pallida mors , quæ pallidos homines efficit : causâ pro effectu , Metonymicis.

*Dedidicere* ] Eum nempe metum , quem à natura homines didicerant.

11. *Exultat.* ] Parrhasius legit , *irrupit* , id est contra naturæ fœdus invasit , pe-

netravit.

12. *Ægeas.* ] Ægeum mare dicitur vel à Neptuno Ægeo , vel ab Ægis Achææ vel Bœotiz urbe , vel ab Ægeo Theſci Patre ibi submerso : vel ab Ægæâ Amazonum Reginâ ibi submersâ , vel *ἀπὸ αἰγῆς à caprâ* , quod fluctus hujusce maris , ob insularum repercussum , caprarum instar subsultent. Et hanc ob rem periculosum est illud mare , & naufragiis infame , sicut & Ionium.

*Hyemes.* ] Fluctus , procellas hujus tumultuosi maris.

*Ionium.* ] Mare Ionium dicitur ab Io Inachi filiâ , quæ cœstro Junonio percita illud mare tranavit , Ægyptumque pervasit. Ab Italiâ & Epiro usque ad Cretam protenditur. Unde Virgilius :

— Ionio immenso.

*Domat.* ] Maris tergum adscendit , & velut equum indomitum leges pati cogit.

## ARGUMENTVM LIBRI I.

CLAUDIANUS proponit egressum Plutonis ex Inferis : ad Cid cognoscendum invocat Deos Inferos. Rem sic narrat. Pluto bellum pararet superis ob uxorem ; armaret gigantes : at Parcæ ventant. Lachesi suadente placatus dat mandata Mercurio , silent Inferi : queritur apud Jovem de cœlibatu , minaturque : Juppiter commotus cogitat de Proserpinâ , quæ Cereri carissima ; quæ à multis Diis ambita : quæ dum in Siciliâ prope Ætnam abscondita est , Ceres

Ceres petit Idam & Templum Cybeles matris. At Venus à Jove impulsâ in Siciliam venit: Tum Proserpina texebat vestes, & in his pingebat mundi creationem, Zonas, Cælum, palatium Plutonis: at statim per noctem Pluto horridis equis invecus erumpit ex Inferis.

## CARMEN XXXIII.

**I**NFERNI raptoris equos, afflataque curru  
Sidera Tænario, caligantēque profundæ  
Junonis thalamos audaci prodere cantu  
Mens congesta jubet. gressus removete, profani.

## INTERPRETATIO.

*A*Nimus meus in se relictus impellit me canere versu audaci equos raptoris Taniarei Plutonis, & canere astra obscurata afflatu currus Stygii, & nigrum lectum nuptialem Junonis Inferna. Avertite pedem, ô irreverenti.

## ANNOTATIONES.

1. *Raptoris.*] Raptor est qui rapit virgines, pueros, & rem omnem alienam. Sed & apud Plautum, is qui vi apertâ subigit, dicitur *raptor hostium*.

*Equos.*] Hi sunt Orphæus, Æthon, Nycteus, & Alastor, de quibus in fine hujus libri.

*Afflataque cursu sidera.*] Intellige Cœlum obscuratum & afflatum esse pestifero halitu equorum, qui sunt in curru, Virgilius:

*Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.*

*Non audit currus,* hoc est non audiunt equi qui sunt in curru. Continens pro contento Metonymicâ. Dicimus autem quidpiam afflatum fidere, igne, incendio, fulmine, sole, peste, &c. Sed & acumen hîc subest: nam cum sidera dicuntur afflare, arborem putâ; quæ noxiâ Astrorum malignitate exarescit, ipsa tamen sidera hîc afflata sunt & inquinata aurâ pestilentiore currus Plutoni.

2. *Tænario.*] Tænarus, & Tænara, orum, unde Tænarius, Promontorium est in extremâ Laconiâ, per quod, secundum Poëtâs, patebat aditus ad inferos. Hâc descendit Orpheus ad caram Eurydicen.

*Profunda Junonis.*] Profunda Juno est Proserpina, quæ dicitur Juno Inferna Virgilio.

3. *Thalamos.*] Thalamus propriè est commune cubiculum utrique conjugii, sed sæpe ponitur pro nuptiis aut conjugio; ut & apud Virgilium:

*Non licuit thalami expertem sine crimine vitam*

*Ducere.* --- Id est, vitam cœlibem, & sine conjugio.

4. *Mens congesta.*] Desumpta sententia ex Phædone Platonis, οὐκ ἀνδραγαθὸν ἔστιν αὐτὸν εἰς αὐτὸν, congesta & congregata anima in se ipsâ: cum scilicet post dissipationem spirituum, animam ad seipsum advocamus, secum esse cogimus: Cicero. Quod cum non infrequenter accidit, tum maximè in re Poëtica, dum animus primò velut congestus ac defixus in opere meditato, mox totis viribus incitatus erumpit ad fundenda carmina; quæ quidem res totum requirit hominem, eumque animi congesti, ac relictæ. Scaliger pater legit, *mens concussa*, id est, percussa afflatu divino. Virgilius dixit, *fecundum concute pectus*.

*Profani.*] Illi sic appellantur, qui non sunt initiati, seu imbuti sacris, & ab his idèò remonentur: quæ tanta fuit olim religio, & præcipuè in sacris Ceteris, ut præco abesse profanos juberet. Unde Varro, *In sacris Eleusinis impij & profani jubeantur facessere*. Et Poëtæ quoque, dum Apollini & Musis sacra faciunt;

VVU

- 5 Jam furor humanos nostro de pectore sensus  
Expulit, & totum spirant præcordia Phœbum.  
Jam mihi cernuntur trepidis delubra moveri  
Sedibus, & claram dispergere culmina lucem,  
Adventum testata Dei, jam magnus ab imis  
10 Auditur fremitus terris, templumque remugit  
Cecropium, sanctasque faces attollit Eleusin.  
Angues Triptolemi stridunt, & squamea curvis  
Colla levant attrita jugis, lapsuque sereno  
Erecti roseas tendunt ad carmina cristas.

## INTERPRETATIO.

Jam furor poeticus pepulit ex animo nostro cogitationes hominum mortalium, & mecum pectus totum plenum est Apolline. Jam ego video templa concui, fundamentis tremantibus, & eorum fastigia fundere lumen nitidum, in testimonium Dei advenientis: jam audio ingens murmur

exiens ex profundis cavernis terra: templum Atheniensium resonat, & urbs Eleusis extollit radas Ceresi sacras. Serpentes sibilant, & attollunt colla testas squammis, attrita jugis curvatis: ac leni reptatu excitati, applicant cristas rubentes ad cantum audiendum.

## ANNOTATIONES.

removet profanos, hoc est, rudes & imperitos. Horatius: *Odi profanum vulgus & arceo.*

5. *Furor.* Poeticus scilicet ac divinus, ἐκδουσιασμός, Græci vocant, quo semel afflata gens Poëtarum, miracanit. Plato, ποιεῖν τὰ φύσιν ποίη καὶ ἐκδουσιασμός, ὅσπερ οἱ θεομαδίται καὶ οἱ χρησμωδοί, λέγουσι μὴ πολλὰ καὶ χαλὰ. Poëta vi quadam natura, divino furore acti, quasi celesti instinctu vaticinantes, & edentes oracula, dicunt multa quidem & præclara.

9. *Adventum testata Dei, &c.* Terræ templorumve motus, murmur, lumen, faces, signa erant deorum adventantium.

11. *Cecropidum sanctasque faces extollit Eleusis.* Atheniensium, qui à Rege Cecrope *Cecropida* dicti sunt: horum parva urbs Eleusis in Atticâ, eaque famosa Ceresi, hinc dictæ *Eleusina* sacris, in quibus faces adhiberi solitæ. Etenim ex Lactantio, quia facibus ex Ætnæ vertice accensis Proserpinam Ceres quævisse in Siciliâ dicitur, idcirco sacra ejus ardentium tædarum jactatione celebrantur. Unde & Ceres cum accensâ face pingebatur.

12. *Angues Triptolemi.* Triptolemi origo, ut sunt res Fabulis involutæ, satis

dubia est: Plerique cum Celei Regis Eleusini filium fuisse aiunt, Cereremque, cum raptam Proserpinam quæreret, & à Celæo benignius accepta fuisset, eum ideo per diem divino lacte aluisse, per noctem igne texisse ac fovisse: at ipse Triptolemus factus grandior, jubente Cere, anguibus portatus alitibus, indigentibus terris frumenta volando contulit. S. Augustinus. Id explicat Ludovicus vives de nave, cujus serpens erat insigne, & quâ vectus Triptolemus magnam frumenti copiam in patriam attulit.

14. *Roseas.* Id est, rubentes, instar rosarum, quod ideo contingebat, quod placidi essent dracones, & ad lenitatem compositi.

*Tendunt.* Id est attollunt caput cristatum, poniturque pars pro toto.

*Cristas.* Quidam dubitant utrum angues cristati sint: asserunt Poëtarum, imò & Oratores, ut lib. 4. ad Herenn. *Iste quotidie per forum medium tanquam jubatus draco serpit, &c.*

*Ad carmina.* Grata est hæc vicissitudo serpentum, qui cum aures obstruere soleant, ne cavando rumpantur, hæc tamen accedunt audituri cantum.

15. Ecce procul ternas Hecate variata figuras  
Exoritur, lenisque simul procedit Iacchus  
Crinali florens edera, quem Parthica velat  
Tigris, & auratos in modum colligit ungues.  
Ebria Maonius firmat vestigia thyrsus.
- 20 Dii, quibus in numerum vacui famulantur Avern

## INTERPRETATIO.

Ecce longè exoritur Hecate solita trans-  
formari in tres varios vultus, & si-  
mul Bacchus mistior progreditur; cujus  
crines coronantur hederâ florenti; qui  
cingitur pelle Tigridis Parthica, habentis ungues inauratos, & collectos in nodum; qui denique Bacchus sustinet hamulâ Maoniâ pedes titubantes, quia est ebrius. O Dii, quibus certo ordine obediunt umbra Inferorum inanum,

## ANNOTATIONES.

15. Ternas Hecate. ] Nota omnibus Hecates Tergetinæ figura, sive ob triplicem Lunæ figuram, Luna quippe, Diana, Hecate seu Proserpina, sunt numen idem, potestates diversæ: sive quia Hecate triformis pingebatur, & trium animalium nominibus vocari gaudebat, Tauri, Canis, & Leæon. Turnebus.

19. Lenus. ] Aliudirad Lenæum seu Bacchum, sic dictum àνὸ λυγρῆ, à torculari, quo premuntur uvæ ad vinum exprimendum.

Procedit Iacchus. ] Ἰαχχός, ἀπὸ τοῦ ἰαχέω, cantare, vociferari, quod qui Baccho sacra facerent, omnia cantu & clamoribus implerent. Sed cur Bacchus in Proserpinæ nuptiis? Primò quia ad lætitiâ Bacchus Ceresque junguntur. Secundò quia Bacchus à Proserpinâ educatus, cum illâ per triennium habitavit: quod à quibusdam tributum est his temporibus, quibus terra; occulta vini semina hominibus invidit.

17. Hederâ. ] Hæc Baccho sacra est, quod perpetuò vireat, quodque credatur retundere fumidos vini vapores.

Parthica Tigris. ] Id est pellis Tigridis, vocant Nebridem, quâ cingitur Bacchus, qui etiam habet in curru Tigris. Dicitur autem Tigris Parthica, quia ferociore hæ sunt, quas alit Hyrcania Parthis vicina.

18. Auratos ungues. ] Id est, inauratos, vel flavos, & auri speciem habentes.

19. Ebria fulcit vestigia. ] Hoc est, ipse ebrius fulcit ac sustinet pedes, qui malè

imprimunt vestigia.

Maonius. ] Id est ex Lydiâ seu Maoniâ, in quâ Bacchus summâ cum religione colebatur.

Thyrsus. ] Thyrsus est hasta vel pampinis vel hederis involuta, qualem Bacchus gerebat, qui etiam inde Thyrsiger appellatus est.

20. In numerum. ] Nonnulli contendunt adverbium hoc esse, & ideo scribunt, innumerum, id est, infinitè: citantque Textulliani locum, innumerum numero, id est uxores multas, ac propè innumerabiles ducere: at verò putem, in numerum, hoc in versu idem esse ac certo quodam ordine; ut apud Virgilium:

———— Digerit in numerum;  
sunt enim certæ quædam umbrarum classes, ut infantium, amantium, heroum, &c.

Vacui. ] Poëtæ vocant inferos inanes & vacuos; quia ibi sunt tantum umbræ, vacui sunt corporibus. Quid quidd inferi cùm omnia consumant, nihil in iis est, quod consumi possit: at proinde omnia vacua.

Avern. ] Avernus, & in plurali, Averno, Lacus est Campaniæ prope Baias, dictus Ἐσπρος, sine avibus: quod aves supra volantes absumat. Ponitur pro Inferis, aut ostio Inferorum: quod, illic sive ob foetorem, sive ob sulphureos vapores, omnia mors raperet. At observabis Augustum post sylvas disiectas ex Avernus, loca reddidisse æterniora,

V V u ij



- Vulgus iners, opibus quorum donatur avaris  
 Quidquid in orbe perit, quos Styx liventibus ambit  
 Interfusa vadis, & quos fumantia torquens  
 Æquora vorticibus Phlegethon perlustrat anhelis:  
 25 Vos mihi sacrarum penetralia pandite rerum,  
 Et vestri secreta poli, quâ lampade Ditem  
 Flexit amor, quo ducta ferox Proserpina raptâ  
 Possedit dotale Chaos; quantâsque per oras  
 Sollicito genitrix erraverit anxia cursu.  
 30 Unde datæ populis leges, & glande relictâ

## INTERPRETATIO.

quæ sunt multitudo pigra, quorum Deorum regno insatiabilis datur quicquid moritur in mundo, quos Styx interficiens circumit aquis nigris, & quos Phlegethon volvens mare igneum, ambit vorticibus undarum æstuantium; vos, ô Dii, aperite mihi mysteria rerum sacrarum, & arcana

vestri cæli: dicite, quâ face Cupido inflammavit cor Plutonis, & quo curru ducta ferox Proserpina, habuerit in compensationem dotis regnum Inferorâ: dicite per quas regiones cucurrit mater ejus Ceres sollicita de filiâ sua Proserpinâ? Dicite unde fruges concessæ sunt hominibus, & unde quercus

## ANNOTATIONES.

21. *Vulgus iners.*] Id est, multitudo mortuorum: iners quippe ponitur pro mortuo, qui nihil agit, Virgilius:

— Sternuntur inertia passim

Corpora.

*Opibus avaris.*] Hoc est, quicquid perit adjuungitur opibus Deorum Inferorum, qui avari sunt, & insatiabiles, qui omnia sorbent, atque consumunt, Virgilius: — *Strepitumque Acherontis avari.* qui omnia rapit ac devorat, nihilque rejectat.

22. *Styx.*] Sic dicitur ἀπὸ τοῦ συζῆν, horrere, odisse, quasi sit fluvius odii atque horroris: cæterum Styx fons est Arca diæ veneno frigidissimo, ac præsentissimo scatens, & ideo tribuitur Inferis. Hoc veneno sublatu Alexander.

*Liventibus.*] Id est, Lividum nigrumque venenum volventibus.

23. *Phlegethon.*] ἀπὸ τοῦ φλέγειν, ardere, quasi sit ille fluvius ignis.

*Vorticibus anhelis.*] Id est, turbinibus aquarum sonantium, & velut ægro anhelitu, propter nimiam copiam per intervalla magis ac magis æstuantium, id quod accidit in fornacibus.

25. *Penetralia.*] Intellige mysteria, quæ sunt in intimis penitissimisque latebris Inferorum: vel interiorum domum, ubi sunt latèntque illa mysteria.

26. *Poli.*] Polus hic dicitur de Inferis, quippe hic ex Virgilio:

Solemque suum, sua sidera norunt.

*Quâ lampade.*] Quâ ratione post tot sæcula factus sit amans Pluto? Arma Cupidinis sunt tela & faces.

*Ditem.*] Plutonem, ἀπὸ τοῦ αἰτέου, nempe Ditem à divitiis dixerunt, quod divitias omnes terrâ abstrusas possideret, & res omnes quæ pereunt, inexplibili cupiditate absorberet.

28. *Possedit dotale chaos.*] Hoc est, facta sit Regina Inferorum, velut in compensationem allatæ dotis: Græci vocant, ἀντίδοτον, Gallicè (*la contredot*) id quod scilicet dat maritus uxori, loco dotis, propter nuptias; ut ait Justinianus l. vet. C. de Donat. ante nuptias.

*Chaos.*] Chaos erat rudis & indigesta moles rerum inter se pugnantium; sed post datum rebus ordinem, ex Ovidio, Chaos relegatum est ad Inferos, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

30. *Leges.*] Ceres leges dedit orbi, unde dicitur θεοποθέρος, θεοῦ πόρος, lex, πόρος, fero. Alii legunt, fruges, quas Ceres dedit mortalibus.

*Glande.*] Invenit Ceres frumenta, cum antea glande vescerentur homines, qui idè à Julio Polluce dicti sunt βαλάνοφαγοί, id est, qui glandes comedunt.

- Cesserit inventis Dodonia quercus aristis.  
 Dux Erebi quondam tumidas exarsit in iras  
 Prælia moturus superis, quodd solus egeret  
 Connubii, sterilisque diu consumeret annos,  
 35 Impatiens nescire torum, nullasque mariti.  
 Illecebras, nec dulce patris cognoscere nomen.  
 Jam quæcumque latent ferali monstra barathro  
 In turmas aciemque ruunt, contraque Tonantem  
 Conjurant Furæ: crinitaque fontibus hydris  
 40 Tisiphone, quatiens infausto lumine pinum,  
 Armatos ad castra vocat pallentia Manes.  
 Penè reluctatis iterum pugnantia rebus  
 Rupissent elementa fidem, penitusque revulso

## INTERPRETATIO.

*Dodona sylva spreta est cum suis glandibus, postquam spica frumenti inventa sunt. Olim Rex Inferorum Pluto inflammatus est rabie tumenti, indicturus bellum Diis, propterea quodd solus careret uxore, & consumeret tam longum tempus sine liberis; & cum non posset pati se ignorare diutius quanta esset dulcedo & illecebra in nomine mariti & patris.*

*Jam omnia monstra qua latent in fustibus latebris Inferorum, coeunt turmatim ad pugnandum: & Furia conspiciunt contra Jovem, & Tisiphone habens pro criminibus serpentes noxios, concutiens torvis oculis tædam pineam, congregat Manes armatos ad castra nigra. Elementa cerrantia, rursus inter se, mundo fere convulso, destruxissent fœdus, & juvenies*

## ANNOTATIONES.

31. *Dodonia.* ] Dodona civitas erat in Chaonia Epiri regione: prope hanc urbem erat nemus torum quercubus confitum, glandibus abundans, Jovi sacrum; inde dicta est quercus *Dodonia*, species pro genere Synedochicæ.

32. *Dux Erebi.* ] Ideo Dux, quia bellum meditatur, Erebus fluvius, vel Deus Inferorum, ponitur pro ipsis Inferis.

37. *Barathro.* ] *Βαράθρον* est locus aut hiatus terræ profundior, unde sumitur pro Inferis: apud Athenienses erat Barathrum, in quod præcipites agebantur ii, qui fuerant condemnati, & fortè ideo de Inferis dicitur.

38. *Tonantem.* ] Jovem, cujus est tonare, & torquere tonitrua.

39. *Crinitaque fontibus hydris Tisiphone.* ] *Τίσις*, ultio, & *φόβη*, aut *φόβος*, cades: hæc duo verba Tisiphonem faciunt, quæ Furia est ultionis & cædis avida: pro criminibus habet pendentes ex capite serpentes nocentes, quibus in homines coniectis eos enecat: sic ista for-

mosum Cithæronem suis amoribus non respondentem extinxisse fertur. Et ideo *fontes hydris* vocantur, quia occidunt. Per Furiarum serpentes intelliguntur pravi affectus, qui sunt totidem pestes, quæ hominum corda, serpentum instar, inficiunt.

40. *Pinum.* ] Causa scilicet pro effectu, id est, tædam factam ex pinu.

41. *Armatos.* ] Pallore quodam acterore, velut armis quibusdam instructos.

*Manes.* ] Deos Inferos ad pugnandum incendit.

42. *Reluctatis.* ] Passivè accipitur, quam venit à verbo, ut aiunt, deponente, ut apud Virgilium:

*Nunc oblata mihi tot carmina.*

43. *Rupissent elementa fidem.* ] Poetæ aiunt elementa primò gravi pugna inter se colluctata fuisse, deinde velut pacem ita composuisse, ut spectato admirabili eorum ordine, de servandâ deinceps concordia fidem dedisse videri possent: unde si Pluto bellum indixisset Diis, & Chaos

V Vu iij

- Carcere laxatis pubes Titania vinculis  
 45 Vidisset cœlestis jubar, rursusque cruentus  
 Ægeon positis arcto de corpore nodis  
 Obvia centeno vexasset fulmina motu.  
 Sed parca vetuēns minas, orbique timentes  
 Ante pedes soliumque ducis fudere severam.  
 50 Canitiem, genibusque suas cum supplice vulsa  
 Admovēre manus, quænam sub jure tenentur  
 Omnia, quæ seriem factorum pollice ducunt.

## I N T E R P R E T A T I O.

*Titania rumpens omnino carcerem, catenis dissolutis, aspexisset lacem Solis, & iterum Ægeon gygas sanguinarius, vinculis deposuit ex corpore constricto, exagitas-  
 set motu centum brachiorum Jovem fulminantem, oppositum sibi. At Parca avertens minationes Plutonis, & metuentes*

*mundi, advoluta, ante pedes & solium Regis, sparserunt capillos tetricos, & cum tristi facie admoventur suppliciter ejus genibus manus, sub quarum manuum potestate omnia reguntur, quæ manus digitis nont, & disponunt quendam ordinem rerum omnium, & quæ*

## A N N O T A T I O N E S.

ipsum armatum esset, tota natura contrēmisset, ipsaque elementa rupissent fidem datam de servandâ illâ vetere concordia.

*Revulso carcere.* ] Effracto Tartaro, qui velut carcer Titanas coercet, & impedit ne erumpant.

44. *Pubes Titania.* ] Pubes, id est, turba juvenum: Titanes secundum Diodorum, ex Cœlo, & Titeâ nati sunt, & à communi matre Titanes appellati: hi Saturnum bello infestant, & idēd filius ejus Juppiter, illatam Patri injuriam ulturus, hos domuit, & catenis onustos in Tartarum conjecit.

45. *Cœlestis jubar.* ] Id est, Solem, qui oculus est, & — *Lux immensis publica mundi,* ex Ovidio.

46. *Ægeon.* ] Dicitur aliter Briareus, vel Ponti, vel Terræ Cœlique filius, qui eum Titanibus Jovi bellum intulit.

*Centeno motu.* ] Id est, motu centum brachiorum, quippe Ægeon, teste Hesiodo, ἑκατόν χεῖρας, & πενήκοντα γαστέρας, habet centum manus, & quinquaginta ventres.

47. *Sed Parca.* ] Monstra inferorum, inquit, precata erant pugnare, sed Parca, seu Fata, quorum interest res salvas esse, impedivēte quominus feralis exercitus educeretur: Parca autem & Fata sunt.

unum & idem. Virgilius:

— *Sic volvere Parcas.*

id est, sic esse in fati. Tres porro Parca sunt; vel Ponti filia creditur, ob immanitatem; vel nocte Ereboque genita, propter obscuritatem. Parca dicta sunt, quia avaræ; & cum vitæ finis propinquat, filum secant, nec quicquam ultra concedunt.

48. *Orbique timentes.* ] Timeo; metuo, & similia verba, dativo conjuncta ostendunt benevolum animum: metuimus hostes, at metuimus amicis.

49. *Ante pedes.* ] Procidere ante pedes, volvi ad genua, fundere crines, &c. is erat habitus supplicantium.

*Fudere canitiem, genibusque suas admovēre manus.* ] Genua misericordiae consecrata fuisse ait Servius: & Plinius, *Homini genibus quadam & religio inest observatione gentium: hac suplices attingunt, ad hac manus tendunt, hac ut aræ adorant.*

51. *Quarum sub jure tenentur omnia.* ] In Parcarum seu Factorum potestate sunt omnia, vel etiam ipse Juppiter. Ut enim ait de Jove Lucanus:

*Me quoque fata regunt.*

52. *Ducunt Pollice seriem factorum.* ] Digitis fila subacta trahunt, & nent naturalem quendam ordinem omnium rerum.

# DE RAPTU PROSERP. CARM. XXXIII.

347

- Longaque ferratis evolvunt secula pensis.  
 Prima fero Lachesis clamabat talia Regi,  
 55 Incultas dispersa comas: O maxime noctis  
 Arbitrator, umbrarumque potens, cui nostra laborant  
 Stamina; qui finem cunctis & semina praebeas,  
 Nascendique vices alterna morte rependis:  
 Qui vitam letumque regis, nam quidquid ubique  
 60 Gignit materies, hoc te donante creatur,  
 Debeturque tibi, certisque ambagibus ævi  
 Rursus corporeos animæ mutantur in artus.  
 Ne pete firmatas pacis dissolvere leges,  
 Quas dedimus, nevitque colas: neu fœdera fratrum

## INTERPRETATIO.

explicant secula longa, pensa exoquentes colo ferrea, Lachesis prima clamabat hac verba Regi crudeli, habens crines incultos & dispersos, O Pluto, potens domine noctis, & tenebrarum; pro quo nostra colas plena flamine operatur; qui das finem & principium rebus omnibus, qui reddis vicissitudinem nascendi per corruptionem

rei altarius, qui es dominus vite & mortis; nam ubique quidquid gignitur ex materia, id fit tuo beneficio, & id tibi debetur; & post certos circuitus annorum, anima mittuntur iterum in membra corporum. Noli, ô Pluto, percurrere firmas pacis leges, quas statim nantes colo: neve turbes bello civili fœdera facta

## ANNOTATIONES.

ex æterno, aliis ad alia consequentibus, & non mutabili manente huiusmodi serie, ex Chrysippo.

53. *Secula.* Seculum est spatium vite longissimum, nonnulli ad centum & viginti annos, plures ad centum tantum extendunt; quidam ad triginta tantum annos, & est minus seculum.

*Pensis ferratis.* Pensa sunt lætæ manipuli, qui pendent ex colo, & ferrata dicuntur ob inevitabilem fatum necessitatem.

54. *Lachesis.* Tria Fata sunt, tres Parcae pro ratione trium temporum, præteriti, præsentis, & futuri. Atropos, quasi ἀτρεπτος, immutabilis, quia nevit fatum præteriti temporis, quod nullâ potest ratione mutari; quod enim factum est infectum esse nequit. Clotho, ἀπὸ τοῦ κλωθεῖν, torquere quippe filium torquet, in ipso fuso colligit, spectatque tempus præsens. Lachesis vero, ἀπὸ τοῦ λαβῆσαι, fortiri; hæc enim filium ducit, & cunctarum rerum finem fortitur, seu sorte ducit; spectatque tempus futurum.

56. *Arbitrator.* Est iudex electus, à quo

provocare non licet: hic sumitur pro domino, & Rege.

*Umbrarumque potens.* Potens cum genitivo, significat etiam dominum & Regem, Reginamque; ut apud Horatium: Sic te deum potens Cypri.

57. *Finem cunctis & semina praebeas.* Cicero Terrena vis omnis atque natura Divi patri dedicata est, qui Dis ut apud Græcos πλάτων, quia & recidunt omnia in terras, & oriuntur de terris.

58. *Nascendique vices.* Aperis iterum viam nascendi; si quidem in rebus naturalibus, cum unum perit, nascitur alterum, & sic corruptio unius est generatio alterius, idque fit alternatim.

60. *Creatur.* Id est, fit, producitur: creo enim sæpius in hac significatione usurpatur. Virgilius:

*Supposita de matre molbos furata creatis.*

62. *Rursus corporeos.* Et hæc est ἀναμύθησις Pythagorica, quæ post certas annorum conversiones, post certum tempus ex Virgilio:

*Rursus & incipimus in corpora velle reverti.*

- 65 Civili converte tubâ cur impia tollis  
Signa? quid incestis aperis Titanibus auras?  
Polce Jovem, dabitur conjux. vix illa: pepercit,  
Erubuitque preces, animûsque relanguit atrox,  
Quamvis indocilis flecti. cœu turbine rauco  
70 Cum gravis armatur Boreas, glaciêque nivali  
Hispidus & Geticâ concretus grandine pennas  
Bella cupit, pelagus, sylvas, campôsq; sonoro  
Flamine rapturus: si fortè adversus aënos  
Æolus objecit postes, vanescit inanis  
75 Impetus, & fractæ redeunt in claustra procellæ.  
Tum Maiâ genitum, qui fervida dicta reportet,  
Imperat acciri. Cyllenius adstitit ales,

## INTERPRETATIO.

inter vos tres fratres. Quare moves vexilla iniqua? Quare pandis cœlum Titanibus sacrilegis? Ora Jovem, & uxor concedetur tibi. Lachesis vix dixerat hæc verba, cum Pluto desit furere, & eum puduit ob tales preces Parcæ: ejus animus crudelis lenitus est, quamvis non possit facile leniri. Qualis est ventus Aquilo turbulentus, cum armat se flatu sibilanti; cum habens barbâ hispidam, ac ri-

gentem nive glaciâ; & habens quoque pennas induratas grandine collectâ in regione Getarum, ardet praliari, paratus trahere flatu resonanti mare, sylvas, & agros: si fortè Æolus opposuit ipsi januam ferream, ejus impetus sit vanus, & tempestas fracta retruditur in carcerem profundum. Tunc jubet venire Mercurium, Maiâ filium, ut renuntiet Jovi dicta ardētia. Mox Mercurius Cyllenius adfuit, habens alas.

## ANNOTATIONES.

65. Tubâ civili.] Id est, bello civili, signum pro te signatâ, Metonymicâs.

Impia.] Quia contra fratrem Deorûmque Regem, cui debetur pietas.

66. Incestis.] Incestus ex Servio est quæcumque pollutio, unde apud Virgilium: Totamque incestas funere classẽ.

id est polluit. Isidorus incestum vocat, quasi; incastum, sicque incesti Titanes, id est non casti, & impuri: sed & incestus est, qui flagitium in consanguineum aut in Sacerdotem admiserit, & sacra contaminarit Unde non mirum si Titanes dicti sunt incesti, cum bellum Diis intulerint, sacrasque eorum sedes, quæ totidem sunt templa, violarint. Ad id alludit Tibullus:

Num severincestus sedes adiisse Deorum,  
Seriâque de sanctis diripuisse focis?

68. Erubuit.] Eleganter regit accusatum, ut apud Virgilius:

Sed jura fidemque.

Supplicis erubuit. —

69. Indocilis flecti.] Inexorabilis, non tractabilis.

Turbine.] Turbo est rapida vis venti cum ingenti fragore, obvia quæque deturbantis.

71. Pennas.] Poëtæ ventis tribuunt pennas, ob celeritatem; sed & ventos ut homines turbulentos, buccis inflatis, & barbâ, aliisque partibus præditos depingunt.

74. Æolus.] Hellenis fuit filius; sed & alter fuit Æolus Hipпотæ filius, qui Liparen & Æolias insulas in orâ Siciliæ tenuit: qui cum prædiceret, quomodo per fretum difficillimum cursus tenendus esset & ex fumo Strongyles insulæ vulgò, Stromboli, ventos triduo post futuros esse denuntiaret; cum idẽ ἄριστεμον βασιλέα νινουίδη Φοῖβι Πρωτόκιοι, Ventorum Regem existimatum esse dicit Polybius: Strabo.

Somniferam

Somniferam quatiens virgam, tectusque galero.

Ipsè rudi fultus folio, nigrâque verendus

80 Majestate sedet. squalent immania sædo  
Sceptra situ; sublime caput mœstissima nubes

Asperat, & diræ riget inclementia formæ.

Terrorem dolor augebat. tunc talia celso

Ore tonat: tremefacta silent dicente tyranno

85 Aria; latratum triplicem compescuit ingens  
Janitor, & presso lacrymarum fonte resedit

## INTERPRETATIO.

quatiens caduceum somnos parientem. & tectus parvo pileo. At Pluto ipse sedet innixus folio imposito, terribilis majestate atrâ; magnum ejus sceptrum sordidum est turpi illuvie; nubes tristissima reddit altum ejus caput horridum, & totus ejus aspectus

plenus est crudeli rigore. Tristitia Plutonis ipsum efficiebat magis terribilem: tunc erumpit in talia verba ex alto loco: Rege loquente Regia trepida tacet: magnus Cerberus janitor retinuit tria ora resonantia triplici latratu; & Cocytus resinens fontem

## ANNOTATIONES.

78. *Virgam somniferam.*] Virga est Mercurii, seu caduceus, quem connexis utrinque serpentibus figurabant, quod Mercurius, cum Arcadium peteret, duos serpentes pugnantes virgâ interpositâ placaverit, quodque, ut est Deus eloquentiæ, immanissimos quosque conciliare posset: hinc *Caducifer*, pro Mercurio usurpatur. Notandum est quoque Caduceum ab exteris gentibus in signum pacis solere prætendi; quin & legati pacem petentes dicuntur *Caduceatores*, quibus nocere nefas; Cato *Caduceatori nemo homo nocet*.

79. *Nigra Mjestate.*] Nam Pluto Deus niger est, & nigris hostiis placandus.

81. *Sceptra.*] Sceptrum propriè Jovis est, & Regum, qui Jovis personam vicinque sustinent, dicitur *συνεχρον*, ἀπὸ τοῦ συνάπτειν & inniti, incumbere quod hoc Reges inniterentur, velut hastâ: imo sceptrum olim erat hasta.

*Sublime caput.*] Altitudo suggesti, Plutonisque ipsius proceritas his verbis exprimuntur.

82. *Asperat.*] Asperiores reddit atque atrociores.

*Riget.*] Seneca, *unltus est illi Jovis sed fulminantis*.

83. *Terrorem dolor augebat.*] Ira dolore mixta augebat terrorem: nullum nempe est animal tam horrendum, tam perniciosum naturâ, ut non appareat in illo

si ira invasit, novæ feritatis accessio.

*Celso ore tonat.*] Id est, celsus ipse & in alto loco eminens, tonat: seu immani & horribili voce clamat, quod irati signum est.

84. *Tremefacta silent.*] Deo loquente & irato totus orbis tremebat, Paganos id usurpasse à Judæis credi potest. Plal. 17. *καὶ ἐσαλεύθη, καὶ ἐντρομος ἐγένετο ἡ γῆ, καὶ τὰ θεμέλια τοῦ οὐρανοῦ ἐταράχθησαν, καὶ ἐσαλεύθησαν, ὅτι ἀέρεθαι αὐτοῖς ὁ Θεός.* Et commota est & contremuit terra, & fundamenta montium conturbata sunt, quoniam iratus est eis Deus.

*Tyranno.*] Olim pro Rege Tyrannus ponebatur, Virgilius: [tyranni.

*Pars mihi pacis erit dextram utrigisse* Nunc tyrannus dicitur tantum is qui est incubator imperii, & qui crudeliter, impotentérque dominatur: ut incubator *Aula Sicala Dionysius*, Macrobius.

85. *Ingens janitor.*] Cerberus qui est enormi corpore, & qui latratu regnâ trifauci personat, Virgilius.

86. *Presso lacrymarum fonte.*] Alludie ad Etymologiam Cocytii, qui dicitur ἀπὸ τοῦ κοκκύει, flere, quasi ille sit fluvius lacrymarum: Plato in Phædone *κοκκυῖος ὕδωρ ἀπὸ πένεσσι*, Cocytus aqua illatabilis; alii dicunt esse paludem à Styge manantem, in cujus ripis audiuntur bubonum, aliarumve sinistrarum avium tristes ulatus.

XXx

- Cocytos, tacitisque Acheron obmutuit undis,  
 Et Phlegethontæ requierunt murmura ripæ:  
 Atlantis Tegeæ nepos, commune profundis  
 90 Et superis numen, qui fas per limen utrumque  
 Solus habes, geminæque facis commercia mundo,  
 I, celeres proscinde Notos, & iussa superbo  
 Redde Jovi. Tantumne tibi, sevirissime fratrum,  
 In me juris erit? sic nobis noxia vires  
 95 Cum cælo Fortuna tulit? num robur & arma  
 Perdidimus, si rapta dies? an fortè jacentes  
 Ignavosque putas, quod non Cyclopia tela  
 Stringimus, aut vanas tonitru deludimus aures?

## INTERPRETATIO.

*lacrymarum quievis: Acheron sedans aquas tacuit, & murmur ripa Phlegethontis compressum est. O Mercuri, Atlantis Nepos, qui Deus es communis Diis superis & Diis Inferis, qui solus habes ius & potestatem intrandi in Cælum & Inferos, & qui foves societatem inter principes utriusque regni, i celeriter, aerem interfecans pennis, & dic Jovi superbo ea quæ nunc* *jubeo, sicque loquere: O crudelissime fratrum, an credis te habere tantum potestatis in me? An fatum nocens sic eripuit nobis vires cum cælo? Num amisimus robur & arma? Si lux adempta est nobis? an fortè credis ideo nos esse abjectos & inertes, quod non jaculamur fulmina fabricata à Cyclopiis; aut terrificamus aures hominum vapo murmure tonitruum?*

## ANNOTATIONES.

87. *Acheron.* ] Nomen est multorum fluviorum, qui varias regiones alluunt; sed omnium celebratissimus est Acheron, fluvius inferorum, qui sic dicitur ἀχέρων, fluere & ἀχέω, ἀχέω, quod est dolor & tadium, quasi ille sit fluvius doloris ac tædii: sed & Acheron, Styx, Cocytus, & Phlegethon, de quibus supra, à multis confunduntur.
89. *Atlantis Tegeæ nepos.* ] Quatuor fuisse Mercurios accepimus; sed omnes referuntur ad Mercurium, Jovis & Maiæ filium, quæ Maia erat filia Atlantis, & ideo Mercurius ejus nepos.
- Tegeæ.* ] Tegea est urbs Arcadiæ, unde Tegeaus, & Tegeaticus, hoc est natus in urbe Tegeâ, aut etiam in Arcadiâ, cum scilicet ponitur pars pro toto.
- Commune profundis & superis numen.* ] Mercurius namque est utrorumque nuncius, unde ipse in Luciano sic quaeritur apud Matrem, ἔστι γὰρ πῶς ὁ μήτερ, ἢ ἑσὶν ἄνδρ' ἀθλιώτερος ἐμῇ, quis enim est, inquit, o mater, in cælo Deus miserior me, &c.
93. *Tantumne juris.* ] Tantane animi licentiâ uteris, ut hoc etiam tibi permittas contra me; uxoremque neges.
97. *Cyclopia tela.* ] Id est, fulmen, quod Jovi fabricantur Cyclopes, sic appellati ἀπὸ τοῦ κύκλῳ, quod unus singulis esset oculus, & is in mediâ fronte, circumdatæ rotunditatis: illi porro fuere, vel Cæli & Terræ filii, secundum Hesiodum, vel Neptuni & Amphitrites, secundum Euripidem, utrumque Vulcani administrati ad fabricanda Jovi fulmina.
97. *Tela stringimus.* ] Id est, vibramus: stringitur se lucubrationis sua telum minabatur. Suetonius in Caligula, Aut vanas tonitru deludimus aures. ] Convitium à Virgilio mutuatur. An te genitor cum fulmina torques. Nequiequam horremus, cæcæque in nubibus ignes Terrificant animos, & inania murmura miscepi?

Nonne satis visum, quod grati luminis expers

100 Tertia supremæ patior dispendia fortis

Informesque plagas; cum te latissimus ornet

Signifer, & vario cingant splendore Triones?

Sed thalamis etiam prohibes? Nerōia glauco

Neptunum gremio complectitur Amphitrite.

105 Te consanguineo recipit post fulmina fessum

Juno sinu. quid enim narrem Latonia furta?

Quid Cererem; magnamque Themis? tibi tanta creandi

Copia. te felix natorum turba coronat.

#### INTERPRETATIO.

*An non putas satis esse, quod ego privatus luce jucundā tolero damna tertia ultima hereditatis quodque tolero regiones fœdissimas, cum Zodiacus signifer jucundissimus decoret tuum regnum, & cum Itellæ Septentrionis ambiant te fulgore diverso. Sed arces me quoque à matrimonio? Amphitrite filia Nerei amplexatur Neptunum sinu caruleo: Juno accipit te in sinu sororio, ô Juppiter, te fessum vibrare fulmina. Et quid enim referam amores tuos furivos cum Latonâ, cum Cerere, cum magnâ Themide: tu habes multas uxores: caterua fortunata filiorum circumcingit te.*

#### ANNOTATIONES.

100. *Sortis.* ] Prima fors est prima pars hereditatis, quæ Jovi contigit, Cœlum scilicet: secunda Neptuno, nempe mare: tertia Plutoni, quæ est regio Inferorum.

101. *Informesque plagas.* ] Ibi enim est Chaos informe, atque fœdum.

*Latissimus signifer.* ] Zodiacus, qui ob signa radiantia, est jucundissimus aspectu, & ideo latissimus, sic *latus segetes* Virgilius appellavit: dicitur autem Zodiacus, ἀπὸ τοῦ ζῶον, ab animalibus, quod omnia ejus signa, præter libram, nomen gerant alicujus animalis.

102. *Cingant.* ] Appositè, hic enim una est ex Zonis; Zona autem & cingulum sunt unum & idem, ζώνη, cingo. ζώνη, cingulum, zona.

*Triones.* ] Ita rustico quodam vocabulo boves appellati sunt, quasi *Terriones*, hoc est arandæ terræ idonei: & inde sydus, quod figurâ siccæ quodammodo simile plauastro esse videtur, dicti Septentriones à junctis bobus, id est à septem stellis, ex quibus quasi juncti Triones affinguntur. Alii Triones appellant, quod tres stellæ in hoc signo sint figurâ triquetra.

*Vario splendore.* ] Quia variz sunt stellæ.

104. *Thalamis.* ] A thalamis prohibes, id est, à conjugio.

*Amphitrite.* ] Erat filia Nerei & Dori-

dos, quæ cum virginitatem servare cuperet, à Delphine expugnata, Neptuno nupsit, & ideo Delphin inter alia relatus est.

105. *Te consanguineo.* ] Id est Juno tua soror; nam consanguinei fratres etiam dicuntur. Et consanguineus *Leithi Sopor*, Virgilius.

106. *Latonia furta.* ] Furtum sumitur pro iis actionibus, quæ sunt clam; sic apud Virgilium: *furta pato belli*. Sed sæpissimè furta ponuntur profurtivis amoribus: notum est autem Jovem ex Latonâ suscepisse Dianam & Apollinem.

107. *Quid Cererem, magnamve Themis.* ] Juppiter habuit tres uxores: Junonem, Cererem, & Themis; Juno peperit Curetas; Ceres Proserpinam; & Themis Minervam, & secundum alios Hesperidas, Horas, aliasque Nymphas: quanquam Hesiodus ait Hesperidas esse noctis filias, Juno etiam peperit Vulcanum & Heben, sed sola sine Jove, ut aiunt nonnulli.

*Creandi.* ] Creare est ex nihilo producere, sed & sæpe significat generare, producere.

108. *Natorum turba coronat.* ] Στεφάνος γένων τῶνα τέχων, Corona senum filii filiorum. Salomon in Proverbiis,



- Ast ego desertâ mœrens inglorius aulâ  
 110 Implacidas nullo solabor pignore curas?  
 Non aded toleranda quies. primordia restor  
 Noctis, & horrendæ stagna intemerata paludis,  
 Si dicto parère negas, patefacta ciebo  
 Tartara. Saturni veteres laxabo catenas.  
 115 Obducam tenebris lucem. compage solutâ  
 Fulgidus umbroso miscebitur axis Averno.  
 Vix ea fatus erat, jam nuntius astra tenebat.  
 Audierat mandata pater, secumque volutat  
 Diverfos ducens animos, quæ tale sequatur

## INTERPRETATIO.

*Sed ego tristis in aulâ vacuâ sine gloriâ, nullis liberorum blanditiis leniam sollicitudines inquietas animi? Requies non ulque aded ferenda est: juro per cunabula noctis, & per stagnum inviolatum paludis Stygia, si recusus concedere, quod peto, patefaciam, & excitabo in te omnia monstra Tartari: solvam antiqua vincula Saturni: involvam diem nocte nigrâ:* convulsâ dispositione rerum, cœlum lucidum confunderetur cum obscuris Inferis. Vix Pluto dixerat hac verba, & citiùs dicto Mercurius nuntius cœlum jam conscenderat: jamque Juppiter audierat mandata exposita à Mercurio; cum ipse solus captans varia consilia, putat intra sese, quamnam virgo futura sit, quæ possit amare tale matrimonium cum Plutone.

## ANNOTATIONES.

109. *Ast ego.* ] Habet Emphasim. Virg. *Ast ego qua Divum incedo Regina, &c. Desertâ.* ] Amantes putant se desertos, cum absunt ea, quæ optant, & vel in mediâ turbâ soli sibi videntur.  
 110. *Implacidas curas solabor.* ] Id est, leniam animi sollicitudines: nam liberorum blanditiis parentum tristitiam discutiunt.  
*Nullo pignore.* ] *Pignus est id quod datur creditori ad securitatem: dicitur à pugno, quia res, quæ pignori dantur, manu traduntur.* Paulus Jureconsultus. l. 238. D. de verb. signific. Sed liberi vocantur pignora, quod connubium, quodam quasi foedere, sanciant; quodque sint pignora & vincula firmitatis amicitie inter utrumque conjugem.  
 111. *Primordia noctis restor.* ] Chaos scilicet aut Erebum, qui teterrimus est noctis pater.  
 112. *Horrenda stagna intemerata paludis.* ] Stygem horrendam, quam timent & horrent Superi fallere; Stygem, Dii cuius jurare timent & fallere numen. Virgilius.  
 113. *Patefacta ciebo Tartara.* ] Pandam, & in te sollicitabo Titanas & monstra, quæ sunt in Tartaro, seu apud inferos; nam Tartarus, & in plurali Tartara, sunt apud Inferos loca profundiora.  
 114. *Saturni laxabo catenas.* ] Solvam in te Saturnum; nam hic in Inferos conjectus fuerat à Jove cum Titanibus.  
 116. *Lucidus axis.* ] Axis est lignum aut ferrum rotundum, circa quod totæ currus volvuntur: at per translationem ponitur, pro lineâ quadam imaginariâ, quæ ab uno Mundi cardine ad alium transire fingitur, & circa se Cœlum volvere; Græcis πόλος, ut polus Arcticus, Latinis axis seu vertex: sed ut pars sæpe usurpatur pro toto, ideo nonnunquam axis sive polus pro toto Cœlo dicitur.  
*Averno.* ] Suprà, v. 10.  
 117. *Astra tenebat.* ] Id est Cœlum conscenderat.  
 118. *Pater.* ] Aux quia rerum opifex; aut, ex Dionysio Halicarn. primus cum Junone, virum & foeminam matrimonio conjunxit, & ideo pater est appellatus.  
 119. *Sequatur.* ] Optimè dicitur de uxore, quæ ducitur à viro, quæ virum sequitur. Sed & sequor dicitur pro amare, ut apud Virgilium:  
*Florentem citysum sequitur lasciva capella.* Id est, amat, quærit,

- 120 Conjugium, Stygiôve velit pro Sole recessus.  
Certa requirenti tandem sententia sedit.  
Hennæ Cereri proles optata virebat  
Unica; nec tribuit sobolem Lucina secundam,  
Fessaque post primos hæserunt viscera partus  
125 Infœcunda quidem; sed cunctis altior extat  
Matribus, & numeri damnum Proserpina pensat.  
Hanc fovet: hanc sequitur. vitulam non blandius ambit  
Torva parens; pedibus quæ nondum præterit arva,  
Nec nova lunatæ curvavit germina frontis.  
130 Jam vicina toro plenis adoleverat annis  
Virginitas: tenerum jam pronuba flamma pudorem

INTERPRETATIO.

¶ præferat obscuras Inferorum cavernas aspectui Solis. Tandem hoc consilium placuit Jovi querenti certum aliquid, Ceteri Hennæ florebat filia unica, ipsi carissima, nec Diana dedit ipsi filiam alteram; & viscera ejus exhausta post primum partum remanserunt sterilia quidem; sed ipsa venerabilior assurgit omnibus matribus, & sola Proserpina reparat jacturam multitudinis. Hanc amplectitur, hanc sequitur: vacca mater torva non blanditur amanti vitula, qua nondum spargit pedibus terram, & quæ nondum curvavit frontis cornua nascentia in speciem Luna. Jam virgo nubilis plenâ ætate creverat, jam amor nuptiarum titillat pudicum

ANNOTATIONES.

121. Tandem.] Post longam deliberationem, quasi Juppiter diu dubitasset, an satisfaceret voluntati Plutonis.

Sententia sedit.] Est id quod post multas dubitandi ultro citroque rationes, tandem concluditur. Virgilius: *Et sedet hoc animo, &c.* Sedit, itaque, id est, firmè placuit, & animo infixa est sententia.

122. Ætnæ, vel Hennæ.] Ceres dicitur & Ætna ab Ætnâ monte Siciliæ, quæ ipsi ob fertilitatem sacra erat; & Hennæ, ab urbe Hennâ, quæ in edito colle sita, templo Cereris commendabatur. Ætna porro dicitur ab Ætnâ Briasei Cyclopi filii, sorore Sicani, quæ nomen insulæ dedit. Romani Græcchano tumultu moniti Sibyllinis libris, ut vetustissimam Cererem placarent Ennæ (quoniam sacra ejus inde orta credebant) decem viros ad eam propitiandam miserunt. Valerius Maximus.

Optata.] Vel sibi dilecta, vel antequam eam conciperet, votis plurimis exoptata.

Virebat.] Virginem à viridi ætate dictam putat Servius: vel virebat, id est, crescebat felicius, more plantarum.

123. Unica.] Persephone Ceres ab Orpheo dicitur *μωογενεια*, quæ semel genuit, ex Jove, nam ex Jasio Dardani fratre Philomelum & Plutum numen divitiarum suscepit.

Lucina.] Diana dea puerperis invocari solita; eadem creditur esse cum Lunâ, quæ proprio quodam munere salutaris est accelerando partui: Lucina dicta, quod oculis & luci præesset, unde ipsi supercilia, oculos per quos luce fruimur, protgentia veteres rasitabant: Ovidius vocat aliter Ilithyiam: à nonnullis Lucina cum Junone confunditur.

124. Fessa.] Exhausta, effœta.

126. Numeri damnum.] Numerosæ proliis jacturam: nam quantum Ceres numerosâ prole aliis cedebat, Proserpinæ præclarâ indole tantum antecellebat.

127. Fovet.] Instar avium, quæ & ova & pullos fovent: vel fovet, id est nutrit ac provehit: fovemus autem ea quæ suum robur non habent.

Vitulam.] Satis similis comparatio, sed non sine exemplo Ovidij.

131. Pudorem.] Sollicitat & tentat pudorem puellæ teneræ.

- Sollicitat : mixtæque tremis formidine votum.  
 Personat aula procis. pariter pro virgine cortant  
 Mars clypeo melior , Phœbus præstantior arcu.  
 135 Mars donat Rhodopen , Phœbus largitur Amyclas ,  
 Et Delon, Clariôque lares. hinc æmula Juno ,  
 Hinc poscit Latona nurum. despexit utramque  
 Flava Ceres ; raptusque timens ( heu cæca futuri )  
 Commendat Siculis furtim sua gaudia terris ,  
 140 Ingenio confusa loci. Trinacria quondam

## INTERPRETATIO.

tenerumque pectus , & desiderium matrimonii mixtum timore trepidat. Aula Cereris resonat amantibus : Mars præstantior scuto, Apollo præstantior sagittis, ut optimè Homerus, Procus dicitur à veteri verbo *procare*, id est poscere.  
*Aula.* ] Est prima pars ædium, in qua sæpius diversabantur procis. Procorum copia, gloria puellarum.  
 134. *Præstantior.* ] Et ideo Apollo ab Homero dicitur *ἄνδράσιν ὀρθὸς ῥαυτὸς* longè jaculans, & à Virgilio : *Arcitenens*.  
*Quam pius arcitenens oras & littora circum.* &c.  
 135. *Rhodopen.* ] Thraciæ mons est; dictus à Rhodope Strymonis amnis filiâ, ex quâ Neptunus Aetho gigantem genuit, qui dedit & monti nomen : ipsa autem Rhodope versa in montem, quod Deos contemneret : sed & Thracia Marti sacra, ob barbaram immanitatem gentium.  
*Amyclas & Delon.* ] Amyclæ sunt in Peloponneso, urbs Apollini sacra, sicut & Delos una ex Cycladibus insulis in mari Ægeæ, Latonæ puerperio insignis, aliàs Ortygia dicta ; & ab Apolline facta immobilis, *Delon* est terminatio Græca, quam aliquando Latini retinent. Horatius, *Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen*.  
*Clariôque lares.* ] Claros, seu Clarium, est

& domos Clari : ex hac parte Juno ætolyta ; ex illâ Latona petit sibi nurum : Ceres flava contempsit ambas, & timens ne filia raperetur, (heu nescia futuri mali!) clam occultat suas delicias in Sicilia ; confidens situ loci. Sicilia olim

## ANNOTATIONES.

132. *Mixtæque tremis.* ] Nam puellæ & timent & cupiunt virum.

133. *Personat Aula procis.* ] Optimè, nam proci toti sunt in cantibus aut tumultu, ut optimè Homerus, Procus dicitur à veteri verbo *procare*, id est poscere.

*Aula.* ] Est prima pars ædium, in qua sæpius diversabantur procis. Procorum copia, gloria puellarum.

134. *Præstantior.* ] Et ideo Apollo ab Homero dicitur *ἄνδράσιν ὀρθὸς ῥαυτὸς* longè jaculans, & à Virgilio : *Arcitenens*.

*Quam pius arcitenens oras & littora circum.* &c.

135. *Rhodopen.* ] Thraciæ mons est; dictus à Rhodope Strymonis amnis filiâ, ex quâ Neptunus Aetho gigantem genuit, qui dedit & monti nomen : ipsa autem Rhodope versa in montem, quod Deos contemneret : sed & Thracia Marti sacra, ob barbaram immanitatem gentium.

*Amyclas & Delon.* ] Amyclæ sunt in Peloponneso, urbs Apollini sacra, sicut & Delos una ex Cycladibus insulis in mari Ægeæ, Latonæ puerperio insignis, aliàs Ortygia dicta ; & ab Apolline facta immobilis, *Delon* est terminatio Græca, quam aliquando Latini retinent. Horatius, *Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen*.

*Clariôque lares.* ] Claros, seu Clarium, est

urbs Ioniæ, Apollinis oraculo nobilis, Lares sunt Dii urbium præfides, ædiumque privatarum custodes ; quos indutos canum pellibus effingebant antiqui, adhibito ad pedes ejusdem generis animali, quod scilicet ipsi Lares pro domibus excubarent, instar canum, ex Plutarcho. Sed Lares hic sumuntur pro ipsâ urbe, ac proinde *Clarios Lares*, id est, urbem Clariam.

*Æmula.* ] Æmulus est ejusdem studii sectator, cum voto superandi.

*Juno.* ] Juno mater erat Martis, quem sine viro conceperat in campis Oleniis, tacto flore, quem Flora Zephyri conjux indicaverat.

137. *Latona.* ] Ex Jove concepit Apollinem & Dianam.

*Despexit utramque.* ] Ceres non amat Phœbum, seu nimios calores ; non Martem seu bella ; sed pacem, quæ etiam cum spicâ pingebatur, Tibullus :

*Interea pax alma veni, spicamque teneto.*

138. *Cæca futuri.* ] Nam incidit in calamitatem, quam fugiebat.

139. *Sua gaudia.* ] Commendat Siciliæ *sua gaudia*, hoc est filiam suam, in quâ omne gaudium suum collocabat.

140. *Ingenio loci.* ] Confidens in naturâ & situ insulæ, quæ non solum mari cingeretur, sed & duplici gurgite, Syllâ & Charybdi, & monte ignisuo muni-

Italiz pars una fuit : sed pontus & æstus  
 Mutavere situm. rupit confinia Nereus  
 Victor, & abscissos interluit æquore montes;  
 Parvæque cognatas prohibent discrimina terras.  
 145 Nunc illam lociâ raptam tellure trifulcam  
 Opponit natura mari. caput inde Pachyni  
 Respuit Ionias prætentis rupibus iras,  
 Hinc latrat Gætula Thetis, Lilybæaque pulsat  
 Brachia consurgens; hinc dedignata teneri

## INTERPRETATIO.

fuit una pars Italia, sed fluctus maris mutavit situm illius : Neptunus triumphans fregit limites, & perment maris montes abruptos à se invicem, & parva intervalla separant terras antè conjunctas. Natura nunc objicit mari illam Siciliam triangulam, avulsam à terrâ simul con-

sociatâ : inde Promontorium Pachyni contemnit furores Ionii maris, juxta prominentibus : ex adverso mare Libycum sonat, & intumescens ferit brachia Lilybæi : ex aliâ parte furor Hetrusci maris

## ANNOTATIONES.

retur. Ingenium optimè traducitur ad res inanimas, & præti vivæ voluptas ingenio variata suo, Claudianus.

Trinacria. ] *ἄκρῃ*, Promontorium, *ἡρεῖς*, tres : sic Trinacria dicta est à tribus promontoriis. Unde & Strabo. *ἔστι δὲ ἡ Σικελία ἡγεῖνος τοῖς ὁρίμασι, καὶ διὰ τὸ τρεῖς ἀκρεῖα*. Est verò Sicilia figurâ triangulâ, & idè Trinacria dicta, & Triquetra.

141. Italia pars una fuit. ] Siciliam antiqui crediderunt à continenti Italiz maris impetu fuisse avulsam.

Æstus. ] Atrox & torrens fretum : hic enim undarum in se concurrentium tanta pugna est, ut modò veluti fugientes in imum desidere, modò quasi victrices in sublime ferri videas; modò hic fremitum ferventis æstus, modo illic gemitum in voraginem desidentis exaudias.

142. Nereus. ] Nereus & Neptunus sæpè confunduntur. Neptunus Tridentis ictu insulam ab Italia abscidit, ut filius Acastus tutior esset ab insidiis Æoli; qui Acastus, secundum Diodorum, Rhegium tenebat in extremâ parte Italiz.

143. Victor. ] Abruptis montibus, ut volebat : nam voti compos, & effector propositi, victor dicitur.

Interfluit. ] Fluit inter abruptos montes, & hoc est fretum illud famosum.

144. Parva discrimina. ] Quasi Sicilia magis inter continentes accipi posset, quod modico freto ab Italiâ dividatur.

145. Trifulcam. ] Trifulcus est id quod habet tria acumina; ut tela trifulca Jovis, vel tres linguas ex Ovidio. Siciliâ autem dicitur Trifulca ob tria promontoria, quæ velut tria acumina excurrunt in mare Ionium, mare Libycum, & mare Hetruscum : unde apud Strabonem dicitur, *ἡγεῖμος*, id est, triangula, ob tres angulos, seu tria promontoria; versus Ionium, *Pachynum*, vulgò, *Cabo Passaros* versus Africam, *Lilybæum*, vulgò *Cabo Boeo*; & versus Hetruriam, *Pelorum*, hodie, *Fare de Messine*.

147. Respuit. ] Alii legunt, *respicit*; alii *despicit*; id est contemnit iras maris Ionii : quod sic appellatum est ab Io, Inachi filiâ, quæ cæstro Junonio percita, illud mare tranavit.

148. Latrat Gætula Thetis. ] Latrat ex undarum conflictu & rabie. Thetis est Nympha maris, mater Achillis, sed sæpè ponitur pro mari : Gætula, id est, Libyca, seu Africa; Africam enim ab initio habuere Gætuli populi.

Lilybæa brachia. ] Lilybæum Promontorium Africam aspicit, & flexo litore brachia repræsentat.

- 350 Concurrit objectum rabies Tyrrhena Pelorum.  
 In medio scopulis se porrigit Ætna perustis:  
 Ætna Giganteos nunquam tacitura triumphos;  
 Enceladi bustum, qui saucia terga revinctus  
 Spirat inexhaustum flagranti pectore sulphur.  
 355 Et quoties detrectat onus cervice rebellâ  
 In dextrum, lævumque latus: tunc insula fundo  
 Vellitur, & dubiæ nutant cum mœnibus urbes.  
 Ætnæ apices solo cognoscere visu,  
 Non aditu tentare, licet. pars cætera frondet  
 360 Arboribus: teritur nullo cultore cacumena.  
 Nunc vomit indigenas nimbos, piceæque gravaturn  
 Fœdat nube diem: nunc molibus astra laceffit  
 Terrificis, damnisque suis incendia nutrit.  
 Sed, quamvis nimio fervens exuberet æstu,  
 365 Scit nivibus servare fidem, pariterque favillis  
 Durescit glacies tanti secura vaporis,  
 Arcano defensa gelu, fumoque fideli  
 Lambit contiguas innoxia flamma pruinas.

## INTERPRETATIO.

*recusant retineri, quassat Pelorum oppositum. In mediâ insulâ Ætna mons extendit se, saxa incensis; Ætna, quæ nunquam silebit victorias relatas de gigantibus; quæ est sepulchrum Enceladi, qui habens vulneratum corpus cavenatum, evomit sulphur continuum ex ardenti stomacho; & quoties excutit pondus, reluctantæ collo, in dextram sinistramque partem, tunc insula concutitur ab ipsis fundamentis, & urbes instabiles tremunt cum muris. Permittitur cognoscere cacumen Ætna solis oculis,* non accessu experiri: partes reliqua vident fronde arborum; vertex à nullo agricolâ invertitur: nunc emittit nubes ibi natas, & obscurat diem oppressum nigrâ caligine: nunc ferit Cælum saxis terribilibus, & alit suos suâ ruinâ. Sed Ætna quantum ardens ebullit immodicis ignibus, scit conservare pacem nivibus, & simul cum flammis glacies induratur tuta à tanto incendio, servata frigore secreto, & ignis innocuus leniter attingit fumo officioso glaciem vicinam.

## ANNOTATIONES.

150. *Rabies Tyrrhena.*] Id est, rabies maris Hetrusci; sumitur translatio à canibus, qui cum irascuntur, latrant; cum rabie tentantur, sæviunt maximè.  
 152. *Ætna Giganteos.*] Ætna mons insignis ob ejectas flammæ, exesæque incendio rupes, perpetuò testabitur victoriam reportatam de Gigantibus, qui cum bellum superis indixissent, à Jove fulminante in Ætnam præcipientes acti sunt, & inter aliòs immanis Enceladus, qui ibi perpetuo incendio comburitur.  
 159. *Non aditu.*] A flammis erumpentibus timenda certa mors: sic perit Pli-
- nus, dum propiis inviseret Vesuvium Campaniæ montem ignes evomentem.  
 161. *Indigenas nimbos.*] Atram nubem prorumpit ad æthera, seu fumidos turbines ibi natos.  
 165. *Servare fidem.*] Ætna ignem vomens, ita parcat nivibus, ut quis crederet jurasse se non eas esse violaturam; unde ex fœdere inito servat fidem, pacemque nivibus.  
 167. *Fumoque fideli lambit.*] Fumo qui fœdus illud & pacem non violat, moliter attingit nives, & quasi blanditur vicinæ glaci.

Quæ

- Quæ scopulos tormenta rotant? quæ tanta cavernas  
 170 Vis glomerat? quo fonte ruit Volcanius amnis?  
 Sive quod objicibus discurrrens ventus optertis,  
 Offenso per saxa furit rimosa meatu,  
 Dum scrutatur iter, libertatemque reposcens  
 Putria multivagis populatur flatibus antra.  
 175 Seu mare sulphurei ductum per viscera montis  
 Oppressis ignescit aquis, & pondera librat.  
 Hic ubi servandum mater fidissima pignus  
 Abdidit, ad Phrygios tendit secunda penates,  
 Turrigeramque petit Cybelen, sinuosa draconum  
 180 Membra regens, volucris qui pervia nubila tractu

## INTERPRETATIO.

Qualis machina voluit saxa? Qui tantus impetus eiecit antra? Ex qua origine erumpit fluvius igneus? Seu quia ventus errans obscuris foraminibus sa- vit: reperto exitu per lapides cavos, dum investigat viam, & quarens liberum egressum, vastas flamine errabundo ca- vernas putrefactas. Seu mare impulsum per partes intimas montis pleni sulphure, ardet aquis pressis, & torquet onera sa- xorum. In hoc loco postquam mater fi- delissima occulavit filiam custodiendam; nihil sollicita, it in regionem Phrygia, & adit Cybelen coronatam turribus; ducens corpora sinuosa serpentum; qui secant aërem pasentem celeri lapsu, &

## ANNOTATIONES.

169. *Tormenta.* ] Qui impetus vastos lapides impellit, & jaculatur instar tor- menti bellici.

*Cavernas vis glomerat.* ] Quæ vis cu- mulat & eiecit saxa, quæ sunt in ca- vernis, & quæ tantâ copiâ ejiciuntur, ut tota caverna videatur ejici, sicque totum ponitur pro parte. Virgilius: *In- gens à vertice pontus in puppim ferit*, id est, ingens fluctus ponti seu maris.

170. *Volcanius amnis.* ] Alii legunt, *Vulcanius ignis*, quod ibi Vulcanus, ignis inventor, exerceat officinam; sed *amnis* optime, cum undate dicatur de igni. Virgilius:

*Vidimus undantem ruptis fornacibus Ætnam.*

Et apud Æschylum *ποταμὸς πυρὸς*, flu- vius ignis dicitur.

172. *Offenso per saxa furit.* ] In caver- nas terræ ventus intrat aëre circumfuso, rimas petit, & hoc acrius fertur, quod angustius: inde pugna, inde motus, & si non pateat exitus, conglobatur, furit, & tandem ob nimium motum in ignem

vertitur, & fulminis instar erumpit, cum strage obstantium.

*Saxa rimosa.* ] Sunt pumex & tophus.

176. *Pondera librat.* ] Id est, torquet, & eiecit saxa magni ponderis.

178. *Phrygios Penates.* ] Phrygia regio est minoris Asiæ, sacra Cybelæ: Pena- tes sunt Dij tutelares alicujus regionis, & pro ipsâ regione ponuntur, ut & lares, de quibus supra (*claris quo lares*.) sed appositè hîc fit mentio de Penatibus, hos *μαγὰς θεὸς* vocabant, *magnos Deos*, & Cybele erat ex horum numero.

179. *Turrigeram.* ] Cybele pingebatur cum turribus; quod Cybele & tellus sint unum & idem. Tellus autem ---- *turritas sustinet urbes*.

*Sinuosa Draconum.* ] Sinuosa, id est, in varios sinus, orbéque ac spiras con- trahi solita, sed & Cybele non tantum dra- cones, sed & leones etiam in curru agebat.

180. *Pervia.* ] Alii legunt, *volucrisque per avia nubila*, id est, per aërem inacces- sum, aut ubi nulla via trita est, neque pe- dum, neque rotarum vestigiis.

Y Y

- Signant, & placidis humectant fræna venenis.  
 Frontem crista tegit: pingunt maculosa virentes  
 Terga notæ: rutilum squamis intermicat aurum,  
 Nunc spiris Zephyros tranant: nunc arva volatu  
 185 Inferiore secant. cano rota pulvere labens  
 Sulcatam fœcundat humum, flavescit aristas  
 Orbita, surgentes condunt vestigia culmi.  
 Vestit iter comitata seges. jam linquitur Ætna,  
 Totâque decrescit refugo Trinacria visu.  
 190 Heu quoties præfaga mali violavit oborto  
 Rore genas! quoties oculos ad tecta retorfit.  
 Talia voce movens! Salve, gratissima tellus!  
 Quam nos prætulimus cælo. tibi gaudia nostri  
 Sanguinis, & caros uteri commendo labores.  
 195 Præmia digna manent. nullos patiêre ligones,

## INTERPRETATIO.

*madefaciunt fræna veneno innocuo: crista tegunt capita eorum: macula virides notant terga carulea: color aureus nitet inter squammas. Illi modo trajiciunt aërem variis flexibus: modo inferius scindunt agros: rota currentes pinguefaciunt albo pulvere terram sulcatam: semita rota fit flava ob spicas: segetes crescentes occultant vestigium rotarum; fruges comitantes Cererem replent ejus viam: jam Ætna* prateritur, & omnis Sicilia oculis fugientibus minor apparet. Heu! quoties Ceres præsentiens infortunium, fœdavit genas lacrymis prorumpentibus? Quoties reflexit oculos in domum, hac verba voce pronuncians: Vale, & terra carissima, quam nos anteposuimus Cælo: tibi trado filiam meam, meum sanguinem, meam latitiam, & dulcem partum ventris. Merces conveniens te expectat: nulla patiêris ræstra,

## ANNOTATIONES.

184. *Zephyros.*] Zephyri sunt venti spirantes ab Occidente; sed hic ponuntur pro aëre, in quo continentur: contentum scilicet pro continente.

186. *Flavescit, &c. vestit iter.*] Quacunque Ceres currum ducit, campi flavescent, & vestiuntur frugibus, aded ut ipsa orbita pullulet copîa segetum undique succrescentium.

189. *Refugo visu.*] Quasi Sicilia fugere videretur ex oculis, id quod apparet abeuntibus, quibus specie ---terraque urbesque recedunt. Virgilius.

190. *Præfaga mali.*] Inſita nempe est præſenſio futurorum, & mala imminentiâ interdum quibuldam ſignis ostenduntur, sed imprudentiâ noſtrâ non observantur.

*Violavit genas.*] Etenim etſi ſent Dii Homerici, his tamen flere nefas eſſe videtur: unde violavit genas, quaſi rem ſacram.

191. *Ad tecta.*] Reſpexit ſæpe domum, in quâ filiam relinquebat, quaſi eâ mox ſe orbatum iri præſentiret.

192. *Salve.*] Malum omen: ſic mortuos antiqui ſalutabant.

*Gratiſſima tellus.*] Siciliam totam Cereri ſacram, & natam in eâ Deam, frugisſque inventas eſſe, veteres crediderunt; idque ob inſulæ fœcunditatem creditum eſſe puto. Contendit & de ſinibus inſulæ Ceres cum Vulcano: Ætna diſceptrix ſecundum Cererem pronuntiavit, quòd quamquam incendia ſunt multis in locis, tamen copia frugum major eſt.

193. *Gaudia noſtri ſanguinis.*] Commendo tibi filiam meam, quæ eſt gaudium meum, meûſque ſanguis.

195. *Ligones, vomeris.*] Hæc ſunt inſtrumenta ruſtica, quibus terra invertitur: at beneficio Cereris, ſine his Sicilia ſponte, ſeu abſque ullo cultu, & ſine curâ agricolarum abundabit frugibus.

Et nullo rigidi versabere vomeris ictu.

Sponte tuus florebit ager. cessante juvenco

Ditior oblatas mirabitur incola messes.

Sic ait, & fulvis serpentibus attigit Iden.

200 Hic ædes augusta Deæ, templique colendi

Relligiosa fílex, densis quam pinus opacat

Frondebis, & nullâ lucos agitante procellâ

Stridula coniferis modularur carmina ramis.

Terribiles intus Thyasi, vesanáque misto

205 Concentu delubra gemunt. ululatus Ide

## INTERPRETATIO.

Et non proscindêris istu durior aratri: campi tui germinabunt sine cultu: agricola opulcentior admirabitur messes venientes, bobus quiescentibus. Sic Ceres loquitur, & vecta draconibus flavis pervenit ad Idam montem. Hic templum est sacrum Deæ Cybeles, & venerabile sacrum templi adorandi, quod saxum pinus obumbrat foliis spissis, & reddit sonos acutos ramis coniferis, nullâ tempestate turbante sylvam. Sub tecto Thyasi sunt horribiles, & templare sonant mixto cantu fanatico: Idæ

## ANNOTATIONES.

199. *Fulvis serpentibus.*] Id est, flavicoloris, quoddam scilicet squammâ distinctâ sint aureo colore: vel *fulvis*, id est, cæruleis, sic à Claudiano nostro dicitur: *Fulvis adnatat umbra fretis*, id est, cæruleis.

*Iden.*] Idæ & Ida est mons in Phrygiâ, regione Asiæ minoris: & inde tota Regio Idæa dicta est: mons ille Cybelæ, magnæ Deûm matri, sacer erat.

200. *Augusta ædes.*] Non spatio, sed cultu; non ornamentis, sed religione: locus enim parvus & angustus; unde non nulli legebant (*ædes angusta*.)

201. *Relligiosa fílex.*] Cybeles statua marmorea, Cybeles, cujus effigiem lapidem fuisse testatur Livius.

*Pinus.*] Arbor est sacra Cybelæ Deûm matri.

*Pinea sylva mihi multos dilecta per Ait Cybele apud Virgilium.*

202. *Lucos.*] Lucus dicitur, aut quod non luceat, ob umbras: aut potius, quod frequentibus sacrificiis luceat. Pleraque Deorum templa suos habebant lucos.

*Agitante procellâ. stridula, &c.*] Vult poëta hujus luci arbores, per se leni motu quasi divinitus impelli, & emittere sonos quosdam acutos, non injucundos, qui cantilenæ videri possint.

203. *Coniferis ramis.*] Ramis, qui nunc ferunt pineas, in coni seu Pyramidis figuram.

204. *Thyasi.*] Sunt choreæ Bacchantum, quæ & Thyades dicuntur; à τῷ θυῷ, furere, impetum facere, quoddam essent foeminae furentes: vel à τῷ θυῷ θυῶν, orgia celebrare: sed & erant Corybantes Sacerdotes furibundi.

*Terribiles.*] Fortè ob Gallos Sacerdotes, qui cultris sua brachia cædebant.

*Vesana.*] Id est, templa cantu fanatico resonantia: non quod templa infana sint, sed quod insanos contineant, sicque ponitur continens pro contento: Metonymicòs.

205. *Ululatus.*] Vel luporum, qui cum leonibus currum Cybeles sequuntur, vel Gallorum sacerdotum, de quibus Lucanus:

Ulularunt tristia Galli.

206. *Bacchantur.*] Passive sumitur, id est, Bacchantum ululatus, quatur, turbatur: ut apud Virgilium:

Bacchata Lacanis Taygete.

*Gargara.*] Gargarus, & in plurali Gargara, sunt vertex Idæ montis, fertilitate nobilis: Pacatus dicit Gargara, provenientia triticeo.

*Inclinant sylvas stmidas.*] Tantus est

YY y ij



Bacchatur. timidas inclinant Gargara sylvas.

Postquam visa Ceres, mugitum tympana frænant.

Conticuere chori, Corybas non impulit enssem.

Non buxus, non æra sonant: blandasque leones

210 Summisere júbas. adytis gavisæ Cybelle

Exsilit, & pronas intendit ad oscula turre.

Viderat hæc dudum summâ speculatus ab arce

Jupiter, ac Veneri mentis penetralia nudat.

Curarum secreta tibi, Cytherea, fatebor.

215 Candida Tartareo nuptum Proserpina Regi

Jam dudum decreta dari. sic Atropos urget:

Sic cecinit longæva Themis. nunc matre remotâ

(Rem peragi tempus) fines invade Sicanos,

Et Cereris prolem patulis illudere campis,

220 Crastina puniceos cum lux detexerit ortus,

#### INTERPRETATIO.

*surbatur ululatus: Gargarus submit-*  
*sit arbores territas. Statim atque Ceres*  
*apparuit, tympana cohibent sonitum:*  
*cætus tacens: Corybantes non vibrant*  
*cultror; non tibia, non tuba sonant: &*  
*leones submitunt biande júbas: Cybele*  
*lata evolat ex templo, & applicat tur-*  
*res demissas, ad osculandam filiam. Jup-*  
*piter observans ab alto Cælo, jam pri-*  
*dem viderat has res, & aperit Veneri*

*secretum animi sui, hæc dicens. Conster-*  
*bor tibi, & Venus, secretas sollicitudines,*  
*famulandum constitui dare in matrimonium*  
*Regi Inferorum pulchram Proserpinam;*  
*Atropos cogit me ita facere: ita vetus*  
*Themis prædixit: nunc absente matre*  
*(tempus est exequi rem) occupa regionem*  
*Sicilia: & cum Solcras ostenderit ortum*  
*rubentem, excita filiam Cereris ludere*  
*in agris vastis; tum instructa artibus*

#### ANNOTATIONES.

clamor, tantus ululatus, ut ipsa Gargara  
arbores submittere videantur, præ nimio  
terrore.

207. *Mugitum.* ] Murmur & sonitus;  
qualis est taurorum vox boans.

208. *Corybas.* ] Corybas Jasionis & Cy-  
beles filius, in Asia primus instituit sacra  
matri Deum: hinc ab eo Corybantes  
dicti ejus Deæ sacerdotes furibundi: Hi  
simulato furore repentino currebant in  
orbem, & ferro sonora arma pulsabant,  
imò & cultris sua brachia fauciabant.

209. *Buxus.* ] Id est, tibia ex buxo,  
quam instabant in sacris Cybeles: Phry-  
ges buxo in tibiis usi esse primi dicuntur.

*Æra.* ] Cybeles sacerdotes urceolis, seu  
vasis æneis tinniebant, ut representa-  
rent Curetas, qui ne Saturnus Jovis va-  
gitum audiret, æra quatiebant.

*Leones.* ] Hi trahunt currum Cybeles:  
id quod ostendit nullum genus esse tan-

ferum, quod non subigi colique possit.

210. *Adytis.* ] De his alio in loco.

214. *Cytherea.* ] Cythera insula Græciæ  
vicina, de quâ jam sæpius.

216. *Atropos.* ] Supra in hoc libro v. 54.

217. *Cecinit Themis.* ] Antiquitus ora-  
culum erat penes Tellurem & Neprunum,  
inde cessit Pythoni & Themidi, quæ ex  
antro Delphico vaticinari cœperat, & ab  
eâ Apollo didicit divinationem.

*Longæva.* ] Verus & annosa Themis, erat  
enim, teste Hesiodo, Cœli ac Terræ filia,

218. *Sicanos.* ] Sicaniâ dicta; vel à Si-  
cano Briarei Cyclopi filio, & Ætnæ fra-  
tre; vel à Sicano Rege.

220. *Puniceos.* ] Id est, rubentes, qua-  
lis est ortus Auroræ; seu purpureosâ pur-  
purâ, quæ tingebatur Tyri apud Phœ-  
nicas, qui & dicti Poeni, unde *Puni-*  
*cus & Puniceus.*

- Coge, tuis armata dolis; quibus urere cuncta,  
 Me quoque sæpe, soles. cur ultima regna quiescunt?  
 Nulla sit immunis regio, nullumque sub umbris  
 Pectus inaccensum Veneri. jam tristis Erinny  
 225 Sentiat ardore: Acheron, Ditisque severi  
 Ferrea lascivis mollescant corda sagittis.  
 Accelerat præcepta Venus: jussuque parentis  
 Pallas, & inflexo quæ terret Mænala cornu,  
 Addunt se comites. divino semita gressu  
 230 Claruit. augurium qualis laturus iniquum  
 Præpes sanguineo dilabitur igne cometes  
 Prodigiâle rubens. non illum navita tuto,  
 Non impunè vident populi: sed crine minaci  
 Nuntiat aut ratibus ventos, aut urbibus hostes.  
 235 Devenère locum, Cereris quo tecta nitebant  
 Cyclopum firmata manu. stant ardua ferro  
 Mœnia; ferrati postes: immensâque nectit  
 Claustra chalybs. nullum tanto sudore Pyracmon;

INTERPRETATIO.

tuis, quibus soles inflammare omnes, & sæpe etiam me ipsum, Cur inferi immunes sunt ab amore? Nulla regio sit expers ab eo: & nullum cor sit clausum Veneri in Inferis: jam mæsta Erynny sentiat amoris flammam: Acheron & durum cor Plutonis rigidi molliatur jaculis amatoriis, Venus festinat exequi mandata: & Pallas & Diana, quæ perieret montem Mænalum arcu curvato, adjungunt se socias imperio patris Jovis. Via refulsit vestigiis divinis: ut Co-  
 meta ostendens signum fatale, cadit subitus, flammâ rubente & monitrosâ: nauta non aspiciunt illum cometam securi, non populi sine metu pæna, sed comâ lugubri minatur, aut tempestates navibus, aut hostes urbibus. Advenerunt ad locum, in quo domus Cereris constructa manibus Cyclopum radiabat: muri alti, ex ferro assolluntur: postes ferrei, & chalybs colligat januas ingentes. Pyracmon & Steropes nullum fabricati sunt opus tanto laboris

ANNOTATIONES.

224. Erynny. ] Furix perpetuam virginitatem servabant: sed tamen Jupiter vult etiam illas amori subjacere.

227. Pallas. ] Pallas & Diana, etsi virgines, tamen Proserpinæ comites adjunguntur, ex Valerio Flacco, & Diodoro Siculo.

228. Mænala. ] Mænalus, & in plurali, Mænala; mons est Arcadiæ sacer Dianæ.

231. Dilabitur. ] Non quod re verâ cadat, sed janijam casurus videatur, ut apud Ovidium:

Ut interdum de cælo stella sereno,

Qua si non cecidit, potuit cecidisse videri.

Cometes. ] comētus, id est, crinitum sidus, ob speciem crinium terribilem,

233. Impune. ] Cometes quippe creditur portendere magnas calamitates, bella, famem, pestem, &c. Lucanus:

Et nunquam terris spectatum impune cometam.

235. Nitebant. ] Heinſius legit, virebant, quod valde convenit Cereri, quæ Dea est segetum; sed cum tot res sequantur fabricatæ ex ferro, ære, chalybe, malumus legere, nitebant.

238. Chalybs. ] Duxissimum ferri genus est, quod Chalybes invenerunt in Ponto prope fluvium Thermodoonem, & hi nudi ferrum exercebant.

Pyracmon nec Steropes. ] Hi sunt famuli Vulcani, Pyracmon, quasi, πῦρ,

Y Y y iij

Nec Steropes, construxit opus: nec talibus unquam

240 Spiravere Notis animæ: nec flumine tanto  
Incoctum maduit lassâ fornace metallum.

Atria vestit ebur: trabibus solidatur ahenis  
Culmen, & in celsas surgunt electra columnas:  
Ipsa domum tenero mulcens Proserpina cantu.

245 Irrita texebat reditura munera matri.  
Hic elementorum seriem sedesque paternas  
Insignibat acu: veterem quâ lege tumultum.  
Discrevit Natura parens, & semina justis.  
Discessere locis. quidquid leve, fertur in altum:

250 In medium graviora cadunt. incanduit æther:  
Egit flamma polum: fluxit mare: terra pendit.

## INTERPRETATIO.

*Nec folles unquam emiserunt tales flatus; nec metalli tanta abundantia fluxit liquesfacta, ex fornace gemente. Ebur circumcingit primam aulam; rectum firmatum trabibus aëris, & columna alta ex electro attolluntur. Ipsa Proserpina recreans domum suavi cantilenâ, parabat dona inutilia matri reversura. In hac veste Proserpina pingebat acu ordinem elementorum, & domicilium patris Jovis, & quo fœdere mater communis Natura placavit antiquam discordiam; ut semina rerum recesserunt in loca sibi convenientia. Omne quod est leve scandit verius cælum: res ponderosiores cadunt in centrum mundi, Æther inflammatus est: ignis movit cælum; mare fluxit: terra suspensa est.*

## ANNOTATIONES.

*ignis, & αἴθρην, incens, quod nunquam ab igne & incude discedat. Steropes, & Asteropes, quasi, seperti, fulgetra, quod fulgura & fulmina Jovi fabricetur.*

240. *Notis animæ.* Animæ sunt folles animâ seu vento pleni, anima quippe ponitur pro vento & flatu, ut apud Horatium: *Impellunt animalintem Thracia*: id est, venti Thraciæ. Et apud Virgil.

*Quantum ignes animæque valent;*  
id est folies vento inflati. Itaque *Spiravere notis animæ*, id est folles emisere Notos, seu ventos, seu flatus.

*Flumine.* Flumen & fluere optime dicuntur de metallo liquefacto. apud Virgilium:

*Fluit as rivis.*

241. *Lassâ fornace.* Adeo ut ipsa fornax gemat & fatigetur flaminibus, & copiâ metalli fluentis. Statius:

*Siculis qua conformata caminis Effigies, lassum Steropem Brontemque reliquit.*

242. *Atria.* Atrium erat prima pars ædium.

243. *Electra.* Electrum significat aliquando succinum, sed & significat metalli genus, quo quinta argenti portio in auro mixta coalescit.

245. *Irrita texebat.* Proserpina vestem texebat quâ matri reduci dono daret: sed frustrâ, nam nec telam absolvit, nec matri dare potuit.

247. *Tumultum.* Erat nempe chaos *Rudis, indigestaque moles.*

*Non bene junctarum discordia semina rerum.*

*Frigida pugnabant calidis.* &c. Ovidius.

248. *Natura.* Communis rerum omnium parens, vel potius Deus, quem naturam, mentem, fatum, Jovem, appellant Stoici.

250. *Incanduit æther.* Pars superior aëris dicitur æther.

251. *Egit flamma polum.* Aut movit, aut constituit, secundum Platonem, qui

- Nec color unus inest. stellas accendit in auro,  
 Ostro fundit aquas, attollit litora gemmis,  
 Filâque mentitos jam jam cælantia fluctus  
 255 Arte tument. credas illidi cautibus algam,  
 Et raucum bibulis inserpere murmur arenis.  
 Addit quinque plagas. mediam subtemine rubro  
 Obsessam fervore notat. squallebat adustus  
 Limes, & assiduo sitiebant stamina sole.  
 260 Vitales utrimque duas; quas mitis oberrat  
 Temperies habitanda viris. tum fine supremo  
 Torpentes traxit geminas: brumâque perenni  
 Fœdat, & æterno contristat frigore telas.  
 Nec non & patruï pingit sacraria Ditis,  
 265 Fatalésque sibi Manes. nec defuit omen.  
 Præscia nam subitis maduerunt fletibus ora.  
 Cœperat & vitreis summo jam margine texti

INTERPRETATIO.

*Et non est solum unus color; inflamat stellas in auro: spargit aquas in purpurâ: erigit litora in gemmis, & fila subter representantia fictas undas, artificio turgescunt. Putares muscum marinum applicari saxi, & sonitum raucum volvi contra secas arenas. Eadem Proserpina adiungit quinque Zonas. Designat filo rubente mediam occupatam coloribus: ejus termini adusti deformabantur, & fila arescebant continuo Solis ardore: ex utroque latere addit duas salutaris, quas circumerrat jucunda temperies, habitabilis hominibus; demum in loco ultimo formavit duas frigidâs. & perpetuo frigore asperat, perpetuâque glacie tristes reddit telas. Et præterea eadem Proserpina pingit templa Plutonis patruï, & Inferos funestos sibi & præsagium non defuit: nam vultus velut præsagiens luctum, madefactus est lacrymis subitis: inceperat etiam jam curvare mare, aquis pellucidis, in extremâ*

ANNOTATIONES.

cœlum ex igne constare judicabat. Clavertius putat legendum esse, *legit flamma polum*: sic Ovidius deigne: [in arce. Emicuit, summâque locum sibi legit] *Legit*, id est, *elegit*, ac sortitus est.  
 253 *Ostro fundit aquas.* ] *Homerus: ὄστρον πορφυρέων, --- Mare purpureum* Virgilius appellat.  
*Attollit litora gemmis.* ] Id est, pingit litora sese attollentia supra aquas, & ad id utitur gemmis.  
 256. *Inserpere murmur arenis.* ] Effectus hic ponitur pro causâ, nam serpunt contra arenas undæ, quæ murmur excitât.  
 257. *Addit quinque plagas.* ] Intelligit quinque Zonas; torridam unam, quæ media est; duas temperatas, Septentrionalem & Australem; & duas frigidâs versùs utrumque Polum.  
 258. *Limes.* ] Obliqua terrarum regio, quæ Zonam torridam includit, & quæ perpetuis aduritur Solis ardoribus.  
 260. *Vitales.* ] Antiqui credebant Zonas tantum temperatas eâ esse naturâ, ut sub iis homines vivere possent: Zonam torridam ob nimium æstum non esse habitabilem. Ovidius: [sic æstus. Quam quæ media est non est habitabilis.]  
 264. *Patruï.* ] Plutonis, qui frater est Jovis, patris Proserpinæ. Ex Justiniani institutis *Patruus* est patris frater, qui *Græcis πᾶτερ ἀδελφός* appellatur.  
*Sacraria.* ] Sacraria sunt loca remota, & cæteris sacrationa.  
 265. *Fatalésque sibi manes.* ] Ad quos fato mox traheretur.  
 267. *Texti.* ] Id est, vestis textæ, aut texendæ.  
*Vitreis.* ] Quia aquæ sunt pellucidæ ut vitrum.

- Oceanum sinuare vadis : sed cardine verso  
 Sensit adesse Deas, imperfectumque laborem  
 270 Deserit, & niveos infecit purpura vultus  
 Per liquidas succensa genas, castæque pudoris  
 Illuxere faces. non sic decus ardet eburnum,  
 Lydia Sidonio quod fœmina tinxerit ostro.  
 Merferat unda diem. sparso nox humida somno.  
 275 Languida cæruleis invexerat otia bigis.  
 Jamque viam Pluton superas molitur ad auras.  
 Germani monitu. torvos invisa jugales  
 Alecto remone ligat, qui pascua mandunt  
 Cocyti, spatiisque Erebi nigrantibus errant,  
 280 Stagnaque tranquillæ potantes marcida Lethes.  
 Ægra soporatis spumant oblivia linguis.

## INTERPRETATIO.

parte tela : sed januâ apertâ, animadver-  
 sit Deas venire, & relinquit opus  
 imperfectum, & rubor inflammatus per  
 genas puras, suffudit vultum candidum,  
 & ardor verecundia casta emicuit : non  
 sic nitet ornamentum eboris, quod mulier  
 Lydia tinxerit purpurâ Sidoniâ. Mare so-  
 pelierat lucem : nox humida diffuso som-

no astulerat quietem languentem, vespere  
 equis nigris, & jam Pluton suscipit iter  
 ad terras altas, admonitione fratris. A-  
 lecto odiosa alligat currui equos crudeles,  
 qui edunt herbas Cocyti, & vagantur per  
 spatia nigra Inferorum, & bibentes tur-  
 bidum fluvium Lethes placida, revomunt  
 ore soporifero oblivionem languidam.

## ANNOTATIONES.

268. Oceanum.] Sic dicitur quia, *Ὠκεῖος*,  
*ὠκεῖος*, celeriter fluit.

270. Purpura.] Id est, rubor purpu-  
 rei coloris, qui velut ignis liquidus errat  
 per genas, easque succendit, ac pingit.

271. Castique pudoris illuxero faces.]  
 Id est, castus pudor ruborque in ejus  
 vultu, instar facis enituit : nisi fortè per  
 faces intelligat oculos in quibus pudor  
 & modestia enituerit.

272. Decus ardet eburnum.] Non sic  
 ebur radiat, cum infectum seu tinctum  
 est colore purpureo. Ovidius :

*Aur quod ne longis flavescere possit ab  
 annis*

*Maonis Assyrium fœmina tingit obur.*

273. Lydia fœmina.] Lydia est regio  
 minoris Asiæ, in quâ mulieres ebur tin-  
 gere instituerunt.

*Sidonio ostro.*] Purpurâ Sidoniâ; Sidon  
 autem est urbs Phœnicis, opus Assyrio-  
 rum, quam à piscium copiâ Sidona ap-  
 pellaverunt; (nam piscem Phœnices, *Si-  
 don* vocant) in quâ purpureus color ex-  
 quisitissimus.

274. Merferat.] Ex eorum sententiâ,

qui Solem putant in Iberum mare cum  
 ingenti undarum fragore decidere. Florus  
 de Decimo Bruto, *formidatūque mili-  
 tibus flumen Oblivionis (Lethes) peragra-  
 tōque victor Oceanis litore, non prius signa  
 convertit, quàm cadentem in maria So-  
 lem obrutūque aquis ignem, non sine  
 quodam sacrilegii metu, & horrore depre-  
 hendit.* Hoc certè Poëtam audaciorē  
 puto neminem.

*Somno.*] Somnus è suo cornu spargit  
 soporem, & Deus ille habitus etiā est.

275. Bigis.] Etiam nocti currus &  
 equi dantur.

278. Alecto.] Sic dicitur ab, *ἀ*, sine,  
 & *λήγω*, cessare, desinere, quod non  
 desinat persequi improbos.

280. Lethes.] *Λήθη*, est oblivio, quali  
 sit fluvius oblivionis : cujus fluvii aquam  
 qui bibebant, ii omnia oblivisci cre-  
 debantur.

*Tranquilla.*] Quæ tollit memoriam  
 rerum molestarum, & tumultum vitæ  
 præteritæ.

281. Soporatis.] Tinctis vi quâdam so-  
 poriferâ.

Orphnuz

Orphneus crudele micans, Æthonque sagittâ  
 Ocior, & Stygii sublimis gloria Nycteus  
 Armenti, Ditisque notâ signatus Alastor,  
 285 Stabant ante fores juncti, sævumque fremebant  
 Crastina venturæ spectantes gaudia prædæ.

## INTERPRETATIO.

Orphneus se agitans crudeliter, Æthon  
 velocius jaculo, & Nycteus honor ingen-  
 tis armenti Inferorum, & Alastor inu-  
 stus cauterio Plutonis. Juncti erant ante  
 januam, & furebant immaniter, expe-  
 ctantes latitiam crastinam raptus futuri.

## ANNOTATIONES.

282. Orphneus. ] ὄρφνης tenebra: ὀφθαλμός,  
 equus tenebrosus. Est, & Orphne Nympha  
 Inferorum. Ovidius:

Alcalaphus vidit, quem quondam di-  
 citur Orphne,

Inter Avernales haud ignotissima Nym-  
 phas,

Ex Acheronte suo furvis peperisse sub  
 undis:

Micans. ] Equus dicitur micare, cum  
 motu celeri jubas & totum corpus  
 excutit.

Æthon. ] αἴθω ardeo, quoddam sit equus  
 ardens, urens.

283. Nycteus. ] νύκτιος, equus nocturnus.

284. Alastor. ] ἀλάστωρ, ultor, qui punit

nefaria, & ἀλάστωρ, non obliuiscenda, quæ  
 non debent, latere λαοδάμοι, latere, vel:

Alastor dicitur ἀπὸ τοῦ ἀλάστωι errare  
 Apollodorus deducit ἀπὸ τοῦ ἀλίστην,

quod est ea peccare, qua nec aqua asper-  
 sione, neque dierum numero tolli queunt:

ut Alastor intelligatur, cujus animi labes  
 nec diuturnitate vaneſcere, nec expiation-

ibus ullis elui potest. Parrhasius.

Notâ signatus. ] Pecori notas inurere  
 veteres solebant: Alastor autem notatus  
 erat literâ, Π quæ Plutonem significat.

286. Spectantes. ] Id est expectantes;  
 simplex pro composito usurpatur, idque  
 faciunt autores boni,





## CL. CLAUDIANI

DE

## RAPTU PROSERPINÆ

\* AD FLORENTINUM,

LIBER II.

## ARGUMENTUM PRÆFATIONIS.

UT Orpheus canit laudes Herculis, cujus Thraciam pacantis  
ope interruptam Musicam repetebat : sic & Claudianus laudat  
Florentinum, cujus hortatu cantus intermissos repetit.

## PRÆFATIO.

OTIA sopitis ageret cùm cantibus Orpheus,  
Neglectumque diu seposuisset ebur;  
Lugebant erepta sibi solatia Nymphæ,  
Lugebant dulces flumina mœsta modos.  
Sæva feris natura reddit, metuensque leonum

## INTERPRETATIO.

Cum Orpheus indulgeret quieti, omisâ tam sibi; fluviis tristes flebant, & de-  
musicâ, & reliquisset opus neglectum siderabant suaves cantilenas: natura  
diu; Nympha flebant consolationem rap- crudelis resumitur à feris; & boves timentes

## ANNOTATIONES.

\* AD FLORENTINUM. ] Florentinus erat Orpheus. ] Apollinis & musæ Callio-  
præfectus urbis, belli pacisque artibus pes filius, in Thraciâ natus, cantu Musico  
nobilis, cujus hortatu Claudianus opus excellentissimus.  
intermissum persecutus est. 3. Lugebant flumina. ] Id est, luctus  
communis erat toti regioni.  
1. Ageret otia. ] Id est, cessaret, re- 5. Sæva feris. ] Id est, feræ resumunt  
quiesceret, omisso canendi studio. Virgil. naturam sævam, seu pristinam feritatem.  
Secura sub alâ, Natura reddit. ] Tacente Orpheo; qui  
Otia agunt terrâ.

- Implorat cytharæ vacca tacentis opem.  
 Illius eduri flevêre silentia montes,  
 Silvâque Bistoniam sæpe secuta chelyn.  
 Sed postquam Inachiis Alcides missus ab Argis  
 10 Thracia pacifero contigit arva pede,  
 Dirâque sanguinei vertit præsepia Regis,  
 Et Diomedeos gramine pavit equos:  
 Tum patriæ festo lætatus tempore vates  
 Deluctæ repenit fila canora lyræ,  
 15 Et residens lævi modulatus pectine nervos,  
 Pollice festino mobile duxit ebur.  
 Vix auditus erat: venti frænantur & undæ.  
 Pigrior adstrictis torpuit Hebrus aquis.  
 Porrexit Rhodope sumentes carmina rupes,  
 20 Excussit gelidas pronior Ossa nives.  
 Ardua nudato descendit populus Æmo,

## INTERPRETATIO.

leonem, petunt auxilium lyra tacentis. Et montes barbari fleverunt silentium illius lyræ, & sylva comitata sunt sæpè lyram Thraciam. Sed postquam Hercules missus ab Argis Inachiis, attingit agros Thracia placido gressu, & evertit stabulum crudele Regis sanguinarii, atque nutrit herbâ equos Diomedus; tum poeta gavisus lætitiâ solenni patria Thracia, retractat chordas resonantes cithara intermissa, & tangens nervos quiescentes plectro delicato, pulsavit lyram eburneam mobilem digito celeri. Orpheus vix auditus erat, cum venti & aqua placantur; Hebrus lentior conficitur, aquæ ligatis: Rhodope admovit montes cupientes carmina; Ossa demissior succussit nives frigidas: Populus arbor alta descendit Æmo detecto.

## ANNOTATIONES.

Orpheus, quod gentes barbaras emolliisset, & ad cultum civiliorum traduxisset; inde feras & saxa blando citharæ sono trahere dictus est.

8. *Bistoniam chelyn.* Id est, chelyn, seu lyram Orphei Bistonii seu Thracis; nam Thraciæ gens Bistones dicti à Bistone Martis filio.

9. *Inachiis Argis.* Argos nomen est undecim urbium; sed Argos Inachium ab Inacho primo Argivorum Rege, est urbs Peloponnesi, in qua regnabat Eurystheus, qui fati iniquis imperitabat Herculi.

*Alcides.* Hercules sic dicitur, ab avo paterno Alceo; vel ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, quæ virtus est, seu robur, quo valebat præ cæteris Hercules.

10. *Pacifero.* Nam Hercules, orbe

monstris purgato, pacem ubique statuebat.

11. *Sanguinei Regis.* Diomedis crudelissimi, cujus equi humanâ carne pascebantur. Sed hos abegit Hercules.

13. *Tam.* Cum Hercules lustraret Thraciam.

18. *Torpuit pigrior Hebrus.* Hebrus est fluvius Thraciæ, qui cursum compressit, quasi stupore defixus, ut audiret vocem Orphei.

19. *Rhodope, Ossa.* Rhodope est mons Thraciæ, Ossa Thessaliæ.

*Sumentes.* Id est, rupes avidissimas audiendi cantus; seu montem arrexit, admovit.

21. *Æmo.* Hæmus Mons Thraciæ; de quo supra.

ZZz ij



- Et comitem quercum pinus amica trahit.  
 Cirrhæasque Dei quamvis despexerit artes,  
 Orpheis laurus vocibus acta venit.  
 25 Secutum blandi leporem fovère Molossi,  
 Vicinúmque lupo præbuit agna latus.  
 Concordes variâ ludunt cum tigride damæ,  
 Massylam cervi non timuere jubam.  
 Ille novercales stimulos actúsque canebat  
 30 Herculis, & forti monstra subacta manu,  
 Qui timidæ matri pressos ostenderit angues,  
 Intrepidúsque fero riserit ore puer.  
 Te neque Dictæas quatiens mugitibus urbes  
 Taurus, nec Stygii terruit ira canis:  
 35 Non leo sidereos cœli rediturus ad axes,

## INTERPRETATIO.

& pinus amica attrahit quercum sociam, & laurus impulsâ cantibus Orphei venit, licet spreverit artes Cirrhæas Dei Apollinis. Molossi canes blandientes complexi sunt leporem intrepidum. & ovis dedit lupo latum propinquum: dama ludunt concorditer cum Tigride maculosâ, cervi non metunt jubam leonis Massyli: ille Orpheus canebat iram noverca, & facta Herculi, & monstra victa manu generosa ejus, qui puer monstraverit serpentes elisos matri timida, & impavidus arripserit vulnū feroci. Taurus terreus mugitibus urbes Dictæas, te non terruit, ô Hercules, nec rabies canis Inferni Cerberi; non leo reverjurus ad Polum stellarum cœli

## ANNOTATIONES.

22. *Pinus amica.*] Pinus & quercus ambæ sunt in tutelâ Cybeles; sed & quercus sacra etiam est Jovi.  
 23. *Cirrhæas.*] Cirrha est urbs Phocidis, sacra Apollini; *Cirrhæas*, id est Apollineas.  
 24. *Laurus.*] Fuit olim Daphne, quæ contempsit artes, & cantus Apollinis.  
 25. *Molossi.*] Canes Epiri Græciæ regionis, iique validi.  
 26. *Agna.*] Quæ & ætate, & sexu formidolosior.  
*Lupo.*] Ovidius de re non possibili.  
*Pax erit hac nobis, donec mihi vita manebit.*  
*Cum pecore infirmo qua solet esse lupis.*  
 27. *Damæ.*] Sunt sylvestres capræ.  
 28. *Massylam.*] Mallylia est Africa regio, in quâ sunt leones insigni magnitudine & ferocitate.  
 29. *Novercales stimulos.*] Stimulos iræ, odii, quibus Juno noverca excitabatur in Herculem mariti Jovis filium naturalem.  
 30. *Monstra.*] Intelligit monstra & Tyrannos immanes devictos ab Hercule, quibus tyrannis nihil est monstruosius.  
 31. *Matri.*] Herculis mater erat Alcmena uxor Amphitryonis.  
*Angues.*] Quos Juno noverca immiserat, ut Herculem puerum devorarent, sed ille hos elisit unguibus, & extinxit in cunis.  
 33. *Dictæas.*] Dictæ est promontorium Cretæ, hinc *Dictæus*, id est Cretensis.  
 34. *Taurus.*] Taurus immisus à Neptuno, quod Minos eum non honore præcipuo coluisset, Cretensem agrum vastabat, sed ab Hercule subactus est.  
 35. *Leo.*] Vastus hic & immanis Leo descendit à globo lunæ; in quâ agros, sylvas, & majora animalia reponunt Pythagorici.  
*Rediturus.*] Hic leo rediturus erat ad cœlum: quia ex cœlo venerat, scilicet globo Lunæ, & reverâ ex Poëtis relatus est inter æstra hic Leo, vel à Junone Zelotypâ; vel à Jove in gratiam Herculis, quod unum fuit inter ejus certamina.

Non Erymanthei gloria montis aper.  
 Solvis Amazonios cinctus, Stympthalidas arcu  
 Appetis; occiduo ducis ob orbe greges:  
 Tergeminique ducis numerosos dejicis artus,

40 Et toties uno victor ab hoste redis.  
 Non cadere Antæo, non crescere profuit Hydræ:  
 Non cervam volucres eripuerunt pedes.  
 Caci flamma perit: rubuit Busiride Nilus:

## INTERPRETATIO.

non aper, honos montis Erymanthi: tu de-  
 trahis balneum Amazonum, tu percussis  
 jaculo aves Stympthalidas: tu adducis bo-  
 ves ex terrâ Occidentis: & deturbas cor-  
 pus multiplex Regis tricornis, & victor  
 reverteris toties ab uno hoste. Nil profuit  
 Antæo volui in terram, nil profuit hy-  
 dræ crescere: non pedes celeres ademere  
 Herculi cervam: ignis Caci extingui-  
 tur. Nilus tinctus est sanguine Busiridis:

## ANNOTATIONES.

36. *Erymanthei.*] Erymanthus est op-  
 pidum, mons & fluvius Arcadiæ, ubi  
 ferocissimus Aper natus ex sue seu Scro-  
 fâ Phzæ, quæ & Calydonium Aprum  
 tulit, à Maleægo occisum.

*Aper.*] Erymanthus, quem ni-  
 vibus implicatum cepit Hercules ejus  
 vim & robur timens; hinc eum imposi-  
 tum Mycenæ detulit, cum omnium  
 terrore. De hoc Polyænus, ὁ δὲ Ἀιδὺς  
 πολλὰς ἀνὰ τὴν ἐρίαν. ὁ δὲ τὴν ἀρχαὶαν οὐκ  
 ὁ αὖς ἐξάλλεται: καὶ θυμὸν παρὰ τοὺς  
 τῆ χιτῶν ἐμπῶν, κατὰ δύναμιν τὴν καὶ  
 ἀπειρίαν ἀλλομεται. Ille Hercules multos  
 lapides desuper injiciebat; itaque sus irri-  
 tatus exiliis, & favore præcepit, in nivem  
 incidit, ac submersus impingensque capitur.

37. *Solvis Amazonios cinctus.*] Vincis  
 Amazonas, & earum Regina Hippolytæ  
 detrahis balneum.

*Stympthalidas.*] Stympthalus est oppi-  
 dum, fons, & palus Arcadiæ, in qua aves  
 erant dictæ Stympthalides, alis solem ob-  
 scurantes, & carne humanâ vescentes:  
 has extinxit Hercules, aut fugavit cro-  
 talo seu tabulâ æneâ, quàm à Vulcano  
 factam ipsi Minerva dederat.

38. *Appetis.*] Vulneras, percussis; ferro  
 celestia corpora demens appetis, id est,  
 vulneravi. Virgilius de Diomede.

*Greges.*] Armenta Geryonis tricorni-  
 poris, id quod æstetur ad concordiam  
 trium fratrum qui uno animo regi vide-  
 bantur: vel ad tres insulas Hispaniæ,  
 quibus Geryo præerat, & in quibus in-

numeros boves alebat, quæ tam solæ  
 opes habebantur.

41. *Non cadere Antæo.*] Antæus gigas  
 Neptuni & Terræ filius, sexaginta cubitis  
 in Libya adolevit, cum Hercule pugna-  
 bat, & exhaustis viribus, in Terram ma-  
 trem cadebat, statimque vires reparabat:  
 id, animadvertit Hercules, gigantemque  
 in aërem sublatum, & suo pectori ad-  
 strictum oppedit, atque suffocavit.

*Non crescere profuit Hydræ.*] Hydra  
 monstrum erat Lernæ paludis, in agro  
 Argivo; huic nonaginta, aut quinquaginta  
 erant capita; & cum unum am-  
 putatum foret, duo pullabant; at Her-  
 cules caput recisum statim exurebat;  
 sicque bellum confecit.

42. *Cervam.* Arripedem, & (licet re-  
 pugnent Physici) cornibus aureis Dianæ  
 dedicatam ex Pindaro, Hercules domuit,  
 aut retibus, aut cursu, aut somno jacen-  
 tem; hæc incredibili pedum celeritate  
 valebat.

43. *Caci.*] Cacus Abigeus semifer, Vul-  
 cani filius flammæ vomebat in Campa-  
 niâ Italiæ regione, sed ab Hercule ex-  
 unctus est.

*Busiride.*] Busiris Neptuni Libyæ Epa-  
 phi filii filius, hospites in Egypto im-  
 molabat, sed ab Hercule immolatus est.

44. *Nubigenis.*] Nubigenæ sunt Cen-  
 tauri nati ex Ixione, & nube suppositâ à  
 Jauone, quàm Ixion de stupro sollici-  
 tare ausus fuerat. Centauri autem sunt  
 partim homines, partim equi; sicque

Z Z z iij

Prostratis rubuit Nubigenis Pholoë.

- 45 Te Libyci stupuere sinus: te maximus Atlas  
 Horruit, imposito cum premere polo.  
 Firmior Herculeâ mundus cervice pendit.  
 Lustrarunt humeros Phœbus & astra tuos.  
 Thracius hæc vates. sed tu Tirynthius alter,  
 50 Florentine, mihi. tu mea plectra moves.  
 Antrâque Musarum longo torpentia somno  
 Excutis, & placidos ducis in orbe choros.

## INTERPRETATIO.

*Pholoë maduit sanguine Centaurorum occisorum. Te littora Libya simularunt; Atlas altissimus te obstupuit, cum ferres cælum superpositum; suspensum est firmius humeris Herculis, Sol & sidera illuminarunt humeros tuos. Poëta Thracia*

*Orpheus cecinit hæc res: at tu, & Florentino, es mihi Hercules alter; tu excitas lyram meam; tu excitas cavernam Musarum nostrarum cessantem longâ requie, & trahis ab ore meo cantus suas.*

## ANNOTATIONES.

mixtâ naturâ monstrofi; hos domuit Hercules, propè Pholoen montem Arcadiz aut Theſſaliz. Nolebat iis bellum inferre injustum Hercules, sed curavit se hospitio suscipi à Pholo; quod, cum generosissimi vini cadus promeretur, Centauri odore vini allekti confluxerunt, idque rapuerunt. Hercules nactus hinc occasionem eos omnes interemit, quia *ad Arg. Sp̄ritus, injusta facientes. Polyzenus.*

45. *Libyci sinus.*] Id est, horti Hesperidum, ex quibus Hercules abstulit poma aurea servata à dracōe: (*sinus*) alludit ad flexus Draconis & litoris.

*Atlas.*] Atlas Rex olim Mauritaniz; sed Perſei capite Medusæo verſus est in

montem, qui mons est altissimus in Mauritaniz Africæ regione, qui cum cælum sustineret, & jam onere defessus foret; Cælum Herculi proceriori, atque valentiori dedit sustinendum: hoc refertur ad Astrologiam, quam Atlas Herculeum docebat.

46. *Horruit.*] Id est, percussus obstupuit.

49. *Tirynthius.*] Tiryns, Tirynthos, olim Halica dicta à Piscatoribus; est urbs agri Argivi, Hercule cive nobilis; & inde Hercules dicitur *Tirynthius*.

50. *Florentino.*] Hic bonos doctosque suâ liberalitate sustentabat.

52. *Placidos.*] Id est, ducis choros, scætus Musarum.

*In orbe.*] Alii legunt, *ab ore*.

## ARGUMENTVM LIBRI II.

**M**ANER Proserpina petit infelicitè sylvas, & cum hac Venus, Diana, Pallas: Proserpina magnificè vestita. Hanc comitantur Næides, & in his major Cyane. Credas esse Amazonas, aliasque Nymphas. Ab Hennâ rogatus Zephyrus fecundat, & distinguit ejus agros floribus & arboribus in gratiam Dearum. Propè est lacus pelucidus. Huc volant Dæ ad flores colligendos. Mox urbes, montesque, quatiuntur. Pluto erumpit ab Inferis. Sicilia dehiscit, Cælum tre-

mit, omnia afflantur ab equis Plutonis. Proserpina rapitur: Pallas & Diana tremunt. De Plutone queruntur, arma pararent, sed retinentur à Jove. Proserpina flet. Hanc solatur Pluto spe magni Imperii. Proserpinæ omnia gratulantur, sed eam excipiunt Heroinæ Elysiorum. Supplicia damnatorum cessanti; mors nulla est; renovatur seculum aureum.

## CARMEN XXXV.

**I**M PULIT Ionios præmisso lumine fluctus  
 Nondum pura dies: tremulis vibravit in undis  
 Ardor, & errantes ludunt per cærule flammæ.  
 Jamque audax animi, fidæque oblita parentis,  
 5 Fraude Dionæâ; riguos Proserpina saltus  
 (Sic Parcæ voluere) petit. ter cardine verso  
 Præfagum cecinere fores. ter conscia fati  
 Flebile terrificis gemuit mugitibus Ætna.  
 Nullis illa ramen monstris, nulloque tenetur  
 10 Prodigio. comites gressum junxere sorores,  
 Prima dolo gaudens, & tanti callida voti

## INTERPRETATIO.

**L**ux clara nondum illustravit radiis  
 sparsis mare Ionium: fulgor Solis vol-  
 litavit in aquis tremulis, & radii vagi  
 agitantur per aquas: & jam Proserpina  
 audenti animo, & immemor matris fi-  
 delis, currit in sylvas irriguas dolo Ve-  
 neris (sic Parca jussurans) janua sonuit  
 ter præfagium, cardine inverso, Ætna  
 conscia raptus gemuit ter flebiliter, sonis  
 terribilibus. Tamen illa Proserpina nullis  
 retinetur portentis, & nullo prodigio. Sorores  
 Venus, Pallas & Diana, socia conjun-  
 xerunt viam suam. Prima Venus gaudens  
 fraude, & dissimulans tantum desiderium

## ANNOTATIONES.

2. *Nondum pura dies.*] Id est crepusculum, seu dubia lux inter noctem diemque.

*Ionios.*] Lib. 1. suprâ v. 147.

4. *Audax animi.*] Putant subintelligi, virtute, quasi sit audax virtute animi.

*Fida parentis.*] Fidelis matris, & cui fideliter obediendum fuisset, non exeundo.

5. *Fraude Dionæâ.*] Id est, fraude Veneris, quam Juppiter ex Dione suscepit, unde Venus, mater Dionæa dicitur.

*Riguos saltus.*] Sylvas aquis perennibus irriguas, seu asperfas.

7. *Præfagum cecinere.*] Id est, januæ per sonitu infelici indicaverunt malum

præfagium: januæ quippe vel stridore; vel pedis offensu futura prænuntiare credebantur.

*Ter.*] Numerus ille maximè spectatus in auguriis, seu præfagiis.

8. *Ætna.*] Mons Sciciliæ, velut gemendo impulit mugitum, seu fragorem horrendum: id quod inter prodigia numeratur, nam hoc insueto fragore bella cladisque portendi creduntur.

11. *Dolo gaudens.*] Venus est alacrior, gaudens dolum sibi, ex animo succedere.

*Callida voti.*] Id est, dissimulans votum, vel sciens sua desideria: apud Tâcirum legitur, *callidus rei militaris.*

- It Venus, & raptus metitur cordè futuros,  
Jam durum flexura Chaos, jam, Dite subactò,  
Ingenti famulos Manes ductura triumpho.
- 15 Illi multifidos crinis sinuatur in orbes  
Idaliâ divisus acu sudata marito  
Fibula, purpureos gemmâ suspendit amictus.  
Candida Parrhasii post hanc regina Lycæi,  
Et Pandionias quæ cuspide protegit arces,
- 20 Utraque Virgo, ruunt: hæc tristibus aspera bellis;  
Hæc metuenda feris. Tritonia casside fulvâ  
Cælatur Typhona gerit, qui summa peremptus,  
Imâ parte viget, mori ns & parte superstes.  
Hæstaque terribili surgens per nubila gyro.

## INTERPRETATIO.

*is, & præsunt in animo suo raptum futurum, jam superatura inferos indomitos, jam tractura in triumphum solemnem Manes, ut servos suos, Plutone victo, Crines illius Veneris separati acu Idaliâ torquentur in multos circulos: fibula gemmâ fabricata à conjuge Vulcano suspendit vestem purpuream. Post hanc Venerem eunt pulchra Diana Regina Lycæi Arcadici, &* *Pallas, qua defendit scepro urbem Atheniensem. Amba virgines celerant: hæc Pallas furiosa bellis crudelibus; hæc Diana timenda feris: Pallas fert Typhonem sculptum in galeâ nratâ; qui Typhonem occisus quoad superiora membra; vivit in parte inferiore; moriens partim & partim vivens; & hasta ejus Palladis, exurgens per aërem ambitu horrendo*

## ANNOTATIONES.

12. *Metitur.* ] Estimât, expendit, præsumit, Martialis:  
*Qui sua metitur pondera, ferre potest.*
13. *Flexura Chaos.* ] Flexura & impulsura ad amandum Deos inferos.
14. *Ductura.* ] Triumpho; hoc ex Romanorum more.
16. *Idaliâ.* ] Idalium est oppidum Cypri; in quo habitabant Charites, seu Gratiæ famulæ Veneris. (*Idaliâ acu*) itaque, est acu Gratiarum Idaliarum.
- Sudata.* ] Id est, magno sudore, labore, arte fabricata.
18. *Parrhasii.* ] Id est, Arcadici: nam Arcadia Græciæ regio appellata est Parrhasia à Parrhasio, vel Martis, vel Lycaonis filio.
- Lycæi.* ] Mons est Arcadiæ, aptus Venationi, Dianæ sacër, & cujus idèò dicitur Regina.
19. *Pandionias.* ] Id est, Athenienses: à Rege Pandione.
- Cuspide.* ] Sceptro; nam hæstæ olim pro sceptris erant, ut suprà vidimus.
21. *Tritonia.* ] Pallas quæ dicitur Tritonia à Tritone, vel fluvio, vel palude, seu Libyæ, seu Thessaliæ, seu Bœotiz; ubi Pallas à nonnullis orta dicitur, & patrem habuisse Neptunum, quæ Pallas postea à Jove adoptata est. Alii alia sentiunt, nec mirum est in re fabulosâ.
22. *Typhona.* ] Typhon, seu Typhæus, Titani & Terræ filius, gigas quem Pallas interfecit; & ideo fert ejus effigiem depictam, velut in signum victoriæ reportatæ.
- Summa peremptus.* ] Typhon, ut ceteri gigantes, habebat crura pedesque anguineos, sed occisus est à Pallade, quod spectat ad superiores corporis humani partes; partes inferiores anguinæ difficiilius necatæ sunt, ut accidit de serpentibus. Nam *summa*, id est quoad summa, vel secundum supremas corporis partes: figura Græcis usitata, Horatius dixit, *Cætera fulvus*.
24. *Terribili gyro.* ] Ambitu quatuor cubitorum. Alii legunt *ferro*, nec male.
25. *Instar.*

- 25 Instar habet sylvæ tantum stridentia colla  
 Gorgonos obtentu pallæ fulgentis inumbrat.  
 At Triviæ lenis species, & multus in ore  
 Frater erat, Phœbique genas & lumina Phœbi  
 Esse putes, solusque dabat discrimina sexus.
- 30 Brachia nuda nitent: levibus projecerat auris  
 Indociles errare comas, arcuque remisso  
 Otia nervus agit. pendent post terga sagittæ.  
 Crispatur gemino vestis Gortynia cinctu  
 Poplite fusa tenus, motoque in stamine Delos
- 35 Errat, & aurato trahitur circumflua ponto.  
 Quas inter Cereris proles, nunc gloria matris,  
 Mox dolor, æquali tendit per gramina, passu,  
 Nec membris, nec honore minor; potuitque videri

## INTERPRETATIO.

*habet speciem arboris: operit solummodo caput sibilans Medusa, præterea veste nitida. Sed aspectus Diana erat blandus, & magna similitudo fratris erat in vultu: credas esse genas Apollinis & oculos Apollinis, & sexus solus ponebat differentiam: brachia nuda candescunt: permiserat ventis levibus spargere crines fluentes; & arcu cessante, funis habet requiem; post dorsum tela suspensa sunt. Vestis Cre-*

*tensis constringitur vinculo duplici, dea missa usque ad genua. Et Delos puer in veste mota vagatur, & cincta aquis æthereis agitur ventis. Inter Palladem & Dianam est Proserpina pulcherrima, cum veste magnificâ, inter quas Deas, filia Cereris qua nunc est honor matris, mox dolor exit, ut per prata passu simili, nec inferior corpore, nec pulchritudine; & potius credi Pallas,*

## ANNOTATIONES.

25. *Instar sylvæ.* ] Habet speciem arboris magnæ, quæ sylvam quodammodo adæquat, Hyperbolicus.

*Stridentia colla.* ] Id est colla sculpta sunt velut inflata, & quasi bestia sibilaret.

26. *Gorgonos.* ] Gorgones tenuerunt Dercades insulas in mari Æthiopico, & Phorci filia fuere, Medusa, Sthenyo, & Euryale: Palladis ope Medusam domuit Perseus, & ejus ferebat caput, quo objecto homines in saxa mutabat: ut accidit Scirphiis universis. Ratio fabulæ est, quod imperiti ad prudentum sermonem defixo vultu inhiunt & stupeant: γοργωνες, ἄνθρωπος significat, truculentiam.

27. *Trivia.* ] Dianæ, quæ Trivia appellatur, à triviis & compitis, quibus præesse credebatur.

*Lenis species.* ] Alludit ad Lunæ colorem; qui ex Plinio blandus est.

29. *Sexus.* ] Placuit Poëtis ejusmodi descriptio: Ausoniana de sexu multo jucundissima est.

*Dum dubitat natura marem, faceretne puellam?*

*Factus es, ô pulcer, penè puella puer,*

33. *Gortynia.* ] Sic dicitur à Gortynâ urbe Arcadiæ, vel potius Cretæ insulæ, patriâ Britomartis, quam Diana dilexit, sicque vestis Gortynia, id est efformata ad morem Cretensium.

34. *Delos errat.* ] Delos est insula maris Egæi; olim in mari fluitans; sed Apollo ibi natus,

*Errantem Gyaro celsâ myconêque revinxit,* [ventos.

*Immotamque coli dedit, & contemnera*

38. *Membris.* ] Corporis proceritate, quæ semper tribuitur numinibus.

*Honore.* ] Intellige, oris formâ & dignitate.

A A a a

- Pallas, si clypeum, si ferret spicula, Phœbe.  
 40 Collectæ tereti nodantur jaspide vestes.  
 Pectinis ingenio numquam felicior arti  
 Contigit eventus. nullæ sic consona telæ  
 Fila. nec in tantum veri duxere figuram.  
 Hic Hyperionio Solem de semine nasci  
 45 Fecerat, & pariter, formâ sed dispare, Lunam,  
 Auroræ noctisque duces. cunabula Tethys  
 Præbet, & infantes gremio solatur anhelos,  
 Cæruleusque sinus roseis radiatur alumnis.  
 Invalidum dextro portat Titana lacerto  
 50 Nondum luce gravem, nec pubescentibus alrè  
 Cristatum radiis. primo clementior ævo  
 Fingitur, & tenerum vagitu despuit ignem.  
 Lavâ parte soror vitrei libamina potat

## INTERPRETATIO.

*si ferret scutum & Diana, si ferret sagittas, & recreat in gremio eos Solem & Lunam*  
*Vestes succinctâ colligantur jaspide oblongâ. pueros vix respirantes: ac sinus ejus ca-*  
*Succensus nunquam accidit arti felicior ip- ruleus illustratur alumnis pulchris, Tethys*  
*et peritiâ texendi: nulla fila adeò respondens fert Solem brachio dextro nondum valen-*  
*zâ tela, nec adeò habuere imaginem veri. In tem, nondum incommodum calore, nec*  
*hâc veste Proserpina pinxerat Solem nas- comatum radiis fulgentibus longè. Ille Sol*  
*centem ex semine Hyperionis, & Lunam depingitur lenior primâ astate, & despuit*  
*similiter, sed figurâ dissimili: astra du- vagitu parvas flammâs: soror ejus Solis*  
*centia diem & noctem: mare dat cunas in brachio sinistro Tethyos fugit humorem*

## ANNOTATIONES.

39. *Clypeum.* ] Scutum fert Pallas, ad indicandum orbem terrarum regi à sapientibus.  
 40. *Jaspide.* ] Id est, cingulo aut fibula, cui inferebatur Jaspis gemma.  
 43. *Veri.* ] Id est, fila nihil discrepantia, in iis quæ repræsentabant, habuere imaginem formæ naturalis; id quod in picturâ laudatur, cum ea, res depictas ad verum exprimit. In hac veste pingitur Sol & Luna, & utriusque nutrix Tethys.  
 44. *Hyperionio.* ] Hyperion erat Cœli & Terræ filius, pater Solis & Auroræ & Lunæ.  
 46. *Tethys.* ] est Oceani coniux, soror Hyperionis, matertera Solis & Lunæ: alit Solem & Lunam, ut nutrix optima: Tethys sumitur pro mari.  
*Duces.* ] In Genesi, *Luminaria magna: majus, quod præfesset diei; minus, quod præfesset nocti.*  
 48. *Radiatur alumnis.* ] Fulget vivo lumine alumnorum Solis & Lunæ, quos educavit.  
 49. *Titana.* ] Solem filium Hyperionis, qui fuit unus ex Titanibus.  
 51. *Cristatum.* ] Id est, emittentem radios, cristis similes: Sol depingebatur cum radiis duodecim, pro pari numero mensum.  
 52. *Vagitu.* ] Pingitur Sol ut infans, qui vagiendo emittit flammâs.  
 53. *Soror.* ] Luna ex Homero soror est Solis, sed Æschylus Lunam facit Solis filiam, quod ab eo lumen mutuata quodammodo gignatur.  
*Vitrei.* ] Numina æquorea appellantur vitrea, ab aquæ colore vitri æmulo. Sol portò & Luna nutriti dicuntur à mari, quod Poetæ aut censuerint, aut sinxerint astra ali emissis ex mari vaporibus; & ex eodem mari post vires reparatas exurgere.

Uberis, & parvo signantur tempora cornu.

- 55 Tali luxuriat cultu. comitantur euntem  
Naïdes, & sociâ stipant utrinque coronâ,  
Quæ fontes, Crinise tuos, & saxa rotantem  
Pantagiam, nomemque Gelan qui præbuit urbi,  
Concelebrant: quas pigra vado Camarina palustri,  
60 Quas Arethusæ latioes, quas advena nutrit  
Alpheus. Cyane totum supereminet agmen.  
Qualis Amazonidum peltis exultat aduncis  
Pulcra cohors, quoties Arcton populata virago

## INTERPRETATIO.

*mamma vitrea, & tempora designantur cornu parvo. Proserpina ornatur apparatus tali. Naïdes comitantur eam incidentem. & cingunt utrinque eam socio: Naïdes, quæ frequentant fontes tuos, & Crinise, & Pantagiam volventem saxa, & Gelan, qui dedit nomen urbi: Naïdes, quas Camarina lenta aquis palustribus, quas Arethusa, quas Alpheus externus alit: Cyane superior est omnium nymphae, quemadmodum fortis turba Amazonum gaudet sentis curvis. & quotiescunque*

## ANNOTATIONES.

55. *Cornu.*] Luna cornuta pingitur; & reverà suo cornu distinguit partes mentium.
55. *Luxuriat.*] Id est, ornatur cum luxu & pompâ.
56. *Naïdes.*] Naïs Naïdos, & Naïas Naïados, est Nympha aquarum, *ἀνὰ τὴν ῥαίαν*, quod est fluere.
57. *Crinise, Pantagiam.*] Crinise vel Crimnise fluvius est Siciliæ pater Accis Siculi, sicut & Pantagias fluvius, qui dicitur, *ἀπὸ τῆς παντὸς ἀγῆς, omnia agere, rapere*, quod omnia rapiat.
58. *Gelan.*] Gelas fluvius etiam est Siciliæ; unde urbs Gela dicta est.
59. *Camarina.*] Vel *Camarina* est palus Siciliæ, quam contrâ oraculum Siculi moverunt atque exhausserunt, & ingressis hæc hostibus, pœnas dederunt: Virgilius: *Fato nunquam concessa moveri: Apparet Camarina procul.* Camarina etiam odoris est teterrimi, quæ mota aut concussa nauseam parit. Et inde fortè etiam natum proverbium: *Ne moveas Camarinam. κινεῖν καμάρην movere Camarinam* Brasinus in eos, qui malum sibi accersunt, quia Camarina palus, *siccata pestilentiam creavit*.
60. *Arethusæ.*] Arethusa fons est nobilissimus Syracusarum in Sciciliâ; hujus aquas, qui potant commendantur à vir-
- tute bellicâ. Fuit autem Arethusa, Dianæ comes, ab Alpheo amata, cujus vim cum effugere non posset, in fontem, Dianæ commiseratione mutata est.
- Advena Alpheus.*] Alpheus fluvius est Elidis in Peloponneso Græciæ regione: ille fluvius per subterraneos sub mari meatus pervenit ad fontem Arethusam, & inde nata fabula & fluvii & fontis amorum.
61. *Cyane.*] Fons est Siciliæ prope Syracusas, qui non virili specie ut Anapus, sed muliebri ore colebatur.
62. *Qualis.*] Talis est Proserpina, qualis Hyppolyte Amazonum regina.
- Amazonidum.*] Amazones & Amazonides fuere mulieres bellicose Thermodontis Cappadociæ fluvii accolæ: sic dictæ sunt, vel ab Amazone puellâ Samornæ Sacerdotis Dianæ, & Ephesi reginæ filiâ, vel quia infantum dextras mamillas inurebant, ne sagittarum jactus impederetur: & ita Amazones dictæ ab *αἰσιν* *μαζὶς mamma*, quasi mulieres sine mammâ.
- Pelta.*] Pelta est scutum brevissimum, & lunatum seu curvum.
63. *Arcton.*] Gentes Arcticas, seu Septentrionales.
- Virago.*] Est mulier bellicosa, & Heroica indolis.



**Hippolyte niveas ducit post prœlia turmas :**

65 Seu flavos stravêre Geras , seu fortè rìgentem

**Thermodontiacâ Tanain fregere securi.**

**Aut quales referunt Baccho solennia Nymphæ**

**Mœoniæ, quas Hermus alit, ripâsque paternas**

**Percurrunt auro madidæ; lætatur in antro**

70 Amnis, & undantem declinat prodigus urnam.

Viderat herboſo ſacrum de vertice vulgus

Henna parens florum . curváque in valle sedentem

## I N T E R P R E T A T I O.

*Hippolyte Heroïna postquam vastavit  
Septentrionem, reducit formosum exercitum  
post pugnam : seu vicerunt Getas flavos ,  
seu forsan rapuerunt Tanais glaciatum  
securi patriâ. Aut quemadmodum Nym-  
pha Lydia renovans festa Baccho ; Nym-*

phæ , quas *Hermus* nutrit . & quæ as-  
persa aquis aureis currunt per littora pa-  
triae : fluvius gaudet in cavernâ , & li-  
beralis effundit plenam urnam . *Henna*  
mater florum aspexerat ex monte viri-  
di urbem sacratam , & sic alloquitur

## ANNOTATIONES.

64. *Hipolyte.*] Regina Amazonum ante bellum Trojanum Theseo nupsit, ita volente Hercule.

*Niveas.* ] Candidas, pulchras; vel  
fortè alludit ad nives Septentrionis.

*Post praliam.*] Partă victoriâ.

65. *Getæ.*] *Getæ* populi sunt vel Scythiæ vel Thraciæ. *Getæ* servile nomen apud Comicos, nam inde venales servi mittebantur.

66. *Thermodontiacâ*.] Thermodon, fluvius, non Thermodoon, quem & Araxen dixerunt, Cappadociam aluit: *Thermodontiacâ* securi, id est patriâ, seu quali Amazones utuntur ad fluvium Thermodontem.

*Tanain.*] Tanais est Scythiæ fluvius, qui Europam separat ab Asiâ: hodie dicitur, *Don*.

*Securi.*] Secures erant arma Amazonum : unde Ovidius ,

*Prima securigeras inter virtute puellas.*

67. *Solemnia.*] Felta terno quôque anno celebrari solita; mox & Trirerica dicta sunt; τρεῖς τρες, εἶρος, eos annus.

68. *Mæonia*. } Lydæ à Rege Mæone,  
qui & Lydis imperavit. Lydia porro sin-  
gulari cultu Bacchum prosequēbatur.

*Hermus.* ? Fluvius aurifer, Ioniam al-  
luens, vel Jovis, vel Tethyos & Oceani

**filius,**

69. *Percurrunt.* ] Nam Bacchz Nymphz Bacchi comites currunt, & vagantur per ripas patrias.

*Auro madida.* ] Aquis aureis flavii  
Hermi.

70. *Amnis.* ] Sic fluvius dicitur ab am-  
biendo.

*Declinat.*] Inclinat, invertit, effundit: que urnam præ gaudio.

*Urnas.*] Veteres fluviis tradebant in manu urnas, ex quibus aquas effundebant. Virgilius :

*Calatâque amnem fiendens pater In-*  
*chus urnâ.*

71. *Sacrum vulgus.*] *Vulgus* est inconditionata multitudo, atque in contemptum seipsum trahitur. Hic tamen significat Deorum coetum, cum suis ducibus; sed forte coetus sic appellatur, quia ut turba aut vulgus sine ordine incedebat.

71. *Henna.* ] *Henna* campum habet, qui in floribus semper est, & nullo non die vernus est: cujus perpetuos, copiososque flores inter naturæ miracula reponit Aristoteles.

*In valle sedentem.*] Flores & herbæ ut  
uberius in vallibus nascuntur, ita & ibi  
Zephyrus florum herbarumque pater se-  
dere fingitur.

- Compellat Zephyrum : Pater ô gratissime veris ,  
 Qui mea lascivo regnas per prata meatu  
 75 Semper , & assiduis irroras flatibus annum ,  
 Respice Nympharum cœtus , & celsa Tonantis  
 Germina , per nostros dignantia ludere campos.  
 Nunc adsis faveâsque , precor ; nunc omnia fœtu  
 Pubescant virgulta velis , ut fertilis Hybla  
 80 Invideat , vincique suos non abnuat Hortos.  
 Quidquid turiferis spirat Panchaia sylvis ,  
 Quidquid odoratus longè blanditur Hydaspes ,  
 Quidquid ab extremis ales longæva Sabæis  
 Colligit , optato repetens exordia busto ,

## INTERPRETATIO.

*Zephyrum sedentem in valle curvatâ. O pater jucundissime veris, qui imperas assiduò per prata mea, cursu ludente, & aspergis annum fluminibus continuis, vide turbam Nympharum, & filias maximas Jovis, dignantes ludere per agros nostros. Precor, nunc venias, & sis propitius:* concedas, ut nunc omnia arbuscula pullulent novo fructu, adeo ut Hybla fecunda amuletur & non recuset sua viridaria superari. Id omne, quod Panchaia exhalat in sylvis thureis; id omne, quod avis annoxa carpit à Sabæis remotis, rediens ad vitæ primordia, rogo grato;

## ANNOTATIONES.

73. *Zephyrum.*] Zephyrus dicitur quasi Ζηφύρος, vitam ferens, est enim vitæ amicus: vel dicitur Ζήφωρος, quia τὸ ζῆν μαῖον φέρει, & παρὶ γὰρ, vitam fert & præbet omnibus. Vel fortè dicitur quasi Ζήφωρος, qui explicatur ab Helychio πο-λυφώρος, multa ferens, quia πολλὰν πόδα φέρειν ποιεῖ τὴν γῆν, spirans multa servat facit terram. Est autem ventus mitissimus veris, florumque parens.
74. *Lascivo.*] Quo zephyro spirante ipsa videtur natura ludere atque lascivire; unde ex Alcæone, Cupido Chloridos & Zephyri filius. Homero zephyrus & vehemens.
75. *Irroras flatibus.*] Zephyrus dicitur roscidus, quia benigno rore, seu humore terram spargit atque fecundat.
76. *Tonantis germina.*] Nam Pallas, Diana, Venus, & ipsa Proserpina, filiae erant Jovis maximæ.
79. *Pubescant.*] Pullulent, & velut graventur fœtu.
- Hybla.*] Locus amœnissimus Siciliæ, floribus & melle notissimus.
81. *Panchaia.*] Hæc est thurifera regio Sabæorum Soli consecrata, quò redivivus Phoenix nidum defert, Ovidio teste.
- Thuriferis.*] Thus dicitur, ἀπὸ τῆς θύτης, sacrificare, quia sacrificiis utile est: sed & scribitur thus, & dicitur à tundendo.
82. *Longè blanditur.*] Id est, afflat procul odorem, qui delectat sensus, usque blanditur suaviter.
- Hydaspes.*] Indix fluvius aromatis nobilitatus: sese exonerat in Indum flumen.
83. *Ales longæva.*] Phoenix, qui vivere dicitur sexcentos & sexaginta annos: nascitur apud Arabes, aquilæ magnitudine, pulchro capite, plumis in conum extantibus, cristatis faucibus, collo aureo, cætera purpureus, absque caudâ. Roseis pennis cæruleus inscribitur nitor, Cæterum vide Idyllia de Phœnice.
- Sabæis.*] Populi sunt Arabiæ, ἀπὸ τῆς σάβας, venerari, quia thura suppeditant, quibus Deum veneramur.
84. *Colligit.*] Cinnama, costum, & alia odoramenta, quæ concussu alarum incendit, bustumque suum sic excitat, ex cuius cineribus nascitur vermiculus, mox Phoenix futurus.

- 85 In venas disperge meas, & flamine largo  
 Rura fove, merear divino pollice carpi.  
 Et nostris cupiant ornari numina fertis.  
 Dixerat. ille novo madidantes nectare pennas  
 Concutit, & glebas foecundo rore maritat,  
 90 Quaque volat, vernus sequitur rubor. omnis in herbas.  
 Turget humus, mediòque patent convexa sereno:  
 Sanguineo splendore rosas, vaccinia nigro  
 Induit, & dulci violas ferrugine pingit.  
 Parthica quæ tantis variantur cingula gemmis  
 95 Regales vinctura sinus? quæ vellera tantum.  
 Ditibus Assyrii spumis fucantur aëni?  
 Non tales volucer pandit Junonius alas.

## INTERPRETATIO.

*Sparge in venas meas, & spiritu copioso recrea agros, ut merear colligi digitis divinis. & Dea desiderens decorari floribus nostris. Henna sic locuta erat: at ille Zephyrus agit alas spargas nectare, & replet humum humore foecundo: & quacunque spirat, rubor veris succedit: terra omnis surgescit ad herbas producendas, & cælum apertum est in mediâ serenitate: vestit rosas fulgore rubro, vaccinia nigro. & depingit violas leni purpurâ. Quæ zona Babylonica, ligatura vestes regias, distinguntur tot gemmis? Quæ lana adeo rubescit pretioso cruore Muricis ebulliente in aëno Tyrio? Avis Junonis non ostendit pennas tales.*

## ANNOTATIONES.

85. *Venas.*] Ut in nostris corporibus venæ sunt & arteriæ; quarum hæ sunt spiritus, & purioris sanguinis illæ crassioris receptacula: ita & in terrâ sunt quidam meatus, per quos aut aqua, aut spiritus rebus gignendis aptus currit.

*Flamine largo.*] Elatu foecundo & vitali.

88. *Madidantes pennas.*] Ventis tribuuntur alæ; sed [zephyro dantur alæ nectare madentes; unde intelligitur arcana visurberatis, seu genitalis humor, quem satis & arboribus infundit.

89. *Maritat.*] Glebas maritat foecundo rore, id est, humore foecundo replet, easque aptas facit ad procreandum, quasi maritum nactæ essent.

91. *Mediòque patent convexa sereno.*] Quam proximæ regiones nubibus prægraventur, sola Henna fruitur cælo sereno: seu, cum undique circum, loca nubi sint, medium cæli spatium, quod campis Hennensibus imminet, solum serenum est.

92. *Sanguineo.*] Alludit ad cruorem Veneris, quo tincta est rosa.

93. *Induit.*] Nonnulli legunt; *imbuit*, id est, inficit, & notat.

*Ferrugine.*] Id est, purpurâ nigriore, seu colore cæruleo.

*Dulci.*] Sic Virgilius:

*Suavè rubens Hyacinthus.*

94. *Parthica cingula.*] Zonæ Babylonice, seu Regum Parthorum, gemmis illustratæ, non sic radiant, ut terra floribus distincta.

96. *Spumis.*] Cruore muricis ebulliente, & fumante.

*Fucantur.*] Tinguntur, atque rubescunt.

*Assyrii aëni.*] Id est, aëni Tyrii in Phoeniciâ, quæ vicina est Assyriæ. Tyros autem & Sidon urbes purpurâ celebratissimæ; vel intellige simpliciter Assyriam Asiæ regionem.

97. *Volucer Junonius.*] Est Pavo, cujus cauda oculata, gemmis stellantibus coruscans. Ovidius dixit, *Volucris Junonia.*

- Nec sic innumeros arcu mutante colores  
 Incipiens redimitur hyems, cum tramite flexo  
 100 Semita discretis interviret humida nimbis.  
 Forma loci superat flores: curvata tumore  
 Parvo planities, & mollibus edita clivis  
 Creverat in collem. vivo de pumice fontes  
 Roscida mobilibus lambebant gramina rivis.  
 105 Sylvæque torrentes ramorum frigore soles  
 Temperat, & medio brumam sibi vindicat æstu.  
 Aptæ fretis abies, bellis accommoda cornus,  
 Quercus amica Jovi, tumulos tectura cupressus,  
 Ilex plena favis, venturi præcia laurus.  
 110 Fluctuat hîc denso crispata cacumine buxus,  
 Hîc edera serpunt, hîc pampinus induit ulmos.  
 Haud procul inde lacus (Pergum dixere Sicani)  
 Panditur, & nemorum frondoso margine cinctus  
 Vicinis pallefcit aquis. admittit in altum

## INTERPRETATIO.

Neque hyems iurminens ita cingitur arcu, | frigus in mediâ astate. Abies commoda  
 mutante colores infinitos, cum lineâ curvâ, | mari, cornus utilis bello, quercus grata  
 via inter alios colores vires, nubibus se- | Jovi, cupressus umbratura sepulchra, ilex  
 tis. Situs campi præstantior est floribus: | repleta melle, laurus præsagens futura:  
 planities cubans tumore exiguo. & educta | buxus hîc agitur densata spisso vertice:  
 clivis lenibus assurrexerat in collem: fon- | hîc edera errant: hîc vitis vestit ulmos. Non  
 tes ex rupe naturali manantes spargebant | longè ab hoc loco lacus (Siculi vocant Per-  
 herbas humidæ aquis fluentibus, & syl- | gum) porrigitur, & circumdatus ambitu  
 vâ umbrâ frondium mitigat calores ar- | viridantium sylvarum, pallens ob aquas  
 dentes, & tribuit sibi hyemis algorem, & | propinquas: recipit oculos videndum

## ANNOTATIONES.

100. *Intervires.* ] Atqui in arcu cœlesti  
 apparet color, & flammeus, & luteus, &  
 cæruleus, & mille alii, sed viridis magis  
 eminet.  
 101. *Forma loci.* ] Et si flores sunt amœ-  
 ni atque jucundi, situs tamen ipsius cam-  
 pi Hennenfis quiddam habet amœnius at-  
 que jucundius.  
 103. *Vivo.* ] Id est naturali, Virgilius:  
*Vivôque sedilia saxo.*  
 107. *Aptæ fretis.* ] Abies utilis est ad  
 malos navium: cornus ad jacula, & arcus.  
 108. *Quercus amica Jovi.* ] Nam pa-  
 rienti Jovem Rheæ latebras dedit in Ar-  
 cadiâ, inde in tutelâ Jovis, ac Junonis.  
*Tumulos tectura cupressus.* ] Tectura  
 tumulos nobilium. Diti sacra est, quia  
 semel excisa non repullulat: in foribus  
 posita indicat funus, Lucanus:  
*Et non plebeios luctus testata cupressus.*  
 109. *Ilex plena favis.* ] Quod argu-  
 mentum est soli optimi, Virgilius de se-  
 culo aureo:  
*Et dura quercus sudabunt roscida mella.*  
*Venturi præcia laurus.* ] Coronat vati-  
 cinantes, eosque in prædicendo ita juvat,  
 ut futura præscire ac præmonere videatur.  
 110. *Crispata.* ] Spirante vento vibrata  
 atque impulsa.  
 111. *Pampinus.* ] Vitis, pars pro toto:  
 vitis vestit ac cingit pampinis ulmos, qui-  
 bus adjungi gaudet.  
 112. *Pergum.* ] Ovidius vocat, *Pergusam.*  
 113. *Frondoso margine.* ] Id est, cir-  
 cundatus atque prætextus ripis, in quibus  
 surgunt arbores frondentes.  
 114. *Pallefcit.* ] Lacus habet aquas pal-  
 lentes propter aquas vicinæ paludis,

- 115 Cernentes oculos, & latè pervius humor  
 Ducit inoffensos liquido sub gurgite visus,  
 Imàque perspicui prodit secreta profundi.  
 Huc elapsa cohors gaudent per florea rura.  
 Hortatur Cytherea, legant. nunc ite, sorores,  
 120 Dum matutinis præfudat solibus aër,  
 Dum meus humectat flavescentes Lucifer agros,  
 Roranti prævectus equo. sic fata, doloris  
 Carpit signa sui. varios tum cætera salus  
 Invasere cohors. credas examina fundi  
 125 Hyblæum raptura thymum, cum cetera reges  
 Castra movent, sagique cavâ demissus ab alvo  
 Mellifer electis exercitus obstreperat herbis.

## INTERPRETATIO.

usque ad fundum. & aqua undique penetrabilis admittit oculos faciles sub sinu puro. & aperit arcana intima clara altitudinis. Cæterus virginum elapsus in hunc locum latatur per agros florentes. Venus sic exhortatur eas, ut decerpant flores. Nunc ô sorores ite, dum aër irroratur, oriente Sole, dum Lucifer meus vêtus equo rorem ferente madefacit campos flavescentes. Ita locuta colligit rosas, quæ sunt indicia doloris sui: tum turba reliqua occupavit sylvas diversas: putes agmina apum dispergi collectura thymum Hyblæ. cum reges educunt cohortes opifices cera. & turba mellifera egressa ex ventre cavo fagi, bombilat circum flores electos.

## ANNOTATIONES.

116. *Inoffensos visus.* ] Id est, oculos faciles, quos nihil offendit aut remoratur.  
 118. *Elapsa.* ] Cohors in hunc elapsa locum, velut aves ex custodia, gaudet gestitque flores carpere.  
 119. *Cytherea.* ] Alii de hac voce scæpius.  
 120. *Præfudat.* ] Dum ex aëre, oriente sole, ros veluti sudor fluit, & solem orientem præcedit.  
 121. *Meus lucifer.* ] Lucifer enim stella matutina, est stella Veneris. Virgilius: *Quam Venus ante alios astrorum diligit ignes.*  
*Flavescentes.* ] Tum hyems erat; sed in campo Emenfi, qui nescit hyemem, flavescentes erant agri propter flores.  
 122. *Roranti equo.* ] Fabula Soli quadrigas; Lunæ bigas; Auroræ, Luciferoque singulos tribuit equos: Equo autem roranti, id est rore madenti, quia ejus exortu ros cadit.  
*Doloris signa.* ] Florem Adonin: nam Adonin, vel Adonidem ab apro, vel à Marte rivali, sub apri specie, extinctum Venus descevit, & in sui nominis florem purpureum mutavit. Vel intelligendæ sunt rosæ, quæ cum antea essent albæ, sanguine Veneris tinctæ sunt, cum illa ad opem Adonidi ferendam sine sandaliis accederet, & rosæ vepribus pedem offendifset. Angelus Politianus apud Aphthonium id eleganter expressit. Ex aliorum opinione, in convivio Deorum, dum saltaret Cupido, ex incurso poculum nectaris evertit, eoque sparso in terram, rosam purpuream produxit. Rosam ex Mahometis sudore natam Turcæ credunt.  
 124. *Invasere Cohors.* ] Cohors gaudent, invadunt; familiare est Poëtis ita loqui, cum nomen in singulari numero multa significat.  
 125. *Cetera castra.* ] Alludit ad apum naturam, quæ cum ad opus exeunt, exercitum representare videntur.  
*Reges.* ] Rex apum magnitudine ac nitore major, medio ac tuto loco sedet, coliturque immunis ab onere, exactor alienorum onerum, sed solus absque aculeo: hoc amisso dilabitur examen.  
 127. *Electis herbis.* ] Floribus, ut rosis violis, liliis, thymo, & aliis.

Pratorum

Pratorum spoliatur honos. hæc lilia fuscis

Intexit violis : hanc mollis amaracus ornat :

130 Hæc graditur stellata rosis; hæc alba ligustris.

Te quoque flebilibus mœrens, Hyacinthe, figuris;

Narcissumque metunt, nunc inclyta germina veris,

Præstantes olim pueros. tu natus Amyclis :

Hunc Helicon genuit. te disci perculit error :

135 Hunc fontis decepit amor. te fronte retusâ

Delius, hunc fractâ Cephissus arundine luget.

Æstuat ante alias avido fervore legendi.

Frugiferæ spes una Deæ, nunc vimine textæ

Ridentes calathos spoliis agrestibus implet :

## INTERPRETATIO.

Flores ornamentum pratorum diripiuntur; una consuit lilia cum violis subnigris; amaracus lenis coronat alteram: alia incedit, fulgens rosis, alia candida ligustris. Te etiam, ô Hyacinthe dolens figuris tribus, & Narcissum colligunt: nunc flores claros veris. quondam pueros excellentes: Tu, ô Hyacinthe, ortus es Amyclis;

Helicon produxit hunc Narcissum: te disci errans occidit: amor fontis fefellit hunc: te Apollo vultu tristi, Cephissus deo flet hunc ruptis arundinibus. Proserpina, spes unica Diva frugifera ardet prater reliquas magno desiderio colligendi flores: nunc replet blandos calathos factos ex vimine intexto, exuviis campestribus;

## ANNOTATIONES.

128. Pratorum honos.] Flores, qui conferunt ad ornamentum seu honorem pratorum.

130. Stellata rosis.] Ornata rosis velut totidem stellis: rosæ quippe & flores dicuntur hortorum sidera, seu terrestria sidera.

Ligustris.] Ligustrum est arbor, oleæ folio, flore candido, & odorato.

131. Hyacinthe.] Hyacinthus Amyclæ filius, amatus ab Apolline, & ab eo per errorem, disci jactu occisus, & in florem sui nominis mutatus.

Flebilibus figuris.] Nam notas habet in foliis aî aî, quæ sunt idolentis. Ovidius: Ipse suos gemitus foliis inscribit & aî aî.

Flos habet inscriptum, funestâque littera ducta est.

132. Narcissum.] Hic fuit filius Cephissi fluvii, & Lyriopes nymphæ puer pulcherrimus.

133. Amyclis.] Amyclæ urbs in Laconiâ Græciæ regione.

134. Helicon.] Mons altissimus Bœotiz sacer Musis.

135. Fontis amor.] Narcissus cum veneratione & æstu languidus ad fontem pro-

ximum decubisset, imaginem suam conspiciens, in proprios amores exarsit, nimioque sui desiderio contabuit, at Deorum commiseratione in florem sui nominis mutatus est: idque accidisse dixerunt, quod Nympham Echo contentississet.

136. Delius.] Sic Apollo dictus est à Delo insulâ maris Ægæi; vel à Delo monte Bœotiz, qui natales Apollinis & Dianæ sibi vendicat.

Cephissus.] Est fluvius Bœotiz, pater Narcissi, Delphos præterlabens.

Arundine.] Hac coronantur fluvii.

138. Frugifera dea.] Cereris, quæ ex Ovidio:

Prima dedit fruges, alimentâque mitia terris.

Vimine.] Quicunque vitilis frutex, appellatur vimen à vinciendo.

139. Ridentes.] Blandos & aspectu jucundos, nam quæ delectant, ridere dicuntur. Horatius:

Mihi prater omnes, Angulus ridet. Id est, ille angulus gratus & jucundus est.

Spoliis agrestibus.] Flores sunt spolia agrestia, dum his spoliatur ager.

B B b h.

- 140 Nunc sociat flores, seseque ignara coronat.  
 Augurium fatale tori. quin ipsa tubarum  
 Armorumque potens, dextram, quâ fortia turbat  
 Agmina, quâ stabiles portas & mœnia vellit,  
 Jam levibus laxat studiis, hastamque reponit,  
 145 Insolitisque docet galeam mitescere sertis.  
 Ferratus lascivit apex, horrorque recessit  
 Martius, & cristæ pacato fulgure vernant.  
 Nec, quæ Parthenium canibus scrutatur odorem,  
 Aspernata choros, libertatēque comarum  
 150 Insectā tantum voluit frænare coronā.  
 Talia virgineo passim dum more geruntur,  
 Ecce repens mugire fragor, conflare turres.  
 Pronaque vibratis radicibus oppida verti.  
 Causa latet. dubios agnovit sola tumultus  
 155 Diya Paphi, mistoque metu perterrita gaudet

## I N T E R P R E T A T I O.

nunc connectit flores, & coronat sese inscia  
 futuri, signum fatale nuptiarum. Quin  
 etiam Pallas ipsa prasidens tubis & armis,  
 jam relaxat curis lenibus manum, quâ  
 terret fortes exercitus, quâ avellit portas  
 firmas, & muros; & ipsa deponit cuspi-  
 dem, ac docet galeam molliori floribus in-  
 suetis. Vertex ferreus capitis luxuriat, &  
 ira bellica recedit, ac juba ardore remisso  
 florent. Et Diana qua indagat canibus  
 odorem Parthenii montis, non contemnis-  
 cætas virginum, & voluit solum cohibere  
 imposito serio crines libere fluentes. Dum  
 hac sunt studio puellari, en murmur subiti-  
 tum coepit resonare. Turres concurrere, &  
 urbes vacillantes everti fundamentis con-  
 cussis, ratio turbamenti incognita est: una  
 Paphi Dea Venus cognovit motus terræ  
 ignotos aliis, & percussa formidine mixtâ  
 latatur.

## A N N O T A T I O N E S.

141. *Augurium fatale.* ] Proserpina se coronat, ignara coronam illam esse velut præfagium, se mox in matrimonium rapiendam esse; mos erat novas nuptas floribus coronari.  
*Quin ipsa.* ] Pallas scilicet, severa alioqui Dea, animum relaxat in floribus colligendis.  
 145. *Galeam mitescere.* ] Galea ornata est floribus tam suavis, ut ipsa edocta videatur esse mitior.  
 146. *Ferratus lascivit apex.* ] Flores in vertice galeæ, vento agitatae blandius moventur, sicque ludere atque lascivire videntur.  
*Horror Martis.* ] Formidolosus aspectus Palladis recessit.  
 147. *Vernant.* ] Cristæ seu jube ornantur vernis floribus, nec emittunt micanti-  
 tia fulmina, ut solebant. In bello nempe cristæ Herois furentis ardescere videntur, in pace mitescere.  
 148. *Parthenium.* ] Parthenius est mons Arcadiæ, gratus Dianæ venatrici.  
*Odorem.* ] Id est, montem indagat odoratum; seu Parthenium odorem, id est indagat canibus odorem ferarum Parthenii montis. Alii legunt, *canibus odoris.* hoc est sagacibus, ut apud Virgilium: *Et odora canum vis.*  
 151. *Fragor.* ] Est subitus & vehemens sonus.  
 154. *Agnovit sola.* ] Nam à Jove didicerat.  
 155. *Diya Paphi.* ] Paphos est urbs Cy-  
 pri gratissima Veneri.  
*Mixtōque metu.* ] Venus metu simul & gaudio affecta est: gaudet suum propaga-

Jamque per anfractus animarum rector opacos  
 Sub terris quærebat iter, gravibusque gementem  
 Enceladum calcabat equis, immania findunt  
 Membra rotæ, pressæque gigas cervicæ laborat,  
 160 Sicaniæ cum Dite ferens, tentatque moveri  
 Debilis, & fessis serpentibus impedit axem.  
 Fumida fulfureo prælabitur orbita dorso.  
 Ac velut occultus securum prodir in hostem  
 Miles, & effossi subter fundamina campi  
 165 Transilit elusos arcano limite muros,  
 Turbæque deceptas victrix erumpit in arces,  
 Terrigenas imitata viros: sic tertius hæres  
 Saturni latebrosa vagis rimatur habenis  
 Devia, fraternal cupiens exire sub orbem.  
 170 Janua nulla patet. prohibebant undique rupes

INTERPRETATIO.

Et jam Pluto Princeps umbrarum quærebat viam sub terris per flexus obscuros, & equis magnis proterebat Enceladum laborantem: rota scindunt enormes artus, & gigas gemit oppresso collo, portans Siciliam cum Platone, atque imbecillus conatur se movere, & anguibus debilitatis impeditur: vestigium rota fumantis imprimi-  
 miles abditus irrumpit in hostem incantum, & subter fundamenta agri cavati irrumpit: moenia decepta cuniculo secreto, & exercitus triumphator imitans homines gigantes, assiluit in turres delusas: ita Pluto filius tertius Saturni scrutatur antra tenebrosa habenis errantibus, optans egredi in regnum fratris: aditus nullus datur: saxa objecta impediunt undeque.

ANNOTATIONES.

1. imperium raptâ Proserpinâ; & Plutonis adventum, non potest non sine metu expectare.

156. *Anfractus.* ] Flexus atque recessus obscuros cavernarum curvis meatibus in sese recurrentes.

157. *Equis gravibus.* ] Ingentibus atque pondere magno prementibus.

158. *Enceladum.* ] Qui sub Ætnâ urgetur, ut diximus supra.

161. *Debilis.* ] Impar tanto labori ferendo.

*Fessis serpentibus.* ] Exhaustis viribus serpentum, quos pro pedibus habere finguntur gigantes.

165. *Arcano limite.* ] Id est, secretâ viâ per cuniculum, quam expugnandæ urbis viam ab animali cuniculo didicere milites. Martialis:

*Gaudet in effossis habitare cuniculus antri:*

*Monstravit tacitas hostibus ille vias:*

167. *Terrigenas.* ] Hos ex Draconis & Cadmæ occisi dentibus natos dixerunt. Cæterum hi arma tumultuaria in Cadmum tantâ velocitate sumpserunt, ut ex terrâ subito orti esse viderentur; inde Terrigenæ dicti. Huc accedit quod illi inexpugnandis urbibus primi cuniculis usi sunt, & ideo ex terrâ armati nati esse dicuntur, quod hoc habitu ex sinu terræ novo, & inaudito stratagemate prodissent.

*Hæres.* ] Pluto tertius Saturni filius atque hæres, Tartarum fortitus est.

168. *Vagis habenis.* ] Equis huc illuc errantibus.

169. *Devia latebrosa.* ] Antra obscura & variis flexibus plena explorat, ut inveniat aditum.

*Fraternal orbem.* ] Sub auras, ubi Iuppiter Plutonis frater habet imperium.

BB b b ij.



- Oppositæ, duræque Deum compage tenebant.  
 Non tulit ille moras, indignatusque trabali  
 Saxa ferit sceptro. Siculæ tonuere cavernæ.  
 Turbatur Lipare, stupuit fornace relicta  
 175 Mulciber, & trepidus dejecit fulmina Cyclops.  
 Audiit, & si quem glacies Alpina coercet,  
 Et qui te, Latiis nondum præcincte tropæis  
 Tibri, natat, missamque Pado qui remigat alnum.  
 Sic, cum Thessaliam scopulis inclusa teneret  
 180 Peneo stagnante palus, & mersa negarent  
 Arva coli, trifidâ Neptunus cuspide montes  
 Impulit adversos. tum forti saucius ictu  
 Dissiluit gelido vertex Ossæus Olympo.  
 Carceribus laxantur aquæ, fractoque meatu  
 185 Redduntur fluviusque mari tellusque colonis.

## INTERPRETATIO.

*& retinebant Deum obstaculo acerbo.* Ita, cum aqua cincta saxis, Peneo exundante, tegetes Thessaliam, & agri immersi non possent arari, Neptunus percussit hastâ tricuspide rupes oppositas: tum cacumen Ossæ percutsum ictu ingenti avulsus est ab Olympo frigidus: aqua emittuntur receptaculis, & obicibus ruptis, & flumen mari, & terra agricolis restituntur.

## ANNOTATIONES.

172. *Non tulit moras.* Non tulit obstacula cursum suum remorantia.

*Trabali sceptro.* Vasto & ingenti, instar trabis.

174. *Lipare.* Insularum Æoliarum maxima: Æolia autem est e regione Siciliæ.

176. *Coercet.* Populi Inalpini per hyemem non vagantur, sed intra speluncas se tenent contra acerbiter frigiditatem.

177. *Nondum præcincte.* Quia nondum stabat Roma, futura rerum domina, & triumphis clarissimis ditanda.

178. *Alnum.* Id est parvulam navim factam ex alno, quæ ad Padi ripas crescit uberius: sorores quippe Phaethontis post ejus fatum dolore contrabuerunt, & in populos, seu alnos ibi mutaræ esse dicuntur.

179. *Thessaliam.* Thessalia Græciæ regio dicta est Æmonia ab Æmone Rege, & ab ejusdem filio Thessalo Thessalia.

180. *Peneo stagnante palus.* Stagnasse

olim dicitur Thessalia, ob montes simul coherentes, sed post terræ motum, montes velâ Neptuno, vel ab Hercule abrupti sunt, & inde datus aquis liber exitus. Peneus autem est fluvius Thessaliæ, pater Daphnes: alluit loca amœnissima Tempe.

181. *Trifidâ cuspide.* Tridente seu fuscina: tridens seu triplex data potestas ob naturam fontium dulcem, æquoris salisam, stagnorum mediam, nec amaram, nec gustu gratam.

*Montes.* Saxa & rupes: Claudianus: *Illius & duri fluvère silentia montes.*

Id est, saxa & rupes.

183. *Ossæus.* Ab Ossâ Thessalia monte. *Gelido Olympo.* Olympus multorum montium nomen est, in Elide, Arcadiâ, Ciliciâ, Macedoniâ, Thessaliâ: gelidus autem dicitur Olympus, quia alti montes sæpius aliâ stant nive candidi.

184. *Carceribus.* Rupium undique præcludentium claustris abruptis, in quibus aquæ velut in carcere detinebantur.

Postquam victa manu duros Trinacria nexus  
Solvit, & immenso latè discessit hiatu:  
Apparet subitus cælo timor. astra viarum  
Mutavère fidem. vetito se proluit Arctos  
190 Equore. præcipitat pigrum formido Booten.  
Horruit Orion, audito palluit Atlas  
Hinnitu. rutilos obscurat anhelitus axes  
Discolor; & longâ solitos caligine pasci  
Terruit orbis equos. pressis hælere lupatis  
195 Attoniti meliore polo; rursusque verendum  
In Chaos obliquo pugnant teimone reverti.  
Mox ubi pulsato senserunt verbera tergo,  
Et solem didicere pati: torrentiùs amne

INTERPRETATIO.

Postquam Sicilia abscissa vi Plutonis laxavit catenas rigidas, & latè patefacta est hiatus ingenti, metus repentinus invadit Cælum: sidera reliquerunt cursus solitos. Urfa lavat se in mari prohibito, terror rapit ad occasum Booten lentum: Orion perterritus: Atlas territus est audito hinnitu: afflatus niger equorum, infus-

cat. Cælum nitidum. & Sol territavit equos consuetos dudum nutrirî tenebris: Illi constiterê habenis compressis, consternati aëre clariore, atque iterum redire conantur converso curru in Tartarum horrendum. Deinde postquam passî sunt flagella tergo verberato, & ceperunt tolerare lucem: currunt velocius flumine

ANNOTATIONES.

187. *Immenso discessit hiatu.*] Prope Ennam Siciliæ civitatem, spelunca quædam est conversa ad Aquilonem, infinitâ altitudine, quâ Ditem patrem serunt repenit cum curru exisse, abreptamque ab eo loco Proserpinam secum alportasse, & subito non longè ab urbe Syraculis penetrasse sub terras; lacumque in eo loco statim extitisse, ubi Syracusani festos dies agebant. Alii dicunt rem gestam in Atticâ, quâ Cephissus amnis Eleusin præterit: alii tradunt ab Acherusio specu Ponti emeruisse Plutonem.

189. *Mutavère fidem.*] Astra, quia constantè suos cursus tenent, videntur fidem dedisse seu promississe, se ita cursus semper esse servatura; sed tamen tunc turbata equis Plutonis, mutavère & fidem & cursum.

*Arctos.*] Urfa major ut suprâ.

*Vetito aquore.*] Tethys Oceani conjux in gratiam Junonis Ursam pellicem odio habentis in mare eam non recepit; quod fictum est, quia semper nobis apparet Urfa in sublimiore Cœli vertice.

190. *Bootes.*] Seu Bubulcus, quia in modum Bubulci plaustrum sequitur. Dicitur & Arctophylax, id est, custos Ursæ: alii dicunt eum fuisse Icarum, alii Arcadem Jovis & Callistûs filium. Piger dicitur, quia nunquam totus occidit, sed opinione spectantium in iisdem prope vestigiis stare videtur.

191. *Horruit Orion.*] Hic natus est ex trium Deorum urinâ; certavit cum scorpione, & inter sidera relatus est: alii dicunt occisum à Dianâ imprudenter; alii consultò, quod ejus pudicitiam tentaret, horruit autem, quia Orion ponitur inter horrida sidera.

*Atlas.*] Atlas, quem Perseus hospitium sibi negantem prolato Gorgonis capite in montem convertit, qui Cælum nunc sustinet.

193. *Caligine pasci.*] Equis Plutonis atra nebula pabulum est.

194. *Orbis.*] Scilicet à rotundâ specie.

197. *Verbera.*] Plagas, scuticam, flagella.

198. *Solem didicere pati.*] Ad Solis lumen desierunt caligare.

B B b b iij

Hyberno, tortâque ruunt pernitiùs hastâ.

200 Quantum non jaculum Parthi, non impetus Austri,  
Non leve sollicitæ mentis discurret acumen.

Sanguine fræna calent: corrumpit spiritus auras

Letifer: infectæ spumis vitiantur arenæ,

Diffugiunt Nymphæ: rapitur Proserpina curru,

205 Imploratque Deas! jam Gorgonis ora revelat

Pallas, & in tanto festinat Delia cornu,

Nec patruo cedunt. stimulat communis in arma

Virginitas, criménque feri raptoris acerbat.

Ille, velut stabuli decus armentique, juvencam

210 Cum leo possedit, nudatâque viscera fodit

Unguibus, & rabiem totos exegit in armos,

Stat crassâ turpis sanie, nodosque jubarum

Excudit, & viles pastorum despicit iras.

#### INTERPRETATIO.

*Hyemis, & celerius jaculo contorto. Non sic sagitta Parthi, non sic flamen venti, non acies prompta animi anxii sic currit. Fræna perfunduntur cruore: halitus pestilens inficit aërem: pulvis corruptus inquinatur spumis: Nympha fugiunt: Proserpina rapitur curru, petitque auxilium Dearum. Jam Pallas detegit caput Medusæ, & Diana properat arcu intente,* neque cedunt Plutoni patruo. Virginitas æquales excitat ad auxilium, & flagitium raptoris ferocis asperat ipsas. Ipse Pluto est ut leo, cum invasi vitulam eximiam in stabulo & armento, atque laceravis unguibus viscera aperta, explevisque famem toto pectore vorato, manet fixatus cruore multo, & excutit jubas nodosas, negligitque minas pastorum vilium.

#### ANNOTATIONES.

200. *Jaculum Parthi.* Quod Parthus excussit; Parthos quippe jaculandi studio claros esse constat.

201. *Sollicitæ mentis acumen.* Hyperbolicas: ecquid enim celerius animo curis æstuant? mens & jaculum habent similitudinem aliquam! per hastam Palladis repræsentatur acumen mentis.

202. *Sanguine fræna calent.* Spumâ sanguineâ tepescunt, atque perfunduntur.

*Rapitur.* Proserpinæ raptum multi pinxerunt, Plinius: *Praxiteles quoque marmore felicior: ideo & clarior fuit. Fecit tamen ex ære pulcherrima opera: Proserpina raptum.* &c. Idem alio in loco: *Nicomachus Aristodemi filius ac discipulus: pinxit hic raptum Proserpina, qua tabula fuit in Capitolio in Minervæ delubro supra ad culam juventutis.*

*Curru.* Nova nupta in domum viri vehabatur plaustrâ, quod junctæ mulæ vel boves trahebant.

205. *Gorgonis ora revelat.* Pallas, ut opem ferat Proserpinæ, detegit Ægidem seu clypeum, in quo erat caput Medusæ, quæ una erat inter Gorgones.

207. *Nec patruo cedunt.* Nec rationem habent, quod Pluto sit frater patris sui Jovis, sicque patruus.

*Communis virginitas.* Accendit Deas virginitas communis, quam nolunt sic expositam esse raptoribus.

208. *Acerbat.* Vel asperat, vel crimen videtur acerbius, quod pluris illæ pudicitiam faciebant.

209. *Ille Velut leo.* Pluto non magis movetur Dearum raptam Proserpinam repetentium vocibus, quam leo movetur minis Pastorum juvencam raptam repetere tentantium.

*Stabuli decus & armenti.* Quæ forma præstat omnibus generis sui juvenicis.

213. *Excudit.* Inter devorandam prædam.

- Ignavi domitor vulgi, teterrime fratrum,  
 215 Pallas ait, quæ re stimulis facibûsque profanis  
 Eumenides movêre? tuâ cur sede relicta  
 Audes Tartareis cœlum incestare quadrigis?  
 Sunt tibi deformes Diræ: sunt altera Lethes  
 Numina: sunt tristes Furæ te conjugæ dignæ.  
 220 Fratrîs linque domos: alienam desere sortem:  
 Nocte tuâ contentus abi. quid viva sepultis  
 Admiscēs? nostrum quid proteris advena mundum?  
 Talia vociferans avidos transire minaci  
 Cornipedes umbone ferit, clypeique retardat.  
 225 Objice, Gorgoneisq̃ue premens affibilat hydri,  
 Prætentâq̃ue operit cristâ. libratur in ictum  
 Fraxinus, & nigros illuminat obvia currus.  
 Missâq̃ue penè foret. ni Jupiter æthere vulso  
 Pacificas rubri torssisset fulminis alas.

INTERPRETATIO.

*Pallas dicit, ô Pluto, vector umbrarum inortium, sævissime trium fratrum, quæ furia excitaverunt te calcaribus, & tadis abominandis? Quare, deserto tuo palatio audes inficere aërem equis stygiis? Diræ turpes sunt tibi: alia sunt Dea Inferorum, Furia crudeles sunt digna te, marito: relinque regna Jovis fratris: relinque hereditatem alterius: recede, contentus tenebris tuis: cur confundis viventia cum* *mortuis? Cur peregrinus proculcas nostræ sedes? Pallas clamans hac verba, percutit clypeo infesto equos cupientes transire. & remoratur hos obstaculo scuti, instansq̃ue absterret serpentibus Medusa sibilantibus, atque regit oppositâ jubâ: sagitta paratur ad vulnus; & opposita illustrat currus obscuros, & fere fuisset contorta, nisi Juppiter nubibus commotis jaculatus fuisset pennas placidas fulminis rubicundæ,*

ANNOTATIONES.

216. *Eumenides.* ] *Εὐμενίδας*, id est, benevola, sed sic Furæ dicuntur à contrario, quia sunt minùs benevolæ. Julius Cæsar Scaliger, *Antiphrasin autem veram esse fateri cogimur ex cognomento Euviarum, quas Græci Erinnyas cum appellassent primum, postea benè ominatâ voce, Διμολδας nominare maluerunt.*

217. *Incestare.* ] Id est violare, polluere, totâmq̃ue incestas funere classẽ. Virgilius.

218. *Diræ.* ] Dicuntur quasi Deorum iræ.

*Lethes.* ] Lethe est fluvius Hispaniæ: hic est fluvius Inferorum, & ponitur pro ipsis Inferis.

220. *Alienam sortem.* ] Hæreditatem & imperium Jovis, quod ipsi sorte contigit.

225. *Gorgoneisq̃ue premens affibilat hydri.* ] Pallas in Egide, seu scuto & petore dicitur gestare serpentes Medusæ, quæ est una Gorgonum; qui serpentes ad

motum Palladis ita sibilant, ut ipsa eos animare, & cum ipsis affibulare videatur.

226. *Prætentâq̃ue.* ] Id est, Pallas umbrâ coni seu clypei oppositum regit Plutonem.

*Libratur.* ] Componitur, atque paratur ad ictum, seu vulnus inferendum.

227. *Fraxinus.* ] Hasta seu sagitta facta ex fraxino arbore.

*Illuminat.* ] Hasta currus nigros illustrat suo splendore, quia cœlestis est.

229. *Pacificas.* ] Primus fulminis jactus, qui pacatus est, & monet.

*Rubri.* ] Fulmen rubrum consecratum paci.

*Fulminis alas.* ] Alæ fulmini tributæ sunt ob celeritatem. Cæterum fulmine Jupiter fœdera sancit, seu confirmat & matrimonia. Virgilius:

*Fulsere ignes & conscius aether Connubii, &c.*

- 230 Confessus focerum. nimbis Hymenæus hiulcis  
Intonat, & testes firmant connubia flammæ.  
Invitæ cessere Deæ. compescuit arcum  
Cum gemitu, talesque dedit Latonia voces.  
Sis memor, ô, longumque vale. reverentia patris.
- 235 Obstitit auxilio. nec nos defendere contra  
Possumus. imperio vinci majore fatemur.  
In te conjurat genitor, populoque silenti  
Traderis, heu, cupidas non adspectura sorores,  
Æqualémque chorum. quæ te fortuna supernis
- 240 Abtulit, & tanto damnavit sidera luctu?  
Jam neque Partheniis innectere retia lustris,  
Nec pharetram gestare libet, securus ubique  
Spumet aper, sævumque fremant impune leones.  
Te juga Taygeti, posito te Mænala flebunt

## INTERPRETATIO.

*confessus se esse focerum.* Hymenæus designato tonitru, nubibus dehiscenibus, & ignes conscii confirmant matrimonium. Deæ reluctantes recesserunt, Diana retin. it jactulum cum fletu, & dixit talia verba. *Proserpina memento nostri, & vale æternum: pietas in patrem Jovem impedivit opem nostram, & nos non valemus pueri te contra illum: confitemur nos superari potestate superiore: pater conspirat contra te, & traderis, heu! umbris tacitis, non visura sorores amantissimas, & cætum Virginum aequalium? Quod factum eripuit te cælestibus, & condemnavit astra ad talem fletum? Nunc non juvat cingere sylvas Parthenias indagare: nec ferre pharetram: aper spumet tutus undique, & leones ferciter rugiant sine metu: culmina Taygeti lugebunt te: Mænala te lugebunt omisso studio venandi.*

## ANNOTATIONES.

- 230 *Hymenæus.* ] Vel Hymen Apollinis & Calliopes, seu Uraniæ filius. Vel secundum alios Bacchi & Veneris, Deus præfessusque nuptiarum habitus est. Alii dicunt Hymenæum Atticum juvenem fuisse, qui raptas à latronibus Virgines, parentibus intactas restituit, & ideo in nuptiis invocatus est, tamquam defensor virginitatis. Heinsius mavult *Hymenæon* intonat, id est designat nuptias per tonitru. Hymenæus ponitur etiam pro nuptiis, ut Bacchus pro vino. Nova nupta ignem & aquam jubebarur attingere. Unde Ovid. *Quos faciunt justos ignis & unda viros.* Unde etiam apud Jurisconsultos excipere conjugem aqua & igne, id est, ducere.
232. *Dea.* ] Pallas & Diana, Latonæ filia, ideoque dicta Latonia.
234. *Longumque vale.* ] Vox est valedicentium; absentiam miserabilem infir-
- nuans. Quin & mortuos hac salutatione, tanquam non amplius eos visuri dimittent, bant.
236. *Nec possumus.* ] Etiam si vellemus te defendere, non possumus.
- Imperio majore.* ] Hic est *Θεὸς Βία*, *Dei vis*, cui resistere nemo queat. Virgilius: *Major agit Deus.*
239. *Supernis.* ] Vel tertis, vel cælestibus.
240. *Damnavit sidera luctu.* ] Quod fatum damnavit astra, voluitque, ut magno cum luctu privarentur pulchrâ Proserpinâ.
241. *Partheniis.* ] Parthenius mons est Arcadiæ, in quo Diana venari solita cum Virginibus: unde dictus, *ἀνὰ παρθένων*, à Virginibus.
244. *Taygeti.* ] Hic est mons Laconiæ, qui Spartæ & Amyclis imminet,
- 245 Venatu,

- 245 Venatu, mæstōque diu lugubere Cyntho.  
 Delphica quin etiam fratris delubra tacebunt.  
 Interea volucris fertur Proserpina curru  
 Cæsariem diffusa Notō, planctūque lacertos  
 Verberat, & questus ad nubila rumpit inanes.
- 250 Cur non torristi manibus fabricata Cyclopum  
 In nos tela, pater? sic me crudelibus umbris  
 Tradere, sic toto placuit depellere mundo?  
 Nullāne te flecīt pietas? nihilūne paternæ  
 Mentis inest? tantas quo crimine movimus iras?
- 255 Non ego cum rapido serviret Phlegra tumultu,  
 Signa Deis adversa tuli: non robore nostro  
 Ossa pruinosa vexit glacialis Olympum.  
 Quod conata nefas, aut cuius conscia noxæ  
 Exul ad immanes Erebi detrudor hiatus?
- 260 O fortunatas, alii quascumque tulere  
 Raptores! saltem communi sorte fruuntur.

## INTERPRETATIO.

& desceberu longum in Cyntho tristi, præterea templa Delphica fratris Apollinis si-  
 lebunt. Dum Diana queritur, Proserpina  
 rapitur curru celori, crinibus sparsis vento.  
 & percussit brachia manibus, atque emit-  
 tit querelas vanas in aërem, sic dicens:  
 ô pater Jupiter, quare non iaculatus es  
 contra nos tela facta arte Cyclopum? Itāne  
 voluisti prodere me filiam tuam manibus  
 saevi, itāne expellere me ex Mundo im-

ni? nullum pietatis sensus te movet? Nihilne habes amoru patrii? Quo scelere excisavimus tantum furorem? Non ego, cum Phlegra fureret bello rabido, gessi vexilla infesta contra Deos: non Ossa nivalis tulis Olympum gelidum vi nostrā. Quod tentavi crimen, aut cuius socia culpa, ejicio exul ad cavernas horridas Tartari? O felices puellas, quas alii pradones abduxerunt: saltem potiuntur luce communi.

## ANNOTATIONES.

- Æacnarum venationibus insignis, dictus à Taygete Nymphā, Eurota matre.  
 Manala.] Mænalus & in plurali Mænala, mons Arcadiæ, à Mænalo Lycaonis filio.
245. Cyntho.] Qui mons est insulæ Deli, Apollini & Dianæ sacer.
246. Delphica delubra.] Tempia seu Oracula omnium præstantissima in urbe Delphis in Bæotiā juxta Parnassum. Delphis autem nomen dedit Delphus, quem Neptunus in Delphina mutatus ex Melantho Deucalionis filiā suscepit.
248. Planctūque.] Peculiaris est species doloris, verberare lacertos. Virgilius: Palmis percussa lacertos.
250. Manibus fabricata Cyclopum.] Sunt fulmina, quæ à Cyclopius Jovi ministrantur. Ex Ovidio arreptum est, Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum.
255. Non ego.] Imitatio Virgiliana: Non ego cum Danais Trojanam excisavimus tantum furorem? Non ego, cum Phlegra fureret bello rabido, gessi vexilla infesta contra Deos: non Ossa nivalis tulis Olympum gelidum vi nostrā. Quod tentavi crimen, aut cuius socia culpa, ejicio exul ad cavernas horridas Tartari? O felices puellas, quas alii pradones abduxerunt: saltem potiuntur luce communi.
257. Ossa.] Thessaliæ mons, cui Pelion imponebant gigantes, ut bella Diis inferrent, & in Cælum iter affectarent.
- Olympum.] Macedoniæ vel Thessaliæ montem, eodem gigantum bello notum.

C C c

- Sed mihi virginitas pariter calūmque negatur;  
 Eripitur cum luce pudor: terrisque relictis  
 Servitum Stygio ducor captiva tyranno.  
 265 O malè dilecti flores, despectūque matris  
 Consilia: ô Veneris deprentæ seriùs arces!  
 Mater, iô, seu te Phrygiis in vallibus Ida  
 Mygdonio buxus circumsonat horrida cantu;  
 Seu tu sanguineis ululantia Dindyma Gallis  
 270 Incolis, & strictos Curetum respicis cales,  
 Exitio succurre meo: compesce furentem;  
 Comprime ferales torvi prædonis habenas,  
 Talibus ille ferox dictis fletūque decoro  
 Vincitur, & primi suspiria sentit amoris.  
 275 Tunc ferrugineo lacrymas detergit amictu,  
 Et placidâ mœstum solatur voce dolorem:

## INTERPRETATIO.

At pudicitia mihi auferitur, & simul lumen: pudor adimitur mihi cum Sole, & rapior desertis terris, ut famula serviam Regi Inferno: ô flores amasi infelicitè, & contempti monitus matris! Ô doli Veneris detecti cardines, ab! mater sua tibia horribilis sonat circum aures tuas cantu Lydio in vallibus Ida Trojane, sua inhabitantia Pyndima resopantia ululatu Galliarum sanguinolentorum, & vides gladios nudos Curetum, veni ad auxilium meum: resine furiosum Plutonem; resine frangere funesta raptoris crudelis. Fluo savus ille malletur his verbis, & fletu decenti; & restatur primo gemitu soluccubuisse amoris: tunc siccat lacrymas vasa nigra, ac consolatur tristem ejus moerorem sermone blando.

## ANNOTATIONES.

264. *Captiva tyranno.* ] Non dixit (uxor) sed *captiva*, ad augendam commiserationem: non dixit (Regi) sed *Tyranno*, ob eandem rationem.  
 265. *Malè dilecti flores.* ] Mœ cum pernicie, fuistis enim causa cur raperer.  
*Despectūque matris consilia.* ] Nam Ceres discedens præceperat filiz ne efferret pedem extra limen. Sic Dina filia Jacob in sacrâ Scripturâ cū exisset ad externos, rapta est, & causa fuit multarum calamitatum.  
 267. *Id.* ] Hic est dolendi particula; aliàs lætitiæ inservit.  
 268. *Mygdonio cantu.* ] Id est, Lydio, nam Lydia, Mygdonia dicta est à Mygdone.  
*Buxus.* ] Id est, tibia facta ex buxo.  
 269. *Dyndima.* ] Mons est sacer matri Deüm, in Phrygiâ.  
*Ululantia Gallis sanguineis.* ] Gallierant Cybeles Deorum matris Sacerdotes, qui magno cum ululatu ejus sacra peragebant, quippe qui aquâ amnis Berecynthiæ epotâ furerent, & sua membra dissecarent, unde dicuntur *sanguinei*.  
 270. *Curetum.* ] Sunt hi vel Cretæ, vel Samothraciæ, vel Euboræ, vel Phrygiæ populi; Jovem infantem aluisse dicuntur, & ne vagitu puer sese proderet, clypeis æneis, & æris tinnitu Saturnum liberos masculos devorantem elussisse.  
 273. *Ferox.* ] Est durus ac sæcti indocilis.  
*Decoro.* ] Pulcro: quanquam enim vultus lugentium flendo depravantur, nonnullæ tamen in luctu non parum formosæ videntur.  
 275. *Ferrugineo.* ] Color ille Infectorum videtur esse proprius. Charon Virgilianus:  
*Et ferrugineâ subiebat corpora Cymbâ,*

- Define funestis animum, Proserpina, curis,  
 Et vano vexare metu. majora dabuntur  
 Sceptra, nec indigni tædas patiêre marito.  
 180 Ille ego Saturni proles, cui machina rerum  
 Servit, & immensum tendit per inane potestas.  
 Amissum ne crede diem. sunt altera nobis  
 Sidera; sunt orbes alii; lumenque videbis  
 Purius, Elysiûmque magis mirabere solem,  
 185 Cultoresque pios. illic preciosior ætas,  
 Aurca progenies, habitant, semperque tenemus,  
 Quod Superi meruere semel. nec mollia desunt  
 Prata tibi. Zephyris illis melioribus halant  
 Perpetui flores, quos nec tua protulit Henna.  
 190 Est etiam lucis arbor prædives opacis,  
 Fulgentes viridi ramos curvata metallo.

## INTERPRETATIO.

O Proserpina noli affligere mentem tuam curis perniciosiis, & timore inutili. Sceptra pulchriora dabuntur tibi, neque feres consortium conjugis inglorii: ego ille filius Saturni, cui elementa mundi obediunt, & cuius imperium porrigitur per vacuum infinitum. Ne putes, te perdidisse lavum, Astra alia sunt nobis, alia sunt cætera spacia, & afficiet diem nitidiorum, & admiraberis

magis Solem Elysiûm, & introitus siderum in his locis genus præstantius hominum, proles auri seculi manet: & habemus semper id quod homines merentur habere semel. Nosque verò prata florida decernunt tibi: in illis locis flores æterni, quales Henna non non prodeci, spirant zephyris blandioribus. Prætera arbor est opulenta in sylvis florentibus habet ramos aureos curvatos metallo fulvos

## ANNOTATIONES.

177. *Funestis.* ] Aut perniciosiis, quæ corpus extenuant, aut funestis ob metum mortis: nam extremam perniciem timebat Proserpina.

178. *Vano.* ] Nam nihil est quod timeas.

179. *Tædas.* ] Tædæ auspiciatissimæ ex albâ spinâ fiebant: hæ in nuptiis adhibita, & pronuptiis usurpantur.

180. *Machina rerum.* ] Elementa mundi, nam quidquid oritur, in terram recidit.

181. *Immensum per inane.* ] Per Inferos, qui vacui sunt. Suprà lib. 1. v. 20.

182. *Sunt altera sidera.* ] Aut alia, aut puriora. Virgilius:

*Largior hic campos æther, & lumine vestit*

*Purpureo, solèmq; suum sua sidera norant,*

Et hoc ex eorum sententiâ, quæ Elysiûs reponerant in Lunâ, quam qui habitabant, astra habebant puriora.

184. *Elysiûm.* ] Campos Elysiûs, vel in Bœotiâ, vel in agro Thebano, vel in Insulis Fortunatis, vel in Arcadiâ, vel in Hispaniâ, vel in Ægypto, vel in Lubæ globo, vel sub terris reposuerant.

185. *Pios.* ] Nam Pii tantum tenent amantem vitam

*Fortunatorum memorum sed que beatæ.*

187. *Quod superi meruere semel.* ] Nos Inferi habemus semper animas, & homines singuli seu superi merentur tantum sortiri eas semel, id ex opinione Pythagoræ, vel habemus semper seculum aureum.

189. *Perpetui.* ] Per totum annum, Henna. ] Suprà sæpius.



- Hæc tibi sacra datur. fortunatūque tenebis  
 Autumnum, & fulvis semper ditabere pomis.  
 Parva loquor. quidquid liquidus complectitur ær;  
 295 Quidquid alit tellus, quidquid salis æquora verrunt,  
 Quod fluvii volvunt, quod aurivêre paludes,  
 Cuncta tuis pariter cedent animalia regnis  
 Lunari subiecta globo, qui septimus auras  
 Ambit, & æternis mortalia separat astris.  
 300 Sub tua purpurei venient vestigia reges,  
 Deposito luxu, turbâ cum paupere misti.  
 Omnia mors æquat. tu damnatura nocentes;  
 Tu requiem latura piis: te iudice fontes  
 Improba cogentur vitæ commissa fateri.  
 305 Accipe Lethæo famulas cum gurgite Parcas.  
 Sit fatum quodcumque voles. Hæc fatus ovantes

## INTERPRETATIO.

*hæc arbor consecratur tibi, & possidebis autumnum felicem, & locupletaberis perpetuâ pomis aureis, Dico pauca: quicquid ær tenuis continet, quicquid terra nutrit, quidquid cæpi maris volvunt, quod flumina trahunt, quod paludes alunt: omnia æqualiter subiciuntur imperio tuo animalia existentia sub Lunæ orbe, qui septimus circumit Cælum, & sejungit res caducas à* *fidelibus æternam mansuris. Reges cum veste purpureâ precipitent ad pedes tuos, relicto fastu, commixti cum cætu pauperum: mors facit omnia æqualia. Tu es condemnatura reos, tu es datura quietem probis: nocentes cogent confiteri vitia mala vitæ, te arbitra: recipe Parcas ancillas cum flumine Lethæo: hoc statum est, id omne quod jussieris. His diâis increpat equos*

## ANNOTATIONES.

292. *Hæc tibi sacra datur.* ] Ramus ægæus sacer est Proserpinæ, quod aurum lateat in imis terræ visceribus.

*Fortunatum autumnum.* ] Qui pretiosos aurebſque ferat fructus.

293. *Ditabere.* ] Nonnulli legunt *dota-tere*, id est in compensationem dotis tuæ accipies factus auricomos.

298. *Lunari subiecta globo.* ] Pythagoras credit à lacteo circulo incipere Plutonis imperium, quia animæ inde lapsæ à superis recedunt: alii à Lunæ globo, qui septimus est in ordine Planetarum, qui sunt Saturnus, Juppiter, Mars, Sol, Mercurius, Venus, & Luna.

300. *Purpurei.* ] Purpureus color Regum est ac Principum, quos sic alloquitur sacra Scriptura: *Ego dixi Diis estis, sed moriemini sicut filii hominum: & σὺ τῶν θνητῶν, ὡς αἱ εἰς αἰῶνες ἀνθρώποις, & tu mor-*

*tuus es sicut nos omnes. Sic apud Lucianum Diogenes includit Alexandro.*

301. *Deposito.* ] Vel fastu, vel ambizioso cultu, vel regis insignibus, ἀφ᾽ ὧν καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα κτήματα, spoliati multis & magnis possessionibus, aiebat Cræsus apud Lucianum.

302. *Omnia mors æquat.* ] Propertius: *Nil distat Cræsus ab Iro*  
*Consule cum Mario capte Jugurtha sedes,*  
*Sapienter ille qui filiolæ turpulum sic in-*  
*scripsit,*

*Decipimur, votis & tempore fallimur*  
 & mors

*Deridet curas, anxia vita nihil.*

305. *Famulas Parcas.* ] Quæ tuæ exequuntur imperia, ut ancillæ.

306. *Sit fatum.* ] Compones fortunas hominum pro nutu, quid majus?

- Exhortatur equos, & Tænara mitior intrat.  
 Conveniunt animæ, quantas truculentior Auster  
 Decutit arboribus frondes, aut nubibus imbres  
 310 Colligit, aut frangit fluctus, aut torquet arenas.  
 Cunctaque præcipiti stipantur secula cursu  
 Insignem visura nuntum. mox ipse serenus  
 Ingreditur facili passus mollescere risu,  
 Dissimilisque sui. dominis intrantibus ingens  
 315 Assurgit Phlegethon. flagrantibus hispida rivis  
 Barba madet, totoque fluunt incendia vultu.  
 Occurrunt properi lætæ de plebe ministri.  
 Pars altos revocant currus, frænisque solutis  
 Vertunt emeritos ad pascua nota jugales.  
 320 Pars aulaa tenent. alii prætexere ramis  
 Limina, & in thalamis cultas extollere vestes.

INTERPRETATIO.

arriumphantes. & lenior ingreditur Tænaram. Umbra congregantur tot, quot Notus violentior dejicit folia ex arboribus, vel congregat pluvias, vel rumpit undas, vel voluit arenas & secula omnia densantur festinatione celeri, aspectura nuntum illustrem. Stasim ipse Pluton intrat lætus, ferens se mitigari gaudio leni, & dispersus à seipso. Phlegethon magnus assurgit blandiens dominis Plutoni & Proserpinæ ingrediensibus: mentum ejus Phlegethontis hirsutum madefactum est rivis ardentibus, & ignes stillant ex omni facie. Servi electi ex multitudine, veniunt celeriter obviam: pars eorum restituit suo loco currum ingentem, & habenis detrahis ducit equos officio functos ad prætensam. Pars tendunt tapetes: alii ceperunt ornare januam frondibus, & ferunt in cubiculum nuptiale ornamenta magnifica.

ANNOTATIONES.

307. *Tænara.*] Tænarus fuit Jovis filius: alter Tænarus fuit Icari filius, ab alterutro dictum est Promontorium Tænarium in Laconiâ, quod creditum est ostium Inferorum. Vid. lib. 11. de Rapt. v. 2.  
 308. *Conveniunt.*] Adventante Proserpinâ.  
*Auster.*] Ventus, qui flat à meridie, noxius arboribus & floribus.  
 311. *Secula.*] Id est animæ omnium sæculorum, congregantur, densanturque.  
 314. *Dissimilisque sui.*] Nam antè ipsi rigebat dura inclementia forma.  
 315. *Assurgit.*] Assurgere est assurgendo honorare, Virgilius:  
*Utque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis.*  
 Et Stasius:  
*Assurgit Musa nostra Camæna tua.*  
 317. *Occurrunt lætæ de plebe.*] Id est electi ex plebe veniunt obviam celeriter.  
 319. *Emeritos.*] Emeritus est miles, qui completis stipendiis militiæ Sacramento solutus est: inde emeritus dicitur, de iis qui suo labore officioque perfuncti sunt: ut emeriti equi, qui labore diurno functi sunt.  
*Ramis.*] Ex more Romanorum, qui diebus festis januas, arborum, & præsertim lauri ramis ornabant.  
 320. *Aulaa.*] Ornamenta ad ornamdam regiam nuptialem, & parietes vestiendos: Aulaa dicta, quia in Aula Attali Regis, cum populum R. om. scripsit hæredem, primum inventa sunt.  
 321. *Thalamis.*] Thalamus est cubiculum utriusque conjugis, seu lectus nuptialis.

- Reginam casto cinxerunt agmine matres  
 Elysiæ, teneroque levant sermone timores,  
 Et sparsos religant crines, & vultibus addunt  
 325 Flammea sollicitum prævelatura pudorem.  
 Pallida lætatur regio, gentisque sepulcræ  
 Luxuriant, epulisque vacant genialibus Umbræ;  
 Grata coronati peragunt convivia Manes.  
 Rumpunt insoliti tenebrosa silentia cantus.  
 330 Sedantur gemitus. Erebi se sponte relaxat  
 Squalor, & æternam patitur rarefcere noctem.  
 Urna nec incertas versat Minoia sortes,  
 Verbera nulla sonant, nulloque fremensia luctus

## INTERPRETATIO.

*Heroina camporum Elysiarum circumderunt Reginam Proserpinam casto pudico, & solantur metum ejus verbis lenibus, ac coercunt comas diffusas, & apponunt faciei vela testura verecundiam trementem. Imperium nigrum gaudet, & populi mortui lætantur, & umbra indulgent dapibus* festis. Dii Inferni coronati celebrant convivia jucunda. Cantilena insueta pellunt silentia obscura, fletus desinunt: tristitia inferorum se remittit ultero, & finit senectus perpetuas diminui. Neque urna Minois agit sortis ambiguas, flagella nulla resonant, & Taniarea ergastula nullo

## ANNOTATIONES.

322. *Matres Elysiæ.* ] Sunt heroinæ illæ, quæ secundum Homerum campos Elysiæ habitant.
323. *Timores.* ] Puellares, quales sunt timores virginum, quæ ducuntur.
324. *Religant.* ] Nam antè Proserpinam *Casariem diffusa Noto.*
325. *Flammea.* ] Sunt vela, seu lutei coloris tegmina, quibus puellæ nubentes tegebantur, vel ne à quoquam prius conspiceretur nupta, quam à marito; vel boni ominis causâ, quod Flaminis uxor, cui nefas à matrimonio divertere, hoc velamine semper tegeretur. Dionysius Halicarnass. dicit infulas & sacerdotum Pileos diti *flammea*, unde dicti flamines.
- Sollicitum.* ] De quo sollicita erat, & timebat Proserpina: Nam Statio nubentes puellas --- *sabis ille supremus*  
*Virginitatis amor, tacitaquo modesta culpa.*
326. *Pallida regio.* ] Ubi sunt simulachra modis pallentia miris. Virg.
327. *Luxuriant.* ] Ludunt, lascivunt, gesticunt præ gaudio.
- Epulis genialibus.* ] Genius deorum filius, parénsque hominum, pertinet ad conjugium, gignendorum liberorum causâ: idèoque geniales epulæ sunt nuptiales.
328. *Coronati.* ] More veteri, quo convivæ festis capita tegebant, ad retundendos vini vapores: Juvenalis,  
*Quale coronati Thrasæa Melmidusque bibebant.*  
 Adde quoddam hilaritatis gratiâ, in principum nuptiis coronas sumebat populus.
331. *Rarefcere.* ] Propter splendorem tædarum nuptialium & genialium conviviorum, rarefcunt diminuunturque tenebræ.
332. *Minoia.* ] à Minoë Cretensium Rege justissimo, qui statutus est judex quæsitæque apud inferos: & ideo urnam tenet, ex quâ varia hominum trahens sorte nomina, eorum dam viverent, vitæ & crimina discit.
333. *Verbera.* ] Flagella furiarum, quibus fontes plestuntur. Virgilius:  
*Continuo fontes ultricæ accincta flagello*  
*Tisiphone quatit insultans.*

- Impia dilatis respirant Tartara poenit.  
 335 Non rota suspensum præceps Ixiona torquet,  
 Non aqua Tantaleis subducitur invida labris.  
 [Solvitur Ixion. invenit Tantalus undas.]  
 Et Tityos tandem spaciosos erigit artus:  
 Squalenâsque novem detexit jugera campi,  
 340 Tantis erat! laterisq; piger sulcator opaci  
 Invitus trahitur lasso de pectore vultur,  
 Abreptâsque dolet jam non sibi crescere fibras.  
 Oblita scelerum formidatq; furoris  
 Eumenides cratera parant, & vina feroci  
 345 Crine bibunt. flexâsque minis jam lenè canentes  
 Extendunt socios ad pocula plena cerastas,  
 Ac festas alio succendunt lumine tædas.

INTERPRETATIO.

resonantia gemitu quiescunt suppliciis remotis. Rota volubilis non voluit Ixiona pendentem. Non aqua zelotypa eripitur ori Tantalî: Ixion requiescit, Tantalus reperit aquas. Tityus denique attollit membra vastissima, ac relinquit detecta jugera novem agri mærentis: tantus erat! & vulturinus belluo assiduus jecoris lividi, reluctans avellitur ex præcordiis fatigatis & mæret jecur sibi ereptum reparari jam non pro se. Furia immemores criminum & rabiei timenda præparant pateram ac potant vinum horrentes capillis angustis, & furore remisso jam cantantes leniter porrigunt serpentes socios ad vasa plena, & inflammant facies nuptiales alio igne.

ANNOTATIONES.

334. *Impia Tartara.* ] Locus Inferorum profundissimus, in quo scelerati & impii cruciantur.  
*Respirant.* ] Quiescunt, quasi onere poenarum non amplius oppressi fontes foverent, sicque respirarent.  
 335. *Ixiona torquet.* ] Non rota cruciat assiduâ circumactu Ixiona, qui amotus à Jove, cum vim Junoni inferre voluisset, damnatus est, & apud inferos assiduâ rotæ vertigine rapitur. Ovidius,  
*Volvitur Ixion & se sequiturque fugisque.*  
 337. *Tantalus.* ] *Quærit aquas in aquis & poma sugacia captas*  
*Tantalus: hoc illi gurgula lingua dedit.*  
 Id patitur vel quod Pelopem filium diis epulandum apposuerit, vel quod canem aureum spirantem, Templi Jovis in Cretâ custodem repetenti Mercurio abjuraverit, vel quod deorum secreta mortalibus revelaverit.  
 338. *Tityus.* ] Jovis & Telluris, vel potius Hæaræ, Junonis metu in terræ antro parientis filius: hic vel Latonæ, vel Dianæ vim inferre tentavit, & ideo detrusus ad Inferos novem jugera vastâ corporis mole premens, jecur immortale à vulture tundi sentit atque lancinari. His fabulis plena Poëtarum volumina.  
 344. *Eumenides.* ] Furæ sunt immemores criminum, ad quæ impellunt homines, ipsæque immemores furoris hominibus timendi, parant cratera seu vas ingens vinarium, quod in medio statuebatur, unde haurirent poculis minoribus. De Eumenidibus supra v. 16.  
 346. *Cerastas.* ] *Kéras, cornu*, & inde dicuntur Cerastæ, serpentes, quæ præferunt cornicula quadrigemina, quibus exertis ipsæ latentes in arenâ, aves velut ad escam advolantes decipiunt. *Homines præterea Cerastas cornibus insignes olim tenuisse Cyprum scribit Androclides. Unde insula Cerastia dicta est. Parthasius.*  
 347. *Alio lumine.* ] Non funesto & togali, ut solebant, sed alio igne puriori.

- Tunc & pestiferi pacatum flumen Avernī  
 Innocuæ transitis aves, statimque repressæ  
 350 Amſanctus tacuit fixo torrente vorago.  
 Tunc Acheronteos mutato gurgite fontes  
 Lacte novo tumuisse ferunt, ederisque virentem  
 Cocytum dulci perturbent undasse Lyzo.  
 Stamina nec rupit Lachesis, nec turbida factis  
 355 Obstreptant lamenta choris. mors nulla vagatur  
 In terris, nullæque rogum planxere parentes.  
 Navita non moritur fluctu, non cuspe miles.  
 Oppida funerei pollent immunia lethi:  
 Impexamque senex velavit arundine frontem  
 360 Portitor, & vacuos egit cum carmine remos.  
 Jam suus inferno processerat Hesperus orbi.  
 Ducitur in thalamum virgo. stat pronuba juxta:

## INTERPRETATIO.

Tunc etiam & volucres illasæ supervolantis. Mors nulla errat per terras, & nullæstis ostium placidum Avernī pestilentis, matres deflevere pyram. Nautæ non perit  
 & Amſanctus retinuit spiritum mortiferum: gurgis siluit torrente stabili. Dicunt aquis, miles non ense, urbes florent ex-  
 fluvium Acherontem, aquis immutatis, pertes mortis funesta, & Charon senex  
 tunc intumuisse lacte novo, & dicunt vektor æmbrarum cinxit cannâ caput hirsu-  
 Cocytum virentem ederis exundasse leni sum, atque habuit otiosos remos cum  
 vino. Neque Parca abruptis fila vitæ, caniu. Jam vesper suus apparebat mundo  
 neque fletus confusi obstant cæcibus sacra Inferorum: puella Proserpina conducitur  
 in cubiculum nuptiale. Nox pronuba

## ANNOTATIONES.

348. *Avernī.* ] Suprà.  
 349. *Flatum.* ] Spiritum pestiferum, quem exhalat.  
 350. *Amſanctus.* ] Campaniæ lacus, ejus halitus aves necat.  
 351. *Mutato gurgite.* ] Nam Acheron prius fluebat lacrymis, Acheron in Thesprotide & Cocytus habent aquas insuavissimas, & ideo Homerus eas apud Inferos fluere sinxit: de Acheronte & Cocyto suprà lib. 1.  
 353. *Lyzo.* ] Vino, nam Bacchus dicitur Lyzus, ἀπὸ τοῦ λύει, solvere, quod solvat animum curis.  
 354. *Lachesis.* ] Parca: nam Atropos rumpit, & hic ponitur soror pro sorore, ut apud Virgilium Pollux ponitur pro Castore.  
 356. *Rogum.* ] Nullæ matres fleverunt liberorum mortem, quæ designatur per rogum: id est, nulla mors accidit, ne turbet festa Inferorum gaudia.  
 357. *Fluctu.* ] Maris adversa tempestate nemo nauta perit.  
*Cuspe.* ] Enſe hastâ, aut quovis telo nemo homo occiditur.  
 359. *Impexam.* ] Virgilius: Cui plurima memento, Canities inculta jacet.  
 360. *Portitor.* ] Ille est, qui in portu vectigal seu portorium recipit, & ideo portitor dicitur Charon, quia ab umbris transitoris obolum, seu nauticum quasi portorium exigit, Propertius: Vota movet superos ubi portitor ara recipit.  
 361. *Hesperus.* ] Nam inferi habent sua sidera, Hesperus in vertice Atlantis Patriæ sidera observans obiit, & à suis ob pietatem in cælum relatus, sideri nomen dedit, seu stellæ vespertinæ, quæ matutinis horis dicitur Phosphorus seu Lucifer.  
 362. *Pronuba.* ] Ea est, quæ ex parte uxoris nuptiis celebrandis præest, ut auspex ex parte viri.

Stellantes

Stellantes Nox picta sinus, tangensque cubile  
 Omnia perpetuo genitalia fœdere sancit.  
 365 Exultant cum voce pii, Dirisque sub aulâ  
 Talia pervigili sumunt exordia plausu.  
 Nostra parens Juno, tuque ô germane Tonantis  
 Et gener, unanimi consortia discite somni,  
 Mutuâque alternis innectite colla lacertis.  
 370 Jam felix oritur proles: jam læta futuros  
 Expectat Natura Deos. nova numina rebus  
 Addite, & optatos Cereri proferte nepotes.

## INTERPRETATIO.

habens vestes ornatas stellis, ac contin- | frater Jovis & gener, discite societatem  
 gens lectum confirmat prasagia conjugalia | somni concordis, & circumdate invicem  
 connubio indissolubili: pii latantur, plau- | colla mutua brachiis: jam soboles fortu-  
 dunt cum cantu, & in regiâ Platonis in- | nata nascitur: jam natura gaudens expe-  
 cipiente dicere hæc verba lætitiâ in somni. | ctat numina nascitura: addite Mundo Deos  
 O Proserpina mater nostra, & tu ô Pluto | novos, & date Cereri nepotes jucundos.

## ANNOTATIONES.

463. *Tangens.* ] More precantium, qui | fiorum.  
 tenebant aras.  
 364. *Omina sancit.* ] Confirmat ma- | 366. *Pervigili.* ] Nam totam noctem  
 trimonium, vel optat numerosam feli- | ducunt in cantu & convivii.  
 cemque sobolem, & iis bene ominatur.  
*Perpetuo fœdere*, id est, nodo conjugii  
 indissolubilis. Ex Justiniani institutis,  
*Nuptia sive matrimonium est viri & mu-* | 367. *Juno.* ] Inferna scilicet, quæ est  
*lieris conjunctio individuum vita consue-* | Proserpina, ut supra lib. I.  
*tudinem continens.*  
 365. *Pii.* ] Cultores camporum Ely- | 368. *Gener.* ] Nam Pluto duxit Proser-  
 | pinam Jovis & Cereris filiam, & ideo est  
 | Jovis & Cereris gener.  
 370. *Oritur proles.* ] Optat eis prolem,  
 & rev erâ Furias ex Dite susceptas ajunt.





## CL. CLAUDIANI

DE

## RAPTU PROSERPINÆ

## LIBER III.

*ARGVMENTVM LIBRI III.*

**D**ii Jovis jussu ab fride convocati sedent. Tum Juppiter ait se seculi aurei pigritiâ offensum, fruges inaratas & mella admisse, ad excitandam hominum industriam: hinc homines glande vesci; hinc naturam queri, ideòque Proserpinam dat rapiendam, eam ut quærens Ceres, det fruges; vetat ne quis raptozem prodât. Interim Ceres in Idâ terretur prodigiis, somniis, specie ipsius Proserpinæ flentis, mox volat in Siciliam: hîc omnia confusa: perit ab Electrâ nutrice unde calamitas. Tandem Electra rem prodit, & Venerem, Dianam, Palladem accusat: Explicat dolos Veneris allicientis Proserpinam in sylvas, ubi ortâ nocte subitâ rapta fuerat, ancillis fugientibus. Ceres invehitur in tres Deas. Petit ut saltem liceat nosse suam calamitatem. Orat Latonam ut sibi indicet raptozem, sed frustrâ. Ergo statuit quærare filiam per omnes mundi partes. Sylva ad fluvium Acin describitur ab armis præliisq; Jovis, a spoliis gigantum, loci religione, quæ non impedit quominus Ceres evertat cupressus & cedros ad tædas faciendas; has accendit in Ætnâ: hinc progreditur flens, conquerens se fontem, se puniam dicens, desperans, &c. Nam deest finis.



## CARMEN XXXVI.

**J**upiter interea, cinctam Thaumantida nimbis  
 Ire jubet, totoque Deos arcessere mundo.  
 Illa colorato Zephyros prælapsa volatu  
 Numina conclamat pelagi, Nymphasque morantes  
 9 Increpat, & fluvios humentibus evocat antris.  
 Ancipites trepidique ruunt, quæ causa quietos  
 Excierit, tanto quæ res agitanda tumultu.  
 Ut patuit stellata domus, confidere jussi.  
 Nec confusus honos. Cælestibus ordine sedes  
 10 Prima datur. tractum procures tenuère secundum  
 Equorei, placidus Nereus, & lucida Phorci  
 Canities. Glaucum series extrema biformem

## INTERPRETATIO.

*Interim Juppiter imperat Iridem circum-*  
*datam nubibus descendere, & evocare*  
*Deos, ex omni mundo. Illa Iris superans*  
*ventos alis pictis, vocat Deos maris, &*  
*arguit Nereides cunctas abundas, atque exci-*  
*fluvios ex cavernis humidis, Veniunt pa-*  
*vidi dubitantesque, qua causa se placidos*  
*evocaverit, quod negotium tractandum tan-*  
*tâ trepidatione. Postquam regia cælestis a-*  
*perta est, Dii jussi sunt sedere: neque honor*  
*est promiscuus: primus ordo sedendi desertur*  
*Diis superis: Principes maris occupant lo-*  
*cum alterum, Neptunus lenis, & proles cana*  
*Phorci carulei: sedes ultima recipit Glaucæ*

## ANNOTATIONES.

1. *Interea.* ] Dum hæc aguntur con-

vivia, dum cantus resonant, &c.  
*Thaumantida.* ] Irin, quæ Thaumantis & Electræ filia, à τῆς θαύματος dictam: est enim filia admirationis: unde & Thaumantias dicitur, eaque Deorum nuntia.

6. *Quietos.* ] Deos omnes in concilium cogere, non nisi in summâ rerum difficultate moris erat.

8. *Domus stellata.* ] Est regia cœli, stellis distincta.

*Confidere jussi.* ] Nam Jovis injussu non audent, Statius:

— Nec protinus ausi  
 Cælicola, veniam donec pater ipse sedendi

*Tranquilla jubet esse manu.*

9. *Nec confusus honos.* ] Non confusus & promiscuè sedent, sed quisque pro suâ dignitate sedet.

*Cælestibus.* ] Diis superis, seu Diis majorum gentium: qui sunt duodecim scripti ex Ennio:

*Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,*

*Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*

At hinc aberat Ceres, ut ostendit Poëta.

10. *Proceres.* ] De Consul. Prob. v. 18.

11. *Nereus.* ] Omnium Ponti liberorum natu maximus, ex Doride Oceani filia Nymphas genuit Nereidas: non rarò sumitur pro Neptuno.

*Phorci.* ] Is etiam Ponti filius, Græas, seu Spumas ab ipso partu canas peperit ex Ceto: sorore: sicque carula Phorci canities, est proles cana Phorci carulei.

12. *Glaucum.* ] Is erat Eubœæ piscator, urinandi peritissimus, qui cum ad insulam quandam cultoribus vacuum penetrasset, rudi seculo persuasit se ad Deos

DD d d ij



- Accipit, & certo mansurum Protea vultu.  
 Nec non & senibus fluviiis concessa sedendi  
 15 Gloria. plebeio stat cætera more juvenus,  
 Mille amnes. liquidis incumbunt patribus udæ  
 Næides, & taciti mirantur sidera Fauni.  
 Tum gravis ex alto genitor sic orsus Olympo:  
 Abduxere meas iterum mortalia curas,  
 20 Jam pridem neglecta mihi, Saturnia postquam  
 Otia & ignavi senium cognovimus ævi:  
 Sopitòsque diu populos torpore paterno  
 Sollicitæ placuit stimulis impellere vitæ,  
 Incultis ne sponse seges grandesceret arvis,  
 25 Undaret neu sylva favis, neu vina tumerent  
 Fontibus, & totæ fremerent in pocula ripæ.

## INTERPRETATIO.

*biformem, & Proteum remansurum figurâ stabili: quin & honor considendi datus est fluminibus antiquis: fluvii alii mille stant ut juvenes ex consuetudine populi. Næides humida innituntur patribus humensibus, atque Fauni silentes admirantur Astra. Tunc pater verendus ita locutus est ex cælo cæso: Res humana contempta à me dudum applicuerunt rursus animum meum.*

*posteaquam vidimus ignaviam seculi Saturni, & tarditatem ætatis inertis: & visum est stimulare curis vitæ anxia gentes, dudum torpescences ignaviâ paternâ: cavi ne fruges injussa crescerent in agris inaratis, nève arbores compleverentur melle: nève vinum exundaret fontibus, & ripæ omnes cum sono fluerent ad vasa implenda.*

## ANNOTATIONES.

maris penetrasse, sicque opinionem divipitatis sibi peperit. Fabula ait cum in balænam conversum, tractatâ herbâ, cuius attactu, pisces, quos captos extraxerat, redivivos in æquor resiliisse conspexerat.

13. *Protea.*] Hic Neptuni filius, in varias se figuras mutaret Diis præsentibus non audebat; alioqui mutari solitus, eis παντοδατὰ (ὅα κ' εἶδετο), in omne genus animalia & arbores. Polyænus, qui id putat fictum esse, quod dolis superare posset quemcunque vellet.

17. *Næides.*] Fontium Deæ, ut suprâ. *Incumbunt.*] Innituntur fluvii, quorum sunt filia. Callimachus: Νύμφαι Θεσπιδὲς ποταμῶν γένε, *Nympha Thespalides amnis genus: ex Parrhasio.*

*Fauni.*] Faunos, Sylvanos, & Satyros inter Deos agrestes coluit antiquitas: supernè hominibus cornutis, infernè capris similes.

18. *Genitor.*] Juppiter --- Divum pater atque hominum Rex: Virgilius.

*Alto Olympo.*] Ex altiore cæli parte; Dii alii inferiorem locum tenent.

20. *Saturnia otia.*] Pigrizia scilicet, qualis erat regnante Saturno.

21. *Senium.*] Pigriziam & tarditatem, qualis est in senibus.

22. *Torpore paterno.*] Torpore & inertia, quam patiebatur pater meus Saturnus. Locus hic desumptus ex Virgilio: *Nec torpere gravi passus sua regna veterno, &c.*

Nam Juppiter perosus vitam illam quietam & placidam seculi Saturnii, voluit homines non amplius ducere vitam expertem curarum & mororis, sed parando victui, multo cum labore invigilare.

26. *Fremerent.*] Ripæ paterentur aquas frementes, seu cum sonitu fluentes ad vasa accolarum implenda.

- Haud equidem invidéo ; ( nec enim livescere fas est ,  
 Vel nocuisse Deos ) sed quid dissuasor honesti  
 Luxus , & humanas oblimat copia mentes ?  
 30 Provocet ut segnes animos , rerumque remotas  
 Ingeniosa vias paullatim exploret egestas ?  
 Utque artes pariat sollertia , nutriat usus ?  
 Nunc mihi cum magnis instat Natura querelis  
 Humanum relevare genus , durumque tyrannum  
 35 Immitémque vocat , regnatáque secula patri  
 Commemoratur , parcúmque Jovem se divite clamat.  
 Cur campos horrere situ , dumísque repleri  
 Rura velim , & nullis exornem fructibus annum ?  
 Se jam , quæ genitrix mortalibus antè fuisset ,  
 40 In diræ subito mores transisse novercæ.  
 Quid mentem traxisse polo , quid profuit altum  
 Erexisse caput , pecudum si more pererrant

## INTERPRETATIO.

Non invidéo certè ( nam neque licet Deos invidere , vel obesse ) at quare luxuria inimica honestatis ; & abundantia hebetat animos hominum ? Faciam nempe , ut paupertas ingeniosa excitet mentes ignavas , & quarat paulatim modos occultos rerum , & ut industria excogitet artes , & exercitatio alas illas . Natura nunc urget me cum questibus ingentibus solari genus hominum , & appellat me tyrannum crudellem , & implacabilem , atque expro-

brat avaritiam gubernatam à patre Saturno , ac conqueritur me Jovem esse avarum se locupletem . Petit quare jubeam agros squallere illuvie , & arva compleri spinis , & quare nullis decorem fructibus annum . Dicit se jam , quæ prius fuerat mater hominibus , degenerasse citò in animum noverca crudelis . Quid juvit homines duxisse animum ex Cælo ? quid juvit sustulisse os sublime , si instat bestiarum peragrans desertum , si

## ANNOTATIONES.

27. *Livescere.* ] Sol non invidet Lunæ , neque Dii hominibus.  
 28. *Nocuisse.* ] Dii non nocent ; etenim Dii sunt benefeci , generique hominum amici : Cicero.  
 29. *Oblimat.* ] Pinguefacit atque obtrundit.  
 30. *Ut segnes . &c.* ] Jussi , ut paupertas excitet homines . Heinſius putat legendum , *haud segnes . &c.* quasi diceretur , scilicet paupertas provocet animos impigros , Deinde legit , *atque artes.*  
 31. *Egestas.* ] Gaditani Egestatem & Artem adorabant , hanc ut egestatis remedium ; illam ne placata noceret , Lucanus :  
*Fœcunda virorum paupertas.*  
 33. *Nunc.* ] Sublatâ prioris vitæ felicitate , natura vehementer queritur , urgetque me , ut relevem solèrque genus
- hominum.  
 34. *Tyrannum.* ] Quòd injustè regnando premam homines.  
 36. *Parcúmque Jovem.* ] Natura clamat Jovem esse parvum atque avarum in tantis suis divitiis , quibus privat homines.  
 37. *Horrere situ.* ] Situs est illuvies quædam , quæ fœdat agros cessantes.  
 38. *Fructibus.* ] Pomis & frugibus.  
 40. *Noverca.* ] Natura quæ materno affectu homines antè fovebat , queritur quòd , me jubente , facta sit noverca , eosque alas glandibus , quos melle & lacte aluerat.  
 41. *Mentem traxisse polo.* ] Hoc ex Platoniorum sententiâ.  
 42. *Erexisse caput.* ] Quòd soli homini contigit , quòdque ejus arguit nobilitatem . Hoc depromptum ex Ovidio , qui hæc canit -- Os homini sublime dedit , &c

- Avia, si frangunt communia pabula glandes?  
 Hæccine vita juvat sylvestribus abdita lustris,  
 45 Indiscreta feris? tales cum sæpe parentis  
 Pertulerim questus, tandem clementior orbi,  
 Chaonio statui gentes avertere victu.  
 Atque adeo Cererem, quæ nunc ignara malorum  
 Verberat Idæos torvâ cum matre leones,  
 50 Per mare, per terras avido discurrere luctu  
 Decretum, natæ donec lætata repertæ  
 Indicio, tribuat fruges currusque feratur  
 Avius, ignotas populis sparsurus aristas,  
 Et juga cærulei subeant Actæa dracones.  
 55 Quod si quis Cereri raptorem prodere Divum  
 Audeat: imperii molem, pacemque profundam  
 Obtestor rerum, natus licet ille, sororve,  
 Vel conjux fuerit, natarumve agminis una,  
 Se licet ille meo conceptum vertice jactet,

## INTERPRETATIO.

rumpunt glandes, alimenta communia. nec gaudens signis filia inventa, det fruges. & curvus ejus vehatur per aërem, distributurus spicas incognitas hominibus. & serpentes nigri submittant se jugo Actico. Quod si quis Deorum audeat indicare raptorem Plutonem; juro per magnitudinem regni mei, & amicitiam secretam mundi; quamvis ille sit filius, aut soror, aut uxor, aut una cætus filiarum; quamvis ille gloria- getur per mare & terras fletu magno, do-

## ANNOTATIONES.

43. *Avia.*] Vagantur per saltus, nemora desertæ, in quibus via nulla est, & quæ idè dicuntur avia, quasi sine viâ.  
*Communia pabula.*] Glandes quæ sunt alimenta communia bestiis & hominibus.  
 44. *Lustris.*] Lustrum est spatium quinque annorum, sed significat etiam sylvas densissimas, & cubilia ferarum, ut hoc in loco.  
 47. *Viâ Chaonio.*] Id est, glandibus Chaoniis, quæ victum suppeditant. Chaonia pars est Epiri in Græciâ, quæ abundat quercubus, & idè glandibus.  
 48. *Ignara malorum.*] Nescit nempe filiam à Plutone esse raptam.  
 49. *Leones Idaos.*] Stabant in Idâ monte Phrygiæ; qui leones trahunt cursum Cybeles matris Deorum. Suprà de leonibus Cybeles.  
 50. *Avido luctu.*] Magno Ceres mortis desiderio filiz, eam quæret per totum orbem terrarum.  
 54. *Dracones.*] De Draconibus Cereris suprà.  
 55. *Prodere.*] Indicare. Virgilius: *Prodere vocis suæ quemquam aut apponevere morti.*  
 Horatius: *Risus proditor.*  
 56. *Pacem profundam.*] Id est, æternam illam, arcanamque amicitiam, quæ res omnes inter se fovet.  
 59. *Conceptum vertice.*] Licet foret ipsa Pallas, quæ armata prodiit ex meo capite: Palladem indicat, ne quis index veniam speret.

- 60 Sentiet iratam procul Ægida, sentiet ictum  
Fulminis, & genitum divinâ sorte pigebit,  
Optabitque mori: tunc vulnere languidus ipsi  
Tradetur genero, passurus prodita regna,  
Et sciet an propriâ conspirent Tartara caussæ.  
65 Hoc sanctum. mansura fluant hoc ordine fata.  
Dixit, & horrendo concussit sidera motu.  
At procul armisoni Cererem sub rupibus antri  
Securam placidâmq; diu jam certa peracti  
Terrebant simulacra mali, noctesque timorem  
70 Ingeminant, omnique perit Proserpina somno.  
Namque modò adversis invadi viscera telis,  
Nunc sibi mutatas horret nigrescere vestes,

## INTERPRETATIO.

*patiatur longè clypeum horrendum, patiatur impetum fulminis, atque dolebit se esse natum ex semine divino, & cupiet mori. Tunc debilis plagâ dedetur ipsi genero meo Plutoni toleraturus poenas imperii proditi, discéatque utrum Inferi faveant causa sua? Id statutum est: facta stabilia currant hac serie. Juppiter sic locutus est, & tremefecit cælum nutu* *terribili. Sed longè à Sicilia jam imagines quadam cladis accepta turbabant Cererem jamdudum tranquillam & quietam sub saxi caverna armis resonantibus: & visa noctis augent metum, & Proserpina videtur amitti per totum somnum. Etenim nunc metuit impeti sibi uterum armis inimicis, nunc metuit vestimenta sibi mutata nigra fieri,*

## ANNOTATIONES.

60. *Ægida.* ] *Ægis* est clypeus Jovis, factus ex pelle capræ, *αἰγός*, Amaltheæ nutriti; quo clypeo, oraculi monitu, se munivit contra Titanas, eoque vicit.  
*Sentiet iratam Ægida.* ] Sentiet arma Jovis irati, & *Ægidem* concutientis, habentis, *Διὸς αἰγίσχονο*, Homerus.  
*Procul.* ] Sentiet longè, etiam si sit in extremo mundi fine positus: vel sentiet procul dubio, id est, certè: vel si de Pallade loquitur; *sentiet iratam procul Ægida*, id est, sentiet nihil sibi prodesse Ægida: ut apud Virgilium: Longè illi Dea mater erit, id est, nihil proderit.  
61. *Genitum divinâ sorte pigebit.* ] In magnis angustiis Dii dolebant se esse immortales. Ovidius de Inacho,  
*Nec finire licet tantos mihi morte dolores,  
Sed nocet esse Deum.*  
63. *Passurus prodita regna.* ] Daturus poenas propter proditum regnum Plutonis, qui eò magis torquetur indicem.  
64. *Conspirent.* ] Scient suo malo, an non Inferi conspirent ad vindicandam causam Plutonis,  
66. *Concussit sidera.* ] Poëtæ loquentem Jovem inducunt cum mora totius cæli mundique: exempla passim.  
67. *Armisoni antri.* ] Sub saxi cavernæ Idææ, quæ resonabat clypeolis æneis, quibus Corybantes plaudebant, & strictis ensibus, quos rotabant, vel in Cretâ, vel in Phrygiâ, ubi est mons Idæ.  
70. *Omnique perit Proserpina somno.* ] Semper inter dormiendum sibi videtur amittere Proserpinam, interdumque ut mortuam lugere.  
71. *Invadi viscera.* ] Percuti uterum, qui fuerat sedes Proserpinæ, idèoque id ipsi cladem portendebat. Viscera in somno res benè vel malè præsagiunt. Mater Augusti ad cælum sua viscera ferri crediderat, unde Augusto felicitas portendenda visa est.  
72. *Mutatas vestes.* ] Alba vestis in Cerealiis sumebatur. Ovidius:  
*Festa pia Cereris celebrabant annua matres,  
Illa, quibus niveâ velata corpora vestis*

- Nunc steriles mediis frondère penatibus ornos.  
 Stabat præterea luco dilectior omni  
 75 Laurus, virgineos quæ quondam fronde pudicâ  
 Umbrabat thalamos. hanc imâ stirpe recisam  
 Vidit, & incommotos scædari pulvere ramos.  
 Quærentique nefas Dryades dixere gementes;  
 Tartaræ furias debellavisse bipenni.  
 80 Sed tunc ipsa, sui jam non ambagibus ullis  
 Nuntia, materno facies ingesta sopori.  
 Namque videbatur tenebroso obrecta recessu  
 Carceris, & sævis Proserpina vincta catenis,  
 Non qualem Siculis olim mandaverat arvis,  
 85 Nec qualem roseis nuper convallibus Ætne  
 Suspexere Deæ. squalibat pulchrior auro  
 Cæsaries, & nox oculorum infecerat ignes.  
 Exhaustusque gelu pallet rubor. ille superbi  
 Flammeus oris honos, & non cessura pruinis

## INTERPRETATIO.

nunc ornos infæcundas vivere in ipsis domibus. Insuper laurus charior totâ sylvâ surgebat, qua olim tegebat foliis cæcis cubiculum puella Proserpinæ: aspexit hanc abscissam ab ipsâ radice, & frondes inornatas inquinari pulvere: & Dryades stentes dixerunt Cereri petenti autorem sceleris, furias abscidisse laurum securi infernâ. At tunc imago Proserpinæ jam non ullis involucris ipsa sui nuntia obiecta est somno matris Cereris. Etenim Proserpina præclusa obscuris latebris carceris, & constricta vinculis duris cernebatur, non qualem commiserat agris Sicilia quondam, nec qualem Dea admirata sunt modo in vallibus floridis Ætne: crines nitidiores auro sordabant, & caligo inferna obscuraverat ignes oculorum: & color roseus absumptus frigore pallescit: illa pulchritudo ignea vultus formosi,

## ANNOTATIONES.

- Primitias frugum, dant spicæ serâ comarum.  
 Atra vestis in luctu publico sumebatur.  
 73. Ornos. ] Et fortè ex ulmo mala portendebantur, quia est apud Inferos. Virgilius:  
*Ulmus opaca ingens, quam sedem somnia vulgò*  
*Vana tenere ferunt.*  
 Et Cereris somnium non vanum fuit aut fallax: idèque somnia vana intellige, quæ aliquando vana sunt & fallacia, non sèper.  
 74. Luco dilectior omni. ] Quæ magis placebat, quàm sylva tota, unde translata fuerat.  
 75. Fronde pudicâ. ] Alludit ad Daphnen, quæ mutari in laurum maluit, quàm virginitatem prodere.  
 76. Umbrabat virgineos thalamos. ] Cubiculum tegebat Proserpinæ nondum nuptæ.  
 78. Dryades. ] ἀπὸ δρυὸς, à quercu. Nymphæ sunt sylvarum, quæ cum arboribus & vivunt & extinguuntur.  
 79. Furias debellavisse. ] Id quod erat pessimum omen.  
 80. Ambagibus. ] Involucris somnii.  
 86. Dea. ] Pallas, Diana, Venus, Squalibat pulchrior auro. ] Crines flavi & auro nitidiores tecti erant illuvie.  
 88. Rubor. ] Color ille oris roseus ac purpureus.  
 Gelu. ] Loquitur ex sententiâ Cræti Philosopheri, qui Tartarum sub utroque mundi cardine statuit, ipsûmque idèò frigoribus & perpetuâ brumâ damnatum.  
 90 Membra

- 90 Membra colorantur picci caligine regni.  
 Ergo hanc ut dubio vix tandem agnoscere visu  
 Evaluit: cujus tot pœnæ criminis? inquit.  
 Unde hæc informis macies? cui tanta facultas  
 In me sævitæ est? rigidi cur vincula ferri
- 95 Vix aptanda feris molles meruere lacerti?  
 Tu, mea tu proles? an vanâ fallimur umbrâ?  
 Illa refert: Heu dira parens, natæque peremtæ  
 Immemor, heu fulvas animo transgressa leânas,  
 Tantane te nostri tenuere oblivia? tantum
- 100 Unica despicior? certè Proserpina nomen  
 Dulce tibi, tali quæ nunc, ut cernis, hiatu  
 Suppliciis inclusa terror. tu sæva choreis  
 Indulges, Phrygiâsque etiamnum interstrepis urbes.  
 Quod si non omnem pepulisti pectore matrem,
- 105 Si tu nota Ceres, & non me Caspia tigris  
 Edidit: his oro miseram defende cavernis,

## INTERPRETATIO.

& membra non inferiora nivibus, nigrescunt tenebris imperii obscuri. Igitur statim atque potius agere tandem cognoscere illam Proserpinam oculis, dubitantibus, ait: ex quâ culpâ tantum supplicium protulit? Unde macies hac fœda? cui potestas tanta crudelitatis fuit contra me? quare brachia tenera meruerunt catenas ferri duri, vix accommodandas bestiis? Tu, mea, tu filia es? Utrum decipimur somnio inani? Illa Proserpina respondet: ah! mater crudeli & oblita filia pereuntis! Ah! mater superans animi feritate leânas sævas! An tanta oblivio nostri possedis te? An ego filia unica ita contemnor? Proserpina est nomen profecto gratum tibi, quæ nunc, sicut vides, clausa tali cavernâ trahor ad pœnam: tu crudelis, vacas saltationibus, & nunc adhuc strepis per oppida Phrygia. Quod si non expulisti ex corde tuo omnes sensus matris: si tu illa Ceres cognita peperisti me, & non tigris Hyrcana produxit me: rogo, libera me afflictam ab his antris.

## ANNOTATIONES.

89. Non cessura pruinis membra. ] Id est, nive candidiora.

94. In me. ] Quæ Jovis sum. soror, & ex eo mater Proserpinæ.

95. Vix aptanda feris vincula. ] Quæ tam dura, tam horrida sunt, ut etiam nollemus iis bestias constringi.

98. Fulvus leânas. ] Fulvus leo, fulva leâna; epithetum perpetuum; vel fortè fulvus denotat majorem feritatem. Virgilius:

Et fulvos descendere monte Leones.

102. Terror. ] Atteror suppliciiis, seu catenis ferreis. Statius:

Latus omnes sub armis ferrea senta torunt.

Alii legunt, Suppliciis inclusa feror.

103. Interstrepis. ] Plausu cymbalorum, quæ agitabant Galli Sacerdotes Cybeles, in urbibus Phrygiæ.

105. Caspia tigris. ] Id est Hyrcana, ab Hyrcaniâ, in quâ tigres ferocissimæ nascuntur; quæ cum Caspiæ dicuntur, id fit, quia Caspia regio est proxima Hyrcaniæ; vel quia Caspia cum Hyrcaniâ confunditur. Virg.

Hyrcanæque admorunt ubera tigris,

E E c c

- Inque superna refer. prohibent si fata reverti;  
 Vel saltem visura veni. Sic fata trementes  
 Tendere conatur palmas. vis improba ferri  
 110 Impedit, & motæ somnum excussere catenæ.  
 Obrigit visis. gaudet non vera fuisse,  
 Complexu caruisse dolet. penetralibus amens  
 Prosilic, & tali compellat voce Cybellen.  
 Jam non ulterius Phrygiâ tellure morabor;  
 115 Sancta parens. revocat tandem custodia cari  
 Pignoris, & cunctis objecti fraudibus anni.  
 Non mihi Cyclopum quamvis extructa caminis,  
 Culmina fida satis. timeo, ne fama latebras  
 Prodiderit, leviûsque meum Trinacria celet  
 120 Depositum, terret nimium vulgata locorum  
 Nobilitas. akis sedes obscurior oris  
 Exquirenda mihi. gemitu flammisque propinquis.  
 Enceladi nequeunt umbracula nostra taceri.  
 Somnia quineriam variis infausa figuris  
 125 Sæpe monent, nullusque dies non triste minatur

## INTERPRETATIO.

*Et reduc in terram superiorem: si fata ve-*  
*rant redire, descende huc saltem in visura*  
*me. Proserpina ita locuta tentat tollere*  
*manus tremulas: grave pondus ferri pro-*  
*hibet. Et vincula commota excussere*  
*dormientem, Ceres stupefacta est in som-*  
*nis: optat ea non esse vera: dolet se pri-*  
*vatum esse amplexu filie; consernata exi-*  
*lit ex domo, Et alloquitur Cybelen his*  
*verbis. O mater sancta, jam non ma-*  
*nabo diutius in Phrygiâ. Cura dulcis*  
*filie revocat me tandem, Et atas ex-*  
*posita dolis omnibus. Turres licet fabrican-*  
*ta fornacibus Cyclopum, non sunt satis*  
*tuta mihi. Metuo ne fama detegat seces-*  
*sus nostros, Et ne Sicilia non fideliter oc-*  
*cultet Proserpinam meam creditam ipsi.*  
*Claritas regionis nimis celebrata turbat*  
*me, Et domicilium ignobilius investigan-*  
*dum est mihi in aliis regionibus: latebra*  
*nostra non possunt fileri, propter suspicia*  
*Enceladi Et incendia proxima Ætnæ. Pra-*  
*terea somnia tristia formis diversis admo-*  
*nent me frequenter. Et omnis dies intentat*

## ANNOTATIONES.

109. *Vis improba.* Gravis, mala, ni-  
 mia, acerba.

110. *Somnum excussere.* Cùm somnus  
 ex abrupto fugatur, aliquid triste de-  
 muntiat.

111. *Obrigit.* Ceres ita obstupuit in  
 somnis, ut concretus sanguis obriguerit.

113. *Cybellen.* Geminatur (1) metri  
 causâ: alioqui enim est Cybele.

115. *Tandem.* Post tantum temporis  
 spatium, quo commorata sum in his re-  
 gionibus.

116. *Pignoris.* Filie; nam liberi sunt  
 pignora & vincula amicitie conjugal.

*Objecti fraudibus anni.* Etas nempe  
 tenerior puellarum; quæ variis insidiis  
 obnoxia est.

118. *Cyclopum caminis.* Testa muni-  
 ta ferro, Cyclopum fornacibus confiato.

119. *Trinacria.* Sicilia, ἀπὸ τῶν τριῶν  
 ἀκρῶν, à tribus promontoriis, Pachino,  
 Passaro & Lilybæo, de quibus supra.

123. *Enceladi.* Hic gigas fuit, qui  
 Ætῶν oppressus gemit, supra 1. de Raptu,

- Augurium', quoties flaventia ferta comarum  
 Sponte cadunt : quoties exundat ab ubere sanguis :  
 Larga vel invito prorumpunt flumina vulnū,  
 Injussæque manus mirantia pectora rundunt!  
 130 Si buxos inflare velim, ferale gemiscunt:  
 Tympana si quatiā, planctus mihi tympana reddunt.  
 Ah vereor, ne quid portendant omina veri!  
 Heu longæ nocuere moræ! Procul irrita venti  
 Dicta ferant, subicit Cybele: non tanta Tonanti  
 135 Segnities, ut non pro pignore fulmina mittat,  
 I tamen, & nullo turbata revertere casu.  
 Hæc ubi, digreditur templis, sed nulla ruenti  
 Mobilitas, tardos queritur non ire jugales.  
 Immeritasque movens alterno verberare pennas  
 140 Sicaniam quærit, cū necdum absconderit Iden.

## INTERPRETATIO.

*prasagium infelix* : quoties corona spicez flava verticis decidunt ultro? Quoties cruor effluit ex mammis : fluvii lacrymarum erumpunt vel oculis reluctantibus, & manus meæ sponte verberant sinum attonitum. Si cupiam inspirare tibias, resonant funeste : si feriam tympana : tympana remittunt mihi gemitum. Ab! timeo ne hæc prasagia prædicant aliquid veritatis. Heu! expectatio longa damnosa est mihi. Cybele respondet: Venti auferant longe verba tua vana, & Ceres: sercordia tanta non est fovi, ut non torqueat tonitrua pro filia Proserpinā: tamen, ito, & vedi nulla perterrita calamitate. Postquam Ceres dixit hæc verba: exit ex delubris: at nulla celeritas sufficit festinanti: conqueritur Dracones jugales lentos, non currere: & feriens flagellat alternè alas innocentes eorum, investigat Siciliam, cū nondum occulsi taveris Iden:

## ANNOTATIONES.

126. *Flaventia ferta comarum.* ] Sunt coronæ spicez, quas Ceres in vertice gestat. Tibullus:  
*Flava Ceres tibi sit nostro de rure corona spicea.*  
*Serta sponte cadunt.* ] A nullo tacta.  
 127. *Exundat.* ] Quasi torrens sanguinis prolacte effluat ex mammis.  
 129. *Injussa manus.* ] Motæ sine jussu voluntatis; sed suapte naturā.  
*Mirantia pectora.* ] Alii legunt, *mærentia*; sed mirantia sic explices; animus nempe miratur, quā fiat, ut manus, se inconsulto, pectus concutiat. Id quod est signum alicujus calamitatis.  
 130. *Buxos.* ] Tibias factas ex buxo.  
*Ferale.* ] Id est, ferale & funesto modo.  
 133. *Venti dicta ferant.* ] Vana, quæ ca-
- rent effectu, ea venti dicuntur ferre, disperdere, lacerare.  
 135. *Pignore.* ] Pro filia, quæ est Proserpina.  
 136. *I tamen.* ] Formula optantium felix iter.  
 137. *Sed nulla, &c.* ] Alii legunt, *sed nulla ruenti mobilitas*, ita nulla tanta est celeritas, quæ satis sufficiat festinare cupienti.  
 138. *Jugales.* ] Dracones scilicet jugo admotos, qui trahunt currum Cereris.  
 140. *Absconderis.* ] Quærit nempe oculis Siciliam, cum nondum absconderis Idam, id est, Idæ montis prospectum ex oculis amiserit, quod provenit ex nimio desiderio. Virgilius:  
*Phæacum abscondimus areos,*

E E e ij



Cuncta pavet, speratque nihil. sic æstuat ales,  
 Quæ teneros humili fœtus commiserit orno  
 Allatura cibos, & plurima cogitat absens:  
 Ne fragilem ventus discusserit arbore nidum:

145 Ne furtum pateant homini, neu præda colubris.

Ut domus excubiis incustodita remotis,  
 Et resupinati neglecto cardine postes,  
 Flebilis & tacitæ species apparuit aulae;  
 Non expectato respectu cladis, amictus

150 Conscidit, & fractas cum crine avellit aristas.  
 Hæserunt lacrymæ: non vox, non spiritus oris  
 Redditur, atque imis vibrat tremor ossa medullis.  
 Succidui titubant gressus, foribusque reclusis,  
 Dum vacuas sedes & desolata pererrat

155 Atria, semirutas confuso stamine telas?  
 Atque interceptras agnoscit pectinis artes.  
 Divinus perit ille labor, spatiumque relictum  
 Audax sacrilego supplebat aranea textu.

## INTERPRETATIO.

*Timet omnia, & nihil sperat: ita avis inquietatur, avis qua pullos implumes crediderit ulmo non alia, reportatura escam, & multa putat absens, ne ventus dejiciat volucres teneras ex arbore, neve exposita sint insidiis hominum, & præda serpentum. Statim atque domus neglecta custodibus sublati, ac janua subversa cardine contempto, atque imago miserabilis visa est regis silentis, non expectans signum aliud calamitatis suæ, lacerat vestes, & scindit fœcas ruptas cum comâ; fœtus retenti sunt: non verba, non habitus oris redit, & timor quatit ossa usque ad medullas intimas; pedes deficientes vacillant, & janua aperta, dum percurrit domicilium vacuum, & aulam destitutam, invenit telas semilaceras turbatis filis, & opus pectinis interturbatum, Opus illud divinum subruitur, & aranea temeraria consummat telâ impiâ intervallum vacuum.*

## ANNOTATIONES.

142. Orno.] Cuilibet arbori.

143. Allatura cibos.] Quia volavit ad pabulum referendum.

146. Excubiis.] Sine janitoribus, qui catenati pro foribus excubabant.

149. Non expectato respectu.] Non expectans amplius, donec certiùs videret ac pernosceret cladem suam.

150. Aristas.] Quas in corona gestat Ceres.

151. Hæserunt lacryma.] Immota & defixa diu hæsit sine lacrymis, sine voce, sine spiritu; nam dolores ex Senecâ, leves loquuntur, ingentes stupent.

153. Succidui.] Pedes jamjam in casum proni: id quod accidit in magnis timori-

bus, calore nativo ad cor recedente, & sic destitutis partibus exterioribus.

154. Desolata.] Afflicta & destituta iis, qui ea habitabant: in atriiis autem extrinam olim mulieres exercebant.

155. Interceptras.] Turbatas, non absolutas.

157. Divinus labor.] Opus Proserpinæ admirabile & dignum Deâ.

Spatium relictum.] Spatium illud quod videbatur, quâ parte tela non erat absoluta.

158. Aranea.] Alludit ad fabulam, quâ Arachne dicitur in araneam commutata à Pallade zelotypâ. Cæterum araneæ textus indicat longam Ceres absentiam.

- Nec deflet, plangitve malum: tamen oscula telæ  
 160 Figit, & abrumpit mutas in fila querelas.  
 Attritosque manu radios, projectaque pensa,  
 Cunctaque virgineo sparsa oblectamina ludo,  
 Ceu natam, pressat gremio: castumque cubile,  
 Desertosque toros? &, sicubi federit olim,  
 165 Perlegit: attonitus stabulo ceu pastor inani,  
 Cui pecus aut rabies Pœnorum inopina leonum,  
 Aut populatrices infestavère catervæ:  
 Serus at ille redit, vastataque pascua lustrans  
 Non responsuros ciet imploratque juvencos.  
 170 Atque ibi secretâ tectorum in parte jacentem  
 Adspicit Electram, natæ quæ sedula nutrix  
 Oceani priscas inter notissima Nymphas.  
 Par Cereri pietas. hæc post cunabula dulci  
 Ferre sinu, summoque Jovi deducere parvam  
 175 Sueverat, & genibus ludentem aptare paternis.

## INTERPRETATIO.

Et Ceres non lacrymatur, aut queritur ob calamitatem illam: imprimit tamen oscula tela. & fundit questus tacitos contra fila, atque radios tenuatos usu, & opus dejectum, & omnia laxamenta dispersa ludo puellari, complectitur in sinu velut filiam suam, & lectum pudicum, thalamumque devotum, & si quo in loco quondam sessaverit, considerat. Qualis est bubulcus obstupescens, præsepio vacuo, cui furor improvisus leonum Libycorum, vel turba

prædatrices devoraverunt armentum: sed ille reveritur serò, & pererrans præda desolata, vocat & inclamat boves non responsuros. Et hic videt Electram cubantem in recessu abdito domus, qua alrix diligens filia, erat celebratissima inter Nymphas seniores maris. Amor erat illi similis amoris Cereris. Hæc Electra post cunas solabat portare in gremio grato, & ducere tenellam filiulam Jovi supremo, & collocare eam ludibundam in genibus patris.

## ANNOTATIONES.

159. *Nec deflet.*] Nam magnis doloribus verba lacrymæque defunt.

160. *Abrumpit mutas in fila querelas.*] Telam osculando, vel tacita fati indicat se conqueri de fati iniquis.

161. *Radios.*] Radius in hoc loco instrumentum est, quo textor stamini subtemen immittit, seu fila filis interfert, Virgilius:

*Excussis manibus radii revolutæque pensa.*

*Pensa.*] Pensum est id quod puella suo sibi labore proponit exequendum, aut quod ipsi laborandum imponitur.

162. *Cuncta oblectamina.*] Id omne quod aptum erat ad puellam recreandam.

163. *Castumque cubile.*] Virginis in-nuptæ lectum.

165. *Stabulo.*] Id est, bobus, continens pro contento, metonymicòs.

166. *Pœnorum.*] Pœni sunt Carthaginenses, ut supra diximus; sed hic Pœni leones, sunt leones Libyci, pars pro toto Synecdochicòs.

169. *Implorat.*] Clamat gemens boves, nec illi respondebunt gemitibus, quia perierunt, & idè non audiunt vocem, ad quam interdum remugiant. Ut ex historia Caci discimus apud Livium, & alios.

171. *Electram.*] Hæc fuit Oceani & Tethyos filia: alia fuit Electra Atlantis & Pleiones filia, quæ ex Jove suscepit Dardanum, unde Trojani Dardanidæ dicti sunt.

173. *Par Cereri pietas.*] Illa Proserpinam æquè amabat, ac mater Ceres.

*Pest cunabula.*] Egressam è cunis.

Hæc comes, hæc custos, hæc proxima mater haberi.  
 Tum laceras effusa comas & pulvere canos.  
 Sordida, fidereæ raptus lugebat alumna.  
 Hanc aggressa Ceres, postquam suspiria tandem  
 180 Laxavit frenosque dolor, Quod cernimus, inquit,  
 Excidium? cui præda feror? regnâne maritus?  
 An cælum Titanes habent? quæ talia vivo  
 Ausa Tonante manus? rupitne Typhœia cervix  
 Inarimen? fractâne jugi compage Vesevi  
 185 Alcioneus per stâgna pedes Tyrrhena cucurrit?

INTERPRETATIO.

Hæc comes Proserpinæ, hæc conservatrix, hac mater altera existimari solebat. Tum habens crines dispersos, & habens capillos albos deturpatis terrâ, flebat raptum alumna cælestis, Ceres cum mæror permixtis habenas & gemitus, alloquia hanc Electram, ait: Quam vide-

mus calamitatem? Cui desit per diripienda? An conjux meus dominatur? An gigantes occupaverunt polum? Quæ potestas ausa est facere tale erimen, Jove vivente? Caput Typhœi anfragit Inarimen? An Alcioneus pedes vagatur per mare Thuscum, ruptis fundamentis Vesuvii?

ANNOTATIONES.

176. Comes.] Is est, qui Principes comitatur perpetuo.

177. Effusa comas.] In dolore veteres lacerabant crines, & pulvere deturpabant. Augustus ipse apud Suetonium ita consermatus est clade Varianâ, ut per contritus mensas barbâ capillôque summisso, caput interdum feribus illideret.

178. Siderea alumna.] Cælestis, quia Jovem habebat patrem.

179. Suspiria tandem laxavit frenosque dolor.] Postquam dolor remissus permisit habenas suspiriis; quia nimius dolor impedit aq̃ velut ligat suspiria. Et stupor in quintum diem aliquando producit, ut Socrates accidisse sibi testatur apud Platonem.

181. Excidium.] Quia excubitz remotæ erant, & postes resupinati.

Regnâne maritus.] Juppiter, quo sospite omnia tuta fore sibi fingeat: Jovis autem uxores Juno, Themis, & Ceres, ut supra ostendimus.

182. Titanes.] Hi erant Titani filii, qui in Saturnum ejusque filium arma gerentes, à Jove victi sunt. Suprà de his.

183. Tonante.] Non tantum vivo Jove, sed Jove fulminante.

Manus.] Quæ copia, quis exercitus, quod robur in manu positum?

Typhœia cervix.] Cervix Typhœi gigantis, quem ex Titano Terra Jovi irata procreavit, contrâque Jovem immisit, sed fulvine percussus & oppressus ex Inarime insulâ Campaniz in Italiam: alii suppositum Atnæ dicunt.

184. Fugi Vesuvii.] Montis Vesuvii, qui in Campaniâ Italicâ flammæ evomit, cujus rei causas indagaturus Plinius cum propius accessisset, flammæ turbine absumptus est.

Compages.] Est junctura rerum omnium, hic accipitur pro fundamentis, quibus adhzret terra.

185. Alcioneus.] Gigas Terræ itidem filius, & Deorum hostis, qui cum aliis Minervæ consilio altiora petens, & à terrâ se invictum reddentis contactu remotus, dormitus est, & sagittis Heculæ confossus, & Vesuvio monte oppressus: filias habuit septem, quæ doloris impatientiâ, se in mare præcipites egerunt, sed Amphitrites commiseratione, in aves Alciones mutatz sunt, quarum nidis mare hybernium per septem, aut undecim, aut novem dies sternitur. Alii aliter hæc narrant.

Tyrrhena.] Thuscia aliter dicta est Tyrrhenia.

- An vicina mihi quævis faucibus Ætna  
 Protulit Enceladum? nostros an fortè penates  
 Appetiit centum Briareia turba lacertis?  
 Heu, ubi nunc, ubi nata mihi? quo mille ministræ,  
 190 Quo Cyane! volucres quæ vis Sirenas abegit?  
 Hæcine vestra fides? sic fas aliena tueri.  
 Pignora? Contremuit nutrix, mærorumque pudori  
 Cessit, & aspectus miseræ non ferre parentis  
 Emtum morte velit, longumque immota moratur  
 195 Autorem dubium certumque exprimere funus.  
 Vix tamen hæc: Acies utinam vesana Gigantum  
 Hanc dederit cladem! levius communia tangunt:  
 Sed Divæ, multoque minus quod rere, sorores

## INTERPRETATIO.

An Ætna finitima mihi emisit Enceladum, fornacibus everfis? An forsitan cæterum Briarei invasis palatium nustum brachiis centenis? Heu! Ubi nunc, ubi filia mea crepta mihi? Quod famula innumera fugerunt? Quid Cyane? Qua violentia fugavi Sirenes alas? An talis est fides vestra? An ita decet custodire liberos alienos? Alitrix Electra tremuit ad hæc ver-

ba, & tristitia locum fecit verecundia, atque optaret id emissum funere suo, ut non tolleraret faciem Cæteris matris afflictæ; ac immobilis cunctatur diu indicato autorem incertum cladis, & mortem certam. Tamen Electra nutrix vix dixit hæc verba: Utinam exercitus furens gigantum attulisset hanc calamitatem! mala communia minus movent. At Dea, & quod multisominis credes,

## ANNOTATIONES.

187. Enceladum.] Hic gigas gemit oppressus Ætnâ.

188. Briareia.] Briareus, seu Ægeon, gigas Cœli Terræque filius, dictus centumgeminus, nam centum brachia habere dicebatur.

189. Mille.] Id est, innumera. Virgil. Mille mea Sirenes erant in montibus agna. Mille & centum, sunt numerus certus pro incerto.

190. Cyane.] Nympha fontis Cyanes, de qua supra.

Volucres Sirenas.] In Indiâ aiunt Sirenas esse volucres, easque homines canu delimitos; & somno sopitos lacerare: alii puellas fuisse fabulantur Acheloi filias, avium pedibus plumisque insignes, quæ à Musis ad certamen provocatæ victæque pennis exutæ sunt. Porro alas aut à partu sortitæ sunt, aut raptâ jam Proserpinâ, eas ut alis adjutæ per mare perquirerent, quam toto orbe non invenerant: alii denique dicunt Sirenas castissimas fuisse, & ideo offensam Veneris incurrisse, quam cœca fugerent alis sublatis, ad

Anthemusam Tyrrheni maris insulam confugisse.

191. Hæcine vestra fides.] Hancocine fidem, & sedulitatem custodiendis alumnis adhibetis?

192. Pignora.] Liberos, qui vobis ut deposita committuntur ad educationem.

Mærorum pudori cessit.] Mærore abeunte, nutrix coepit erubescere & optare mortem, ut ne Cæteram videret iratam & afflictam.

194. Immota.] Stupore simul & pudore defixa.

195. Autorem dubium.] Quia non novit eum, qui Proserpinam rapuerat, aut eum quo volente id factum erat.

Certum funus.] Quia Proserpina poterat videri mortua.

197. Levius communia tangunt.] Si gigantes nobis hoc malum intulissent, pateremur quidpiam cum Diis, ac proinde nos minus moveret. Nihil enim est præcipue dolendum in eo, quod accidit universis. Cicero.

198. Divæ.] Venus, Pallas, Diana, filie Jovis, ac proinde sorores Proserpinae,

In nostras nimium conjuravêre ruinas  
 200 Insidias Superûm, cognatæ vulnera cernis  
 Invidiæ. Phlegrâ nobis infensior æther.  
 Florebat tranquilla domus, nec limina virgo  
 Linquere, nec virides audebat visere saltus  
 Præceptis obstricta tuis. telæ labor illi,  
 205 Sirenes requies; sermonum gratia mecum,  
 Mecum somnus erat, cautique per atria ludi.  
 Cùm subitò (quonam dubium monstrante latebras  
 Rescierit) Cytherea venit, suspectaque nobis  
 Ne foret, hinc Phœben comites, hinc Pallada junxit.  
 210 Protinus effuso lætam se fingere risu,  
 Nec semel amplecti, noménque iterare sororis,  
 Et durâ de matre queri, quæ tale recessu  
 Maluerit damnare decus, vetitòque Dearum  
 Colloquio patriisque procul mandaverit astris.

INTERPRETATIO.

sorores ejus conspiraverunt nimis in exitum nostrum. Vides dolos Dearum, plagas Zelotypia sororum: Cælum nobis est infestius Phlegrâ. Domus pacata felix erat, & filia tua Proserpina adhærens imperiis suis, non audebat exire domo, nec invisere sylvam viridantem: illi opus erant tela: Sirenes erant laxamentum animi; mecum voluptas colloqui, mecum dormiebat, & ludebat tuta per aulam. Cùm stetit (incertum est quo indicante cognoverit recessus nostros) Venus adest. & ne esset suspecta nobis, duxit secum socias, hinc Dianam, inde Minervam. Mox cœpit simulare se hilarem, ore sereno, & osculari Proserpinam, non semel, & repetere nomen sororis, & conqueri de matre difficili, qua maluerit occultare. talem pulchritudinem in latebris, & prohibito alloquio cœlestium, ablegaverit longè à cœlo paternæ.

ANNOTATIONES.

200. *Cognata invidia.* ] Quæ profecta est à cognatis, scilicet sororibus.  
 201. *Phlegrâ.* ] Locus est in Thessalia, vel in Campania Italicâ, ubi gigantes cum Diis conflixerunt.  
*Phlegrâ nobis infensior æther.* ] Hoc est, Dii ætheris seu cœli nobis sunt inimiciores, & magis timendi, quàm gigantes Phlegræ.  
 205. *Sirenes.* ] Cantu suo animum Proserpinæ recreabant. Præter ea quæ de Sirenibus diximus, hoc addi posse videtur: Siren dicitur à τῷ ὄρει, vincire, ligare, quod suo cantu veluti catenâ suavissimâ vincirent audientium animos. Ovidius: [canorâ,  
*Monstra maris Sirenes erant, qua voce Quasibet admissas detinere rates.*  
 Hæ parte corporis superiore virgines; inferiore pisces referebant. Alexander ab Alexandro tradit Theodorum Gazam, & Georgium Trapezuntium ejusmodi monstra vidisse. M. Ant. Muretus dicit, Seirenas fuisse voluptates, Eusebii meretrices, quæ cantu & blanditiis naves deciperent.  
 208. *Citherea.* ] Venus, quæ sic dicta, ab insulâ Citheris, ubi educata esse dicitur.  
 209. *Phœben.* ] Hæc est Diana, soror Phœbi.  
 213. *Damnare.* ] Hanc, ut ita dicam, ita condemnare pulchritudinem, ut perpetuò occultetur in latebris Siculis.  
*Decus.* ] Pulchritudinis.  
 214. *Mandaverit.* ] Id est, amandaverit, ut apud Ciceronem pro Syllâ, *Dimisere abs se & mandare in ultimas terras*, id est, amandare, ablegare; nonnulli legunt, *procul absentaverit astris*, id est ablegavit; minus placet.  
*Procul patriis astris.* ] Procul à cœlo, ubi est Juppiter, pater Proserpinæ.

215 Nostra

- 215 Nostra rudis gaudere malis, & nectare largo  
Instaurare dapes. nunc arma habitumque Dianæ  
Induitur, digitisque attentat mollibus arcum.  
Nunc crinita júbis galeam laudante Minervâ  
Implet, & ingentem clypeum gestare laborat.
- 220 Prima Venus campos Hennæaque rura maligno  
Ingerit afflatu. vicinos callida flores  
Ingeminat, meritumque loci, velut inscia, quærit.  
Nec credit, quod bruma rosas innoxia servet,  
Quod gelidi rubeant alieno germine menses,
- 225 Verna nec iratum timeant virgulta Booten.  
Dum loca miratur, studio dum flagrat eundi,  
Persuadet. teneris, heu, lubrica moribus ætas!  
Quos ego nequidquam planctus, quas irrita fudi  
Ore preces? ruit illa tamen confusa sororum
- 230 Præsidio. famulæ longo post ordine Nymphæ.  
Ite in æterno vestitos gramine campos.

INTERPRETATIO.

*Nostra Proserpina simplex cœpit latari infortunio suo, atque apparare epulas cum multo nectare. Illa sumit modo sagittas, & vestem Diana, & contendit arcum digitis teneris: modò replet cassidem hirsutam cristis, Pallade probante, & tentat ferre scutum magnum, Venus prior proponit malo consilio agros, & valles Hennæ: illa astuta repetit flores finitimos, & quasi ignara rogat eas super amœnitatem loci, & simulat se non credere, quod*

*hyems innocua foveat rosas, quod menses frigidi rubescant floribus temporis alterius, nec arbuscula verna formident Arcturum vehementem. Dum admiratur loca, dum ardet desiderio exeundi, suadet cæteris: heu! adolescentia facili labens ob indolem mollem! quos non ego sparsi fletus frustra: quas non effudi preces vanas? Tamen illa Proserpina freta auxilio sororum evolat. Nympha ancilla post sequuntur longa serie: agri petuntur ornatu herbis perpetuis.*

ANNOTATIONES.

215. *Rudis.*] More puellarum, quæ sibi fucum fieri non sentiunt.
- Gaudere malu.*] Gaudere verbis Veneris, quæ erant mala & perniciosa.
- Nectare.*] Divinâ potione: nectar autem dictum volunt, ἀπὸ τοῦ νέκτος, non occidere, est enim potus immortalium, qui occidi non possunt.
217. *Attentat.*] Tentat flectere.
218. *Crinita júbis.*] Setâ equinâ hirsutas galeas gestabant.
219. *Implet.*] Inde caput Proserpinæ æquale erat capiti Palladis.
220. *Venus.*] Ut hæc Jovi obtemperaret, & Proserpinam in campum eliceret, invitat comites ad deambulandum:
- proponit campos Hennæ floribus insignes; idque sæpius ingeminat, repetit meritum, gratiamque & amœnitatem loci commendans.
224. *Alieno germine.*] Floribus, qui sunt alterius tempestatis.
- Booten.*] Sive Arcturum, sidus frigidum & vehemens, de quo nos supra.
227. *Persuadet.*] Venus nihil non persuadet: hinc Pitho, seu Suadela, Veneris filia vocatur à Sappho; quod homines, ut amore, sic etiam ex Pindaro, ducuntur πείθει πειθούς, flagello persuasionis.
228. *Irrita.*] Varia & ridicula repulsum.

- Et primâ sub luce legunt, cùm rore serenus  
 Albet ager; sparsosque bibunt violaria succos.  
 Sed postquam medio Sol institit altior axi,  
 235 Ecce polum nox fœda rapit, tremefactaque nutat  
 Insula cornipedum strepitu, pulsûque rotarum.  
 Nosse nec aurigam licuit: seu mortifer æstus,  
 Seu mors ipsa fuit: luror permanat in herbas.  
 Deficiunt rivi. squalent rubigine prata,  
 240 Et nihil afflatum vivit. pallère ligustra,  
 Expirare rosas, decrescere lilia vidi.  
 Ut rauco reduces tractu detorsit habenas,  
 Nox sua prosequitur currum; lux redditur orbi,  
 Persephone nusquam. voto rediêre peracto,  
 245 Nec mansêre Deæ. mediis invenimus arvis  
 Exanimem Cyanen. cervix redimita jacebat,  
 Et caligantes marcebant fronte coronæ.

## INTERPRETATIO.

Et die sublucente colligunt flores, cùm tactum anhelitu: aspexi ligustra palleſcere, campus placidus albicat pruinis, & prata rosas marcescere, lilia diminui. Cùm auriga hauriunt rores effusos. At postquam Sol ap- deflexit frana redeuntia concussu sonantis, paruit excelsior in medio cursu, ex nox sua caligo comitatur currum: dies resti- astra auferit Cælum; & insula Sicilia com- tuitur mundo: proserpina nullibi apparet: mota quatitur sonitu equorum, & impulsu Diva Venus, Pallas, & Diana, reversa su currûs. Nec potui cognoscere aurigam: sunt, desiderio impleto, neque remanserunt. sive spiritus lethalis fuit, sive mors ipsa: Reperimus in mediis campis Cyanen ferè nigror serpit ad gramina, fluviiſcescunt. mortuam. Collum ornatum languebat, & pascua fadantur ferrugine, & nihil vivit corona obscurata sordebant in capite.

## ANNOTATIONES.

233. *Rore albet.* ] Id est, pruinis, seu albo gelu.  
 235. *Polum rapit.* ] Eripit ex oculis cœlum & diem. Virgilius:  
*Eripiunt subito nubes cœlûmque diêmque;*  
*Tenebrarum ex oculis.* &c.  
 238. *Luror permanat.* ] Color luridus atque niger penetrat herbas, & idem mortem esse credebatur Electra, quia quacumque incederet, omnia moriebantur.  
 240. *Afflatum.* ] Tactum maligno anhelitu equorum Plutonis.  
*Pallère.* ] Ex albo colore in pallidum degenerare.  
 241. *Expirare.* ] Marcescere, & odorem fragrantem amittere.  
*Decrescere.* ] Alii legunt, *arescere*, li- vescere.  
*Lilia.* ] Hercules ut fieret immorta- lis, à Jove Junoni sopitæ papillis admo- tus, lac avidius haustum ore continere non potuit, sed effusum est: pars circu- lum lacteum signavit, pars in terram de- cidens lilia formavit.  
 242. *Reduces detorsit habenas.* ] Con- vertit equos redituros, quâ ipse venerat.  
 243. *Nox sua.* ] Nox, quam currus invexerat, abit cum curru.  
 244. *Persephone.* ] Quæ eadem est ac Proserpina *Persephone nusquam*: alii legunt, *Persephone nulla est*, more Comiciarum; Terentius, *nullus sum*. id est perii.  
 246. *Cyanen.* ] Nympham, quæ fontis Cyanæ præſidet, propè Syraculas.  
*Cervix redimita.* ] Attonita Cyane ca- put fertis ornatum deposuerat.  
 247. *Caligantes.* ] Attrâ nebulâ afflatæ,

- Aggredimur subitæ, & casus scitamus heriles  
 (Nam propior cladi steterat), quis vultus equorum?  
 250 Quis regat? illa nihil: tacito sed læsa veneno  
 Solvitur in laticem. subrepat crinibus humor.  
 Liquitur, in roremque pedes & brachia manant,  
 Nostræque mox lambit vestigia perspicuus fons.  
 Discedunt aliæ. rapidis Acheloides alis  
 255 Sublatæ Siculi latus obsedere Pelori,  
 Accensæque malo jam non impune canoras  
 In pestem vertere lyras. vox blanda carinas  
 Alligat. audito frænantur carmine remi.  
 Sola domi luctu senium tractura relinquitur.  
 260 Hæret adhuc suspensa Ceres, & singula demens,  
 Ceu nondum transacta timet: mox lumina torquens  
 Ultro in calicolas furiato pectore ferri.

## INTERPRETATIO.

*Statim compellamus eam, & petimus calamitatem domina Proserpinæ, etenim Cyane proxima fuerat huic calamitati. Petimus qua figura equorum? quis duceret? Illa nihil respondet. At corrupta tabe intestinâ dissolvitur in aquas, gustu fluunt ex capillis; liquefit, & pedes, & manus stillant in liquorem, atque statim rivus limpidus abluit pedes nostros. Reliqua Nymphæ abeunt: Seirenes elata pennis velocibus occupaverunt oram Pelori Siculi, & indignantes hanc injuriam, nunc non innocua converterunt in perniciem blandas citharas. Vox delicata removatur nares: remi torpent auditis cantibus, ego sola passura senectutem in fletu, deseror domi. Ceres dubia hæsit adhuc, atque amens metuit omnia, quasi nondum præterita: statim vertens oculos, sponte coepit rapi corde irato in Deos.*

## ANNOTATIONES.

248. *Casus heriles.* ] Casus heræ, seu dominæ Proserpinæ querimus.  
 250. *Tacito veneno.* ] Tabe vel aquâ intestinâ, quam intra medullas hauserat. Sicque venenum hoc in loco noxium non est, nisi id omninoxium dicas, quod figuram humanam corrumpit.  
 254. *Acheloides.* ] Seirenes filiz Acheloi, qui fluvius est Acarnaniæ in Græciâ.  
 255. *Pelori.* ] Promontorii Siciliæ ad cuius oras sunt Seirenes: alii alibi respondent. Strabo enim has constituit ad oras Campaniæ in insulis desertis & saxosis, quas *Ἰαλίσσον Σειρηνίδας*, vocant *Sirennidas*.  
 257. *In pestem vertere.* ] Nam allestos cantu devorant. Sirenes autem scorta fuerunt, quæ allestos juvenes usque eò detinebant; donec eorum substantiam degluberent, ut diximus. Tres numeratæ sunt, de quarum nominibus dissentiunt Poëtæ, una voce, altera tibiis, tertia vel lyrà, vel citharâ canere solebat.  
 258. *Frænantur remi.* ] Torpent manus eorum qui remos agitant. Quod ne paterentur Argonautæ, Unum in Orphee perfugium habuisse dicuntur: quicquid assedisset in puppi, simulque fides blandus impellere digitis, simul vocem illum, quæ rupes memorâque traxerat, explicare cepisset, tantâ simul auris animosque audientium voluptate complevit, ut jam Seirenum vocibus nemo navigantium moveretur. Hæc M. Ant. Muretus quavis Sirene dulcior.  
 259. *Tractura senium.* ] Id est, senectutem gravem toleratura, & tractura velut onus grave.  
 260. *Suspensa.* ] Stupore defixa, attonita.

Ffff ij



- Arduus Hyrcanâ quatitur sic matre Niphates,  
 Cujus Achæmenio regi ludibria natos  
 265 Avexit tremebundus eques. fremit illa marito  
 Mobilior Zephyro, totâmq; virentibus iram  
 Dispergit maculis, jamjamque hausura profundo  
 Ore virum, vitreæ tardatur imagine formæ.  
 Haud aliter toto genitrix bacchatur Olympo;  
 270 Reddite, vociferans: non me vagus edidit amnis;  
 Non Dryadum de plebe sumus: turrita Cybele  
 Me quoque Saturno genuit. quod jura Deorum,  
 Quod leges abiêre poli? quid vivere rectè

## INTERPRETATIO.

*Niphates alius ita tremis à matre Hyrcanâ, cujus catulos abstulit eques timidus, editos ad ludibrium Regis Persarum. Illa Tigris savis velocior Favenio conjugè. & diffundis omnem iracundiam, notis viridantibus, atque identidem sorptura equitem ora hians, retinetur specie figura cry-*

*stallina. Sic mater Ceres furis in omni cælo, clamans, resistit filiam & flumen errans non procreavit me; non sumus de populo Dryadum. Cybele turrita gera protulit me etiam ex Saturno. Quod jura Deorum receperunt? Quod leges cæli receperunt? Quid proderit bene vivere?*

## ANNOTATIONES.

263. *Hyrcanâ matre.* Id est, Tigri scotâ, quæ catulos peperit, Hyrcanâ autem, quia Hyrcania tigris notissima.

*Niphates.* Armeniæ mons, nivibus, scopulis, & tigris infamatus.

264. *Achæmenio.* Regi Persarum, quem ex Achæmeniâ tribu eligere solebant: erant autem tres tribus, Patiscoræ, Achæmenidæ, & Magi.

*Ludibria.* Nam Reges Persarum intra septa feras alebant, quibus conficiendis exercerentur.

265. *Tremebundus.* Ob tigrem velocius insequentem.

*Marito Zephyro.* Non tantum Poëtæ, sed & alii scriptores, ut Aristoteles, Columella, Plinius, Solinus, S. Augustinus, tradunt tigres, equas, gallinas, vultures ex vento concipere. Unde Statius de tigride, *Spirantem fert ore virum:* & apud Lucilium, *genitabilis aura Favoni;* & apud Oppianum de tigride *Ἀυτὰ γὰρ τὸ δένειν ἰκέλην ζεύρεται γαστρί.* Ipsi enim currere similis est Zephyro genitori. Quam tamen ipse opinionem non probat Oppianus.

266. *Iram dispergit maculis.* Vel ex

ipsis maculis horrentibus & flagrantibus iracundiâ, iram agnoscas.

268. *Vitreæ formæ.* Raptor catulorum tigris, ut eludat matrem imminuentem, projicit speculum, illa spectat, hæret, quasi foetum aspiciens; & sic fugit raptor, ex Pomponio Mela: alii dicunt à raptores unum ex catulis raptis projici, quem cum mater colligit, & reportat in antrum, ipse interim fugit.

269. *Bacchatur.* Instar bacchantis, rapitur & furit.

*Olympo.* Olympus est mons Thessaliæ altissimus, qui ponitur pro cælo.

270. *Reddite.* Filiam, quam surripuistis.

*Non me edidit amnis.* Non orior à fluviis, ut Nais, aut à Dryadibus, sed à Saturno & Cybele, ac proinde indignè tractata sum, cum mea mihi filia crepta est.

*Edidit amnis.* Naiðes erant filiz fluviorum.

271. *Dryadum.* Hæ Nymphæ sylvarum.

*Cybele.* Magna mater Deorum.

272. *Saturno.* Qui & Jovis pater erat.

- Proderit? en audet noti Cytherea pudoris.  
 275 Ostentare suos post Lemnia vincula, vultus.  
 Hos animos, bonus ille sopor, castusque cubile  
 Præbuit? amplexus hoc promeruisse pudici?  
 Nec mirum, si turpe nihil post talia ducit.  
 Quid vos expertes thalami? tantumne relictus  
 280 Virginitatis honos? tantum mutata voluntas?  
 Jam Veneri, & sociis junctæ raptoribus itis?  
 O templis Scythiæ, atque hominem scientibus aris  
 Utraque digna coli! tanti quæ causa furoris?  
 Quam mea vel dicto tenui Proserpina læsit?  
 285 Scilicet aut caris pepulit te, Delia, sylvis:  
 Aut tibi commissas rapuit, Tritonia, pugnæ.  
 An gravis alloquio? vestros an fortè petebat  
 Importuna choros? atqui Trinacria longè,

## INTERPRETATIO.

*Ecce Venus verecundia cognita audet monstrare faciem suam post catenas Vulcanias. Somnus ille innocens, & lætus pudicus dedit Veneri hac consilia? Oscula casta hoc merita sunt. Neque admirandum est, si ipsa nihil putat inhonestum post talem infamiam. Quid vultis vos o Minerva, & Diana neficia nuptiarum? Siccine gloria pudicitia à vobis neglecta est? Siccine consilium vestrum mutatum est? Jam vaditis conjuncta Veneri & raptoribus comitibus. O amba digna adorari in delubris Scythia, & altaribus cupientibus sanguinem hominum? Qua ratio est tanta rabiei? Quam ex vobis mea offendit filia Proserpina, vel levi verbo? Nempe an expulsi te, o Diana, sylvis jucundis, vel eripuit tibi, o Pallas, praelia commissa? An molesta erat sermonibus? An forsitan turbabat vestros catus intempestivo adventu? sed, ne foret vobis*

## ANNOTATIONES.

274. *Noti pudoris Cytherea.* Per ironiam, id est, Venus famæ prostituta.  
 275. *Lemnia vincula.* Post catenas, quibus cum Marte adultero colligata est, & deorum ludibrio exposita, postquam simul deprehensi sunt à Sole, per negligentiam Aletruonis, qui ideò à Marte in Gallum gallinaceum mutatus est, & jam à media nocte canit Solis adventum. *Lemnia* autem, id est, vincula facta à Vulcano, qui præsidet Lemno insulæ maris Ægæi, in quam à Coelo deturbatus à Jove vel Junone, decidit: quod ideò fictum est, quia ibi primum reperiuntur ignis, & arma fabricata sunt.  
 276. *Bonus ille sopor. &c.* Dictum per ironiam, quæ pronuntiatione & gestu juvanda est, ut agnoscatur sopor infamis.  
 278. *Post talia.* Post tale adulterium, ludibrium, infamiam,  
 279. *Expertes thalami.* Virgines innuptæ. Virgilius:  
*Non licuit thalami expertem sine crimine vitam*  
*Degere, &c.*  
 281. *Raptoribus.* Jam non vos pudet comitari raptos puellarum?  
 282. *Templis Scythia, atque hominem scientibus aris.* Versus Scythiam, in Tauricâ Chersoneso, Dianæ implabantur homines: & Busiris illaudatus in Ægypto hospites mactabat ad aras.  
 285. *Delia.* Diana, quæ cum Apolline nata est in insulâ Delo. Præsidet venationi & sylvis.  
 286. *Tritonia Pallas.* Quæ nata dicitur ex Palude Tritonide, & quæ præsidet bellis & armis.  
 288. *Trinacria.* Id est, Sicula, sic Trinacria unda apud Virgilium: de hac voce dictum sæpius.

F f f iij

Effet ne vobis oneri, deferta colebat.

- 290 Quid latuisse juvar? rabiem livoris acerbī  
 Nulla potest placare quies. his increpat omnes  
 Vocibus. ast illæ (prohibet reverentia patris)  
 Aut retinent, aut nosse negant, responsaque matri  
 Dant lacrymas. quid agat? rursus se victa remittit,  
 295 Inque humiles demissa preces, Ignoscite, si qui  
 Intumuit pietas: si quid flagrantius actum  
 Quam decuit miseram. supplex, dejectaque vestri  
 Advolvor genibus. liceat cognoscere sortem.  
 Hoc tantum. liceat certos habuisse dolores.  
 300 Scire peto quæ forma mali: quamcumque dedistis  
 Fortunam, si nota, feram, fatumque putabo,  
 Non scelus. adspectum precor indulgete parenti.  
 Non repetam. quæ sita manu securus habeto  
 Quisquis es. affirmo prædam. desitte vereri.

#### INTERPRETATIO.

*molesta, habitabat longè solitudines Siculas. Quid prodest delituisse, nulla requies valet mitigare furorem invidia amara: Ceres arguit singulas Deas his verbis. Sed illa (observantia in patrem Jovem vetat) vel silent, vel negant se cognoscere raptum Proserpinæ: & fundunt fletus pro responso. Quid Ceres faciat? Evidentia iterum quiescit, & abjecta in preces submissas: parcite, ait, si pietas irata est in aliquâ re: si quid factum est ardentius, quàm fas* erat matri afflicta. Ego humilis & prostrata, ad genua vestra accido: detur mihi nosse calamitatem, hoc peto unum: detur indulgere doloribus cognitis. Cupio noscere quod sit genus calamitatis? Quodcumque attuleris mihi malum, si cognitum fuerit, patiar, & existimabo fatum esse, non crimen: concedite matri, rogo, conspectum filix: non reposcam: quicumque es, tuus fructus filia raptâ per vim: assero eam esse prædam: d. sine timere.

#### ANNOTATIONES.

290. *Livoris.* ] Pestes, quæ animos hominum infestant, tempore molliuntur, at invidia augetur in dies, nullumque remedium, nisi eorum, quibus invidetur, calamitate reperit. Invidia ut musca est Appula, quæ relictis partibus fanis, vel minima rimatur ulcera, quibus ad satietatem adhærescat, sumumque pascit animum. Quid vultis? simile si mihi gaudet, ulcera querunt homunciones ulcerosi.

*Acerbi.* ] Amari, importuni: quia invidus, nullâ re mitigatur, quumque nullum animal à naturâ immite aded sit, ut obsequio non devinciatur, unus invidus redditur importunior atq; acerbior.

291. *Nulla quies.* ] Nulla solitudo, nullæ latebræ, nulla fuga potest à nocendi proposito invidiam avertere: nullus locus est,

quod non pestis illa grassetur.

298. *Genibus.* ] Quæ supplicantes tangebant.

*Sortem.* ] Liceat nosse genus calamitatis, & quomoddò filiam perdidit, nam sæpè solatium calamitatis est nosse calamitatem, ut ait Darius apud Curtium.

299. *Certos dolores.* ] Certas irascendi dolendique causas.

301. *Fatumque putabo.* ] Quia quæ fato contingunt, nullam habent culpam, fatum quippe est inevitabile.

304. *Affirmo prædam.* ] Consentio, cum qui rapuit filiam meam, eam possidere, instar prædæ: affirmoque ipsum eam tenere suo jure. Affirmator apud Terullianum, est qui rem ratam habet, vulgò, qui certificat, seu qui testimonio suo rem ratam habet.

- 305 Quid si nos aliquo prævenit fœdere raptor;  
 Tu certe, Latona, refer. confessa Diana  
 Fortè tibi. nosti quid sit Lucina, quis horror  
 Pro genitis. & quantus amor. partusque tulisti  
 Tu geminos: hæc una mihi. sic crine fruaris
- 310 Semper Apollineo, sic me felicior ævum  
 Mater agas. largis tunc imbribus ora madescunt.  
 Quid tantum dignum fieri, dignumque taceri?  
 Hei mihi, discedunt omnes. quid vana moraris  
 Ulteriùs? non bella palam cœlestia sentis?
- 315 Quin potiùs natam pelago terrisque requiris?  
 Accingar lustrare diem. per devia rerum  
 Indefessa ferar. nullâ cessabitur horâ.

## INTERPRETATIO.

*Quid si raptor prævenit nos quodam pignore, tu quidem. ò Latona, commemora: forsan Diana filia tua confessa est tibi raptorem: cognovisti quid sit puerperium: quis timor sit pro liberis, & qualis amor? Tu genuisti liberos gemellos: hæc una mihi est Proserpina. Sic perpetuè potiùs pulchritudine Apollinis: sic tu mater fortunatior traducas vitam. Tunc vultus irrigatur multis lacrymis. Quid magis meretur lugeri atque fletu? Hei mihi! Cum cœci abeunt, quid, ò Ceres decepta remanet diutius? Non animadvertis aperitè conspirantes Deos? Cur non investigas potiùs filiam in terrâ & mari? Parabo vestigare Solis semitas: ibo infatigabilis per loca mûdi avia:*

## ANNOTATIONES.

305. *Prævenit.* ] Si raptor vos, ò Diana & Pallas, ira pignore aut juramento aliquo obligavit, ut fidem dederitis vos cum non esse detecturas.
306. *Latona.* ] Mater Apollinis & Dianæ, quos ex Jove suscepit.
307. *Quid sit Lucina.* ] Scis quantus sit dolor in pariendo. Lucina præsidet puerperiis, & invocatur à fœminis parturientibus: Lucinam alii Lunam dixerunt, quâ plenâ faciliùs à partu liberantur mulieres. Lucina dicitur, quod lucem præbeat: Græci vocant *ἐλαΐδρια*, ἀπὸ τῆς ἐλαΐδου *venire*, nam venit opem lactura parturientibus: hanc & Dictamnno coronant, herbâ Cretensi, quæ parientibus prodesse dicitur.
309. *Tu geminos.* ] In quibus nosti, quantum timeant liberis matres, quantumque eos ament, Latona dicta *gemellipara*, quod ediderit gemellos, vel in Lyciâ vel in Delo insulâ, Ovidius: *Curva gemellipara spicula ferre Dea. Hæc una mihi.* ] Filia ex Jove scilicet, major ideo amor: alios liberos Ceres suscepit, sed non ex Jove.
- Crine.* ] Visâ pulchritudine, juventute filii Apollinis: quia semper Apollo juvenis, & ideo intonsus pingitur: idque sit ob radios solares semper nitidos.
310. *Sic.* ] Optantium particula Poëtis familiaris.
- Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem.*
- Sic tibi, &c.* Hoc est, hoc mihi concede, & si concedas, sic tibi omnia faveant, arideant.
- Largis imbribus.* ] Lacrymarum.
312. *Quid tantum dignum taceri.* ] Quid tantum meretur taceri? indicate raptorem. Heinsius mallet, *tandem*: & Claverius mallet hunc versum, ut spurium rejicere.
315. *Quin potiùs.* ] Præstat filiam terrâ marique perquirere, quam tempus terere rogando.
316. *Devia.* ] Quia non patet accessus,

Non requies, non somnus erit, dum pignus ademptum  
 Inveniam, gremio quamvis mergatur Iberæ  
 320 Tethyos, & rubro jaceat vallata profundo.  
 Non Rheni glacies, non me Rhipæa tenebunt  
 Frigora: non dubio Syrtis cunctabitur æstu.  
 Stat fines penetrare Noti, Boreæque nivalem  
 Vestigare domum. primo calcabitur Atlas  
 325 Occalus, facibusque meis lucebit Hydaspes,  
 Impius errantem videat per rura per urbes  
 Jupiter. extinctâ fatietur pellice Juno.  
 Insultate mihi: cœlo regnate superbi.  
 Ducite præclarum Cereris de stirpe triumphum.  
 330 Sic fatur, notæque jugis illabitur Ætæ,  
 Noctivago tædas informatura labori.  
 Lucus erat prope flavum Acin, quem candida præfert

## INTERPRETATIO.

nullo momento quiescam: non otium erit, tem, & Hydaspes illustrabitur tædis mori:  
 non sopor, modo reperiam filiam ereptam: Juppiter crudelis aspiciat me vagantem  
 licet sepeliatur sinu maris occidui, & per agros, per oppida: Juno saturret  
 jaceat septa mari rubro. Gelu Rheni non moriud amicâ Jovis sui. Illudite mihi:  
 retardabit me, non glacies Riphæi mon- triumphate iuxta polo arrogantes: erigite il-  
 tis: non Syrtis morabitur me fluctu anci- lustre tropæum de filiâ Cereris. Ita Ceres  
 piti. Statutum est adire terminos Austri, loquitur, & descendit in culmina cognita  
 & scrutari sedem frigidam Aquilonis: Ætæa, ardensura facies pro opere noctis,  
 primâ parte Occidentis superabo Atlan- Sylva erat juxta Acin flaventem, quem

## ANNOTATIONES.

318. *Pignus*.] Filiam, quæ mihi erat pignus amoris Jovis.  
 319. *Ibera*.] Hispanæ, quæ dicitur Iberia à fluvio Ibero, Ebro.  
 320. *Tethyos*.] Tethys est mater Nympharum maris; sumitur pro mari.  
*Rubro profundo*.] Mari rubro, quod est & sinus Arabicus, *Mar di Rosso*. *Mar di Meha*.  
 321. *Rheni*.] Rhenus fluvius notissimus, ex Alpibus scaturiens, ex monte S. Gothardi, unde & oriuntur Rhodanus & Ticinus.  
*Riphæa*.] Riphæi montes à quibusdam confunduntur cum Alpibus; ab aliis dicuntur esse montes Thraciæ.  
 322. *Syrtis*.] Dux sunt Syrtis in ora Eibæ, quæ ob maris aut defectus aut incrementa, dubios habent æstus, sicque periculosos.  
 323. *Stat*.] Statutum est adire extremos tractus plagæ Meridianæ.  
*Boreaque*.] Regiones Septentrionis; unde stat Boreas nivalis.  
 324. *Primo occasu*.] Quâ parte respicit mare, quæ pars inaccesse erat.  
*Atlas*.] Mons Mauritaniz, nubibus altior.  
 325. *Hydaspes*.] Fluvius Indiæ, in Indum se exonerans, ad urbem Bucephalam.  
 326. *Impius*.] In matrem filiamque crudelis.  
 327. *Pellice*.] Pellex est concubina.  
 331. *Noctivago*.] Vel ipsâ nocte Ceres raptam Proserpinam quærebat.  
 332. *Flavum Acin*.] Acis Siciliæ fluvius, qui instar teli ex Ætnâ monte prorumpit; & inde dicitur Acis, nam *axis*, *ids*, significat *sagittam*. Flavus autem vocatur, ut flavus Tiberis, Alphæus & alii.  
*Præfert*.] Ob memoriam Acis pueri; Fauni & Symethidos Nymphæ filii, quem Sæpe

- Sæpe mari, pulchræque secat Galatea natatu:  
 Densus, & innexis Ætnæ cacumina ramis  
 335 Qua liber usque, tegens. illic posuisse cruentam  
 Ægida, captivamque pater post prælia prædam  
 Advexisse datur. Phlegreæ sylva superbit,  
 Exuviis, totumque nemus victoria vestit.  
 Hic patuli rictus: hic prodigiosa Gigantum  
 340 Tergora dependent, & adhuc crudele minantur  
 Affixæ truncis facies, immaniæque ossa  
 Serpentum passim cumulis exanguibus alben,  
 Et rigidæ multo suspirant fulmine pelles,

## INTERPRETATIO.

Galatea formosa anteponit frequenter mari, & scindit pulchrè natando. Spissa sylva, & operiens circum undique Ætnæos vertices remis connexis. Pater Juppiter dicitur deposuisse ibi clypeum sanguinolentum, & attulisse spolia parva post certamina. Nemus gloriatur spoliis regionis Phlegreæ, & victoria ornat omnem sylvam. Hic ora hiantia appenduntur; hic pelles monstra gigantum; & vultus adhuc rescentes arboribus spirant adhuc crudelitatem, & ossa ingentia albescent undique a cervis Draconum extrinsecorum: ac coria serpenta surgent multo ictu fulminis maleolentis,

## ANNOTATIONES.

amabat; & quem zelotypus Polyphemus in ejus gremio confodit; sed à Diis in fluvium cognominem mutatus est.

333. Galatea. ] Doridos & Nerei filia, facie, lactis candorem provocante.

Candidior foliis nivei Galatea ligustri. Ovidius. Et inde dicta est Galatea, nam, γάλα, αἶμα, lac significat.

334. Densus. ] Lucus ramis confertus.

Ætnæa cacumina. ] Quæ Atlantis insular à Pindaro vocantur columna celestis sustinet niveosa Ætna per totum annum nivis acuta nutrix: κιον δ' ἐνέγχεα σκώρηι νιφίεσσ' Αἴτνα πάρεστι χιόνις ἔχειας πδλυά.

335. Cruentam. ] Sanguine gigantum occisorum.

336. Ægida. ] Pellem capræ nutricis suæ, quæ contra gigantes pro thorace usus fuerat: αἶζ, αἰγός, capra.

Pater. ] Juppiter quasi juvenis pater ex Ciccone.

Captivam prædam. ] Parva spolia: Juppiter autem fixit tropæum, vel in Thesaliâ, vel in Siciliâ, vel in Syriâ, vel in Pitheculis.

337. Datur. ] Dicitur. Virgilius: Sed tamē iste Deus quis sit da Tisyra nobis.

id est, dic. Quam loquendi formam cum minus probet Julius Scaliger, non video.

Phlegreæ. ] Spoliis gigantum in Phlegreâ monte, vel Campaniæ, vel Macedoniæ devictorum.

338. Vestit victoria. ] Nulla arbor est quæ non gesserit aliquod signum victoriæ Deorum contra gigantes reportatæ.

339. Patuli rictus. ] Immaniter hiantes, quasi rictus belluarum.

340. Tergora. ] Quia nonnullis gigantibus cutis detracta est.

Affixæ truncis. ] Arborum, Antiqui fatis hostibus, stipitem humanâ specie statuebant in aliquo monte, eundemque spoliis ornatum vocabant tropæum, ἀντὶ τῆς νίκης, à fugâ, quoddam constitueretur post fugam hostium.

342. Serpentum. ] Gigantum pedes desinebant in dracones, qui cum ipsis occisi sunt.

343. Suspirant. ] Pelles torridæ multo fulmine suspirant: id est spirant adhuc atrocitatem, vel malè olent, vel emittunt vapores fulmen, vel fulminis ultionem, redolentes. Sic apud Lucanum:

---Suspirant nebulæ, id est, emittunt vapores.

GGg

- Nullaque non magni jactat se nominis arbor.  
 345 Hæc centumgemini strictos Ægæonis enses  
 Curvatâ vix fronte levat. viventibus illa  
 Exultat Cœi spoliis. hæc arma Mimantis  
 Sustinet. hos onerat ramos exutus Ophion.  
 Altior at cunctis abies umbrosaque latè  
 350. Ipsiùs Enceladi fumantia gestat opima  
 Summi terrigenûm Regis, caderétque gravata  
 Pondere, ni lassam fulciret proxima quercus.  
 Inde timor numénque loco, nemorísque senectæ  
 Parcitur, ætheriisque nefas necuisse tropæis.  
 355 Pascere nullus oves, nec robora lædere Cyclops  
 Audet, & ipse fugit sacrâ Polyphemus ab umbrâ;

## I N T E R P R E T A T I O.

*Omnia arbor gloriatur titulo ingenti. Hæc arbor agrè sustinet ramis curvatis gladios nudos Briarei centumgemini: illa gloriatur exuviiis pallidis Cœi: hæc fert tela Mimantis: Ophion spoliatus gravat hos ramos. Sed abies excelsior omnibus, & spargens ramos longè, portat opima spolia fumantia Enceladi ipsius supremi Principis gigantum, & oppressa onere præcumbet, nisi quercus propinqua sustentaret eam fatigatam. Inde metus, & religio accessit loco, & ignoscitur antiquitati sylva. ac scelus est violare tropæa cælestia. Nullus Cyclops audet nutrire oves, neque hic offendere arbores, & Polyphemus ipse recedit ab umbrâ sacrâ.*

## A N N O T A T I O N E S.

344. *Magni nominis.* ] Omnis arbor gloriatur magnis titulis, puta Enceladi, Ægæonis; nam in tropæis, devictorum ducum nomina scribebantur.

345. *Centumgemini Ægæonis.* ] Briarei, qui centum habebat brachia centumque rotabat enses.

346. *Liventibus.* ] Pallentibus, nigris. Alludit ad atram gigantum indolem.

347. *Cœi.* ] Gigantis, qui fuit pater Læonæ.

*Mimantis.* ] Gigantis etiam, qui Lemnum insulam contra Deos torquere parabat.

348. *Ophion.* ] Gigas, qui à Saturno exutus est cœli gubernaculis, cum uxore Eurynome.

349. *Umbrosa latè.* ] Ramos, atque ideo umbras spargens latius.

350. *Enceladi.* ] Qui gigas oppressus Ætnâ gemit.

*Opima.* ] Spolia scilicet, quæ sunt ea quæ Dux Duci detrahit, ut Romulus Acropi, Marcellus Viridomaro, & ex Regibus

nostris, Clodovæus Alarico, quem sua manu occidit, Varro vocat opima, etiam miles detrahat, modò Duci detrahat.

351. *Summi Regis.* ] Alii Porphyrionem, alii Alcyponeum gigantum Principem faciunt.

*Terrigenum.* ] Gigantum, qui terrâ matre editi sunt. Suprà.

343. *Inde timor numénque loco.* ] Inde timor accessit, & quædam erga hunc locum velut numine plenum reverentia, quæ facit, ut parcat arboribus, tanquam Numinibus: quia sacræ putantur.

354. *Ætheris tropæis.* ] Quæ erecta sunt à Diis, qui sunt in Æthere seu Cœlo.

355. *Cyclops.* ] Cyclops & Læstrigon fratres fuerunt; quorum Læstrigon Antipharem, Cyclops Polyphemum genitum Cyclopium Principem.

356. *Ipse Polyphemus.* ] Licet *visus ab hospite nullo Impune, & magni cum Diis contemptor Olympi.*

- Non tamen hoc tardata Ceres. accenditur ultro  
 Relligione loci, vibrátque incerta securim,  
 Ipsum etiam per iura Jovem. succidere pinus,  
 360 Et magis enodes properat prosternere cedros,  
 Exploratque habiles truncos, rectique tenorem  
 Stipitis, & certo prætentat brachia nisu.  
 Sic qui vecturam longinqua per æquora merces  
 Molitur tellure ratem, vitámque procellis  
 365 Objectare parat; fagos metitur & alnos,  
 Et varium rudibus sylvis accommodat usum.  
 Quæ longa est, tumidis præbebit cornua velis:  
 Quæ fortis, malo potior: quæ lenta, favebit  
 Remigio: stagni patiens, aptanda carinæ.  
 370 Tollebant geminæ capita inviolata cupressus  
 Cespitem vicinos; quales non rupibus Idæ  
 Miratur Simois; quales non divite ripâ

## INTERPRETATIO.

*Ceres tamen non retardata est hac re-  
 sentia; volens stimulat pietate loci, &  
 conjicit securim, incerta quod injiceret,  
 percussura vel ipsum Jovem. Festinat am-  
 putare pinus, & evertere cedros minus  
 nodosus, ac vestigat stipites idoneos, &  
 proceritatem trunci recti, & explorat ra-  
 mos firmo concussu. Ita ille qui construit in  
 terrâ navem portaturam merces per maria  
 remota, & accingit exponere caput tem-*

*pestatibus, dimittitur fagos & alnos, &  
 aptat usum diversum arboribus nondum  
 casis. Arbor qua est longa dabit antennæ  
 velis turgentibus: qua est dura, conve-  
 nientior est malo navis: qua est flexibilis,  
 utilis erit ad remos: aquis resistens arbor  
 adhibenda est carina. Cupressus dua eri-  
 gebant in solo propinquo verticem inta-  
 ctum: quales Simois non suspicit in sa-  
 xis Idæ, quales Orontes altor sylvæ*

## ANNOTATIONES.

357. *Non tamen hoc tardata.* ] Ceres  
 loci religione non impedita est, quominus  
 sibi in eâ faces conficeret.  
*Accenditur ultro religione.* ] Ut se ulcif-  
 eatur contra Deos, quorum consilio pu-  
 rat filiam esse raptam, sacras iis arbores  
 depopulatur.  
 358. *Incerta.* ] Quasi nullo discrimine  
 omnes evertat arbores.  
 359. *Ipsam etiam per iura Jovem.* ]  
 Tam irata est, ut ipsam Jovem per iura  
 sit, srobster. *Per iura* est transpositio,  
 quasi diceret *iura*, seu ictum insiectura  
 per Jovem medium. Alii legunt *perat ira  
 Jovem*, id est, ejus ira tanta est, ut vel  
 ipsum Jovem peteret, percuteret.  
 360. *Cedros.* ] Quæ ob pinguem suc-
- cam aptissimæ sunt ad tædas conficiendas.  
 365. *Fagos & alnos.* ] Quia aquis ob-  
 rutæ diu, non corrumpuntur.  
 366. *Rudibus sylvis accommodat usum.* ]  
 Cogitat in sylvâ, ad quem usum aptæ  
 sint arbores rudes, quæ nondum infor-  
 matæ sunt ad ullum opus.  
 369. *Carina.* ] Fabricandæ infimæ par-  
 ti navis, nam carina fundus est navis.  
 370. *Cupressus.* ] Dicitur cupressus, i.  
 & cupressus, ūs.  
 371. *Cespitem vicino.* ] Cespitem vicinam  
 habentes, id est inter se proximæ.  
*Quales, &c.* ] Pulchriores non nascun-  
 tur in Idæ monte prope Simoënta fluvium  
 Trojanum.



- Lambit Apollinei nemoris nutritor Orontes,  
 Germanas adeò credas; sic frontibus æquis  
 275 Adstant, & socio despectant vertice lucum,  
 Hæ placuere faces, pernix invadit utramque  
 Cincta sinus, exerta manus, armata bipenni;  
 Alternâque ferit, totisque obnixa tremantes  
 Viribus impellit, pariter traxere ruinam,  
 380 Et pariter posuere comam, campoque recumbunt;  
 Faunorum Dryadumque dolor, complectitur ambas,  
 Sicut erant, altèque levat, retróque solutis  
 Crinibus adscendit fastigia montis anhelis,  
 Exuperatque æstus, & nulli pervia saxa,  
 385 Atque indignantes vestigia calcat arenas.  
 Qualis pestiferas animare ad crimina taxos

## INTERPRETATIO.

*Phæbeæ non alluit in litore locupletæ. Certe* suere frondes, & procubuerunt in agro:  
*putes esse sorores: ita assurgunt ramis aqua-* qui maior est Faunorum & Dryadum.  
*libus, & exuperant pari altitudine: hæ tade* Ipsa corripit utramque, ut erat, & ex-  
*placuerunt Cereri. Illa prompta habens* tollit in altum, & comis rejectis post ter-  
*vestes succinctas, & nudata brachia, in-* gum, exsuperat cacumina montis suspi-  
*structa seouri, aggreditur ambas cuprel-* rantis, & evadit vapores ignis, & rumpit  
*lus, & percutit unam post aliam, atque* inaccessas omnibus, & proculeas cineres  
*incumbens omni impetu dejecit tremulas.* non patientes pedem. Sicut Megara irata  
*Simul pertulerunt exitium, & simul depo-* properas accendere taxos perniciosas ad

## ANNOTATIONES.

373. *Apollinei nemoris nutritor.* Apollineum nemus est lauretum: alludit ad nemus, quod Dapnon dicitur, à laurorum frequentia, & in suburbiis Antiochiæ reponebatur: ubi nonnulli gesta esse referunt, quæ de Daphnes fabulâ jactantur. Apollinis autem Daphnæi lucus alit cupressus immensæ proceritatis propter memoriam pueri Cyparissi ob cervi mortem contabescentis, & in cypressum mutati.  
*Orontes.* Fluvius alluens Antiochiam. Olim Typhon à Typhone gigante illic dejecto: deinde Oromes ab Oronto Indo, ibi sepulto, cujus cadaver, undecim cubitis altum, inventum est.  
 374. *Germanas credas.* Adeò sunt similes.  
 376. *Hæ placuere faces.* Hæ arbores placuerunt Cereri ad faces conficiendas; fortè quia erat præfaga funeris. Apud Ovidium tædæ Cereris sunt pinæ.  
 377. *Exerta manus.* Id est nudata quoad manus, ut foret expeditior ad ictus inferendos.  
 381. *Faunorum Dryadumque dolor.* Id quod allaturum erat dolorem Faunis & Dryadibus. Faunos & Dryades communibus penè sacris venerabatur antiquitas, sicut numina agrestia: Dryades porò arboribus æquæz una cum iis cadebant magna Cereris indignatio, quæ ne Nymphis quidem quas in Eresichthone, vel Eresichthone vindicat, pepercerit.  
 383. *Montis anhelis.* Ætæ quæ ob incendia anhelare ac suspirare, & anhelantibus similis esse videtur.  
 385. *Indignantes vestigia arenas.* Calidos atque æstuantès cineres, quos nemo audeat tangere.  
 386. *Qualis.* Talis est Ceres dum cedros accendit, qualis est Megara dum accendit taxos, Præterea Ceres Erinnyis aliquando dicitur, & sumptâ Furis formâ cum Neptunq concubuisse dicitur.  
*Pestiferas taxos.* Perniciosas, mortiferas; inde toxicum vulgò dicimus.  
*Animare.* Accendere: nonnulli credidèrè ignem esse animal, quia alitur, movetur, crescit, extinguitur.  
*Ad crimina.* Ad patranda scelera, vel

Torva Megæra ruit; Cadmi seu mœnia poscat;  
 Sive Thyesteis properet sævire Mycenis.  
 Dant tenebræ Manesque locum, plantisque resultant  
 390 Tartara ferratis: donec Phlegethontis ad undam  
 Constitit, & plenos excepit lampade fluctus.  
 Postquam perventum scopuli flagrantis in ora;  
 Protinus arsuras adversâ fronte cupressus  
 Faucibus iniecit mediis, latèque cavernas  
 395 Texit, & undantem flammaram obstruxit hiatum.  
 Compresso mons igne tonat, claususque laborat  
 Mulciber. obducti nequeunt hæere vapores.  
 Coniferi micnere apices. crevitque favillis

## INTERPRETATIO.

*scelera patranda; seu petas urbem Cadmi, seu festinet furere Mycenis Thyeste infamatis. Obscuritas & umbra cedunt loco: & Tartara resonant pedibus ferreis, donec stet ad ripam Phlegethontis, & accepit sadâ aquas plenas. Postquam ventum est ad osium montis ardentis, statim Co-* *res jacit vultu non reflexo in voraginem mediam cupressus accendendas, & antrum operuit undique, & intersusis exitus ignium erumpentium: mons reboat flammâ cohibita, & Vulcanus inclusus astuas: flamma praelusa non possunt retineri: obmina conferta effulserunt: Etna autem est*

## ANNOTATIONES.

ad homines depravandos, quod Furiarum munus est.

387. *Megæra.* ] Dicitur, ἀνὰ τὴν μεγάρην, *invidere*, & idèd torva appellatur, quòd exciter invidios torvis oculis alterius res secundas aspicere solitos.

*Mœnia Cadmi.* ] Thebas, quas Cadmus ex Phœniciâ profectus in Bœotiâ condidit, ex Oraculo præviam bovem secutus. Idèd autem Megæra Thebas pecere fingitur, ob innumera crimina ibi patrata.

388. *Thyesteis Mycenis.* ] Perseus Jovis & Danaes filius condidit Mycenæ, quæ dicuntur Thyestæ; quòd ibi Thyestes regnavit.

*Sævire.* ] Quia eò impulit Thyesten, ut Æropeu Atrei fratris uxorem vitaret; & deinde Atreum, ut editum ex hoc concubitu infantem Thyestæ epulandum apponeret, quæ scelera ira Sol avertatus est, ut cursum retrò converteret.

389. *Tenebræ.* ] Dant locum, ob lucem lampadis Megæra.

*Manes.* ] Dant locum, ceduntque metu Furæ: Manes sunt Dii Inferi.

391. *Plenos accepit lampade fluctus, Phlegethontis.* ] Id est, plenas aquas tædâ

accepit, seu accendit tædas in aquis plenis Phlegethontis fluvii, qui flammam volvit: φλογίζω, *ardeo*; quia hic est fluvius ignis. Sunt fontes, qui lampadas admotas accendunt. S. Augustinus de fonte Garamantico; *Facem mirabiliter idem ipse accendit extinctam.*

392. *Scopuli.* ] Montis scopulosi, ardentis, & flammam vomentis. Virgilius:

--- Saxi de vertice pastor.

Id est, montis saxosi.

*Ora.* ] Ostium, hiatus; vocant *Crateras montium*.

393. *Adversâ fronte.* ] Adèd ut ne vulturn quidem averteret à flammis bacchantibus.

394. *Faucibus iniecit.* ] In mediam voraginem Ætnæ æstuantis.

396. *Laborat.* ] Completis omnibus antris æstu & fumo.

397. *Mulciber.* ] Vulcanus Jovis & Junonis filius; vel Junonis tantum sine viri consortio. Mulciber dictus, quasi mulcens ferrum; Æolias insulas, Ætnam, Lemnónque habitabat.

398. *Coniferi apices.* ] Cupressi comæ, quæ desinunt in conum, seu figuram pyramidis.

GG g g iij

- Ætna novis, stridunt admissio sulfure rami.  
 400 Tum, ne deficerent tantis erroribus ignes,  
 Semper inocciduos insopitòsque manere  
 Jussit, & arcano perfudit robora succo;  
 Quo Phaëthon irrorat equos, quo Luna juvencos.  
 Jamque soporiferas nocturna silentia terris  
 405 Explicuere vices. Laniato pectore longas  
 Inchoat illa vias, & sic ingressa profatur.  
 Non tales gestare tibi, Proserpina, tædas  
 Sperabam: sed vota mihi communia matrum,  
 Et thalami festæque faces, cæloque canendus.  
 410 Ante oculos Hymæneus erat. sic Numina fati  
 Volvimur, & nullo Lachesis discrimine sævit:

## INTERPRETATIO.

*novis ignibus*: arbores crepitant sulphure accepto. Tunc ne flamma deessent in peregrinationibus tam longis, imperavit eas remanere perpetuo inextinctas, semperque accensas, & aspergit arbores secreto liquore, quo Sol aspergit equos, quo Luna tauros suos. Et jam silentia noctis reddere Orbi vicissitudinem somniferam: illa

Ceres sinu lacerato, aggreditur iter longinquum, & ita loquitur incedens. Non sperabam, ô Proserpina, me laturam esse tibi tales faces: sed desideria matrum communia mihi erant, sed nuptia & tæda solennes, & Hymenæus cantandus in cælo versabatur in oculis meis. Sic nos Deæ volumur a fati, & parca furunt absque ullâ

## ANNOTATIONES.

399. *Admissio sulphure.* ] Arbores crepitant correptæ incendio sulphuris admissi atque urentis; sulphur autem delitescit in Ætnâ, & inde causa putatur incendii, Solum intrinsecus stratum sulphure & bitumine traditur: quæ res facit, ut spiritu cum igne inter interiora luctante frequentes & compluribus locis, nunc flammæ, nunc vaporem, nunc fumum eructet. Inde denique Ætna montis per tot secula durat incendium. Justinus.

402. *Arcano succo.* ] Secreto, sacro medicamine, seu gramine, quod ineunte Vere nascitur apud insulas Beatorum, quo Sol pascit equos, ut resistant ignibus, & cursu irrequieto non rumpantur. Ovid.

*Tum pater ora sui sacro medicamine nati Contigit, & rapida fecit patientia flamma.*

403. *Phaëthon.* ] Ponitur pro Sole, Phaëthon, luceo, ardeo.

*Luna juvencos.* ] Juvenci trahunt curram Lunæ; quod fingitur vel ob similitudinem cornuum; vel quod tauri instar, omnia circumbeat. Sed & vehiculum Lunæ mulus trahere dicitur; quod sicut mu-

lus, non ex suis parentibus procreatur, sed ex asino & equâ, ita illa alieno non suo fulgore lucet.

405. *Explicuere vices.* ] Sparserunt somnum, qui mortalibus exhibet laborum vicissitudinem, efficitque, ut alternâ quiete corpora reparentur.

407. *Tales tædas.* ] Alludit ad morem veterum, quo matres filiarum faces nuptiales accendebant, atque præferabant.

409. *Thalami.* ] Thalamus significat nuptias, suprâ.

*Faces.* ] Quinque faces ex albâ spinâ præcedebant novam nuptiam, puerique patrimi & matrimi gestabant.

*Cæloque canendus hymenæus.* ] Sperabam tuas nuptias esse celebrandas in cælo, & canendum hymnum. Catullus: O hymenæe hymen ades ô hymenæe. Hymenæus suprâ explicatus.

410. *Fatis volvimur.* ] Nos Dii fati subijcitur: sunt enim fata supra Deos.

411. *Lachesis.* ] Una ex Parcibus, sed ponitur pro ipsâ Parci.

- Quam nuper sublimis eram, quantisque procorum  
 Cingebar studiis: quæ non mihi pignus ob unum  
 Cedebat numerosa parens: tu prima voluptas,  
 415 Tu postrema mihi: per te fecunda videbar.  
 O decus, ô requies, ô grata superbia matris:  
 Quâ gessi florente Deam: quâ sospite nusquam  
 Inferior Junone fui: nunc squalida, vilis.  
 Hoc placitum patri. cur autem adscribimus illum  
 420 His lacrymis? ego te, fateor, crudelis ademi,  
 Quæ te deferui, solamque instantibus ultro  
 Hostibus exposui. raucis secura fruebar  
 Nimirum thyasis, & læta sonantibus arvis  
 Jungebam Phrygios, cum tu raperere, leones.  
 425 Accipe, quas merui, pœnas. en ora fatiscunt  
 Vulneribus, grandæque rubent in pectore sulci.  
 Immemor en uterus crebro contunditur ictu.  
 Quæ te parte poli, quæ te sub cardine quæram?  
 Quis monstrator erit? quæ me vestigia ducunt?

## INTERPRETATIO.

*Differentiâ? Quàm exalta eram modò? te, confiteor, ego quæ reliqui te, & Proserpina, & volens objeci te solam inimicis impendensibus: tuta scilicet potiebar choris raucis, atque hilari in agris resonantibus copulabam leones Bercynthia, dum tu rapiebaris. O Proserpina discere supplicium quod merui. En vultus dehiscit plagis, & cicatrices magna rubescunt in sinu: ecce venter oblitus officii sui percutitur ictibus repetitis. Sub quo tractu cœli vestigabo te? Quâ sub regione? Ecquis erit index? Quæ via conducet me?*

## ANNOTATIONES.

412. *Procorum.* ] Proserpinam petentium.

413. *Pignus.* ] Unicam filiam, quæ mihi erat pignus amicitiz Jovis.

416. *O Decus, &c.* ] O filia quæ eras meus honor, mea requies, quæ superbiebam, &c.

418. *Squalida.* ] Sordibus obfusa.

419. *Adscribimus.* ] Cur Jovem facimus autorem hujus cladis? cur has ipsi adscribimus tribuimusque lacrymas?

423. *Thyasis.* ] Choris Cybeles fanaticis, ad raucum tympani sonitum saltantibus potiebar ipsa tripudians. *Thyasis, chorus*

*Bacchantium.*

*Sonantibus arvis.* ] Plausu armorum; quæ Corybantes movebant. Sed & *Didona* est *cæsus tripudiantium*: unde legitur etiam optime *thyasis*.

424. *Leones.* ] Qui trahunt currum Cybeles.

426. *Vulneribus.* ] Genz unguibus lacerata.

431. *Polucrum rotarum.* ] Velocissimarum, & quarum ided vestigia non tam firmè impressa sunt, ut possint animadverti.

- 430 Quis curvus? ferus ipse quis est? terræne marisne  
Incola? quæ volucrum deprehendam signa rotarum.  
Ibo, ibo quocumque pedes, quocumque jubebit  
Casus. sic Venerem quærat deserta Dione.  
Efficietne labor? rursus te, nata, licebit  
435 Amplecti? manet ille decor? manet ille genarum  
Fulgor? an infelix talem fortasse videbo,  
Qualis nocte venis? qualem per somnia vidi?  
Sic ait, & primâ gressus molitur ab Ætnâ,  
Exitique reos flores, ipsûmque rapinæ  
440 Detestata locum sequitur dispersa viarum  
Indicia, & pleno rimatur lumine campos,  
Inclinâtque faces. omnis perit orbita fletu.  
Omnibus admugit, quacumque it in æthere, sylvis.  
Annatat umbra fretis, extremâque lucis imago  
445 Italiam Libyamque ferit. clarescit Etruscum

## INTERPRETATIO.

*Quis curvus? Quis est ipse raptor barbarus? in somnis? Ita Ceres loquitur. & ce-  
An incola terra an maris? Qua animad- pessi viam primum ab Ætnâ; execrata  
vertam vestigia rotarum velocissimarum? flores autores calamitatis, & locum ip-  
Vadam, vadam, in quamcunque partem sum raptus, sequitur signa sparsa orbi-  
pedes, in quamcunque fortuna imperabit. Sic ta, & scrutatur agros tadâ ardenti,  
Dione ipsa derelicta vestiget Venerê filiam. & demittit lumen: omne vestigium ro-  
An labor faciet aliquid? An concedetur oscu- ta deletur lacrymis: ejulas in caudis  
laris iterum, ô filia! An tua illa pulchritu- tractibus rotæ, quacumque currit per  
do remanet? An ille splendor vultus re- aërem. Umbra Cereris natas super  
manet? An ego infortunata aspiciam talem mare, & species ultima luminis percutit  
te, qualis ades per noctem, qualem aspexi Italiam & Libyam. Litus Hæmris*

## ANNOTATIONES.

433. *Deserta.* ] Alludit ad Cererem, quæ deserta dicta est post amissam Proserpinam: Virgilius:

*Templumque vetustum deserta Cereris.*  
vel deserta dicitur ob solitudinem, Ce-  
reris enim templa sunt in angulis & secessibus.

*Sic.* ] Imprecatio. Sic Dione quærat fi-  
liam. ut ego deserta quero Proserpinam.

*Dione.* ] Tethyos & Oceani filia, ma-  
ter Veneris.

434. *Efficietne labor.* ] An proderit ali-  
quid labor in te quærendâ susceptus?

435. *Genarum fulgor.* ] Forte alludit  
ad Lunam, quæ eadem est cum Pro-  
serpinâ.

438. *Primâ ab Ætnâ.* Primum ab  
Ætnâ proficiscitur, vel à summo Ætnæ  
vertice.

439. *Exitique reos flores.* ] Qui in causâ  
fuerant, cur raperetur Proserpina; & hinc  
indicat rem gestam esse propè Ætnæ  
montem.

440. *Viarum indicia.* ] Sequitur legitque  
signa orbitæ cursûs lare dispersa.

441. *Rimatur.* ] Diligenter exquirat  
cum tadâ, quæ repleta est toto suo lu-  
mine.

442. *Inclinat facem.* ] demittit, per-  
scrutando diligentius, & ut propius inspi-  
ciat, & ut melius etiam tadâ luceat.

443. *Sulcis.* ] Quacumque sulcat currit  
rotæque aërem, admugit, ejulat.

445. *Italiam.* ] Sic dictam à Duce Italos  
alias dicebatur Argessâ, Saturnia, An-  
sonia, Tyrrhenia, OEnotria.

*Libyam.* ] Litus Africæ, ubi Libya est.

Litus,

Litus, & accenso resplendent æquore Syrtes,  
Antra procul Scyllæa petit, canibusque reductis  
Pars stupefacta silet, pars nondum exterrita latrat.


INTERPRETATIO.

*refulget. & Syrtes relucet mari inflam-* | *& canibus coercitis, pars attonita tacet.*  
*mato. Longè verberat cavernam Scyllæ, pars nondum perterrita allatrat.* \* \* \*

ANNOTATIONES.

446 *Hetruscum litus.* ] *Litus Hetrus-* | *gluberet amatores, indignatione Deo-*  
*niæ, quæ pars est Italiæ.* | *rum conversa est in maris monstrum,*  
*Syrtes.* ] *Suprà, vide 322.* | *corporis ingenti vastitate, senis cervici-*  
449. *Scyllæa.* ] *Scylla duplex; filia Nisi* | *bis, duodecim pedibus, triplici den-*  
*quæ succiso fatali patris crime Megaram* | *tium ordine, fauces ad prædâ pro-*  
*Minoi prodidit, & à patre vexata, in* | *fert ex alto antro.*  
*avem Cirin seu Alaudam mutata est;* | *Reductis.] Metu coercitis, atque re-*  
*& sub hac Dalila Sanfonis intelligitur:* | *cedentibus.*  
*alia Scylla filia Phœrci, quæ quod de-*

*Cætera desiderantur: restabat quartum Volumen de Cereris erroribus,*  
*quod apud nos non extat.*



HHh



# CL. CLAUDIANI

## \* GIGANTOMACHIA.

### ARGUMENTVM LIBRI I.

**T**ERRA irata in Deos parit gigantas, eosque ab bellum excitat. Hi erumpunt: Dii territi, Jovis Regiam petunt: Gigantes pugnant, volvuntque montes. Dii contra Cælum defendunt, & primum Mars, tum Pallas hos elidunt.



### CARMEN XXXVII.

**T**ERRA parens quondam cælestibus invida regnis,  
 Titanumque simul crebros miserata dolores,  
 Omnia monstriifero complebat Tartara fœtu,  
 Invisum genitura nefas: Phlegramque retexit  
 Tantâ prole tumens, & in æthera protulit hostes.

#### INTERPRETATIO.

**T**erra mater olim amula imperii Deorum, & una commota, cruciatibus expetit Titanum, replebat cuncta loca inferorum parentibus portentosis, productura sceleris horrendum: & surgens tanta sobole, aperuit Phlegram, atque edidit hostes in cælum.

#### ANNOTATIONES.

\* GIGANTOMACHIA. ] Id est, pugna gigantum in Deos, *γίγας, αἰώς, & μάχη* pugna. Heinsius putat hoc Poëma à Claudiano Græcè scriptum esse, nec ab illo traductum, sed ab alio. Fuisse autem viros gigantes nemo dubitet, cum de iis sæpius mentio fiat in sacris Codicibus.

1. *Invida.* ] Quod depressa fuisset, & velut in infimam mundi partem relegata.

2. *Titanum.* ] Terra commota dolores Titanum filiorum suorum, qui à Jove in Tartara dejecti magnis suppliciis cruciabantur, Sunt qui meritò Luciferi

& Angelorum aliorum casum Titanibus comparent.

3. *Tartara.* ] Profundior est Inferorum locus.

4. *Genitura nefas.* ] Genitura gigantes, qui nefas invisum, seu scelus horrendum in Deos patraturi erant: sicque ponitur effectus pro causâ, metonymicè.

*Phlegram retexit.* ] Id est, quasi-  
 tis fundamentis Phlegram montem Thesaliæ in Græciâ eruit in producendis gigantibus, vel aperuit quasi campum ad pugnam,

- Fit sonus exumpunt Erebo, necdumque creati  
 Jam dexteras in bella parant, superosque laceſſunt,  
 Stridula volventes gemino veſtigia lapſu.  
 Palleſcunt ſubito ſtellæ, fleſcitque rubentes  
 10 Phœbus equos: docuitque timor revocare meatus.  
 Oceanum petit Arctos, inocciditque Triones  
 Occaſum didicere pati. tum ſervida natos  
 Talibus hortatur genitrix in prælia dictis:  
 O pubes domitura Deos, quodcumque videtis,  
 15 Pugnando dabitur. præſtat victoria mundum.  
 Sentiat ille meas tandem Saturnius iras.  
 Agnoſcat, quid Terra poteſt. cur viribus ullis  
 Vincor? cur Cybele nobis meliora creavit?  
 Cur nullus Telluris honos? cur ſemper acerbis  
 20 Me damnis urgere ſolet? quæ forma nocendi  
 Deſuit? hinc volucrem vivo ſub pectore paſcit  
 Infelix Scythicâ fixus convalle Prometheus.  
 Hinc Atlantis apex flammanitia pondera fulcit,  
 Et per canitiem glacies aſperſima durat.

## INTERPRETATIO.

*Murmur auditur. Gigantes emergunt ex Orco, & nondum nati, jam accingunt manus ad prælia, & provocant Deos, torquentes gradus ſtridentes gyro duplici ſerpentis. Astra ſaſim pallent, & Sol averſis equos ardentes, ac metas juſſu illius prohibere curſum. Ursa major deſcendit in Oceanum, & Triones non occidentes didicerunt ferro occaſum. Tum mater ardens Terra accendit filios ad bella, his verbis. O filii mei ſuperaturi Deos, verrando dabuntur vobis quicquid aſpexitis: victoria dat Cælum. Ille Juppiter experiatur tandem furor meos. Sentiat quid Terra poſſit? Idne ſuperor ullo impetu? Quare Cybeleſerit ea quæ præſtantiora nobis ſunt? Quare nulla eſt reverentia Terra? Quare conſuevit me ſemper infeſtare detrimentis moleſtis? Qua ratio nocendi omiſſa eſt? Hinc Prometheus miſerandus affixus in valle Caucaſi Scythiæ, nutrit avem ſub ſinu vivente. Inde caput Atlantis ſuſtinet onus ſtellarum, & glacies aſperſiſſima diu manet in crinibus ejus atbis.*

## ANNOTATIONES.

8. *Gemino lapſu.*] Quia gigantes pro pedibus utebantur ſerpentibus; unde ab Ovidio dicuntur, *Anguipedes*.  
 11. *Arctos.*] Calisto inviſa Junoni, converſaque in urſam majorem, & prohibita ab Oceano: ſed hac de rediximus ſuprà, ſicut & de Trionibus.  
 16. *Saturnius.*] Juppiter Saturni filius.  
 22. *Prometheus.*] De Prometheo, vide *rv. Conf. Hen. v. 228.* Hic ob raptum à Cœlo ignem, juſſu Jovis à Mercurio Caucaſi rupibus alligatus eſt, & ejus jecur aquilæ rodenti expoſitum: ſed tamē ab hac ave depaſcente Hercules eum liberavit, juſſu ejuſdem Jovis, quem Prometheus monuerat, ne Thetidem uxorem duceret, quia ex eâ naſciturus erat filius patremajor futurus. Id explicant multi de Aſtrologiâ, cui intentiſſimus erat Prometheus, ut qui ex aliſſimo Caucaſi vertice aſtra ſpectaret, & doctus ſollicitudinibus, quaſi aquilâ devorante, ſi ita loqui fas eſt, torqueretur.  
 23. *Atlantis.*] Quaſi gigantes eum liberaturi ſunt, & Dii cœlum ſuſtinere coganur.

LHh h ij



- 25 Quid dicam Tityon, cujus, sub vulture lævo,  
Viscera nascuntur gravibus certantia pœnis?  
Sed vos, ô tandem veniens exercitus ultor,  
Solvite Titanas vinclis, defendite matrem.  
Sunt freta, sunt montes, nostris ne parcite membris.
- 30 In Jovis exitium telum non esse recuso.  
Ite, precor; miscere polum, rescindite turre  
Sidereas. rapiat fulmen sceptrumque Typhœus.  
Enceladi jussis mare serviat. alter habenas  
Auroræ pro Sole regat. Te Delphica laurus
- 35 Stringat Porphyriion, Cirrhæaque templa tenet.  
His ubi consiliis animos elusit inanes;  
Jam credunt vicisse Deos, mediisque revinctum  
Neptunum traxisse fretis. hic sternere Martem  
Cogitat, hic Phœbi laceros divellere crines.
- 40 Hic sibi promittit Venerem. speratque Dianæ  
Conjugium, castamque cupit violare Minervam.  
Interea Superos prænuntia convocat Iris,  
Qui fluvios, qui stagna colunt. cinguntur & ipsi  
Auxilio Manes. nec te, Proserpina, longè

## INTERPRETATIO.

*Quare commemorem Tityon, cujus jecur sub vulture crudelis resistens suppliciiis acerbis, renascitur? At vos, ô tandem caterva vindices, erumpentes, liberate Titanas ex catenis, tutamini matrem vestram; sunt nobis maria & montes: ne omittite viscera nostra ad bellum: non venio esse jaculum ad perniciem Jovis. Vadite, rogo, confundite cælum, avellite arces cœlestes. Typhœus auferat fulmen & sceptrum: mare obediat imperio Enceladi: alter gigas moderetur imperium orientis pro Sole. Laurus Delphica ornet te, ô Porphyriion,*

*& possideas delubra Cirrhæ. Postquam Terra insauavit his hortatibus animos gigantum vanos: jam illi putant se superasse Deos, & raviavisse Neptunum constrixtum per mare medium: hic gigas sibi fingit prosternere Martem, ille laniare capillos scissos Apollinis: hic pollicetur sibi Venerem, & meditatatur matrimonium Dianæ, & ardet stuprare Minervam pudicam. Interim Iris prænuntia congregat Deos, qui habitant flumina, & stagna. Quinetiam ipsi Manes accinguntur ad præsidium: neque janua obscura te retardaverunt*

## ANNOTATIONES.

25. *Tityon.*] De hoc supra etiam dictum est.
27. *Titanas.*] Filios meos in inferis detentos liberate.
29. *Membris.*] Ne parcite montibus & faxis, quæ sunt membra Terræ.
32. *Typhœus, Enceladus, Porphyriion.*] Sunt totidem gigantes.
34. *Delphica.*] Qualem gerit. Apollo
- Delphicus, seu Delphis adoratus.
35. *Cirrhæ.*] Cirrhæ oppidum Phocidis ad radicem Parnassi, ubi Apollo religiosè colebatur.
42. *Iris.*] Dicitur Deorum nuntia, quod cum pluyæ, fulmina, tempestates in terram caderent, dii etiam in terras descendere dicerentur. Isthæc porro non raro nuntiat Iris,

- 45 Umbrosæ tenuère fores. Rex ille silentum  
Lethæo vehitur curru, lucemque timentes  
Insolitam mirantur equi, trepidoque volatu  
Spissas cæruleis tenebras è naribus efflant.  
Ac, velut hostilis cùm machina terruit urbem,  
50 Undique concurrunt arcem defendere cives:  
Haud secus omnigenis cõcuntia numina formis  
Ad patrias venère domos. tum Juppiter infit:  
O nunquam peritura cohors. ò debita semper  
Cælo progenies, nullisque obnoxia fatis;  
55 Cernitis ut nostrum Tellus conjuret in orbem  
Prole novâ, dederitque alios interrita partus?  
Ergo, quot dederit natos, tot funera matri  
Reddamus. longo maneat per secula luctu,  
Tanto pro numero paribus damnata sepulchris.  
60 Jam tuba nimborum sonuit: jam signa ruendi  
His æther, his terra dedit: confusaque rursus  
Pro domino Natura timet. discrimina rerum  
Miscet turba potens. nunc insula deserit æquor:

## INTERPRETATIO.

*procul. ò Proserpina. Rector ille tacentum Pluto, fertur curru inferno. & equi ejus metuentes diem insuetum obstupefcunt, & volatu timido emittunt ex naribus nigris caliginem densam. Et quemadmodum cùm tormentum bellicum hostium terrificavit urbem, cives undequaque conflunt ad tutandas turres; non aliter Dii confluentes figuris omnigenis, advenerunt ad palatium patrum: tum Juppiter sic loquitur. O cætus nunquam moriturus, ò proles usque devota Cælo, & nulli exposta vicif-*

*itudini, videtis ut Terra cum novâ sebole conspiret in mundum nostrum, & in-trepida emiserit fœtus alios? Igitur rese-ramus matri tot cadavera, quot peperis filios, jaceat in tristitiâ diu per tempora omnia, condemnata tumulis similibus pro tantâ multitudine. Jamque buccina cœli resonat; jam cœlum his, terra dedit illis indicia erumpendi; & Natura turbata iterum metuit pro rectore suo Jove. Cater-va Gigantum valida turbat ordinem di-versum rerum. Modò insula relinquit mare.*

## ANNOTATIONES.

46. *Lethæo.* ] Curru nigro, & qualis esse debet, qui transvehitur Lethen fluvium oblivionis, fluvium Inferorum.

51. *Omnigenis.* ] Adedut Dii etiam animalium corpora mutuarentur. Ovidius: *Delius in corvo, proles Semeleia capro, Felesoror Phæbi, niveâ Saturnia vaccâ, Pisce Venus latuit.*

52. *Patria.* ] Claudianus sequitur Platonem, qui unum Numen statuebat, unde origo cæteris foret.

54. *Fatis.* ] Nulli vicissitudini mortis obnoxia; nam alioqui, vel ipse Juppiter

fatis subest, ac proinde à fortiori. Dii cæteri, quos fatum hujus belli, seu hoc bellum fatale infestat.

55. *Orbem.* ] Triplex mundus, Cælestis, Terrenus, Infernus.

60. *Tuba Nimborum.* ] Jovis tuba sunt fulmina & tempestates.

61. *His æther, his terra.* ] Æther seu Cælū dedit signum Diis, Terra gigantibus

62. *Discrimina rerum.* ] Ordinem diversum, quo res discriminantur.

63. *Insula deserit.* ] Insula multa absorbetur, aut avellitur, & sic deserit mare.

H H h h iij

- Nec scopuli latuere mari. quor litora restant:  
 65 Nuda? quot antiquas mutarunt flumina ripas?  
 Hic rotat Aemonium præduris viribus OEten:  
 Hic juga connixis manibus Pangæa coruscat.  
 Hunc armat glacialis Athos: hoc Ossa movente  
 Tollitur. hic Rhodopen Hebri cum fonte revellit,  
 70 Et socias trancavit aquas, summæque levatus  
 Rupe Giganteos humeros intorat Enipeus.  
 Subsedit parulis Tellus sine culmine campis,  
 In natos divisa suos. horrendus ubique  
 It fragor, & pugnae spatium discriminat aër.  
 75 Primus terrificum Mavors non segnis in agmen  
 Odrysios impellit equos, quibus ille Gelonos,  
 Sive Getas turbare solet. Splendens igni  
 Aureus ardescit clypeus, galeamque nitentes  
 Arrexere jubæ. tunc concitus ipse Pelorum  
 80 Transigit adverso, femorum quâ sine volutus  
 Duplex semiferis connectitur ilibus anguis,  
 Atque uno ternas animas interficit ictu.

## INTERPRETATIO.

*modo rupes absconduntur in pelago: quot litora nudata remanent! quot fluvii vertunt ripas veteres! Hic gigas voluit OEten Theſſalum cum campis durissimis: ille jaculatur manibus conjunctis culmina Pangæa: Athos frigidus dat uni arma: Ossa attolitur, altero attollente: alius avellit Rhodopen cum origine Hebri, & abscondit aquas cognatas, & Enipeus de fluens ex scopulo alto irrigat humeros giganteos. Terra absque montibus distributa in filios suos deprimitur, campis immensis.* Murmur horribile auditur ubique, & aër separat intervallum praelii. Primus Mars non impiger incitat equos suos Thracios in catervas terribiles Gigantum, quibus equis ille Mars consuevit terrere Gelonos, aut Getas. Scutum aureum ejus micantius flammâ ardet, & cristæ coruscantes attolunt cassidem ejus. Tum ipse Mars incitatus irajicit gladio opposito Pelorum Gigantem, quâ parte serpens geminus replicatus in extremitatē femorum alligatur ilibus semiferis, & impetu uno occidit tres animas.

## ANNOTATIONES.

65. *Nuda.*] Nudata suis scopulis & munimentis naturalibus.  
 66. *OEtæ, Athos, Pangæus, Ossa, Rhodope.*] Sunt totidem Theſſaliæ & Thraciæ montes.  
 69. *Hebrius, Enipeus.*] Fluvii, hic Theſſaliæ, ille Thraciæ.  
 70. *Socias trancavit aquas.*] Abscidit cursum aquarum sociarum, cognatarum, hoc uno amne defluentium; abscidit, inquam, avulso medio loco, seu scopulis & montibus interjectis.  
 71. *Humeros.*] Aded ut gigas aliquis cum rupibus avellat ipsum fluvium Enipeum, & humeris suis imponat, qui hu-  
 74. *Pugna spatium.*] Aër separat pugnae spatium, quia gigantes non tangunt Deorum sedes ob interfusum aërem.  
 76. *Odrysios, Gelonos, Getas.*] Suprà de his omnibus abundè dictum est.  
 79. *Pelorum.*] Gigantem portentosæ magnitudinis, *πλωρ, πλωρες, & πλωρις, magnus, enormibus monstris, &que membris terribilis.* Cæterum gigantes in Sicilia reponuntur, quia hæc fuit patria Cyclopi hominum immanissimorum, & ingenti corporis proceritate formidabilium.

Tum super insultans avidus languentia curru  
Membra terit, multumque rotæ sparsere cruorem.

85 Occurrit pro fratre Mimas, Lemnumque, calentem  
Cum Lare Vulcani spumantibus eruit undis,

Et propè torssisset, si non Mavortia cuspis  
Antè reuelato cerebrum fudisset ab ore.

Ille viro toto moriens, serpentibus imis

90 Vivit adhuc stridore ferox, & parte rebelli

Victorem post fata petit. Tritonia virgo

Profilis, ostendens rutilâ cum Gorgone pectus,

Adspectu contenta suo, non utitur hastâ.

Nam satis est vidisse semel, primùmque furentem

95 Longiùs, in faciem saxi Pallanta reformat.

Ille, procul subitis fixus sine vulnere nodis,

Ut se letifero sensit durescere visu,

(Et steteat jam penè lapis) Quo vertimur? inquit:

Quæ serpit per membra silex? qui torpor inertem

100 Marmorcâ me peste ligat? vix pauca locutus,

Quod rimuit, jam totus erat, sævusque Damastor,

## INTERPRETATIO.

Tunc Mars super affliens, elidit cupi-  
dus curru corpus fractum Pelori, & tunc  
rota effuderunt plurimum sanguinis. Mi-  
mas succedit pro fratre, & avellit ex  
aquis spumantis Lemnum fumantem, cum  
foco Vulcani; & ferè jaculatus esset  
Lemnum, nisi lancea Martis prius  
effudisset cerebrum ejus, capite per-  
fosso. Ille Mimas emoriens secundum ro-  
tam corpus humanum, vivit adhuc se-  
cundum partem anguinam infamem sa-  
vus sibilis, & aggreditur parte hac ini-  
micâ victorem post mortem suam. Puella

Tritonia Pallas promittit, monstrans si-  
num cum Gorgone micante, non impendit  
cuspidem, contenta visu suo, nam sufficit  
semel aspexisse. Ac primò transformat Pal-  
lantem sævientem procul in speciem saxi.  
Ille Pallas, afflixus longè nexibus repenti-  
nis sine plagâ, postquàm animadvertit con-  
crescere se se aspectu mortali Palladis, ( &  
jam ferè confiterat ut saxum) quò rapimur,  
ait? quæ causas gliscit per corpus inermis?  
Quis stupor alligat me exanguem cum peste  
saxcâ? Vix satis pauca, jam totus sa-  
vus erat quod formidavi. & Damastor

## ANNOTATIONES.

85. *Mimas.*] Gigas insignis, frater Pelori.  
*Lemnum.*] Insula hæc est maris Ægei,  
inter officinas Vulcani reposita, qui &  
dicitur à Virgilio *Pater Lemnius*.  
[*Serpentibus imis.*] Gigantes habebant  
inferiores corporis partes anguineas,  
unde & dicuntur à Græcis *σποκρονόμοι*.  
*das*, *anguipedes*, vel ob infamem homi-  
nibus formam, vel ob incessantem super-  
biam, vel quòd nihil rectum agerent.  
Per hos intelliguntur seditioni, impii,  
siccilegi, vel tyranni, vel venti, vel de-  
miquè turris Babel infani molitores.  
91. *Tritonia.*] Supra de Tritoniâ, &

de Medusâ vñâ ex Gorgonibus, cujus ca-  
put, spectantes in saxa vertebat.

92. *Cum Gorgone p. Aus.*] Ostendens  
pectus suum munitum ægide, in quâ  
Medusa infecta erat.

93. *Contenta.*] Contenta aspectu suo;  
seu contenta aspicere à gigantibus id eum  
ad victoriam sufficiebat.

100. *Marmorcâ pest.*] Id est, saxo seu  
marmore, quod pestis infusa serpit per  
meum corpus.

101. *Damastor.*] Gigas inter res æquas  
dignus.

- Ad depellendos: jaculum dum quæreret hostes,  
Germani rigidum misit pro rupe cadaver.  
Hic verò interitum fratris miratus Echion,  
105 Inscius auctorem dum vult tentare nocendo,  
Te, Dea, respexit, solam quam cernere nulli  
Bis licuit. meruit sublata audacia pœnas,  
Et didicit cum morte Deam. sed turbidus ira  
Palleneus, oculis adversa tuentibus atrox,  
110 Ingreditur, cæcâsque manus in Pallada tendit.  
Hunc mucrone ferit Dea cominus: ac simul angues  
Gorgoneo riguere gelu, corpusque per unum  
Pars moritur ferro, partes periire videndo.  
Ecce autem medium spiris dilapsus in æquor  
115 Porphyriion trepidam conatur rumpere Delon,  
Scilicet ad superos ut torqueat improbus axes,  
Horruit Ægeus: stagnantibus exilit antris  
Longævo cum patre Thetis, desertâque mansit  
Regia Neptuni, famulis veneranda profundis.  
120 Exclamant placidæ Cynthi de vertice Nymphæ:  
Nymphæ, quæ rudibus Phœbum docuere sagittis  
Errantes agitare feras, primumque gementi

## INTERPRETATIO.

*crudelis dum vimaretur totum ad hostes postulandos, torfit corpus iaxeum fratris pro caute. Hic autem Echion obstupescens mortem fratris, ignarus dum cupit lacessere auctorem mortis ejus jaculando, aspexit te, o Dea Pallas, quam nemini datum est bis videre solam: temeritas ejus extincta mœruit supplicium, & cognovit Dea in cum letho. At Palleneus turbulentus rabie incedit immotis oculis crudeliter aspicientibus, & impellit manus temerarias contra Palladem. Dea Pallas hunc percussit cuspide propè: & statim serpentes* Pallenci obriguerunt frigore Gorgoneo, & in uno corpore pars extinguitur armis, pars extinguitur visu. En autem Porphyriion gliscens per volumina anguinea in medium mare, tentat avellere Delon pavidam: nimirum ut ferus jaculetur eam ad orbes cœlestes. Neptunus Ægeus expavit: Thetis cum parente sene emergit ex cavernis undosis, & palatium Neptuni colendum famulis profundis, remansit vacuū. Nymphalenes de culmine Cynthi exclamant: Nymphæ, quæ exercuerunt Apollinem vexare telis juvenilibus feras vagantes, & apparaverunt

## ANNOTATIONES.

104. *Echion.* ] Gigas quoque ob serpentes annexos, ἔχων, ἑχίος, vipera.  
107. *Sublata audacia.* ] Extincta cum auctore suo.  
109. *Palleneus.* ] Gigas alius, forsan ἀπὸ τοῦ πάλιν, à luctu.  
111. *Angues.* ] Qui connexi sunt in parte inferiori corporis gigantes, ut diximus.  
115. *Porphyriion.* ] Immanis inter gigantes, & velut dux cæterorum.

*Delon.* ] Insula hæc est maris Ægei, quæ dicebatur errare, sed Apollo, ex Virgilio:  
*Immotâmq; coli dedit, & contemneret ventos.*  
118. *Thetis.* ] Cum Oceano Deorum hominumque parente.  
120. *Cynthi.* Cynthus est mos Delii insulæ.

Latonæ

Latonæ struxere torum, cum lumina cæli  
 Parturiens geminis ornaret fœtibus orbem.  
 125 Implorat Pæana suum conterrita Delos,  
 Auxiliūque rogat; Si te gratissima fudit  
 In nostros Latona sinus, succurre precanti.  
 En iterum convulsa feror.

\* \* \* \* \*

### I N T E R P R E T A T I O.

<i>Primum Latona laboranti, cum illa pariens duos oculos cæli, illustraret mundum partu duplici, Delos obstupescens in-vocat Apollinem suum, &amp; petit opem,</i>	<i>hæc dicens, si Latona pulcherrima peperis-          te in gremio nostro, auxiliare rogan-          te. Ecce ego rursus avulsa rapior.</i>
--	--

### A N N O T A T I O N E S.

123. <i>Lumina Cæli.</i> ] Latona gemens puerpera seu laborans, peperit duo lumina Cæli; id est, Solem & Lunam; seu Phœbum & Dianam.	125. <i>Pæna.</i> ] Dicitur est Apollo Pæan, ἀπὸ τῆς πένις, percutero, quod percutiat feras.
--	--

### O B S E R V A T I O.

**R** Eligua desiderantur, & non multa; nam totum Poëma constabat tantum 145 versibus: aded ut in hoc Claudianus, si hujus autor est, fuisse tantum videri possit. Vir summus Petrus Bembo scribit ad Angelum Politianum virum doctissimum, Gigantomachiam partem in Sicilia suis temporibus inventam esse.





\*<sup>a</sup> Κ Λ Α Υ Δ Ι Α Ν Ο Υ

ΕΚ ΤΗΣ <sup>b</sup> ΓΙΓΑΝΤΟΜΑΧΙΑΣ.

Κ <sup>a</sup> τῆρις δ' ἔτι βέλος φέρειν, εἰθ' ὄπλον, ἀλλ' ἐκόμωζεν  
 Ἀγλαίῳ, <sup>b</sup> δαίμων γὰρ ἐπ' ὀμμάτων ἄστρον ἄρδεν,

CLAUDIANI EX GIGANTOMACHIA.

INTERPRETATIO PROSA. | INTERPRETATIO POETICA.

VENUS nec telum ferebat, nec arma,  
 sed ornata erat pulchritudine; ponens  
 enim in oculis vocem nuntiam *mentis*,

D *Iva potens Cypri nec tela, nec arma*  
*ferebat, [mentis;*  
*Sed formam, inq; oculis vocem qua nuntia*

#### ANNOTATIONES.

\* Hæc & sequentia Carmina Græca, quia à nemine, præter unum aut alterum de Crytallo Epigramma, fuerant illustrata, solutâ & strictâ oratione, notisque illustravimus.

<sup>a</sup> ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΥ.] Claudianus versum Græcorum studio tenebatur; à quibus, autore Olybrio, ad Mafas Latinas animum feliciter adjunxit. Cæterum Gigantomachiam ab eo Græcè scriptam esse testatur Arsenius. si Heinſio fides.

<sup>b</sup> ΓΙΓΑΝΤΟΜΑΧΙΑΣ.] Hæc est gigantum pugna: gigantes autem, seu homines portentosæ magnitudinis existisse certum est, vel ex sacra Scripturâ, in qua legitur, *Vallis, & terra pygmaiorum*; & in Libro Judith cap. 16. *Nec filii Titarum percuſſerunt eum, nec excelsi gigantes opposuerunt se illi*, &c.

2. Ἀγλαίῳ.] Nulla Cypridi seu Veneri arma sunt in bello contra gigantes suscepto; sed una hujus Deæ pulchritudo armis omnibus præstat. Quæ quidem res indicat viros quosque fortissimos, qui nullâ vi, nullis armis vinci queunt, mulierum formâ & illecebris fuisse superatos.

Αἶδον.] Oculi Veneris vocales erant,

& *mentis ipsius nuntii* atque interpretes; aded ut statim atque videbatur ab hostibus, mutâ quadam sed efficaci tamen eloquentiâ victoriam ab iis non tam peterent, quàm extorquerent. Id quod eorum potest opinione confirmari, qui Suadelam eloquentiæ Deam, Veneris filiam esse finxerunt. Noverant ingeniosi fabularum inventores pulchritudinem esse *inutam* facundiam, & in pulchritudine oculos esse multo facundissimos, & nihil non suadere, nihil non posse obtinere. Nobilis Toxodæus popularis noster, vir certe cum *multâ* eruditione, tum maximè Græcâ literaturâ, (ut edendimox ab ipso de Græcâ libri probabunt) conspicuus, non *αἶδον* legit, sed *ἄστρον ἄγλαυ*, prænuntium pulchritudinis splendorem oculorum assumens, suâque conjecturam eo confirmat, quod splendor oculis maximè conveniat. Sic & postea legit non *σινεῖς*, sed *περιπλέσµατ' ἐδινεῖς*. *ἐδινεῖς* autem apud Homerum sæpe usurpatur pro casarie: sic de Patroclo dixit *μυῖαι δ' ἐδινεῖς αἵματι χ' κοίνῃσι*, *ſa-*  
*dati verò erant crines sanguine & pul-*  
*vere.*

- Πρῶτα μὲν ἀπλεκτὰς σφόνη διακρίνατο χεῖρας,  
 Καὶ πλεκτὰς ἰσφίγξει πυκνῷ σφιπλέσματι σιεῖας,  
 9 Σπλάχει δ' ὀφθαλμοῦν ἰσφιδούσ' ὑπογέφυτο κειδοῦς,  
 Λεκτὰς εὐανέμοιο ραεῖα χαλάσασα χεῖρας.  
 Προφύγει δ' ἢ πρὸ πύλων ἢ φ' ἑμῶν αἵμα μαζῶν,  
 Ὄμματος εἰς ἄρπην σφελισμένη· εἶχε γὰρ αὐτὴν  
 Πλίσμα κόρυς, δόρυ μαζῶν, ὀφρὺν βέλος, ἀπὶ δὲ χεῖρας,  
 10 Ὅπλα μέλη, θέλητρον ἐν ἀλγῶν· εἰ δὲ πρὸς αὐτῇ  
 Ὄμμα βάλλῃ, δέδμητο.

## INTERPRETATIO POETICA. INTERPRETATIO PROSA.

Non totius primūm alba comas discrimi-  
 nat aureā [nodi;  
 Cypri acū. & tortas densi premit ordine  
 Hinc fulgore novos oculis afflavit honores;  
 Arte laboratos ventis expandit amictus,  
 Purpureisque finis roseas sub veste papillas  
 Non tegit, ad prædam oculorum armata :  
 capilli  
 Flaventes huic cassis erant : ensis hæc  
 Tela, supercilium : scutum impenetrabile,  
 forma est, [si quis  
 Armæque membra Dea : lucis lenimina,  
 Perres in hanc oculos, clades hunc certa ma-  
 nobat.

primūm quidem capillos non tortos acu  
 distinxerat, & tortos crines densis nexi-  
 bus adstrinxerat, fulgore verò amabi-  
 les orbes oculorum ornauerat, eximias  
 tenuis vestimenti commissuras explicans.  
 Neque texerat sub vestibus florem papil-  
 larum purpurearum, oculorum ad præ-  
 dam armata: habebat enim ipsa capillos  
 pro casside, pro lanceâ papillas, pro telo  
 supercilia, pro clypeo formam, pro armis  
 membra, fomentum in doloribus, & si  
 quis ad eam oculos adjiceret, vince-  
 batur.

## ANNOTATIONES.

4. Σιεῖας. ] Σιεῖα tamen significat  
 etiam crines & cincinnos. Sic apud Pol-  
 lucem legitur, σιεῖα τριχῶν, crines in-  
 torti. Hic autem ait Poëta Venerem cri-  
 nes habuisse non tortos partim, scilicet in  
 vertice, & partim tortos, ut in extremi-  
 tatibus, id quod usurpant foeminae in cri-  
 nibus ornandis.  
 5. Σπλάχει. ] Vel potius σπλῆξ, nitore,  
 quo Venus ornavit oculos. Et forsan poëta  
 alludit ad veterem consuetudinem mulie-  
 rum, quæ olim supercilia & palpebras  
 stibio depingebant. Testis hujus rei  
 Jeshabel quæ quidem ex sacrâ Scripturâ,  
 introitu ejus Jechu audito depinxit oculos  
 suos stibio. Id autem vocabatur ὀφθαλ-  
 μοῖς σιμμίειος, vel ὄμματα ὑπογέ-  
 φυτοῖς.

φει : unde & ὑπογέφυματι ὀφθαλμῶν  
 sunt unum & idem ac σιμμίεσματι, ocul-  
 lorum pigmenta. Id ita sentit nobilissimus  
 doctissimūque Huetius, cujus consiliis  
 velut oraculis uti consuevi.

6. Εὐανέμοιο. ] Vestis tenuis, & quæ  
 vento faciliè impellatur.

8. Ὄμματος εἰς ἄρπην. ] Venus armata  
 erat ad prædam, seu victoriam, oculo-  
 rum : siquidem plures oculis, quam aliis  
 armis, vinceret.

10. Θέλητρον ἐν ἀλγῶν. ] Lenimen-  
 tum doloris seu cladis erat, quod victi à  
 Deâ pulcherrimâ vincerentur, & incruen-  
 to certamine superati sese dedere coge-  
 rentur, & se ita cogi gauderent.







# CL. CLAUDIANI

## EPISTOLÆ.

*<sup>a</sup> Deprecatio ad Hadrianum, <sup>b</sup> Præfectum Prætorio.*

### ARGVMENTVM EPISTOLÆ.

**C**LAUDIANUS in Mallium & Adrianum scripsisse dicebatur sequens Epigramma,

*Mallius indulget somno, noctesque diesque,  
Insomnis Pharius, sacra, prophana rapit.  
Omnibus hoc Italia gentes exposcisc votis,  
Mallius ut vigiles, dormiat ut Pharius.*

Per Pharium intelligit Adrianum Ægyptium, quia Alexandria oriundum, quem hoc Epigrammate vehementer offenderat, ut qui eum velut latronem & sacrilegum carperet. Ideoque sibi postea conscius malorum imminantium, & vexatos ab Adriano amicos suos dolens, ejus iram hac Epistolâ deprecatur, sed ita tamen, ut homo ad dicacitatem propensus, ( ut esse solent Africani ) & Stilichonis autoritate fretus, vix se teneat, quin ipsi illudat Adriano.

### ANNOTATIONES.

<sup>a</sup> *Deprecatio.* ] In veteribus libris legitur hic titulus, *Epigramma satisfactionis apud Hadriannum.*

<sup>b</sup> *Præfectum Prætorio.* ] Præfectus Prætorio ab Augusto Cæsare primum institutus est ex Equestri Ordine, ut Cohortibus Prætoris imperaret, idque autore Mæcenate, ait Dio. Postea *Præfecturam Prætorii unam & modicam antea primus Sejanus intendit* : ex Tacito, Dicti sunt *Præfecti Prætorio*, quod veteres omnem Magistratum, qui exercitui præesset, Prætozem appellarent, Unde & *Prætorium* est Ducis exercitus tabernaculum; & in castris porta præcipua dicitur, *Porta Prætoris*, Præfecti Prætorio dignitas magna est,

& prima potestas à Principe, qui se fidei Præfectorum Prætorio credit. Hanc ob rem in Codice Justiniano de eo dicitur *sublimissima sedes*. l. 2. de Cursu publico. Constantinus, victo Maxentio, quatuor instituit Præfectos Prætorio: unus erat Præfectus Prætorio Galliarum, alter Italiae, tertius Illyrici; quartus Orientis, sub quo continebatur Ægyptus. Sed & Justinianus, Africâ restituta, Vandalisque superatis, instituit Præfectum Prætorio Africae. De quibus omnibus Præfectis, id legitur in Codice Justiniano, l. 1. de Præfect. Præz. *Præfectum urbi, & Præfectum Prætorio, & Magistros equitum ac pedum indidrecta ducimus dignitatis,*

## CARMEN XXXIX.

**U**SQUE adeone tuæ producitur impetus iræ?  
 Nullus tot finis lacrymis? subitissimè favorem  
 Permutas odiis? quòd mens ignara nocendi,  
 Quòd sensus abièrè pii? tantùmne licebit  
 5 Invidiæ? tantum strepitus valuère maligni?  
 Me dolor incautum, me lubrica duxerit ætas;  
 Me tumor impulerit, me devius egerit ardor:  
 Te tamen haud decuit paribus concurrere telis.  
 Humanæ Superos numquam tetigere querelæ,  
 10 Nec vaga securum penetrant convitia cælum.  
 Excessit jam pœna modum. concede jacenti.  
 En adsum. veniam, confessus crimina, posco.  
 Manibus Hec̃toreis atrox ignovit Achilles.  
 Ultrices Furias matris placavit Orestes.  
 15 Reddidit Alcides Priamo, quas ceperat, arces.

## INTERPRETATIO.

**A**N violentia iracundia tua huc usque progreditur? An finis nullus erit fletibus meis? An convertis benevolentiam in me tuam, in odium repentinum? Quòd animus nescius nocendi recessit? quòd sensus mitis recesserunt? An tantùm permittetur livori? An rumores malitiosi tantùm potuerunt, ut iritarent te contra me? Elto, dolor imprudens, juvenus mobilis impuleris me ad peccandum, arrogantia rapueris me, fervor ætatis præceps incitaris me, tamen non decorum fuit tibi pugnare armis similibus. Quarimonia hominum nunquam moverunt Deos, neque injuria incerta pertingunt cælum placidum. Jam supplicium præseriit moderationem: parce afflictio: ecce offero me & confitens culpam peto veniam. Achilles immitis percussit umbris Hec̃toreis, Orestes mitigavit Furias vindices parentis suæ Clytemnestræ. Hercules restituit Priamo mœnia, qua expugnaverat.

## ANNOTATIONES.

4. *Sensus pii.*] Animus mitis, qui dicebatur esse in Adriano.

5. *Invidia, strepitus maligni.*] Ita se Claudianus excusat tribuit enim: quod dictum erat, invidiæ & malis sermonibus hominum malevolorum.

6. *Dolor.*] Ob raptas res sacras & profanas: sed & Claudianus sic indicat se, etsi peccasset, non tamen irâ Adriani dignum esse.

*Lubrica ætas.*] Ætas juvenilis, quæ mobilis est, & instar glaciei lubrica, quâ ingredi sine casu aut prolapsione vix possis.

7. *Devius ardor.*] Iracundia & temeritas præceps, quæ à rectâ officii viâ me dejecerit.

10. *Securum cælum.*] Licet mortales occinant verba pessima, Dii tamen securi remanent, & his minimè tanguntur.

12. *En adsum.*] Virgilius:

— Me me adsum qui feci.

13. *Achilles.*] Ignovit, dum corpus Hec̃toris reddidit Priamo ejus patri, Hoc, & exemplis sequentibus hortatur Adrianum, sibi parcat, & clarissimorum Heroum clementiam imitetur.

14. *Orestes.*] Ille sæpe confessus exagitari se maternâ specie, verberibus Furiarum ac tædis ardentibus, sed tandem placavit hæc Furias.

15. *Alcides.*] Hercules Trojam expugnatam Priamo reddidit.

II ii iij

- Pellæum juvenem Regum flexère ruinæ,  
 Darium famulis manibus doluisse peremptum  
 Fertur, & ingenti solatus fata sepulcro:  
 Tradita captivo spatiosior India Poro.
- 20 Conditor hic patriæ. sic hostibus ille pepercit.  
 Hunc virtus tua digna sequi. quemcumque Deorum  
 Læsimus, insultet jugulo, pascatur furorem.  
 Gratia defluxit. sequitur feralis egestas.  
 Desolata domus. caris spoliatur amicis.
- 25 Hunc tormenta necant: hic undique truditur exul.  
 Quid superest damnis? quæ sæva pericula restant?  
 Prætereunt subjecta feræ: mortisque facultas  
 Emollit rabiem prædæ: torvique leones,  
 Quæ stravisse calent, eadem prostrata relinquunt.
- 30 Nec nisi bellantis gaudet cervice juveni  
 Nobiliore fames. secuit nascentia fata  
 Livor, & ingesto turbavit gaudia luctu.

## INTERPRETATIO.

*Casus regum commoverunt juvenem Pellæum Alexandrum. Hic dicitur gemuisse Darium occisum manibus servi, & consolatus esse mortem ejus tumulo magnifico. India vastior ab Alexandro data est Poro capto. Hic Alexander conditor est patriæ nostræ. Ita ille ignovis hostibus; virtus tua meretur imitari illum. Cæterum quemcumque Superorum offendimus, et si puniat caput meum, & expleat iram suam, Gratia parva mihi abiit, paupertas misera consecuta est: domus mea exhausta:*

*orbamur amicis dilectis: supplicia occidunt hunc ex amicis nostris. Ille expellitur exul undequaque: quid restat detrimentis meis? Quæ discrimina crudelia superant? Potestas præda & cadis faciendæ mitigat furorem: animalia generosa negligunt humilia, & leones crudeles despiciunt dejecta ea quæ ardent deiecisse: & fames leonum non latatur, nisi jugulo insigniore tauri pugnantis. Invidia verò amputat fila vitæ exorientis. & evertit latissimam dolore obtruso.*

## ANNOTATIONES.

18. *Solatus.*] Alexander in mortis solatium extraxit tumulum regalem Dario, quem Bessus servus occiderat.

19. *Poro.*] Rex Indiæ, miræ proceritatis, quem vicit Alexander, ipsique regnum Indiæ restituit, cum Alexandro petenti qui tractari vellet, respondisset βασιλεὺς, *regis*, Plutarchus.

20. *Conditor.*] Alexander condiderat Alexandriam patriam & Adriani, & Claudiani, ideo dicitur, *conditor patriæ communis*. Sed & idem Alexander aliam urbem Alexandriam super omnem Tanaïm condidit, Justinus.

21. *Quemcumque Deorum.*] Cæterum, quemcumque Deorum læserimus, si ul-

cisci velit & explere iram suam, ego certe satis punitus videar, spoliatus rebus omnibus, ut mox patebit.

23. *Gratia defluxit.*] Dum tibi fuimus accepti, & Adriane, grati fuimus omnibus; te nunc adversario, nemini grati sumus, omnes oderunt nos, sicque gratia nostra abiit, effluxit: quod supplicium majus est.

*Feralis egestas.*] quam omnes fugiunt, ut quiddam funestum & ferale, instar cadaveris.

32. *Livor.*] Invidiæ est rumpere fila nascentia vitæ, seu fati melioris cujusdam juvenis: & fortitudinis est, *parcare subiectis*, &c.

- Jam jam suppliciis fessos, humilisque serenus  
 Respice. quid tantâ dignaris mole clientem?  
 35 In brevisbus numquam sese probat Æolus antris:  
 Nec capit angustus Boreæ certamina collis.  
 Alpes ille quatit, Rhodopeia culmina lassat.  
 Incubuit numquam cælestis flamma salicis,  
 Nec parvi frutices iram meruere Tonantis.  
 40 Ingentes quercus: annosas fulminat ornos.  
 Hoc pro supplicibus ramis, pro fronde Minervæ;  
 Hoc carmen pro thure damus, miserere tuorum.  
 Me, precor, heu, me redde mihi! gravibusque medere  
 Vulneribus, vitamque jube famemque reverti.  
 45 Quæ per te cecidit, per te fortuna resurgat.  
 Sanus Achilleâ remeavit Telephus hastâ;  
 Cujus pertulerat vires, & sensit in uno

## INTERPRETATIO.

Jam jam tu benignus aspice nos fatigatos pœnis, & demissos. Quid sustines premere clientem tuum tanto onere? Æolus nunquam experitur sese in cavernis parvis, neque collis arcus comprehendit prælia Aquilonis. Ille Aquilo concutit Alpes, & fatigat cacumina Rhodopes: ignis athenæus nunquam irruit in salices, neque arbuta tenuia merentur furorem Jovis tonantis: sed hic tonans ferit quercus magnas, & ornos vetustas. Nos offerimus tibi hos versus pro fronde pacificâ, pro foliis Minervæ, pro thure; miserere tuos. Heu oro, ut restituas me mihi, & ut sanes plagas meas acerbæ. & impeteres vitam & famam meam reviviscere. Fortuna mea, qua dejecta est per te, resuscitetur per te. Telephus rediit sanus cuspidè Achilleâ, cujus passus fuerat impetum: & experitus est in eodem

## ANNOTATIONES.

33. *Serenus.*] Ut Sol, post disjectas tenebras, serenus est, sic tu pulsâ furoris nube, serenus esto mihi; & me sereno vultu, & æquis oculis aspice.

34. *Mole.*] Tanto onere. tantâ mole miseriarum me premere potes, dignaris, sustines?

35. *Æolus.*] Venti, fulmina non sæviunt in res humiles; sed in res altas & elutantes.

41. *Supplicibus ramis.*] Non quod rami sint supplices, sed quia à supplicibus præcendi solent.

*Fronde Minervæ.*] Oleæ, quæ præferrebat ab iis qui pacem & veniam petebant.

42. *Pro thure.*] Pro sacrificio hoc carmen tibi offerimus, tæque numinis instar rogamus ut parcas.

43. *Redde mihi.*] Quia qui spoliatus

est omnibus rebus, nec seipsum habere dicitur, non est secum, sed torus est in mœrore & tristitiâ, totus in recordatione fortunæ florentioris.

44. *Vulneribus.*] Offensionibus, quæ, ut vulnera, lædunt amicos.

46. *Achilleâ.*] Achilles, ex Apuleio; Achilleam herbam invenit, unde vulnera ferro facta sanabat: hæc sanasse Telephum dicitur. Hinc Ovidius:

— Ego Telephon hastâ  
 Pugnanti domui, victum orantemque refeci:

Et alibi. *Vulnus & auxilium Pelias*  
*hastâ tulit.*

Id est, eadem hasta, vel potius manus Achillis, qui erat filius Pelei, vulneravit & sanavit Telephum, millefolio, ut quidam dicunt. Achilles enim à Chirone artem medicam didicerat.

Letalem placidamque manum. medicina per hostem,  
 Contigit, & pepulit, quos fecerat ipse, dolores.  
 50 Quod si nec precibus, fletu nec frangeris ullo.  
 Eripe calcatis non prospera cingula Musis.  
 Eripe militiam. comitem me pelle sodalis.  
 Scilicet insignes de paupere vate triumphos!  
 Scilicet egregiis ornabere victor opimis?  
 55 Irruat in miseros cognata potentia cives.  
 Audiat hæc commune solum, longæque carinis.  
 Nota Pharos, flentemque attollens gurgite vultum.  
 Nostra gemat Nilus numerosis funera ripis.

## INTERPRETATIO.

*Achille manum mortiferam, & salutarem; remedium accidit per hostem, & ipse Achilles expulit malum quod creaverat. Quod si neque flecteris precibus, neque lacrymis ullis, aufer mihi balteum infaustum, Musis contemptis, aufer mihi dignitatem militarem, ejice me amicum tu qui fuisti amicus. Nimirum tu referes* | *victoriam egregiam de poeta misero? Nimirum tu triumphator ditaberis spoliis eximiis? Potestas popularis videlicet irrumpat contra Cives infelices, Patria communis nobis exaudiat hoc; & Pharos procul cognita navibus; & Nilus effertur ex alveo vultum madentem defleat cladem nostram in litoribus suis plurimis.*

## ANNOTATIONES.

51. *Cingula.*] Eripe mihi balteum, & omnia militaria privilegia. Cingulo autem quibusdam ceremoniis adhibitis nobiles ornari consueverant.  
 54. *Scilicet.*] Verbum Ironiæ accommodatum, *Scilicet is superis labor est!*  
 54. *Opimis.*] Opima spolia sunt ea, quæ dux duci detrahit; sed hic sumuntur Ironici.  
 55. *Cognata potentia.*] Concessio amara. Quid? an potestas ejusdem gentis & ejusdem, ut ita dicam, cognationis, scilicet Alexandrinæ, infectabitur suos cives? an irruet in suos cives?  
 57. *Pharos.*] Parva Nili insula, unde Ægyptus Pharia terra dicitur.  
 58. *Numerosis ripis.*] Septem olim Nili ostia esse dicebantur.

[...]

## AD SERENAM.

## ARGUMENTUM.

**S**IUT Orpheo uxorem ducenti Juno favit impensius; sic & Claudiano Serena, à quâ, ut à Deâ, reditum facilem precatur.



CARMEN XL

## CARMEN XL.

**O** R P H E A , cū primæ sociarent lumina tædæ,  
 Rurâque compleret Thracia festus Hymen :  
 Certavêre feræ picturatæque volucres ,  
 Dona suo vati quæ potiora darent.  
 Quippe antri memores , cautes ubi sæpe sonoræ  
 Præbuerant dulci mira theatra lyræ ,  
 Caucaſeo cryſtalla ferunt de vertice lynces ,  
 Gryphes Hyperborei pondera fulva ſoli.  
 Furatæ Veneris prato per inane columbæ  
 Florea connexis ſerta tulêre roſis ,  
 Fractæque nobilium ramis electra ſororum  
 Cycnus oloriferi vexit ab amne Padi.

## INTERPRETATIO.

**C**um lux prima facis nuptialis jungeret Orpheum , & celebritas festiva nuptiarum repleveret terras Thracia ; fera & aves pictæ inter ſe contenderunt , quæ offerrent cantori ſuo munera præſtantiora. Etenim Lynces recordata cavernarum , ubi ſapius rupes resonantes dederant admirabile theatrum ciithara grata , Lynces afferunt ex culmine Caucaſi cryſtalla ; Gryphes afferunt maſſas aureas regionis hyperboreæ. Columba ſurripientes ſerta florida & aves piſſæ inter ſe contenderunt , quæ roſis conjunctis in prato Veneris , ea attulerunt per aërem ; & Cycnus attulit ex ſtrevio Eridani Oloriferi electra rapta ex arboribus ſororum clariffimarum Phaethontis.

## ANNOTATIONES.

1. *Tada.* ] De his ſuprà. Propertius , *Viximus inſignes inter utramque facem.* Id eſt inter facem nuptiarum & facem mortis.

2. *Thracia.* ] Orpheus Apollinis & Calliopes filius , Thraciâ oriundus.

4. *Suo vati.* ] Orpheus quippe deſtatus fuerat ſylvis , in quibus ſeras , rupesque traxiſſe dicitur , quodd homines à ferino victu abſtraxerit ; vel quod ex viſceribus ſerarum futura prædixerit.

5. *Cautes.* ] Rupes enim arborèsque Orpheus adducere ferebatur , ut velut umbram quandam ſibi cantaturo præſtarent.

6. *Mira theatra.* ] Loca ex rupibus & ſylvis admirabili naturæ ingenio in theatri formam compoſita.

7. *Cryſtalla.* ] Cryſtalli incunabula

in altis frigidisque montibus , qualis eſt Caucaſus gelidus mons Scythiæ.

8. *Gryphes.* ] Alii credunt hæc eſſe animalia equorum inimica ; eaque aurum custodire in regionibus hyperboreis , alii negant.

9. *Prato Veneris.* ] Quod fingitur eſſe in Cyprio , inſulâ Veneri ſacrâ.

10. *Nobilium.* ] Sorores Phaethontis in alnos , vel populos mutatæ ſunt , ex quibus ſuit electrum ; *nobiles* dicuntur , quia Solis filiæ. Alii legunt *ſtebiliun* , quia poſt nimios ſletus ex interitu fratris , in arbores converſæ ſunt.

12. *Cycnus.* ] Rex Ligurum caſu propinqui Phaethontis contabuit , & in avem cognominem mutatus eſt.

*Oloriferi.* ] Padus ſeu Eridanus oloribus frequentatur.

KK K K

- Et Nilo Pygmæa grues post bella remenso  
 Ore legunt rubri germina cara maris.  
 15 Venit & extremo Phœnix longævus ab Euro,  
 Apportans unco cinnama rara pede.  
 Nulla avium pecudumque fuit, quæ ferre negaret  
 Vestigal meritæ connubiale Iyræ.  
 Tunc opibus, totoque Heliconis sedula regno  
 20 Ornabat propriam Calliopea nurum.  
 Ipsam præterea dominam stellantis Olympi  
 Ad nati thalamos ausa rogare parens.  
 Nec sprevit Regina Deum, vel matris honore;  
 Vel justo vatis ducta favore pii,  
 25 Qui sibi carminibus toties lustraverat aras,  
 Junonis blandâ numina voce canens,  
 Præliâque altisoni referens Phlegræa mariti,  
 Titanum fractas Enceladique minas.  
 Illicet adventu noctem dignata jugalem  
 30 Addidit augendis munera sacra toris :

## INTERPRETATIO.

*Et grues post prælia cum Pygmæis, Nilo repetito, colligunt rostro gemmas pretiosas maris rubri. Et phœnix senior advenit ab ultimo Oriente, afferens cinnama exquisita curvis unguibus: nulla volucrum & pecudum existit, quæ recusaret afferre tributum conjugale cithara id promerita. Tum Calliope officiosa decorabat Nurum suam divitiis totius Imperii Heliconis. Insuper ipsa mater Calliope ausa est invitare ad nuptias filii sui Reginam cæli co-*

*ruscantis Junonem, neque Regina Deorum renuit, vel in gratiam matris Calliopes, vel impulsâ amore justo vatis pii Orphei: qui toties ornaverât altaria sua hymnis, laudans numen Junonis voce dulcissimâ, & celebrans bello Phlegræa conjugis sui Jovis altisonantis, & minationes superatas Titanum & Enceladi. Nimirum Juno cohonestans noctem nuptialem adventu suo, adjecit dona sacra thalamis disandis:*

## ANNOTATIONES.

13. *Pygmæa.* ] Pygmæi dicti ἀνὸ τῆς πυγμῆς, à pugno vel cubito, quod hi populi dicantur cubiti magnitudinem non excedere. Bellum continuum gerunt in Thracia cum gruibus.  
*Nilo remenso.* ] Grues Nilum petere certis temporibus memorantur.  
 14. *Rubri maris.* ] Sæpius prædicat gemmas maris rubri.  
 16. *Rara.* ] Exquisita, pretiosa.  
 18. *Vestigal.* ] Quasi donum debitum ei, qui de feris omnibus tam benè meritus sit.  
 19. *Opibus & toto regno.* ] Id est opibus totius regni Heliconii, ut apud Virgilium:  
*Molèmq; & montes insuper altis.* Id est, molem montium. Opes autem regni Heliconii, sunt flores, immortalitas, & memoria perennis meritorum.  
 20. *Calliopea.* ] Et Calliope Regina Musarum, de quâ suprâ.  
 25. *Lustraverat.* ] Illustraverat, vel ambiverat aras Junonis cantando hymnos.  
 27. *Phlegræa.* ] Id est, prælia mariti sui Jovis contra gigantes, quos fulmine percussit in Thessaliæ campis Phlegræis, quos sic vocant, ἀπὸ τῆς φλεγῆς, ab urendo: quia fulmine ulsi sunt.  
 28. *Titanum, Enceladique.* ] Erant gigantes, de quibus jam multa dicta sunt.

Munera mortales non admittentia cultus:

Munera, quæ solos fas habuisse Deos.

Sed quod Threicio Juno placabilis Orphei,

Hoc poteris votis esse, Serena, meis.

35 Illius expectent famulantia fidera nutum:

Sub pedibus regitur terra fretumque tuis.

Non ego, cum peterem solenni more procorum,

Promisi gregibus pascua plena meis:

Nec quod mille mihi lateant sub palmitibus colles,

40 Fluctuet & glaucâ pinguis oliva comâ:

Nec quod nostra Ceres numerosâ falce laboret,

Auratæque ferant culmina celsa trabes.

Suffecit mandasse Deam, tua litera nobis

Et pecus, & segetes, & domus ampla, fuit.

45 Inflexit soceros, & majestate petendi

Texit pauperiem nominis umbra tui.

Quid non perficeret scribentis voce Serenæ

Vel genius regni, vel pietatis amor?

## INTERPRETATIO.

*dona non convenientia consuetudini mortalium, dona, qua concessa sunt numinibus solis. At verò, quod Juno facilis, fuit Orpheo Thraci, hoc poteris esse desiderii meis, & Serena. Cælum obediens spectet voluntatem ejus Junonis, terra & maria gubernantur sub tuâ potestate. Non ego cum poscerem puellam pro consuetudine ordinariâ procorum, pollicitus sum prata abundantia gregibus meis, neque pollicitus sum, quod mille mihi colles ve-*

*stiantur viribus, & oliva opima agitur capite viridi, neque quod segetes nostra secuntur multis falcibus, & trabes aurea fulciant mihi domos altas. Satis fuit Deam jussisse. Epistola tua, & Serena, fuit nobis, & greges & segetes, & domus magnifica. Epistola tua flexit soceros; & præsidium nominis tui, majestate pascendi pro me, occultavit paupertatem meam. Quid non vel Genius Imperii, vel amor pietatis præstaret nomine Serena scribentis?*

## ANNOTATIONES.

33. *Juno.*] Quod Juno fuit Orpheo, id esse potest Serena Claudiano: ambæ simul comparantur. Junonem veneratur cælum, terra Serenam.

*Orphei.*] *Dativus Græcus, Ορφεύς, Ορφεός, Orphēi:* alioqui Latini dicerent, *Orpheo.*

37. *Non ego promisi.*] Claudianus non promisit se abundare gregibus, vitibus, &c. sed puellæ, quam petebat, parentibus exhibuit Serenæ Epistolam, quâ, quidquid optabat, obtinuit; quæ epistola gregibus & vitibus erat præferenda.

38. *Gregibus.*] *Mille mea sculis errant in montibus agna.* Apud Virgilium de amante.

43. *Mandasse.*] Jussisse, scripsisse, commendasse per literam, quod quidem rescriptum Principis videri possit, & quod Serena ab Imperatore genero facile potuit obtinere. Has nuptias, si ex rescripto peterentur, postea vetuere Honorius & Theodosius Imperatores. In Cod. lib. 5.

45. *Soceros.*] Socerum & socrum simul intellige, ut apud Virg. *Andromache* Africanum:

*Ferre incomitata solebat ad soceros.*

48. *Genius Regni.*] Divinitas præfes Imperii, cujus particeps est Serena tot vinculis Augustæ domui innexa.

*Pietatis amor.*] Amor seu pietas ab omnibus debita Serenæ, tanquam illa

K K K K ij



- Atque utinam sub luce tui contingeret oris,  
 50 Conjugis & castris, & folio generi,  
 Optatum celebrare diem! me jungeret auspex  
 Purpura; me sancto cingeret aula choro!  
 Et, mihi quam scriptis desponderat antè, puellam  
 Conjugiis eadem pronuba dextra daret!  
 55 Nunc medium quoniam votis majoribus æquor  
 Invidet, & Libycæ dissidet ora plagæ:  
 Saltem absens, Regina, fave, reditusque secundos  
 Annue sidereo læta supercilio.  
 Terrarum tu pande vias: tu mitibus Euris  
 60 Æquora pacari prosperiora jube.  
 Ut tibi Pierides, doctumque fluens Aganippe,  
 Debita servato vota cliente canant.

## INTERPRETATIO.

*Et utinam contingeret mihi celebrare fau-  
 stas nuptias in conspectu tuo micante, &  
 in castris mariti tui Stilichonis, & prope  
 solium generi tui Honorii, Imperator  
 purpureus auspex conjungeret me, &  
 Aula circumdaret me cætu venerabili!  
 & manus eadem pronuba Serenæ traderet  
 in matrimonio Virginem, quam prius ob-  
 tinuerat epistolâ suâ. Nunc siquidem mare*

*interpositum obstat desideriis amplioribus,  
 & litus regionis Libycæ distat à vobis; &  
 Regina, sis benigna mihi saltem remota,  
 & gaudens Majestate cœlesti indulge re-  
 ditum facilem. Tu aperi mihi vias terra-  
 rum: tu impera sedari maria placidiora,  
 ventis lenibus. Ut Musa, & Hippocrene  
 manans doctrinâ, cantent tibi hymnos vo-  
 tivos debitos, cliente tuo servato.*

## ANNOTATIONES.

foret etiam parens patris; & ob cujus  
 reverentiam Claudianus non præta, non  
 greges, non colles vitibus amictos, & alia  
 ejusmodi; sed ejus epistolam jactando,  
 puellam ditissimam in matrimonium du-  
 xit.

49. *Luce.*] Id est, in ore micanti, in  
 oculis tuis fulgentibus instar siderum, in-  
 star Deorum.

51. *Auspex purpura.*] Id est, Impera-  
 tor purpurâ indutus auspex me jungeret,  
 seu sub auspiciis suis jungi me juberet.  
 Auspex autem propriè est qui ex avium  
 volatu, cantu, pastu futura prædicat. Sed  
 & auspex dicitur, *ἄνθρωπος*, qui nu-  
 ptii contrahendis præest, ita dictus ab  
 auspicando, quòd de nuptiarum successu

auspicia fumeret.

53. *Desponderat.*] Desponderi jufferat  
 Epistolâ suâ.

54. *Pronuba.*] Quæ novam Nuptiam  
 deducit in mariti domum.

56. *Libycæ dissidet.*] Claudianus, cùm  
 hæc scriberet, in Libyâ versabatur.

58. *Supercilio.*] Gaudens fastu quodam  
 divino, & majestate instar Jovis Home-  
 ricæ.

59. *Euris.*] Ventis quibuscumque faventi-  
 bus: species pro genere ponitur. Alio-  
 quin ex Libyâ Italiam petentibus Austæ  
 facilior esse consuevit.

61. *Aganippe.*] Fons Caballinus, de  
 quo suprà, ut de hoc vocabulo, *Pieridum*.





## AD \*OLYBRIUM.

## A R G V M E N T V M.

**Q**UERITUR amicè de Olybrio, quòd ab eo tamdiu nihil acceperit litterarum, excussis omnibus cunctationis causis.

## C A R M E N X L I.

**Q**UID rear, affatus quòd non mihi dirigis ullos,  
 Nec redit alterno pollice ducta salus?  
 Scribendine labor? sed quæ tam prona facultas,  
 Carmina seu fundis, seu Cicerona tonas?  
 Cedere divitiis animi fortuna fatetur,  
 Et tantas oris copia vincit opes.  
 An rarus, qui scripta ferat? quin tempore nullo  
 Cessant Flaminiae pulverulenta viæ.  
 Cum fluat ingenium, cum sit qui dicta reportet?  
 Quæ, nisi contemnor, caussa relicta tibi?  
 Despicis ergo tuum, si fas est credere, vatem;  
 Perfidus & spatio debilitatur amor?

## I N T E R P R E T A T I O.

**Q**uid putem, quòd nullam mihi mittis epistolam, neque salutatio scripta alterne manu tuâ redditur mihi? An difficultas tibi est in componendo? Sed cui tanta facilitas est, siue facis versus, seu fulminas instar Ciceronis? In te bona fortuna consientur superari se à bonis ingenii tui, & eloquentia oris tui major est divitiis tuis. An vari sunt nuntii, quòd afferant mihi literas tuas? Imò verò, nullâ horâ pulvis via Flaminia sedatur. Ergo cum mens tibi sit copiosa, cum sint nuntii, quòd referant epistolas, quæ causa moræ tibi restat, nisi fortè despicior? Igitur spernis Potestatem tuam, si licet id cogitare; & amicitia tua infida minuitur distantia locorum:

## A N N O T A T I O N E S.

\*OLYBRIUM. ] Hic erat filius Probi, de quo in Consulatu Probrini & Olybrii supra: qui Olybrius fuit Consul doctus, & in toto Occidentis Imperio spectatissimus nobilissimisque habitus. Unde conjicias, quanti fieret noster Claudianus.

1. Affatus ullos. ] Nullum colloquium epistolarem.

2. Pollice. ] Manu scripta salutatio. Pars pro toto, intelligit scriptam versibus epistolam, quâ arte valebat Olybrius.

Salus. ] Apud antiquos caput epistolæ à salutatione incipiebatur.

4. Cicerona tonas. ] Verba Ciceronis, seu tonando profers orationem similem orationi Ciceronis.

8. Pulverulenta via. ] Id est, via pulverulenta, via Flaminia scilicet, quæ à Flaminio strata fuerat, semper turbatur pulvere, ab euntibus & redeuntibus excitato.

KKK iij

- Excidimúsne tibi? lucem jam condet Hydaspes,  
Et Tartessiaco, Sol, oriére vado:  
35 Candescet Geticis Meroë conversa pruinis,  
Claráque se vetito proluet Urfa mari:  
Et si jam nostros fastidit Olybrius ignes,  
Constat Oresteam nil valuisse fidem.  
Quin, age, rumpe moras, remoraturúsque sodalem  
20 Absens eloquio fertiliore doce.  
Crebráque sæcundos festinet littera cursus,  
Labris atque animis insinuanda meis.  
Dignatus tenui Cæsar scripsisse Maroni  
Et tibi dedecori non mea Musa. Vale.

## INTERPRETATIO.

*An oblitus es nos? Jam Hydaspes recipiet Solam occidentem, & tu, ô Sol, exurges ex litoribus Tartessiacis. Meroë mutata albescet gelu Getico, & Urfa serena lavabis se mari prohibito. Et si Olybrius jam temnis amorem nostrum, certum est amicitiam Oresteam vanam extitisse. Quin potius age, remove cunctationem omnem, & absens retenturus amicum tuum, edoce illum eloquentiâ facundioris. Et frequens epistola intratura meum & os & animum meum, properet per viam sapiens. Augustus Cæsar dignatus est scribere Virgilio, etsi homini ignobili; & Musa quoque mea non est tibi dedecori. Vale.*

## ANNOTATIONES.

13. *Hydaspes.* ] Fluvius Indiæ versus Orientem, quasi dicat; non fieri potest ut me oblitus sis, nisi fortè pessundatæ rerum naturâ Sol occidat in Oriente prope Hydaspem, & oriatur in Occidente prope Tartessum. Id quod est præter rerum naturam.  
14. *Tartessiaco.* ] Tartessus est Oppidum Hispaniæ Bæticæ prope Oceanum Occidentalem. Inde dicitur Tartessiacus.  
15. *Meroë.* ] Insula quam Nilus efficit, vulgò *Guevera*, regio calidissima.  
16. *Geticis pruinis.* ] Frigoribus Geticæ regionis versus Septentrionem.  
17. *Urfa.* ] Aliàs Calisto Lycaonis filia, amata à Jove in ursam mutata, & in Cælum translata; sed Juno zelotypa rogavit Tethyn, ne fineret eam sese lavare in mari, instar aliorum siderum.  
18. *Oresteam.* ] Pylades & Orestes inter fidissima amicorum paria memorantur.  
20. *Doce.* ] Doce me, & narra aliquid ex rebus tuis, quibus tu absens me remoreris & detineas.  
21. *Sæcundos cursus.* ] Properet & repetat viam sapiens, aded ut cursus ejus repetitus ac sæcundus, seu potius epistola frequens proficiatur ab ingenio sæcundo.  
23. *Tenui Maroni.* ] Si fortunam spectes; nam Virgilius magnus ingenio, facultatibus tenuis.  
24. *Dedecori.* ] Et mea Musa non tibi dedecori est, ut Musa Virgilii non fuit dedecori Augusto, qui illum litteris suis cohonestabat, sicut & Horatium, quem sic per epistolam amantiùs increpuit, *Iratum me tibi scito, quod non in plerisque ejusmodi scriptis mecum potissimum loquaris. An vereris, ne apud posteros infame tibi sit, quod videaris familiaris nobis esse.*



## AD PROBINUM,

## UT SCRIBAT.

## ARGUMENTVM.

**A**D rescribendum invitat Probinum, qui Claudiani alter Me-  
cenas extitit.

## CARMEN XLII.

**Q**UAM precor inter nos habitura silentia finem?  
Quando dabit caras littera grata vices?  
Me timidum, vel te potius dixisse superbum  
Convenit? alterius crimen utrumque tenet.  
Transfluxere dies, & dum scripsisse priorem  
Pœnitet, æternas itur in usque moras.  
Sed quid agam? cœpisse vetat reverentia vestri.  
Hinc amor hortatur scribere. vincat amor.  
Fors juvat audentes, Cei sententia vatis.  
Hac duce non dubitem te reticente loqui.  
Audax ut, siquid vates peccasse videbor,  
Arguar, ingrati non subiturus onus.

## INTERPRETATIO.

**Q**uam silentia habebunt finem inter-  
nos, quaeso? quandonam epistola tua  
jucunda reddent mutuum colloquium, idque  
dulce? An decet appellare me pavidum,  
vel potius te arrogantem? Culpa alter-  
utrius nostri condemnat nos ambo. Dies  
effluunt, & dum piget me primam scribere  
tibi, devenio usque ad cunctationes sem-  
piternas. At quid faciam? Indemeus er-  
ga te cultus prohibet incipere, hinc meus  
erga te amor exhortatur scribere: necesse  
est amor superet. Fortuna favet auden-  
tibus: effatum est Poeta Cei. Hac favente  
fortuna non cunctabor loqui, etiam te si-  
lente. Ut si quid ego tanquam Poeta vi-  
debor delinquere, condemner quasi teme-  
rarius: neque tamen passurus probrum  
ingrati animi.

## ANNOTATIONES.

2. *Vices.*] Vicissitudinem gratam scri-  
bendi, ac rescribendi; seu mutuum epi-  
stolarum commercium.
3. *Me timidum.*] Timiditas in me, &  
superbia in te nos ambo condemnat, &  
tenet utreos.
9. *Fors juvat audentes.*] Ennius: *For-  
tibus est fortuna viris data.* Virg. *Auden-  
tes fortuna juvat.* Plutarchus: ἀρχὴ τοῦ
- νικᾶν τὸ δαψέειν*, initium victoria est  
audacia.
- Cei vatis.*] Simonides ille fuit ex in-  
sula Ceo oriundus: fuit ille efficax in fle-  
tu excitando, unde Catullus, *Mæstius  
lacrymis Simonideis.*
11. *Audax.*] Ut si quid peccem nimis  
audendo, more Poëtarum, arguar ceu te-  
merarius, sed non tamen ut ingratus.

Romanos bibimus primùm te Consule fontes;  
 Et Latæ cessit Graja Thalia togæ;  
 13 Incipiensque tuis à fascibus omina cepi,  
 Fatâque debebo posteriora tibi.  
 Ergo laceffit tandem rescribe rogantî;  
 Et patriâ florens sorte, Probine, vale.

## INTERPRETATIO.

*Primò, te Consule, potavimus fontes Latinos, & Musa Graja concessit toga Romana, & exordiens à tuo Consulatu, accipi felix presagium, & debebo tibi fatum* | *meum sequens. Igitur tu provocatus responde tandem aliquando precanti, & vale, ô Probine, fruens felicitate paternâ,*

## ANNOTATIONES.

13. *Bibimus.* ] Te Consule incepimus versus Latinos componere, & sic bibimus fontes Romanos.
14. *Thalia.* ] Una ex Musis, ἀνὰ τῇ δαίμονι, *florere*, quidd Poëtarum gloria & datæ à Poëtis laudes in dies magis efflorescant. Quasi dicat, Musa Græca seu studia nostra Græca cesserunt togæ Romanæ, seu studiis Latinis, dum Consul
- esses. Etenim studiis Græcorum te autore relicto, coepi condendis Latinis versibus operam dare.
15. *A fascibus.* ] A tuo consulatu; qui prædicatur suprâ, de Consulatu Probini, &c.
16. *Debebo.* ] Alii legunt: nec malè! *Fatâque se debent prosperiora tibi.* Quasi diceret, tibi quidquid sum, debeo.



AD



## AD GENNADIUM EX PROCONSULE

## ARGUMENTVM.

GENNADIO versus petenti, ait sibi nullos esse.

## CARMEN XLIII.

ITALIÆ commune decus, Rubiconis amœni  
 Incola, Romani fama secunda fori;  
 Graiorum populis, & nostro cognite Nilo.  
 Utraque gens fasces horret, amâque tuos.  
 5 Carmina jejunas poscis solantia fauces?  
 Testor amicitiam, nulla fuisse domi.  
 Nam mihi mox nidum pennis confisa relinquunt,  
 Et Lare contempto non reditura volant.

## INTERPRETATIO.

O Gennadi commune ornamentum Italia, accola Rubiconis grati, fama altera fori Romani, note gentibus Graecorum, & Ægypto nostra, populus uterque metuit & diligit administrationem tuam. | Petis versus recreaturos desiderium tuum, furo per amicitiam nostram, nullos esse domi meæ. Etenim illi versus deserunt mihi mox nidum freti alis, instar avium, & domo meâ spretâ, evolant non reuersuri.

## ANNOTATIONES.

\* AD GENNADIUM.] Gennadius ex Proconsule, id est qui fuerat Proconsul, aut qui rexerat Græcos & Ægyptios pro Consule. Apud Servium, *Evocatus non miles, sed Promilite dicitur*. Alii legunt, *Ad Gennadium Proconsulem*.

1. *Commune decus.*] Vir præstantissimus, qui Italiam cohonestat universam, sicque est Italiæ commune ornamentum.  
*Rubiconis.*] Hic est antiquus Galliæ Cisalpinæ & Italiæ terminus, hodie *Pisatello* non procul ab urbe Ravennâ, Cæsaris transitu notissimus.

2. *Fama secunda.*] Fortè qui post Ciceronem famam secundam meretur, ut omnium eloquentissimus. Sic Martialis de Apro ingenti Thusciæ, dixit, *Ætola*

*fama secunda fera*, id est post aprum Cælydonium Ætolis à Dianâ immissum, omnium aprorum aper maximus.

3. *Nilo.*] Nilus designat Ægyptum.

4. *Fasces tuos.*] Tuam administrationem, quæ designatur per fasces.

5. *Jejunas fauces.*] Quasi carmina solari possent fauces seu guttur jejunum, quod si faciunt, id nascitur ex delectatione, quæ percipitur in legendis optimis versibus: vel est audax metaphora sumpta ab ingenti rei alicujus desiderio.

7. *Nidum.*] Versus mei evolant instar avium. Id quod indicat Claudiani promptum & acre ingenium: alii legunt *pinnis*.

8. *Lare.*] Lares poni *pro domo* notum omnibus.

# CL. CLAUDIANI

## EIDYLLIA.

<sup>b</sup> PHOENIX.

ARGUMENTVM.

**P**HOENICI quæ regio habitetur, quæ sint ejus Natura, alimenta, pulchritudo, mors, cunabula, comitatus, & alia munera.

\* Scaliger hoc opus pro *luculentissimo Poëmatis* reputavit.

CARMEN XLIV.

**O**CEANI summo circumfluus æquore lucus  
Trans Indos Eurúmque viret, qui primus anhelis  
Sollicitatur equis, vicinæque verbera sentit,  
Humida roranti resonant cùm limina curru,  
5 Unde rubet ventura dies, longæque coruscis  
Nox afflata rotis refugo pallefcit amictu.

INTERPRETATIO.

**S**ylva circumfusa aquis extremi Oceani virescit ultra Indos & Eurum, quæ prima tangitur ab equis anhelantibus Solis, & tangitur quoque flagello finitimo, cùm porta uda peruenit curru roscido, ex quâ portâ lux nascitur rufescit, & procul nox percussa rotis micantibus, pallet veste evanescente.

ANNOTATIONES.

\* EIDYLLIA ] *Eιδύλλια*, vel *Idyllia*, à voce, *εἶδος*, *species*, sunt parva Poëmata, quæ novam semper speciem, novum argumentum tractant.

<sup>b</sup> PHOENIX. ] Hæc avis describitur: de quâ multa incerta, & fabulosis aucta. Tacitus. Alii in Ægypto, alii in Assyriâ; hi in Arabiâ, illi in Indiâ degere asserrunt: omnes, cum hanc avem depingunt, tam parum sibi constant, ea ut fabulosa

& Poëtarum propria esse videatur.

2. *Eurum*. ] Ventum eoum, seu ventum ab Oriente flantem.

3. *Verbera sentit*. ] Ex Claudiano Phoenix degit in eo luco, qui propius tangitur iisdem verberibus, quibus Sol impellit equos, dum exoritur.

6. *Nox afflata rotis*. ] Nox percussa velut vento & agitatione rotarum currus Solis, vel afflata & expulsa anhelis

- Hæc fortunatus nimium Titanius ales  
 Regna colit, solûsque plagâ defensus iniquâ  
 Possidet intactas ægris animalibus oras;  
 10 Sæva nec humani patitur contagia mundi:  
 Par volucer Superis: stellas qui vividus æquat  
 Durando, membrisque terit redeuntibus ævum,  
 Non epulis saturare famem, non fontibus ullis  
 Assuetus prohibere sitim: sed purior illum  
 15 Solis fervor alit, ventosâque pabula libat  
 Tethyos, innocui carpens alimenta vaporis.  
 Arcanum radiant oculi jubar. igneus ora  
 Cingit honos. rutilo cognatum vertice fidus

INTERPRETATIO.

*Avis Solaris* Pœnix felix nimis habitat hanc oram, & tectus regione Solis inaccessâ, tenet tractus hand calcatos animalibus miseris, neque fert contagionem crudelem contubernii hominum: avis similis Diis: qua vivax æquiparat sidera vivendo, & consumit vitam, corpore re-

novato: non solita sedare jejunium cibis, non extinguere sitim ullis aquis: at calor purior Solis nutrit illam avem: & hæc degustat nutrimentum tenue Tethyos, accipiens dapes vaporis innoxii. Oculi Phœnicis emittunt radios secretos: decor quidam flammæ ambit rostrum ejus,

ANNOTATIONES.

equorum Solis rotas micantes trahentium, pallet & evanescit. Nox pingitur cum veste nigrâ.

7. *Titanius ales.* ] Sacrum Soli id animal. Tacitus. Sol autem dicitur aliquando Titan, & Titanius idem est ac solaris.

8. *Plagâ iniquâ.* ] Defensus Phœnix ab insectatione hominum, quia degit in regione iniquâ, hoc est nimis calidâ ob Solis propinquitatem, quæ ab hoc loco arcet homines.

9. *Possidet intactas.* ] Venit tamen in orbem hominibus habitatum, nam hæc avis visâ in Ægypto, ex Tacito, & in aliis locis.

*Ægris animantibus.* ] Benè animalia quippe videntur nata ad ferendos morbos, devorandâsque molestias: Unde & apud Virgilium sæpe — *Mortalibus ægris.*

12. *Durando.* ] Tacitus. De numero annorum varia traduntur. Maxime vulgatum quingentorum spatium: sunt qui asserent mille quadringentos sexaginta unum interjici, &c. Claudianus huic dat mille annos: Herodotus quingentos & quadraginta: Philostratus sexcentos: Alii plus aut minus, Apud Lucianum *πολύκω*

*ἐτη* Phœnicis anni longiorem vitam designant.

15. *Fervor.* ] Phœnix fovetur benigno calore Solis, & ventoso seu tenui vapore maris, quod alimentum innocuum est & benignum, & nullius impensâ accipiendum. Ovidius verò de Phœnice — *Nec fruge, nec herbis, sed thuris lacrymis, & succo vivit Amoni.* Sed quis extitit, qui viderit vescentem? Apud Plinium id negat primus atque diligentissimus togatorum Manilius.

16. *Tethyos.* ] Hæc est Dea maris, ponitur pro ipso mari.

17. *Radiant jubar.* ] Radiant ob jubar scilicet, sic Græci intelligunt (ἄπὸ τοῦ) Emittunt nempe radios quosdam arcanos Soli similes. Non dissimilis est Plinius. *Aquila*, inquit, narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, caruleamroseis candam pennis distinguentibus, cristis faciem, caputque plumæ apice cohonestante.

18. *Honos ignem.* ] Ignis quidam, qui conciliat honorem & pulchritudinem Phœnici, Solinus; *Avis Phœnix Aquila magnitudine, capite honorato in*

LLII ij



- Attollit cristatus apex, tenebrasque serenâ  
 20 Luce secat. Tyrio pinguntur crura veneno.  
 Antevolant Zephyros pennæ, quas cærulæ ambit  
 Flore color, sparsoque super ditescit in auro.  
 Hic neque concepto fœtu, nec semine surgit;  
 Sed pater est prolisque sui, nulloque creante  
 25 Emeritos artûs fœcundâ morte reformat,  
 Et petit alternam totidem per funera vitam.  
 Namque ubi mille vias longinqua retorserit æstas,  
 Tot ruerint hyemes, toties ver cursibus actum,  
 Quas tulit autumnus, dederit cultoribus umbras;  
 30 Tum multis gravior tandem subjungitur annis  
 Lustrorum numero victus. ceu lassâ procellis  
 Ardua Caucasio nutat de vertice pinus

## INTERPRETATIO.

vertex elatus cristis repræsentat culmine micanti astrum simile, Solem, & findit caliginem lumine corusco: crura ejus distinguuntur colore purpureo: ala superant ventos, quas alas color cæruleus cingit flore velut quodam, & locupletatur in auro superfuso. Hic Phoenix producto fœtu, neque nascitur ex semine, sed est sibi pater & filius, & nullo generante renovat morte genitâli corpus senile, & repetit alternâ tot vitæ, quot passus est mortis. Etenim postquam ætates longæ redierunt per vias mille, & hyemes mille præterita sunt, & toties Ver absolvit curriculum millesimum, & attulerit agricolis folia umbrosa, qua Autumnus abstulerit: tunc Phoenix oppressus annis plurimis tandem superatur, fractus multitudine lustrorum: quemadmodum pinus alta fatigata tempestatibus labat ex vertice Caucasio, sensura casum

## ANNOTATIONES.

conum plumis extantibus. Herodotus autem τὰ πρὸ αὐτῆς χερσὶ κοῦμα ἵψ' ἡέπω τὰ δ' ἐπὶ πύδα hujus Phœnicis alarum hæc flavæ, illæ rubræ.

19. Secat.] Findit tenebras easque dissipat cristâ radianti.

20. Tyrio veneno.] Colore rubro qui similis est purpureo, qui fit ex veneno urbis Tyri in Phœniciâ, in quâ urbe purpura exquisitor.

21. Zephyros.] Rex ille avium superat velocitate ventos, Zephyri ponuntur pro ventis in genere.

Cærulæ flore color.] Alii legunt, quas circulus ambit floricolor, id est, circulus florei coloris.

22. In auro.] In colore flavo, & auri æmulo.

23. Hic neque concepto fœtu.] Non Phœnix nascitur ex fœtu aliquo, quem fovit alia avis, aut semine effuso instar

aliarum volucrum, sed nascitur ex vermine, qui oriatur ex ossibus & medullis veteris Phœnicis, ut vult Plinius, vel ex combustis Phœnicis cinere, ut vult Philostratus. Recentiores Philosophi, si Phœnix verâ sit, contendunt nasci ex semine, quod conservetur inter flammæ & cineres, & ex quo exsurgat alius Phœnix. Unde ejus castitatem prædicat Lactantius:

*Sola inter volucres, nec mas, nec femina, sexu*

*Sola caret, Veneris sola averfatur honores.*

25. Emeritos.] Artus functos vitæ officii.

29. Umbras.] Ver dat folia, quæ faciunt umbras.

30. Subjungitur.] Alii legunt subducitur, nec malè.

32. Caucasio.] Caucasus est mons Scythiæ.

- Seram ponderibus pronis tractura ruinam.  
 Pars cadit assiduo flatu : pars imbre peresa  
 35 Rumpitur : arripuit partem vitiosa vetustas.  
 Jam breve decrescit lumen , languetque senili  
 Segnis stella gelu : qualis cum fortè tenetur  
 Nubibus , & dubio vanescit Cynthia cornu.  
 Jam solitæ medios alæ transcurrere nimbos ,  
 40 Vix imâ tolluntur humo. tunc conscius ævi  
 Defuncti , reducisque parans exordia formæ :  
 Arentes tepidis de collibus eligit herbas ,  
 Et cumulum texens pretiosâ fronde Sabæum  
 Componit bustumque sibi partumque futurum.  
 45 Hic sedet , & blando Solem clangore salutat  
 Debilior , miscetque preces , ac supplice cantu  
 Præstatura novas vires incendia poscit.  
 Quem procul adductis vidit cum Phœbus habenis ,  
 Stat subito , dictisque pium solatur alumnum :  
 50 O senium posituræ rogo , falsisque sepulcris

INTERPRETATIO.

tardum suâ mole proclivi. Pars navis ruit  
 vento continuo: pars consumpta pluviam diffi-  
 lit: antiquitas cariosa rapit partem alteram.  
 Jam texilis fulgor Phœnicis minuitur; &  
 oculi debiles emoriuntur frigore senectutis:  
 qualis Luna est, cum fortè impeditur ne-  
 bulis, & evanescit cornu ambiguo. Jam  
 penna ejus assueta transvolare nubes me-  
 dias, vix attolluntur ex terrâ infimâ:  
 tum ille sciens ætatem suam præteritam,  
 & præparans principia vitæ reditura, se-  
 ligit gramina sicca ex collibus serpentibus,  
 & aggerans acervum Sabæum ex foliis  
 exquisitis, extruit sibi & rogam, & cu-  
 navula futura. Hic Phœnix incubas, &  
 languidior adorat Solem voce blandiente,  
 & adjungit precationem, & carmine ro-  
 gante, petit ignem daturum sibi vigorem  
 novum. Quem Phœnicem tecum Sol aspe-  
 xit longè loris admotis, consistit statim, &  
 consolatur verbis amicis alumnum pium:  
 ô Phœnix depositure senectutem in busto, &

ANNOTATIONES.

33. *Ponderibus pronis.* ] Pronis & procli-  
 vibus ad cadendum.  
 35. *Vitiosa senectus.* ] Non vetustas vi-  
 tiosa est, sed arborem facit vitiosam  
 atque cariosam.  
 37. *Stella.* ] Oculus, qui sideris instar,  
 micabat, languet propter imbecillitatem  
 senectutis frigentis. Barthius legit, *stilla*,  
 id est, gutta sanguinis.  
 38. *Cynthia.* ] Quæ & Luna & Diana  
 est, sic dicta à monte Deli Cyntho, ubi  
 nata est.  
*Dubio cornu.* ] Quod vix & dubio aspe-  
 ctu jam videtur.  
 41. *Ævi defuncti.* ] Quo defunctus est.  
 42. *Herbas pretiosa fronde.* ] Colligit  
 cianama & alia ligna odorifera.  
 44. *Bustum.* ] Quasi benèustum.  
*Partum.* ] Componit cunas, in quibus  
 de novo pariat, ex sui ipsius cinere  
 fecundo ac genitali.  
 45. *Clangore.* ] Phœnici blandam esse  
 vocem canit Lactantius, &  
 Quam neque olor moriens imitari posse  
 putatur.  
 Nec Cylleneæ filia canora Lyra.  
 46. *Miscetque preces.* ] Clangor & can-  
 tus Phœnicis moribundi videntur esse to-  
 tidem preces, quibus Solem patrem ro-  
 gat, ut se resuscitet.  
 48. *Adductis habenis.* ] Cum scilicet  
 Sol oritur.  
 49. *Pium alumnum.* ] A quo piè colitur.  
 50. *Falsis sepulchris.* ] Falsa est sepul-

- Natales habiture vices , qui sæpe renasci  
Exitio , proprioque soles pubescere letho ,  
Accipe principium rursus , corpusque coactum  
Desere. mutatâ melior procede figurâ.
- 55 Hæc fatus , properè flavis è crinibus unum  
Concussâ cervice jacit , missoque volentem  
Vitali fulgore ferit. jam sponte crematur ,  
Ut redeat , gaudetque mori festinus in ortum.  
Fervet odoratus telis cælestibus agger ,
- 60 Consumitque senem. nitidos stupefacta juvencos  
Luna premit , pigròsque polus non concitat axes.  
Parturiente rogo curis natura laborat ,  
Æternam ne perdat avem , flammâsque fideles  
Admonet , ut rerum decus immortale remittant.
- 65 Continud dispersa vigor per membra volutus  
Æstuat , & venas recidivus sanguis inundat.  
Victuri cineres nullo cogente moveri  
Incipiunt , plumâque rudem vestire favillam.

## INTERPRETATIO.

consecuturæ vicissitudinem nascendi in tumulo fallaci , qui consuevisti sæpè reviviscere clade tuâ , & adolescere tuâ morte , resume iterum initium vitæ , & relinque corpus caducum , vegetior redi formâ versâ. Sol locutus hæc verba , statim capite moto , conjicit unum ex capillis aureis , & splendore geniali affuso tangit cupientem Phœnicem , jamque hic Phœnix comburit se ultro , quod reviviscat , & latatur emori properans ad vitam aliam. Acervus ligni odoriferi ardet radiis solaribus , & absumit Phœnicem senem. Luna attonita comprimit boves nitentes , & cælum non movet axes torpentes. Busto concipiente Phœnicem ; natura tota est in sollicitudine , ne amittat volucrem sempiternam. & monet ignes fidos , ut reddant Phœnicem , qui est honos perpetuus mundi. Statim vigor diffusus per corpus universum incalcescit , & sanguis novus abundat in venis. Cineres victuri cæperunt excitari , nemine impellente . & cingere pennis favillam informem.

## ANNOTATIONES.

- tura , ex quâ vivus Phœnix emergit ; seu sepulchrum illud insuetum , unde exit , fallere omnes videtur.
53. *Coactum.* ] Corpus caducum & fragile ob senium , vel corpus *coactum* , mori scilicet , & fato concedere.
55. *Flavis è crinibus.* ] Sol uno ex crinibus , seu radiis tangit , fecit , animat Phœnicem cupientem.
58. *Festinus.* ] Gaudet mori , quia festinat ad ortum alium , ad aliam vitam.
59. *Telis cælestibus.* ] Radiis Solis , qui sunt velut tela & sagittæ.
60. *Juvencos premit.* ] Luna fingitur vehi bobus , sed hos comprimit , ne noceatur Phœnici tantum opus facienti.
62. *Curis laborat.* ] Alii legunt , *cunas laborat* ; nec malè , ille est , natura facit , elaborat cunas Phœnicis , in rogo seipsam producentis.
66. *Recidivus sanguis.* ] Post casum mortemque restitutus. Alii legunt *redivivus sanguis*.

- Qui fuerat genitor, natus nunc profilit idem,  
 70 Succeditque novus. geminæ confinia vitæ  
 Exiguo medius discrimine separar ignis.  
 Protinus ad Nilum Manes sacrare paternos;  
 Auctoremque globum Phariæ telluris ad oras  
 Ferre juvat. velox alienum tendit in orbem,  
 75 Portans gramineo clausum velamine funus.  
 Innumeræ comitantur aves, stipantque volantem  
 Alituum suspensa cohors. exercitus ingens  
 Obnubit vario latè convexa meatu.  
 Nec quisquam tantis è millibus obvius audet  
 80 Ire duci: sed regis iter fragrantis adorant.  
 Non ferus accipiter, non armiger ipse Tonantis  
 Bella movent. commune facit reverentia fœdus.  
 Talis barbaricas flavo de Tigride turmas  
 Ductor Parthus agit: gemmis & divite cultu  
 85 Luxurians fertis apicem regalibus ornat.  
 Auro frænata equum, perfusam murice vestem  
 Assyriâ signatur acu, tumidusque regendo

INTERPRETATIO.

Qui pater extiterat, nunc idem filius exiit, & novus succedit. Flamma interposita distinguit parvo intervallo terminos vitæ duplicis. Statim placet illi Phœnici consecrare ad Nilum cineres patrios, & portare ad regiones terræ Ægyptiæ cumulum formatorem sui. Itæ celer in tractus peregrinos, gestans cadaver inclusum in tumulo herbeo. Volucres innumerabiles comitantur illum, & caterua avium pendula in aëre cingunt illum volitantem. Magnum agmen avium simul vectum viâ

diversâ circumdat illum latè. Neque ullæ avium ex tantâ multitudine audent obviam ire suo Ductori, sed colunt viam Regis bene olentis. Non accipiter savus, non ipse armiger Jovis indicunt sibi bellum. Eorum metus in illum parit amicitiam communem. Rex Parthorum similis ducit cohortes barbaricas ex orâ Tigridis flaventis. Hic Rex superbiens gemmis & ornatu pretioso, decorat caput floribus regiis. Premittit equum fræno aureo, habet vestem tinctam purpurâ, eamque distinctam acu Assyriâ, &

ANNOTATIONES.

69. *Natus.* Tradunt ex cinere Phœnicis, primum vermem nasci, deinde fieri volucrem. Unde symbolum est hominum ex morte resurgentium, S. Ambrosius. Docemur hujus avi exemplo resurrectionem credere.

70. *Confinia.* Exiguam separationem, quæ est inter utramque vitam, vitam senis, & vitam juvenis: quas vitas exiguas ignis separar.

71. *Ad Nilum.* Mela. Phœnix, cum adolevit, ossa pristini corporis inclusa myrrhâ in Ægyptum exportat, atque in urbem quam Solis appellant, fragrantibus

nardo bustis inferens, memorando funere consecrat. Hinc Phœnix symbolum est magnæ in parentes pietatis, Tacitus. Phœnici primum adultæ prima cura est sepeliendi patris.

75. *Gramineo velamine.* Velut in tumulo, fragrantibus scilicet nardo bustis.

76. *Comitantur.* Tacitus it Phœnix multo caterarum avium comitatu, novam faciem mirantium.

81. *Armiger Tonantis.* Aquila armigeræ Jovis.

83. *Flavo de Tigride.* Flavo ob menses, vel ligna odorifera: alii legunt flavio,

- Celsâ per famulas acies ditione superbit.  
 Clara per Ægyptum placidis notissima sacris  
 90 Urbs Titana colit, centumque accline columnis  
 Invehitur templum Thebæo monte revulsis.  
 Illic, ut perhibent, patriam de more reponit  
 Congeriem, vultumque Dei veneratus herilem  
 Jam flammæ commendat onus : jam destinat aris  
 95 Semina relliquiâsque sui. myrrhata relucet  
 Limna : divino spirant altaria fumo.  
 Et Pelusiacas productus adusque paludes  
 Indus odor penetrat nares, complétque salubri  
 Tempestate viros, & nectare dulcior aura  
 100 Ostia nigrantis Nili septena vaporat.  
 O felix, hæresque tui. quo solvimur omnes,  
 Hoc tibi suppeditat vires. præbetur origo  
 Per cinerem. moritur te non pereunte senectus.

## INTERPRETATIO.

sumescens imperio suo, ostendit se potestate suâ altâ per cohortes obediens sibi. Urbs illustis in Ægypto, celebratissima sacrificiis tranquillis, adorat Solem; & Phoenix evolat in templum sublime centum columnis recisis ex monte Thebæo. Illic, ut aiunt, collocat sepulchrum patris sui, & colens vultum Solis Dei domini sui, jam tradit fascem suum igni: jam consecrat altaribus principia & reliquias sui ipsius. Templum

plenum myrrhâ micat: ara emittunt fumum divinum: & odor Indicus dispersus usque ad paludes Pelusiacas titillas nares, & perfundit viros nube salutari. & aura odoris suavior ambrosiâ replet septem ora Nili nigri. O Phoenix fortunate, & successor tui ipsius: hoc lethum quo nos omnes dissolvimur, ministrat tibi vigorem: nativitas datur tibi per cinerem; senectus tua deficit, te non deficiente.

## ANNOTATIONES.

90. *Urbs Titana colit.* ] Intelligenda est Heliopolis, seu urbs Solis in Ægypto, in quam Phoenix advolare dicitur, & ossa pristini corporis, velut placido quodam sacrificio consecrare. Idque ex Æliano facit quingentesimo quoque anno. Φοινίκας, ait, συμβάλλει ἑξῆς πεντακοσίων ἔτησιν ἀμείνων, μάθεται φύσις τῆς σφωτάτης ὄντης: Phœnices numerare sciunt quingentorum annorum numerum, sapientissima natura facti discipuli.

91. *Thebæo monte.* ] Monte propè Thebas Ægyptias, qui marmore commendatur.

93. *Patriam congeriem.* ] Reliquias lignorum, quibus pristinum corpus consumptum est.

95. *Semina relliquiâsque sui.* ] Cineres

& ligna, in quibus sunt reliquiae corporis mortui, & principia corporis victuri. *Myrrhata limina.* ] Alii legunt, *mirata relucet limina*, id est, ipse ignis, ipse Vulcanus miratur res tantas, & plenior luce micat.

97. *Pelusiacas.* ] Pelusium est oppidum in extremâ Ægypti orâ, unde & unum ex ostiis Nili dicitur Pelusiacum.

99. *Tempestate.* ] Nube, fumo odorato: *Nili nigrantis.* ] Pinguis ob nigras aquas, Virgilius:

*Et viridem Ægyptum nigrâ fecundas arenâ.*

100. *Vaporat.* ] Vapore quodam tingit, consecrat.

*Quo solvimur.* ] Mors, quâ morimur, dissolvimur, obimus, tibi dat vires.

Vidisti

Vidisti quodcumque fuit. te secula teste  
 105 Cuncta revolvuntur. nosti quo tempore pontus  
 Fuderit elatas scopulis stagnantibus undas :  
 Quis Phaëthontis erroribus arserit annus.  
 Et clades te nulla rapit, solusque superstes  
 Edomitâ tellure manes. non stamina Parcæ  
 110 In te dura legunt : non jus habuere nocendi.

## INTERPRETATIO.

*Aspexisti quodcumque extitit : te spectatore omnia secula retorquentur : cognovisti quo tempore mare effuderit aquas intumescences, saxa exundantibus ; cognovisti quæ annus conflagravit aberrationibus Phaëthontis, & nulla mors abripit te, & unus remanes superstes, terrâ victâ, Parca non carpunt fila aspera contra te, non habent potestatem nocendi tibi.*

## ANNOTATIONES.

106. *Scopulis stagnantibus.* ] Aquâ stagnante affusis. terræ, quæ præter solum Phœnicem recipit omnia animalia in suo sinu.  
 107. *Phaëthontis.* ] De Phaëthonte supra dictum est. *Stamina.* ] Non Parcæ fila legunt vitæ Phœnicis, siquidem ita renascitur, ut videatur esse immortalis.  
 108. *Edomitâ tellure.* ] Victâ omnilege



## \*HYSTRIX.

## ARGUMENTVM.

**H**YSTRIX prædicatur figura, arma, pugna, calliditas, & industria in certamine, quæ tanta est, ut inde homines exempla sumpserint.

## CARMEN XLV.

**A**udieram, memorande, tuas, Stymphe, volucres  
 Spicula vulnifico quondam sparsisse volatu :

## INTERPRETATIO.

*Acceperam, & Stymphe celebrando, tuas aves olim emisisse tela lethifera volando ;*

## ANNOTATIONES.

\* *HYSTRIX.* ] Hystrix, quem porcum spineum vocant, est animal spinis contextum, ex genere Herinaceorum. Hinc *Idorus, Hystrix animal ex Africâ Herinacei simile, vocatur à spinarum stridore, quæ tergo laxatas emittit, ut canes infrequentes vulneret, vel dicitur ὀδὸν ab ὄσῳ, & ὀδὸν pilis.*  
 1. *Stymphe.* ] Stympalus, est nomen urbis, montis, paludis, ubi erant aves illæ fatales, alis suis Solem obscurantes, quas domuit Hercules. De his alibi.  
 2. *Vulnifico volatu.* ] Aves Stympalides in alis gerebant velut quædam spicula, quibus volando vulnerabant, id quod accidit Argonautis.

M M m m

- Nec mihi credibilis ferrata fabula pinnae  
 Visa diu. datur ecce fides, & cognatus Hystrix  
 5 Herculeas affirmat aves. os longius illi  
 Assimilat porcum. mentitæ cornua setæ  
 Summa fronte rigent. oculis rubet igneus ardor.  
 Parva sub hirsuto catuli vestigia dorso.  
 Hanc tamen exiguum mero natura meri  
 10 Præsidio dignata feram. stat corpore toto  
 Silva minax, jaculisque rigens in prælia crescit  
 Picturata seges, quorum cute fixa tenaci  
 Akera subtraxit, alternantisque colorum  
 Tincta vices, spatiis internigrantibus, exit  
 15 In solidæ speciem pinnae, tenuatque furtim  
 Lævis in extremum sese producit acumen.  
 Sed non hæc acies ritu silvestris echini  
 Fixa manet. crebris propugnat jactibus ultro;  
 Et longè sua membra regit, tortumque per auras  
 20 Evolat excusso nativum missile tergo.  
 Interdum fugiens Parthorum more sequentem

## INTERPRETATIO.

neque fabula alarum ferrearum visa est mihi diu probabilis: ex fides huic adhibetur. & Hystrix notus mihi, probat esse tales volucres Herculeas. Illi Hystrici rostrum oblongius representat suum: cornua falsa seta rigescunt in altâ fronte: vigor parvus adest in oculis ejus: sub dorso ejusdem hispido, exigui pedes sicut canis parvi. Attamen Natura dignata est munire munimento admirabili hanc parvam bestiam. Spicula minantis instar sylva, attolluntur in toto ejus corpore: & seges diversa horrens telis effertur ad certamina, quorum telorum radix profunda affixa in palle firmâ inhaerescit, & mutans alternas vicissitudines colorum, intervallis subnigris emergit in morem spiculi solidi, & sensim minuens sese ac poliens, extendit se in finem acuminatam. At verò hic ordo spiculorum non remanet affixus in morem echini agrestis: Hystrix alienat spem, procul coniectis telis frequentibus, & defendit procul suum corpus, & spiculum naturale contortum ex ejus tergo concusso, emittitur per aërem. Aliquando Hystrix effugiens, instar Parthorum, sauciat persequentem:

## ANNOTATIONES.

6. Assimilat porcum.] Sunt qui capite lepori magis similem esse dicant.  
 Mentita seta.] Non enim seta revera est, ut porcorum, sed aliquid setis simile.  
 9. Exiguum.] Exigua hæc fera est, licet Oppianus ipsi lupi magnitudinem affingat: *ὡς δὲ λύκος, οὐ μὴν ἀνέκοντος ἐκείνου, ἐστὶν ὡς ὁ λύκος* quidam, quanta lupis cruentis.  
 12. Picturata seges.] Spicula picta varios colores referentia, & erecta instar sylva, & spicarum segetis, paulatim decrescunt, & desinunt in acumen. Horatius legit *Picturata sepes dorsum cute fixa tenaci*, seu *vulgo obtexit*. Bene, si non *sepes*, sed *seges* legatur, nam *sepes* habet primam longam.  
 17. Rura y-vestru Echini.] Spicula in Hystrice non remanent affixa, ut in Echino sylvestri, sed ab eo ea vibrantur, ut etiam longè sese mectatur atque protegat.

- Vulnerat. interdum, positis velut undæ castis,  
 Terrificum densâ mucronem verberat undâ,  
 Et consanguineis hastilibus asperat armos.
- 23 Militat omne feræ corpus, vibratâque rancio  
 Terga fragore sonant. stimulis accensa tubarum  
 Agmina collatis credas configere signis.  
 Tantus in angusto strepitus furit. additur armis.  
 Calliditas, parcusque sui tumor, iræque numquam.
- 30 Prodigæ telorum, cautè contenta minari,  
 Nec nisi servandæ jactus impendere vitæ.  
 Error abest, certum sollertia destinat ictum,  
 Nil spatio fallente modum: servatque tenorem  
 Mota cutis, doctique regit conamina niscus.
- 35 Quid labor humanus tantum ratione sagaci  
 Proficuit? eripiunt crucibus Gortynia capris  
 Cornua. subjectis eadem lentescere cogunt  
 Ignibus. intendunt taurino viscere nervos.

## INTERPRETATIO.

aliquando velut serie quoddam, castis de-  
 spiculis furit multitudine magnâ suorum  
 spiculorum gladios venatorum, & acris  
 humeros suos spiculis cognatis. Corpora  
 tum bestia pugnat. & dorsum ejus impul-  
 sum resonat cum rancio fremitu. Pueri ca-  
 terorum incitatus clangore tubarum decer-  
 tare vexillis commissis. Tantum murmur  
 excitatur in parvo! Astutia adiungitur his-  
 telis. & furor parcens sibi, & ira men-  
 quam profundens malè spicula, satis ha-

bens sapienter minuit. & non insuavem  
 jactus telorum, nisi ad vicem conseruat  
 dam. Error remouetur; industria dirigens  
 telum certum, interuollo non deaspensio  
 modum dirigendi: & cutis commota obser-  
 uat spatium tenendum, & moderatur con-  
 tum jactus peritis. Quid industria hominum  
 tantum protulit solerti ingenio? homines  
 auferunt capris crudelibus cornua Gortynia;  
 cogunt eadem molliori flammis suppositis;  
 contendunt in his fures ex nervis taurorum.

## ANNOTATIONES.

23. *Mucronem verberat.* Verberat, ferit,  
 repellit terribilem mucronem, seu gladium  
 Venatoris; densâ undâ, ceu undanti &  
 ingenti multitudine suorum spiculorum.

Heinsius legit:  
 Terrifici densam mucronis verberat undam.  
 Id est, retundit densam multitudinem  
 gladiorum, quibus petitor.

24. *Consanguineis hastilibus.* Et spi-  
 culis, quæ sunt similia spiculis venatorum,  
 acuit armos, seu humeros suos: vel con-  
 sanguineis hastilibus, id est spiculis secum  
 natis in eodem sanguine.

*Asperat armos.* Acuit humeros, vel  
 potius acuit, exercit spicula, seu hastilia in  
 humeris suis.

28. *Tantus in angustis.* Tantum stre-

pitus edit paruum istud animal in his an-  
 gustiis.

33. *Servatque tenorem.* Ejus cutis mota  
 tam certa est ad ictum dirigendum, ut  
 non fallatur spatio, ut optime obseruet  
 spatium & tempus tenendum in spiculo  
 vibrando. Sicque hystrix syriacolum est  
 fortitudinis sapientissimæ, quæ cominus  
 & eminus hostem prudenter petit. Aiunt  
 Ludovicum XI. Galliarum Regem dete-  
 ctatum esse effigie Hystriæ coronam fa-  
 renis, cum hoc titulo, *Cominus & eminus.*

36. *Gortynia.* Gortyn est urbs Cretæ,  
 ubi cornua caprarum sylvestrium igne  
 mollior, & lentior facta, curvantur in  
 arcus, & his applicantur funes ex nervis  
 taurorum.

MM m m ij



Instruitur pinnis, ferróque armatur arundo.

- 40 Ecce brevis propriis munitur bellua telis,  
Externam nec quærit opem. fert omnia secum.  
Se pharetrâ, sese jaculo, sese utitur arcu,  
Unum animal cunctas bellorum possidet artes.  
Quod si omnis nostræ paulatim industria vitæ  
45 Fluxit ab exemplis; quidquid procul appetit hostem,  
Hinc reor inventum: morem hinc traxisse Cydonas  
Bellandi, Parthosque retro didicisse ferire;  
Prima sagittiferæ pecudis documenta secutos.

## INTERPRETATIO.

*Sagitta adornatur pinnis, & præsagitur tim deducta est ab exemplis: quicquid ferro. En bestia parva regitur spiculis suis, longè ferit hostem, hinc puto deductum neque requirit auxilium adventitium: esse: hinc puto Cydonas arripuisse portat omnia secum: utitur sese ut pharetrâ, sese ut telo, sese ut arcu. Una bestia habet dexteritatem omnem militia. Quod si omnis solertia vita nostra paula-*

## ANNOTATIONES.

40. *Propriis munitur bellua telis.*] Unde fendendum habentis. *Fert omnia secum.*  
*Hyltrix* symbolum est viri fortis suo 46. *Cydonas.*] Populos Cretæ, jaculis animo, suo consilio sese tutantis, & sic sagittisque celeberrimos. De Parthis alio quovis tempore arma propria ad se de- in loco.



## TORPEDO.

## ARGUMENTVM.

TORPEDINIS venenum & astutia.

## CARMEN XLVI.

QUIS non indomitam diræ Torpedinis artem  
Audiit, & merito signatas nomine vires?

## INTERPRETATIO.

*E*quis non accepit astutiam insuperabilem Torpedinis sava, & naturam ejus designatam vero nomine?

## ANNOTATIO.

1. *Torpedinis.*] Torpedo est piscis mollior, & cartilagineus, sed & spinosus etiam, sed etiam pisces alios stupefacit, stupefacitque devorat. Græcis dicitur, *ῥάπτιον*, unde *ῥάπτιον*, *Qua stupefaciendi vim habent.*

Illa quidem mollis, segnique obnixa natare  
Reptat, & attritis vix languida serpit arenis.

5 Sed latus armavit gelido natura veneno.

Et frigus, quo cuncta rigent animata, medullis  
Miscuit, & proprias hyemes per viscera duxit.

Naturam juvat ipsa dolis, & conscia sortis

Utitur ingenio, longéque extenta per algas

10 Hac confusa jacet, successu lata resurgit,

Et vivos impune ferox depascitur artus.

Si quando vestita cibus incautior æra

Hauferit, & curvis frænari senserit hamis;

Non fugit, aut vano conatur vellere morsu:

15 Sed propius nigræ jungit se callida setæ,

Et meminit captiva sui, longéque per undas

Pigra venenatis effundit flamina venis,

Per setam vis alta meat, fluctusque relinquit

Absentem tentura virum. metuendus ab imis

20 Emicat horror aquis, & pendula fila secutus

Transit arundineos arcano frigore nodos,

## INTERPRETATIO.

Illa cerè Torpedo mollis & connixa tra-  
ctu pigro reptat, & lenta vix trahit se are-  
nis pressis. At natura instruxit latus ejus  
veneno frigido, & addidit medullis gla-  
ciem, quâ animalia omnia torpent. &  
egit per ostra ejus hyemem suam. Ipsa  
Torpedo adjuvat Naturam insidiis suis,  
& cognoscens fatum suum, impendit in-  
genium suum, & porrecta latè per mus-  
cum marinum, recubat confidens tactui suo:  
at gaudens successu excitatur, & crudelis  
devorat tunc corpora viventia piscium.  
Si aliquando imprudentior exorbueris ha-

num areum cinctum escâ, & senserit se  
teneri hamis curvatis, haud effugit, aut  
tentat avellere hamos, morsu inani: sed  
ca astuta admoveat se propius seta atra ha-  
mi, & capta recordatur sui ingenii, &  
procul emittit per aquas halitum len-  
tum ex visceribus virulentis. Vis profun-  
da veneni penetrat per funem setosum,  
& deserit undas, alligatura virum pesca-  
torem remotum. Frigus timendum emer-  
git ex fundo aquarum, & sequens fi-  
la setæ pendentia, prætermeat cum gla-  
cie secretâ nodos arundinis, & constringit

## ANNOTATIONES.

8. *Conscia sortis.*] Cognoscens vene-  
num sibi sorte seu fato datum. Plinius:  
*Novit Torpedo vim suam, ipsa non tor-  
pens, &c.*

15. *Seta.*] Funi setoso, cui adhæret ha-  
mus. Unde Torpedo symbolum est ho-  
minis dolosi, qui quidem occultis arti-  
bus alios opprimat. Sed & symbolum  
est hominis aut pigritiæ verno, aut vo-  
luptatum sordibus conspulti.

16. *Meminit sui.*] Id est, sui ingenii,  
sui veneni.

17. *Effundit flamina.*] Emittere auram

quandam peltiferam, per funem ipsum,  
ipsamque arundinem, quam piscator te-  
net.

18. *Vis alta.*] Veneni scilicet. Alii le-  
gunt, *vis atra.*

20. *Horror.*] Frigus quod parit horro-  
rem, & tremorem in corpore piscatoris.

21. *Transit.*] Penetrat ipsam arundinem,  
& manum ipsam piscatoris. Sed de Tor-  
pedine Petrus Gillius. *Hujus piscis tor-  
porem meâ manûs tactiana periclitatus  
sum, sed haudquaquam mihi manus  
tuncpère obtorpuit, quàm scriptoræ de-*

M M m m ii j

Victtricemque ligat concreto sanguine dextram.  
 Damnosum piscator omnis, pradamque rebellem  
 Jactat, & amissâ redit exarmatus avenâ.

## INTERPRETATIO.

*manum victtricem piscatoris, sanguine mictisum. & pradam reluctantem, atque ejus glaciato. Piscator abjicit pondus per- spoliatus revertisur, arundine perditâ.*

## ANNOTATIO.

*cantant, Torpor non modo lethalis non Cardanum. hoc frigus nimium excellen- est, sed non ita mulid post evanescit. Id ter errasse probat. quod Scaliger ostendit, Albatrumque &*

## NILUS.

## ARGUMENTUM.

**C**ELEBRANTUR Ægyptii sine pluvîâ felices, ob Nilum suum, cujus adumbratur non tam origo, quàm cursus & inundatio admirabilis.

## CARMEN XLVII.

**F**ELIX, qui Pharias proscindit vomere terras.  
 Nubila non sperat tenebris condentia calum;  
 Nec graviter stantes pluviali frigore Coros  
 Invocat, aut arcum variatâ luce rubentem.

## INTERPRETATIO.

*Fortunatus ille, qui frangit aratro neque supplicat Coris spirantibus arboribus occupantes calum suâ obscuritate, cat arcui rubescenti lumine diverso.*

## ANNOTATIONES.

1. Pharias.] Ægyptias, à Pharo insulae olim Mili;
2. Nubila non sperat.] Lucanus de Ægypto: Terra suis contenta bonis, nihil indiget mercis.
3. Coros.] Corus seu Caurus ventus est: Atque Jovis in: sola tamen est fiducia Nilo.
4. Invocat.] Non invocat pluvias aut ventos; Unde Tibullus: Te propter nullas colles rura postulat imbrēs.
5. Arcum.] Arcum Iridis, quæ nuntiat aquas. Ovidius: Conspecta Iris aquas, altumque nubes affert.

- 5 Egyptos sine nube ferax, imbrésque serenos  
Sola tenet, secusa poli, non indiga venti:  
Gaudet aquis, quas ipsa vehit, Niloque redondant:  
Qui rapido tractu mediis clauis ab antris,  
Flammigeræ patiens Zonæ Cancrique calentis,  
10 Fluctibus ignotis nostrum procurrit in orbem;  
Secreto de fonte cadens, qui semper inani  
Quærendus ratione later; nec contigit ulli  
Hoc vidisse caput. fertur sine teste creatus,

## INTERPRETATIO.

*Egyptus fertilis est sine pluvia, & sola* *omnidom. & Canarum ardentem, pro-*  
*possidet aquas serenas, non sollicita de-*  
*celo, non indigens ventis: fruitur aquis* *rumpit in terras nostras ambagibus ocul-*  
*quas ipsa fert, & quæ exundant ex Ni-* *tis, fluens ex scaturigine arcanâ, qua*  
*lo, qui emergens cursu præcipiti ex mo-* *semper investiganda vano modo, inco-*  
*diâ regione moridici, tolerans zonam* *gnita est; neque ulli concessum est aspicere*  
*caput hujus fluvii: hic dicitur factus sine*

## ANNOTATIONES.

*Sine nube.]* Sine pluvia, quæ nascitur ex nubibus, fruitur imbribus serenis, scilicet aquis Nili sui exundantis, sed ærem, seu Cælum serenum, non inficiens. Bullayus tamen in suis peregrinationibus ait Egyptum pluvius aliquando, & sæpils tore copioso irrigari.

*Nostrum in orbem.]* In Egyptum scilicet, quæ patria erat Claudiani.

*11. Secreto de fonte.]* Fons Nili antiquis erat incognitus: causam hujus rei Ovidius jocose tribuit Phaëthontis incendio, quo Nilus territus fugit. Occulusque caput, quod adhuc later. Hujus invenendi cupiditate flagrant non solum Philosophi, sed & magni Principes, Alexander gentium domitor, Sesostris, & Ptolemæus Egyptiorum Reges hac in re perdidit operam. Cambyfes ad id frustra adhibuit exercitum. Et Cæsar tam vehementer fontis hujusce deregendi cœstus percitus erat, hunc ut honorem bello civili, & terrarum imperio prætulisset.

*13. Fertur sine teste creatus.]* Ex Strabone Homerus vocat, Νῆλον Δαμνία, delapsum à Diis. S. Augustinus, Theodoretus, & alii sancti Patres Nilum ex Paradiso terrestri ortum esse crediderunt, qui esse fluvium, quem Moses vocat Gebon qui circumit omnem terram Æthiopia, quem Æthiopiani perhibuerant eos meatus & adeas & inigor. Idem, ferunt Jo-

sephus, quod nonnulli etiam versum hunc Virgilianum rebrunt, *Usque coloratis amnis devexus ab Indis*. At Geographi recentiores Geonem, non Nidum, sed Araxem esse contendunt, qui alluat Æthiopian Scythicam. Sed tamen ex variis autorum sententiis satis patet, quàm occultus esset Nili fons, qui hodie cognitus est. Oritur quippe ex duplici fonte in Abyssia vel Abassia, in medio fere regno Goyam, in regione Sacabala, quæ montosa est, ut reliqua Æthiopia: inter montes planities parva, cæque iniqua reperitur, & in planitie locus exiguus atque fruticosus, fruticem ramis & radicibus ira inter sese implicitis, ut supra incedere non raro queas. In hoc lacu duo fontes sique altiores, puteorum instar, non præcul à se remoti videntur. Hinc Nilus oritur, & non multo post ex alio lacu, quem inuorat, emergens, terrâ absorberur, alveum tamen suum insigni herbarum viriditate distinguens. Inde major prodians, & fluvius Gema, Linquetil & Brantil adauctus, inuit in lacum Bar Dambaa, vel Coloan, ex Ptolemæo, vel Zayre, vel Zambre ex Mercatore. Ex hoc lacu maximo plurimis & ingentibus fluvii aucto Nilus solus, idemque major erumpit: Post in eadem Æthiopia recipi ingentia flumina, Gamara, Aha, Baiko, & Aquari; Nubiâque & Egyptum intrat, Nilus fecundat. Hinc

- Flumina profundens alieni conscia cœli.  
 15 Inde vago lapsu Libyam dispersus in omnem  
 Æthiopum per mille ruit nigrantia regna,  
 Et loca continuo Solis damnata vapore  
 Irrorat, populisque salus sitientibus errat,  
 Per Meroën, Blemyasque feros, atramque Syenen.  
 20 Hunc bibit infrænis Garamas, domitorque ferarum  
 Girrheus, qui vasta colit sub rupibus antea,  
 Qui ramos ebeni, qui dentes vellit eburnos;  
 Et gens compositis crinem vallata sagittis.  
 Nec verò similes causas crescentibus undis,  
 25 Aut tempus, meruit. glacie non ille soluta,  
 Nec circumfuso scopulis exuberat imbre.

## INTERPRETATIO.

*spectatore, emittens aquas agnoscentes cœlum aliud, quàm quod videmus. Inde Nilus cursu errabundo effusus in Libyam omnem, rapitur per imperia mille Æthiopum nigrorum, & alluit regiones infestas ardore assiduo Solis. & ipse salus existens gentibus siticulosis, vagatur per Meroën, & Blemyas truces, & Syenen nigram. Garamantes infrani posant aquas hujus, & Gyrhai debellatores ferarum, qui habitant cavernas immanes sub saxis, qui avellunt ramos ebeni, & densos elephantorum eburneos. & populus habens capillos cinctos sagittis aptè accommodatis. Neque verò Nilus promeritus est easdem causas atque idem tempus aquis suis inundantibus, ac cæteri fluvii. Non ille exundat ex rupibus, gelu liquefacto, neque pluviam abundanti.*

## ANNOTATIONES.

omnia hausimus ex Diatriba nobilissimi, doctissimique viri Totii Ferrarii, in supremâ Normaniz Curia Senatoris integerrimi, qui curiosas hasce observationes ex libris & colloquiis Lusitanorum in ipsâ Lusitaniâ expiscatus est.

15. *Inde.* ] Ex regione meridianâ Æthiopum, à quibus Nilus dictus est *Astapus*, id quod Æthiopum lingua significat aquam è tenebris profluentem.

23. *Crinem vallata sagittis.* ] Intelligit aut Nubianos, aut Meroës incolas, qui crines suos parvis sagittis compositis, & solerter accommodatis implere solebant.

24. *Similes causas crescentibus undis & tempus.* ] Non eadem causa, non idem tempus inundationis Nili, ac cæterorum fluviorum. Quippe alii aames exundant ob pluvias, & per tempus hyemis: contra Nilus tempore æstivo, quo raræ sunt pluviz, Qui tamen rem propius considerabunt, hanc Nili inundationis causam

invenient. Nimirum Junii, Julii & æstatis nostræ temporibus, hyems sævit in Æthiopiâ, & cum Nilus fluvius omnibus hujusce regionis exundantibus extumescat, mirum certè non est, si post peragrata plusquam octoginta milliaria, aquis ita turgeat, ut per totam Ægyptum copiosius latiusque stagnare videatur. Id quidem suspicari Lucanus visus est, dum hæc ait de Nilo:

*Ius tibi Solstitiis alienâ crescere brumâ,  
 Atque hyemes asserre tuas.*

Nugantur, qui Nili inundationes cœrceri, & Nilum ipsum in mare rubrum averti posse jactitant: Nugantur quoque qui Oceani per caput Bonæ spei, & subterreos meatus irruentis æstibus lacum Dambeam & Nilum augeri, agitarique effutiant.

26. *Exuberat.* ] Cluverius causam hanc tribuit, *Etesii nebula* in extremam Æthiopiam, *ferentibus ex reliquo orbe, vel mare in ostia Nili repellentibus,*

Nam

- Nam cum tristes hyemis alias produxerit undas,  
 Tunc Nilum retinent ripæ. cum languida cessant  
 Flumina, tunc Nilus mutato jure tumescit.  
 30 Quippe quod ex omni fluvio spoliaverit æstas,  
 Hoc Nilo natura refert, totumque per orbem  
 Collectæ partes unum revocantur in amnem.  
 Quoque die Titana Canis flagrantior armat,  
 Et rapit humores madidos, venasque calore  
 35 Compescit, radiisque potentibus æstuat axis;  
 Nilo bruma vehit contraria tempora mundo.  
 Defectis solitum referens cultoribus æquor  
 Effluit Ægæo stagnantior, acrior alto  
 Ionio. seseque parentibus explicat arvis.  
 40 Fluctuat omnis ager. remis sonuere novales.

## INTERPRETATIO.

Etenim cum hyems acerba auxerit aquas  
 alias, tum litora sua cobibent Nilum:  
 cum autem fluvii minores propè desinunt,  
 tunc Nilus ordine rerum converso, turgescit.  
 Quasi natura reddat hoc Nilo, quod æstas  
 detraxerit ex fluminibus cunctis; & par-  
 tes aquarum congregata per totum Mun-  
 dum referantur ad fluvium unum. Et quo  
 die Canicula ardensior inflammat Solem,

& sorbet aquas madentes. & coërcet  
 terrarum mentus ardore, & calum feruet  
 caloribus violentis, velut quædam hyems  
 apportat Nilo tempestatem contrariam orbi.  
 reddens agricolis languentibus campos as-  
 suetos. Tum Nilus expatiatur latior Æ-  
 gæo mari, vehementior Ionio mari profun-  
 do, & porrigit se in agris vastis. Campus  
 omnis exundat; arva resonant remis: &

## ANNOTATIONES.

33. *Quoque die.*] Quo præsertim tem-  
 pore Canicula exoritur: hoc dicitur Poëti-  
 cè, ante Caniculam enim Nilus incipit  
 exundare, Junio & Julio mensibus: Ca-  
 nicula autem exoritur circa vigesimum  
 tertium Julii diem.

34. *Humores madidos.*] Alii legunt; *Et*  
*rapit humores avidus*, nec malè.  
*Titana.*] De hoc alibi.

*Canis.*] Canicula non calidum astrum  
 est, ut antiqui crediderunt. Id postea  
 ostendemus.

*Venasque calore*] Hoc subobscurum est,  
 & Heinſius excusso hoc loco ait, *lacet*  
*aliquid.* Ego, quod sentio, speriam.  
 Dum itaque Canis seu Canicula sorbet  
 humores, & calore nimio compescit, seu  
 comprimit ac coërcet *venas*, seu meatus  
 terrarum, ne aquæ fluant, tum Nilus  
 exundat.

36. *Contraria tempora.*] Velut quædam

hyems Nilo reddit tempestatem quan-  
 dam contrariam tempestatem orbi, hoc  
 est, æstati quæ fruitur nostro orbi, non  
 verò universus: Æthiopia enim tum hye-  
 mem sentit suam, cum Sol ad Cancræ fi-  
 gnum pervenit.

38. *Ægæo, Ionio.*] De his supra.

40. *Remis.*] Arva stagnantia ferunt  
 cymbas ex arundinibus, seu papyro factas,  
 Tantam quippe papyri copiam Nilus tra-  
 hit, hinc ut dicatur papyrifer. Ovidius:

*Pérque papyriferi septemflua flumina*  
*Nili.*

Hæc papyro usi veteres ad scribendum; &  
 Ægyptii ad cymbas struendas:

*Conseritur bibulâ Memphis cymba pa-  
 pyro.*

*Novales.*] Novalis est fundus in quo fit  
 satio alternis, hoc est ex duobus annis,  
 satio semel celebratur. Accipitur pro quo-  
 cunque agro.

N N n n

Sæpius, æstivo jaceat cùm fortè sopore,  
Cernit cum stabulis armenta natantia pastor.

\* \* \* \* \*

## I N T E R P R E T A T I O.

*sæpius pastor, cùm forsan recubet somno æstivo, videt armenta sua natantia cum stabulis.*

\* \* \* \* \*

## D E N I L I C A T A D V P I S E T C A T A R A C T I S ,

## O B S E R V A T I O.

CUM ii. qui de Nilo agunt, has sæpius voces usurpent, ex nobis videntur explicandæ. Καταρκτης, seu καταρκτης est præruptus ac præceps in fluminis locus, unde aqua καταρκτησιν ruit, potius quàm defluit. Καταδύπνις autem est sonitus ex alto. His ita præmissis sciendum est Nilum inter occurstantes scopulos aliquando cum fragore ingenti erumpere, & eruptionem illam præcipitem vocari *Cataraeten*, vel *Catadupnum*. Id primò contingit duobus supra lacum Dambeam milliaribus, cum Nilus ex rupibus præruptis, & quinquaginta pedes altis ruens vehementius, latè spargitur, & velut quandam nubem emittit, quæ postea à vento agitata, in modicos velut imbres resolvitur. Secundus Nili Cataractes fit duodecim circiter infra lacum Dambeam milliaribus, ubi Nilus ex cautibus centum ferè pedes elatis, tam vasto cum impetu decidit, ac sese proruit, ut horrendum tonare, & vicinas regiones aut inhabitabiles, aut accolas surdos reddere dicatur. Sunt & alii Cataractes, seu Catadupi, quibus vicini populi dicuntur Catadupi. Neque omittendum est hoc de Nilo fluvio referri, eum scilicet solum omnium fluviorum nullas auras expirare, & Jovem adoratum fuisse sub Nili nomine: unde etiam Parmeno de Nilo dixit: Αἰγύπτῳ Ζεὺ Νεῖλος, *Nile Juppiter Egyptie*. Et Pindarus: Νεῖλοιο Κεορίδα, *Nili Saturnii*: quod epithetum est Jovis, Sed relictis hisce Poëtarum titulis impiis, præstat Nilo veram laudem asserere, ex Iliada. *In aquis multis semen Nili, messis fluminis fruges ejus: & facta est negotiatio gentium.*



## M A G N E S.

## A R G V M E N T V M.

QUI scrutatur causas rerum, explicet miracula Magnetis, qui non ornatu, sed suâ virtute commendandus est: qui recreatur ferro: hinc Martis ferrei & Veneris Magneticæ amores celebrantur.



## CARMEN XLVIII.

- Q**UISQUIS sollicitâ mundum ratione secutus  
 Semina rimatur rerum, quo Luna laborat  
 Defectu, quæ causa jubet pallescere solem,  
 Unde rubescentes ferali crine cometæ,  
 5 Unde fluant venti, trepidæ quis viscera terræ  
 Concutiat motus, quis fulgura ducat hiatus,  
 Unde tonent nubes, quo lumine floreat arcus:  
 Hæc mihi quærenti, si quid deprendere veri  
 Mens valet, expediat: lapis est cognomine Magnes;  
 10 Decolor, obscurus, vilis. non ille repexam  
 Cæsariem Regum, nec candida virginis ornat  
 Colla, nec insigni splendet per cingula morsu:  
 Sed nova si nigri videas miracula laxi,  
 Tum pulcros superat cultus, & quidquid Eois  
 15 Indus littoribus rubrâ scrutatur in algâ.

## INTERPRETATIO.

**Q**uicumque Philosophus exquirens res mundanas, ingenio laborioso scrutatur principia rerum, puta. quâ Luna deficiat Eclipsi, quâ causa cogat Solem obscurari, unde cometa rubri comâ funestâ, unde venti proveniunt, quis tremor commoveat viscera terra trementis, quâ rima emittat fulmina, unde Nimbi fulminent, quâ luce arcus Iridis varietur; ille Philosophus explicet hoc mihi potenti, si quid

veritatis animus investigare potest. Lapis est cognominatus Magnes, subniger, opaculus, abjectus. Non ille decorat crines calamistratos Regum, neque cervicem albam puellarum, neque rutilat morsu illustri in balteis: at verò si aspicias prodigia lapidis nigri, tum vincat ornatus eximios, & id omne quod Indi quarunt in litore rubro, in terris Orientis.

## ANNOTATIONES.

2. *Luna laborat defectu.* ] Eclipsin scilicet Luna patitur, cum terra interposita impedit, quominus solitum lumen à Sole mutuetur.
3. *Pallescere Solem.* ] Quod accidit ob nubes interjectas. Alioquin si per pallorem intelligeret eclipsin Solis, notandum esset id contingere ob corpus opacum Lunæ, cuius interpositu Solem intueri prohibemur.
5. *Trepida terra.* ] Terræ trementis ob nimios motus.
6. *Hiatus.* ] Intellige hiatus nubis, unde fulgur emicat. De Cometis & ventis alio in loco.
7. *Tonent nubes.* ] Sunt Philosophi, qui dicant fulmina & tonitrua nihil aliud esse quam nubium conflictus.
- Floreat.* ] In Iride sunt varii colores, ut in floribus.
8. *Hoc mihi quærenti.* ] Philosophus aliquis, vel ego potero mihi metipsum explicare causas rerum illarum, at non tam facile explicatur lapis, cognomine magnes, cuius vis ita latet, ut occulta videri possit.
9. *Magnes.* ] Sic dicitur à populis, ex Lucretio.
10. *Decolor.* ] Candidus etiam Magnes reperitur, sed rarè.
- Repexam.* ] Caput bene perexam, calamistratum.
12. *Per Cingula.* ] In balteis, in zonis non fulget magnes.

N N n n ij



- Nam ferro meruit vitam, ferrique rigore  
 Vescitur. hoc dulces epulas, hoc pabula novit.  
 Hinc proprias renovat vires: hinc fusa per artus  
 Aspera secretum servant alimenta vigorem.
- 20 Hoc absente perit. tristi morientia torpent  
 Membra fame, venasque sitis consumit apertas.  
 Mavors, sanguineâ qui cuspide verberat urbes,  
 Et Venus, humanas quæ laxat in otia curas,  
 Aurati delubra tenent communia templi.
- 25 Effigies non una Deis. sed ferrea Martis  
 Forma nitet, Venerem, magnetica gemma figurat.  
 Illis connubium celebrat de more sacerdos.  
 Ducit flamma choros. festâ frondentia myrto  
 Limina cinguntur, roseisque cubilia surgunt
- 30 Floribus, & thalamum dotalis purpura velat.  
 Hic mirum confurgit opus. Cythorea maritum  
 Sponte rapit, cæliquetoros imitata priores,  
 Pectora lascivo flatu Mavortia nectit,  
 Et tantum suspendit onus, galeæque lacertos

## INTERPRETATIO.

*Etenim Magnes nactus est vitam ex ferro. & vivit duritie ferri. Hoc agnoscit ut nutrimentum. Hinc restaurat vires suas. Esca hæc dura diffusa per partes Magnetis, conservat ipsi virtutem arcanam. Lavget hoc ferro remoto. Corpus ejus Magnetis deficiens marcescit fame mæstâ. & sitis absument meatus ejus patulos. Mars, qui cum hastâ cruentâ percutit urbes, & Venus qua solvit sollicitudines hominum in requiem, habens sacellum commune in templo auro. Statua non una est Diis*

*duobus: Sed statua Martis ferream splendet: Margarita magnetica representat Venerem. Sacerdos facit conjugium ipsis pro consuetudine. Fax nuptialis ducit choros. Domus ornatur myrto solemni, & thalami attolluntur floribus roseis, & purpura dotalis ornat cubile. Hic opus admirabile exsurgit. Venus astrahis ultrò conjugem suum Martem, & imitans lectum priorem Cæli, confringit pectus Martis habitu luxurioso, & suspendit pondus tantum, & innedit*

## ANNOTATIONES.

16. *Vitam.*] Thales dicebat in Magnete animam esse, quæ viveret.
17. *Vescitur.*] Nempe recreatur ferro, seu ferri parvulis ramentis, quibus cum vesci, & renovari putes: quo ferro remoto, pereunt ejus vires, quasi fame & siti consumeretur.
24. *Aurati templi.*] Ex fastu Romanæ superstitionis.
27. *Connubium.*] Sacerdos dum videt statuam Martis ferream, & statuam Veneris magneticam sese invicem completi, in eo templo conjugium Veneris & Martis esse putat, ideòque illud celebrat.
28. *Choros.*] Puellarum, puerorum canentium.
- Myrto.*] Quæ arbor est sacra Veneri.
30. *Thalamum.*] De hac voce supra.
31. *Cythorea.*] Venus, supra.
32. *Toros priores.*] Cum scilicet, cum Marte deprehensa est.
- Et fuit in toto notissima fabula seculo.*
34. *Suspendit.*] Claverius ex S. Augustino: *unanimiter humanis artibus sunt, quæ qui nesciunt, opinantur esse divina. Unde factum est, ut in quodam templo lapidibus magnetibus in solo & in camera positis, proportionis magnitudinis, simula-*

- 35 Implicat, & vivis totum complexibus ambat  
 Ille lacessitus longo spiraminis actu  
 Arcanis trahitur gemmâ de conjuge nodis.  
 Pronuba fit natura Deis, ferrumque maritat  
 Aura tenax. subitis sociantur Numina furtis.
- 40 Quis calor infundit geminis alterna metallis  
 Fœdera? quæ duras jungit concordia mentes?  
 Flagrat anhela silex, & amicam faucia sentit  
 Materiem, placidâsque chalybs cognoscit amores.  
 Sic Venus horrificum belli compescere Regem,
- 45 Et vultu mollire solet, cum sanguine præcep  
 Estuat, & strictis mucronibus asperat iras.  
 Sola feris occurrit equis, solvitque tumorem  
 Pectoris, & blando præcordia temperat igni.  
 Pax animo tranquilla datur, pugnasque calentes
- 50 Deserit, & rutilas declinat in oscula cristas.

## INTERPRETATIO.

*brachia cassidi ejus, & cingit totum Martem complexibus quasi spiraminibus. Ille Mars provocatus actione longâ halitus Veneris, allicitur nexibus secretis uxoris suæ gemmæ. Natura fit pronuba Diis duobus, & spiritus vinciens copulat ferrum. Diis illi conjunguntur amore furtivo repentino. Equis ardor indidit amicitiam mutuam metallis duobus? quæ consensio copulat animos asperos? rupes velut suspirans ardet, & vulnerata sentit materiam* ferri amantem, & ferrum agnoscit amores tranquillos. Ita Venus consuevit sedare & lenire aspectu suo Regem belli terribilem, cum abreptus cruore flagrat & irascitur furorem suum gladio nudato. Sola Venus sistit equos ejus feroces: & placat cor tumens, & moderatur flammâ benignâ animum ejus. Pax placida datur menti ipsius, & deserit praelia ardentia, & demittit juba micantes ad osculandum eam.

## ANNOTATIONES.

- chrom ferreum, aëris illius medio, interstrumque lapidem, ignorantibus quid futurum esset ac deorsum, quasi numinus potestate penderet. Et Plinius: Eodem lapide Magnete Dinocrates architectus Alexandria Arsinoës templum concamerare inchoaverat, ut in eo simulacrum ejus de ferro pendere in aëre videretur.*
35. *Vivis.*] Ferro ita se movente, ut credas trahi à Magnete vivente: vel vivis complexibus, intellige vivos referentibus.
36. *Actu.*] Alii legunt *victum*, vel *actum*.
38. *Pronuba.*] Pronuba est, quæ deducit novam nuptam in domum viri. Hic natura pronuba dicitur, quia utramque statuat animat, & in mutuum complexum ducit.
39. *Furtis.*] Quia dux statuz furtim,
- seu furtivo amore conjunguntur.
40. *Metallum.*] Metallum nomen latius usurpatum tribuitur & Magneti.
41. *Mentes.*] Barthius legit, *montes*; id est, quæ concordia jungit lapidem & ferrum, utrumque ex monte avulsus sicque ponitur pars pro toto. Ingenium non malè diceretur de Magnete, raris mens, nisi fortè intelligas ferrum tractum à Magnete moveri, quasi mentem haberet.
42. *Anhela silex.*] Quasi anhelitum; & suspirium emitat: Ovidius dixit, *rigidos siles.*
43. *Chalybs.*] Alii legunt, *placidâsque chalybs ignescit amore*, quasi chalybs placito & grato amore flagraret. Virgilius: *Placido etiam pugnabis amori?*

Quæ tibi, sæve puer, non est permiffa potestas?  
 Tu magnum superas fulmen, cælóque relicto  
 Fluctibus in mediis cogis mugire Tonantem.  
 Jam gelidas rupes, vivóque carentia sensu  
 55 Membra feris. jam saxa tuis obnoxia rélis,  
 Et lapides fuus ardor agit, ferrúmque tenetur  
 Illecebris, rigido regnant in marmore flammæ.

## INTERPRETATIO.

*Qua potentia non est tibi data, ô puer* | *sensu vivo: jam cautes obnoxia sunt sa-*  
*crudelis Cupido? Tu vincis summum* | *gittis tuis, & flamma sua movet la-*  
*fulmen, & impellis Jovem possit cælum* | *pides: & ferrum rapitur blandimentis*  
*desertum, mugire in mari medio. Jam* | *amoris: ignes triumphant in marmore*  
*percutis saxa frigida, & corpora destituta* | *duro.*

## ANNOTATIONES.

53. *Mugire Tonantem.* ] Cùm scilicet ferreas & lapideas.  
 conversus in Taurum, Europam Ageno-  
 ris filiam rapuit, & ex Phœniciâ in in-  
 sulam Cretam per mare detulit.  
 54. *Vivóque carentia sensu.* ] Statuas

57. *Flamma.* ] Amoris scilicet domi-  
 nantur in saxis ipsis. Materiam striatam  
 recentiorum hic explicare longius foret.



## APONUS.

## ARGUMENTVM.

**N**E FAS est eum filere fontem, qui etiam mutis det vocem. Fons  
 autem describitur à loco, naturâ, margine, origine; à mon-  
 tibus, arboribus, saxisque vicinis: à fluvio falso, qui inde nascitur,  
 cujus est mira virtus: ab igne erumpente, & vi medicâ, ejusque  
 causis: ab accolarum felicitate.

## CARMEN XLIX.

**F**ONS Antenoreæ vitam qui porrigis urbi,  
 Fatâque vicinis noxia pellis aquis,  
 Cùm tua vel mutis tribuant miracula vocem;

## INTERPRETATIO.

**O** Fons, qui extendis vitam ci- | *mortem nocentem aquis finitimis, cùm*  
 vibus urbis Antenorea, & expellis | *prodigia tua dant vocem etiam mutis.*

## ANNOTATIO.

1. *Aponus, Antenorea urbi.* ] Aponus Patavium, quod ab Antenore dicitur  
 fons est celeberrimus in Italiâ, propè esse conditum.

- Cum tibi Phœbeus carmina dicet honos,  
 5 Et sit nulla manus, cujus non pollice ductæ  
 Testentur memores prospera vota notæ;  
 Nonne reus Musis pariter Nymphisque tenebor,  
 Si tacitus soli prætereare mihi?  
 Indictum neque enim fas est tacitumque relinqui  
 10 Hunc, qui tot populis pervolat ora, locum.  
 Alto colle minor: planis erectior arvis,  
 Conspicuo clivus molliter orbe tumet.  
 Ardentis fœcundus aquæ, quacumque cavernas  
 Perforat, offenso truditur igne, latex.  
 15 Spirat putre solum, conclusaque subter anhelo  
 Pumice limosas perforat unda vias.  
 Humida flammarum regio, Vulcania terræ  
 Ubera, sulfureæ fervida regna plagæ.  
 Quis sterilem non credat humum? fumantia vernant  
 20 Pascua: luxuriat gramine cocta silex.  
 Et cum sic rigidæ cautes fervorē liquefiant,  
 Contemptis audax ignibus herba virescit.  
 Præterea grandes effosso marmore sulci  
 Saucia longinquo limite saxa secant.

INTERPRETATIO.

cum amor Apollinis inspires tibi cantus, & cum nulla sit manus, cujus digitis nota exarata non significent, grata existentes desideria sua implent, an non videbor nocens in Musas similiter & Nymphas, si indictus omitteris à me uno? neque enim licet prætermitti illaudatum & incelebratum eum locum, qui vagatur per tot sermones hominum. Clivus quidam inferior colla excelso, elatior agris patulis turget leniter in clivo manifesto. Clivus abundans aqua calens, quæ aqua quacumque findit an-

tra, emittitur invento igne. Terra putris exhalat ignem, & aqua inclusa subter in pumice spirante, aperit meatus spongiosos. Hæc est patria madida ignium, hæc velut flamma Vulcania in terrâ, hæc regna ardentia ora sulphurea. Ecquis non putaret terram infœcundam? Prata flantia herbescent: lapides rosti affluunt herba. & cum rupes dura sic liquefiant igne, herba virescit audax, flammis spretis. Insuper sulci magni, marmore effosso, findunt tractu longe lapides abscissos.

ANNOTATIONES.

4. *Phœbeus.* ] Cum amor & velut honos quidam ac reverentia Phœbi in te, illum ed impellat, vim ut secretam addat aquis tuis, ad dandam mutis vocem, & ad dictanda carmina.  
 5. *Nulla manus.* ] Cum nulla sit manus, seu potius nullus sit homo, qui non gratus, & memor beneficiorum tuorum, testetur vota sua, seu sua desideria prosperè & feliciter implera, postquam ex aquis tuis bibis.  
 10. *Pervolat.* ] Alii legunt: *Hunc, qui* tot populis provocat ora, locum, hoc est, qui ad loquendum excitat.  
 11. *Planis arvis.* ] Erectior planitie.  
 12. *Tumet.* ] Unde & tumulus dicitur, qui est parvus terræ tumor.  
 16. *Perforat.* ] Hæc vox jam præcessit, unde alii legunt, *perluit*.  
 17. *Vulcania.* ] Hæc loca, etsi ignem spirantia, tam fœcunda sunt, ut hic ubera Vulcani esse putes.  
 24. *Saucia saxa.* ] Ita separata & fissa, ut vulnegrata credi possint.

- 25 Herculei ( sic fama refert ) monstratur aratri  
Semita , vel casus vomeris egit opus.  
In medio pelagi latè flagrantis imago ,  
Cæruleus immenso panditur ore lacus ,  
Ingenti fusus spatio ; sed major in altum  
30 Intrat & arcanæ rupis inane subit,  
Densus nube suâ , tactûque immitis , & haustu ,  
Sed vitreis idem lucidus usque vadis.  
Consuluit natura sibi , ne mersa lateret ,  
Admisitque oculos , quo vetat ire calor.  
35 Turbidus impulsu venti cùm spargitur aër ,  
Glaucâque fumiferæ terga serenat aquæ.  
Tunc omnem liquidi vallem mirabere fundi :  
Tunc veteres hastæ , regia dona , micant :  
Quas inter nigræ tenebris obscurus arenæ  
40 Discolor abruptum flumen hiatus agit.

INTERPRETATIO.

*Vestigia aratri Herculei ( fama ita memorat ) ostenduntur ; vel vomis casu aliquo fecit hoc opus. In clivo medio species est maris ardentis latè, lacus caruleus hic aperitur ostio magno, & porrectus intervallo itidem magno, major adhuc ingreditur in antrum profundum, & penetrat specus saxi secreti, spissus ob fumos suos, & perniciosus ob contactum & haustum, at idem semper pellucidus ob aquas crystallinas. Natura providit sibi, ne tota aqua occultaretur, recipit oculos in eundem locum, in quem ignis impedit penetrare. Cùm aër turbulentus diffunditur agitatione ventorum, & simul tranquillat superficiem caruleam aqua fumantis. Tum obstupescit vallem totam fundi lucidi, tum lancea antiqua, quæ sunt munera regalia, fulgent; inter quas hastas rimæ discolor, & opaca ob caliginem arena atra, rapit fluvium præcipitem.*

ANNOTATIONES.

26. *Vel casus.* ] Sulci illi impressi sunt ab aratro Herculeo, vel casu aliquo. Alii legunt, *Cacus vomeris egit opus.* Nec malè: quid enim convenientius, quàm sulcos in terrâ igneâ impressos esse à Caco Vulcani filio, flammæ eructante.  
27. *Pelagi.* ] In medio clivo, fontis aqua ita æstuat, ut pelagi speciem referat.  
31. *Densus nube suâ.* ] Locus qui instar maris æstuat, emittit nubem, seu fumos.  
34. *Admisitque oculos.* ] Fons ille parim emittit fumos & caliginem, sed ubi calidior est, est pellucidus, admittitque oculos, ne tota aqua lateret.  
35. *Spargitur.* ] Heinſius legit, *tergitur aër*, id est, vento purgatur.  
37. *Mirabere.* ] Tum in fundo aquæ admiraberis totam vallem, totum cli-  
vum, velut in speculo.  
38. *Hastæ.* ] Dona à regibus data, quod ejus ope ex aliquo morbo recreati sunt. Heinſius conjiciendo legit, *veteres tali*: solebant quippe antiqui jacere talos in fontes, ut futura explorarent, unde cùm eos extraherent, Veneremque & summum numerum sortirentur, inde fausta sibi promittebant. Sic Tiberius ex Suetonio; cùm, juxta Patavium adisset Geryonis oraculum, sorte tractâ, quæ monebatur, ut de consultationibus in Aponi fontem talos aureos jaceret; evenit ut summum numerum jacti ab eo ostenderent: hodieque sub aquâ visuntur ii Tali. Et hæc est species *ἰδαίος* *ὑαττινῆ* aqua fatidica: & hinc *ὑαττινῶν ἀσποράδων*, Talorum fatidicorum appellatio manavit.

Apparent

- Apparent infra latebræ, quas gurgēs opacus  
Implet, & abstrusus ducit in antra sinus.  
Tunc montis secreta patent, qui flexus in arcum  
Æquora pendenti margine summa ligat.  
45 Viva coronatos adstringit scena vapores,  
Et levis exili cortice terra natat,  
Calcantūque oneri numquam cessura virorum  
Sustentat trepidum fida ruina pedem.  
Facta manu credas, sic læves circuit oras  
50 Ambitus, & tenuis perpetuusque riget.  
Hærent stagna lacu plenas æquantia ripas,  
Præscriptūque timent transiluisse modum:  
Quod superat, fluvius devexâ rupe volutus  
Egerit, & cāpi dorfa recurva petit.  
55 Devehit exceptum nativo spina meatu.

INTERPRETATIO.

*Infra foramina videntur, qua gurgēs tenebrosus replet, & impellit flexus aquæ occultos in cavernam. Tum arcana montis videntur, qui mons curvatus in semicirculum jungit crepidine pendulâ partes extremas fontis. Umbra nativa colligat aquas circumdatas, & terra exigua supernatat, velut cortice parvo; & ruina fidelis nunquam cassura sub pondere hominum incedentium, fulcis pedes titubantes. Putares hæc esse facta manu. Ita circuitus cingit extremitates politas, & exilis est, atque continuus. Aqua stant in lacu, & adæquant ripas impletas, ac metuant transgredi limites præfixos. Flumen fluens ex saxo declivi, ejicit quod abundat. & currit per terga curvata agri. Alveus spinosus deducit viâ naturali receptum flumen.*

ANNOTATIONES.

43. *Montis secreta.* ] Apparent arcana montis, seu solitudo separata, secreta, seu, apparet quod est pulchrius.

44. *Æquora ligat.* ] Arcus ligat & jungit semicirculo quodam partes extremas fontis æstuantis, & æquora imitantis; ligat autem margine, seu orâ, seu crepidine altâ, & velut suspensâ in aëre.

45. *Viva scena.* ] *Scenæ* est tabernaculum, & umbraculum naturale arborum. Virgilius:

*Tum sylvis scena coruscet*

*Desuper, horrentique atrum nemus imminet umbrâ.*

*Vapores.* ] Arborea itaque coronant & cingunt aquas, quæ vapores emittunt.

46. *Levis terra.* ] Parva quædam insula supernatat, seu in cortice. Alii legunt, *caspite*.

48. *Fida ruina.* ] Parva illa insula est major cæspes, isque tremulus, ita ut mox casurum putes; sed tamen si te huic cre-

das, fidus erit, neque cadet sub pedibus calcantibus. Sicque *fida* erit *ruina*, id est, quam tu ruinam putabis, erit fida, & tremendo non desinet sub tuis pedibus hæcere fideliter.

49. *Læves.* ] Extremitates politas, regulares, & velut arte factas.

50. *Ambitus.* ] Alii legunt, *Alveus* & tenuis perspicuusque rigat.

51. *Stagna.* ] Aqua stagnans, sed quæ tamen quod ignem aliquando æstuat.

53. *Quod superat.* ] Fons plenus est usque ad ripas, & per fluvium effluit quicquid superat, aut superest, seu abundat; hoc est, tantum aquæ abijt, quantum ex scaturigine redijt.

54. *Dorfa recurva.* ] Intellige clivum.

55. *Spina.* ] Via quodammodo spinæ similis, ob saxa acuta: Alii legunt, *spuma*, alii, *spira*, id est, gyros & circuitus quidam.

OOO

- In patulas plumbi labitur inde vias.  
 Nullo cum strepitu madidisque infecta favillis .  
 Despumat niveum fistula cana salem.  
 Multifidas dispergit opes , attémque securus,  
 60 Quà jussère manus , mobile torquet iter ,  
 Et junctos rapido pontes subtermeat aestu ,  
 Afflatoque vago temperat igne tholos.  
 Acrior interiùs rauci cum murmure saxi  
 Spumeus eliso pellitur amne vapor.  
 65 Hinc pingues repetunt fessi sudore lacunas ;  
 Frigora queis longæ blanda dedère moræ.  
 Salve Pæoniæ largitor nobilis undæ :  
 Dardanii salve gloria magna soli :  
 Publica morborum requies , commune medentum.  
 70 Auxilium , præsens numen , inemta salus.  
 Seu ruptis inferna ruunt incendia ripis ,  
 Et nostro Phlegethon devius orbe calet :

## INTERPRETATIO.

*Inde influit in tubos patentes plumbi, Canalis albus absque ullo murmure, & factus igne humenti, emittit salem candidum. Diffundit divitias variè divisas, & sequens industriam, quæ manus trahunt, voluit viam instabilem, & subterfluit pontes conjunctos aquæ præcipiti & æstuantî, & mitigat fornices tactos flammâ errante. Intus vapor spumans vehementior expellitur stuvio fracto, cum strepitum rupis resonantis. Hinc* homines fatigati labore adveniunt fossæ hujus aquæ crassiores factas, quibus tollis mora longior attulit frigus amabile. Salve, ô fons, dator celeberrime aqua Pæonia: salve & decus inclytum terra Trojana: levamentum publicum morborum, commune subsidium medicorum, Divinitas opitulanti, salus inempta, seu ignes inferorum erumpunt in te repagulis fractis. & Phlegethon deflexus ardet in mundo nostro:

## ANNOTATIONES.

58. *Despumat.* ] Spumando emittit.  
 57. *Madidis favillis.* ] Madidis quibuscumque aquæ ferventissimæ ejectionis, favillarum instar ardentibus, non reverâ favillis, nam favillæ non sunt amplius cum madent.  
 59. *Multifidas.* ] Spargit aquas divites, seu ad multa utiles, easque per varios tubos, varièque fillos.  
 62. *Afflato tholos.* ] Fornices pontium tactos afflatu, seu vapore aquæ igneæ.  
 64. *Eliso amne.* ] Aquâ reperculsâ, fractâ, collisâ contra saxa.  
 65. *Hinc pingues.* ] Cum aquæ hujus fontis in fossas seu lacunas receptæ aliquandiu stagnaverunt, crassiores fiunt, & morbis, aut laboribus levandis utiles.  
 67. *Salve.* ] Apostrophe familiaris Poëtis. Virgilius de Italiâ,  
*Salus magna parens frugum; Saturniæ tellus.*  
*Pæonia.* ] Aquæ medicæ & salutaris. De voce Pæonia, supra.  
 68. *Dardanii.* ] Trojanæ terræ ab Antenore Trojano habitatæ. Huc enim, ex Tito-Livio, Trojâ eversâ, Antenor appulit, cum multitudine Henetiûm... Euganeisquæ, qui inter mare Alpêsq; incolabant, pulsus. Et postea: Gens universa Veneti appellati.  
 69. *Morborum requies.* ] Hinc Aponus, dictus quasi *ἀπονος* sine labore.  
 70. *Præsens numen.* ] Aqua scilicet, seu Genius fontis, eo ipso in loco, in quo colitur, fert auxilium præsentissimum.  
*Inempta salus.* ] Fons qui dat salutem gratis.  
 72. *Phlegethon.* ] Suprà,

- Sulfuris in venas gelidus seu decidit amnis,  
 Accensusque fluit, quod manifestat odor.  
 75 Sive pari flammam undarum lance rependens,  
 Arbiter in fœdus mons elementa vocat:  
 Ne cedant superata tibi, sed legibus æquis  
 Alterius vires possit utrumque pati;  
 80 Quidquid erit causæ, quocumque emitteris ortu,  
 Non sine consilio currere certa fides.  
 Quis casum meritis adscribere talibus audeat?  
 Quis negat auctores hæc statuisse Deos?  
 Ille pater rerum, qui secula dividit astris,  
 Inter prima poli te quoque sacra dedit,  
 85 Et fragilem nostri miseratus corporis usum  
 Telluri medicas fundere iussit aquas,  
 Parcarumque colos exoratura severas  
 Flumina laxatis emicunere jugis.  
 Felices, proprium qui te meruere, coloni,  
 90 Fas quibus est Aponon juris habere sui.  
 Non illis terrena lues, corrupta nec Austri

INTERPRETATIO.

seu frigidus fluvius cadit in fodinas sulphuris, & inflammatus fluit, id quod odor ejus ostendit: sive mons ille velut arbiter componens ignes cum simili proportionem aquarum, congregat elementa cum concordia pari, ne victa hæc elementa cedant sibi invicem; sed ut utrumque possit ferro certo fœdere virtutem alterius: quacunque causa sit, quacunque exeat origine, cerè credendum est hunc fontem non fluere sine providentiâ. *Ecquis ausit tribuere casui tantam virtutem?* fontis? *Ecquis inficietur Deos datores hujus muneris hac decrevisse?* Ille mundi conditor, qui distribuit tempora sua sideribus, permittit etiam tibi, ô fons, adorari inter primas res sacræ: ac miserecens natura caduca corporis nostri, imperavit terra omittere aquas illas salubres: & tum fluvius mitigaturi flamina dura Parcarum, emerferunt ex monte rupto. O fortunatos incolæ, qui promeriti sunt habere te, ô fons, proprium, quibus contingit habere Aponum in suâ potestate. Neque tabes terrena, neque flatus Notæ

ANNOTATIONES.

79. *Quocumque emitteris.* Quacunque origine fontem emitti, vel emergere quis dixerit.  
 80. *Non sine consilio.* Non sine certâ providentiæ curâ currit seu fluit ille fons, quoniam tanta est, tamque utilis ipsius virtus.  
 81. *Meritis.* Ecquis tribuat casum fonti, seu potius quis tribuat casui fontem de hominibus tam benè merentem. Non ita est: Dii singulari quadam suæ providentiæ curâ illum hominibus dederunt.  
 85. *Corporis usum.* Corporis fragilis, quo utimur.  
 87. *Colos exoratura.* Flumina ista exoratura sunt colos Parcarum, hoc est impetratura sunt suâ virtutis medicâ, ut colas sit diuturnior, ac proinde & vita longior: nam per colum Parcarum, vita hominis designatur.  
 91. *Terrena lues.* Contagio nata ex terrâ insalubri, ut in Sardinia.  
*Sirius.* Suprà de hujus etymologiâ diximus. *Sirius* autem seu *Cavicula*, sidus est ex vereribus ardentissimum: aded, ut à Poëtis quibuscumque dicatur *latrare Canicula flammæ*; & hujus exortu Solis vapores augeri, fervere maria, fluctuare vina, moveri stagna credita sint. At Galf.

OOOOij



Flamina, nec sævo Sirius igne nocet.  
 Sed quamvis Lachesis letali stamine damnet,  
 Inde sibi fati prosperiora petunt.  
 95 Quod si fortè malus membris exuberat humor,  
 Languida vel nimio viscera felle virent,  
 Non venas reserant, nec vulnere vulnera sanant;  
 Pocula nec tristi gramine mista bibunt.  
 Amissum lymphis reparant impune vigorem,  
 100 Pacaturque ægro luxuriante dolor.

## INTERPRETATIO.

*infecti, neque Sirius ladit illos calore pernicioso. At licet Lachesis condemnet illos filo mortali, tamen in hoc fonte fatum favorabilis sibi inveniunt. Quod si fortasse humor noxius turgens in corpore, vel si præcordia debilia, virescunt ob bilem in-*

*commodam, non secant sibi venam, neque curant plagam plagâ, neque hauriunt pocula temperata herbâ amarâ, renpuant aquâ sine timore vires suas deperditas, & dolor mulcetur, ægro velut ludente.*

## ANNOTATIONES.

sendus cum recentioribus, contrâ sentit, dum hæc ait ex Gemino: *Omnes putant hanc stellam (Canem) vim, habere propriam, & causam esse intensioris aestum, dum simul oritur cum Sole; attamen res non sic se habet: sed quoniam juxta calidissimum tempus, cum hac stella ortum faciebat, hujus apparitione, aeris in aestum mutationem significarunt.* Hinc certè ortus Caniculæ non causa est, sed tantum signum caloris. Idem Gassendus, lib. 6. de siderum effectibus, ait *Canem, qui caloris signum nobis est, esse Antipodibus nostris signum frigoris,*

93. *Lachesis.* ] Una Parcarum, de quâ supra; ponitur pro qualibet Parcâ.

97. *Non venas reserant.* ] Non confugiunt ad *ὀρετομίας*, *vena sectionem.*

*Non vulnere.* ] Non sanant vulnera, id est, morbos, vulnere, id est, venâ sectâ.

98. *Tristi gramine.* ] Austero & amaro succo herbarum.

99. *Impune.* ] Sine timore, sine dolore.

100. *Ægro luxuriante.* ] *Ægroto* velut ludente & lasciviente, morbus ejus sanatur.



## DE PIIS FRATRIBUS, ET EORUM STATUIS, QUÆ SUNT APUD \*CATINAM.

## ARGUMENTVM.

Celebrantur Amphinomus & Anapus Siculi fratres, qui cum ex Ætnæ ardentis incendio parentes suis humeris exceptos liberassent, statuis donati sunt.

## ANNOTATIO.

\* CATINAM. ] Hæc est urbs Siciliæ, non longè ab Ætnâ, quæ non rarè Ætnæis infestatur incendijs.

## CARMEN L.

**A**DSPICE sudantes venerando pondere fratres,  
 Divino meritis semper honore coli.  
 Justa quibus rapidæ cessit reverentia flammæ,  
 Et mirara vagas reppulit Æterna faces.  
 Complexi manibus fultos cervicæ parentes,  
 Attollunt vultus, accelerantque gradus.  
 Grandævi geminâ sublimes prole feruntur,  
 Et carâ natos implicuere morâ.  
 Nonne vides, ut sæva senex incendia monstret?  
 Ut trepido genitrix invocet ore Deos?  
 Erexit formido comam, pèrque omne metallum  
 Fusus in attonito palluit ære tremor.  
 In juvenum membris animosus cernitur horror,  
 Atque oneri metuens, impavidusque sui.  
 Rejectæ vento chlamydes, dextram exerit ille:  
 Contentus lævâ sustinuisse patrem.  
 Ast illi duplices in nodum colligit ulnas  
 Cautior in sexu debiliore labor.

## INTERPRETATIO.

**C**erne duos fratres gementes sub onere venerabili, promeritos ornari semper cultu divino. Quibus fratribus veneratio aqua ignis ardenis pepercit, & Æterna attonita removit tadas errantes. Illi fratres complexi manibus suis parentes suos, in nixos collo suo, erigunt vultus suos & properant passus suos. Parentes senes elati à filiis duobus portantur: & impediverunt filios eisdem morâ gratâ. An non aspicias, ut senex pater ostendat ignes crudeles? & ut mater imploret voce timidâ Deos? timor arrexerit crines, & metus in ære admirante fusus per totum metallum expalluit. In corpore horum juvenum horror generosus videtur, & timens suo pondere, & non timens sibi. Chlamydes eorum remouentur vento: ille extrahit dextram, satis habens sustentare patrem sinistrâ suâ. Sed labor prudentior in sexu infirmiore constringit illi fratri in nodum duo brachia.

## ANNOTATIONES.

2. *Divino.*] Fratres qui ob insignem pietatem merentur coli ut Dii.
3. *Reverentia flamma.*] Id est, flamma his pepercit, quasi venerabunda.
8. *Carâ morâ.*] Nam juvenes, nisi parentes suos tulissent, procul dubiò celerius evasisissent, idèdque morâ aliquâ implicati sunt; morâ carâ, gratâ, piâ, cum numeris ab incendio parentes suos eriperent.
10. *Invocet Deos.*] Pro se liberisque tam piis.
11. *Omne metallum.*] In statuâ horum juvenum tremor pictus est, & quasi fusus in ære admirante: non quòd æs admiratur, sed quòd præbeat admirationem, & reddat spectatores attonitos.
13. *Animosus horror.*] Est horror quidem seu timor in juvenibus, ne non liberent parentes; sed horror ille est animosus, siquidem in hoc timore, generosè pugnans, ut onus tam carum ex flammis vindicent.
18. *In sexu debiliore.*] Qui fert patrem, eum fulcit tantùm sinistrâ: at qui fert matrem, eam constringit ulnis & manibus duabus, & ipse laborat prudentius in ferendo sexu infirmiore, scilicet matre;

- Hoc quoque præteriens oculis ne fortè relinquant,
- 20 Artificis tacitæ quod metuere manus.  
Nam consanguineos eadem cum forma figeret,  
Hic propior matri sit tamen, ille patri.  
Dissimiles animos solertia temperat artis.  
Alter in alterius redditur ore patens.
- 25 Et nova germanis paribus discrimina præbens,  
Divisit vultus cum pietate faber.  
O bene naturæ memotes, documenta supernæ  
Justitiæ, juvenum lumina, vota senum:  
Qui spectis opibus medios properastis in ignes
- 30 Nil præter sanctam tollere canitiem.  
Haud equidem immeritè tantâ virtute repressas  
Enceladi fauces obriguisset reor.  
Ipse redundantem frænavit Mulciber Ætæam,  
Læderet exempli ne monumenta pii.
- 35 Senferunt clementa fidem. pater affuit æther,

## INTERPRETATIO.

*Ne etiam forsitan hoc non cogitans omittas, quod manus tacita opificis promerita sunt. Etenim cum eadem imago repræsentet duos fratres, hic tamen formatur similior patri, ille matri. Industria artis moderatur animos dispares, uterque parens exhibetur in vultu utriusque filii. Et artifex dans differentiam novam fratribus similibus, separavit vultus eorum cum pietate. O fratres reddentes eximie natura quod debetur, qui estis ar-*

*gumenta justitiæ celestis, qui estis ornamenta juventutis, & desideria senum: qui divitiis calcatis, irrupistis per flammæ modicæ, ut nihil auferretis præter parentes venerabiles canitiæ. Non equidem abs re putoguttur Enceladi mitigatum tantâ virtute habuisse. Vulcanus ipse cohibuit Ætæam effervescentem, ne violaret monumenta facti tam sancti. Elementa cognoverunt pietatem tantam. Cælum adjuvit hos fratres, ut parens;*

## ANNOTATIONES.

20. *Momete.* ] Quod manus artificis meritis sunt suâ industriâ, quæ observatur in statuâ silente, tacitâ.

26. *Divisit vultus.* ] Quandam differentiam indidit utriusque vultui.

27. *Documenta superna justitiæ.* ] Vos pii fratres, estis argumenta justitiæ celestis, seu pio facto docetis quantâ sit vis justitiæ Superarum, quæ vult justitiâ, seu pietatem eximiam reddi parentibus.

28. *Juvenum lumina* ] Ornamenta juventutis. Cicero vocat viros præcellen-  
tissimos, *lumina* civitatis. Alii legunt, *juvenum numina*, id est, qui tantâ pietate spectabiles ab aliis juvenibus coluntur, ut quædam numina.

*Vota senum.* ] Vos ii estis, quos alii senes, aut pro liberis optent, aut quibus similes expectant.

30. *Canitiem.* ] Parentes canitiæ san-

ctos, venerandos. Sed filii commendantur, quod nihil præter canitiem flammis eriperent; cum scilicet ipsorum parentes ita senio confecti essent, nihil ut præter canitiem restare videretur.

32. *Enceladi.* ] Gigantis, qui oppressus Ætæâ gemit, ignisque eructat.

33. *Redundantem.* ] Flammis, seu æstuanti igne.

34. *Pii.* ] Fratres illi Pii dicti sunt, & locus eorum sepulturæ, *πῖος τόπος*. *Piorum campus*, ex Solino, appellatus. Ideoque fingit Poëta Enceladum continuisse flammam, ne violaret sepulchrum, seu monumentum fratrum, qui quidem tam pium exemplum posteris reliquerunt ad imitandum.

35. *Elementa.* ] Ignis cognovit eorum fidem & pietatem.

- Terrâque maternum sedula juvit onus.  
 Quod si notus amor provexit in astra Laconas,  
 Aeneam Phrygio raptus ab igne pater;  
 Si vetus Argolicos illustrat gloria fratres,  
 40 Qui sua materno colla dedere jugo;  
 Cur non Amphinomo, cur non tibi, fortis Anapi,  
 Aeternum Siculus templa dicavit honos?  
 Plura licet summæ dederit Trinacria laudi,  
 Noverit hoc majus se genuisse nihil:  
 45 Nec doleat damnis, quæ devius intulit ardor;  
 Nec gemat exustas igne furente domos.  
 Non potuit pietas flammâ cessante probari.  
 Emtum est ingenti clade perenne decus.

## INTERPRETATIO.

*Et terra officiosa adjuvit etiam pondus maternum. Quod si amicitia insignis extulit ad cælum Laconas Castorem & Pollucem: si pater Anchises ereptus ab incendio Trojanæ commendavit Aenean: si laus antiqua commendat Fratres Argolicos, qui supposuerunt cervicem suam curru materno: cur non reverentia Siculorum consecravit templa in perpetuum Amphinomoti cur non tibi, o Anapi generose! Quamvis Sicilia tribuerit multa digna laude supernâ, cognoscat tamen, se nihil tulisse majus. Neque affligatur jacturâ, quam ignis vagus importavit: neque desinat domos consumptas flammâ sariente. Pietas tanta non potuit probari sine igne, magna gloria empta est magnâ clade.*

## ANNOTATIONES.

36. *Terra.*] Terra adjuvit hos juvenes, & id quod ferebant, tanquam onus maternum, seu tanquam onus portatum à suis filiis.  
 39. *Argolicos fratres.*] Cleobin & Birtionem, qui deficientibus jumentis, matrem suam Sacerdotem in templum Junonis traxerunt, & ex Ciceronis testimonio, mortem (matre eorum, bonum optimum ipsis expetente) pro premio tulerunt.  
 41. *Anapi.*] Alii legunt, *Amape*.  
 43. *Trinacria.*] De hac suprâ.  
 48. *Clade.*] Gloria magna, magna laus empta est ingenti clade, ingenti Trinacriæ seu Siciliæ damno per flammam importato.



## EPIGRAMMATA.

## EPIGRAMMA I.

## DE MULABVS GALLICIS.

## CARMEN LI.

**A**DSPICE morigeras Rhodani torrentis alumnas  
 Imperio nexas, imperioque vagas,  
 Diffona quàm varios flectant ad murmura cursus,  
 Et certas adeant voce regente vias:  
 5 Quamvis quæque sibi longis discurrat habenis,  
 Et pateant duro libera colla iugo,  
 Ceu constricta tamen servit, patiēsq; laborum  
 Barbaricos docili concipit aure fonos.  
 Absentis longinqua valent præcepta magistri,  
 10 Frænorūque vicem lingua virilis agit.  
 Hæc procul angustat sparsas, spargitque eoactas,  
 Hæc sistit rapidas; hæc properare facit.  
 Læva jubet: lævo deducunt limite gressum.  
 Mutavit strepitum: dexteriora petunt.  
 15 Nec vinclis famulæ, nec libertate feroces,  
 Exutæ laqueis, sub ditione tamen.

## INTERPRETATIO.

**V**ide Mulas alumnas dociles Rhodani  
 rapidi conjunctas jussu herili, & er-  
 rantes eodem jussu. Vide quàm diversos  
 vertant cursus ad sonum vocis diversum,  
 & ineant iter certum, voce moderante.  
 Unaquaque Mularum, licet vagetur loris  
 longis pro se, & colla earum liberata  
 solvantur iugo aspero, paret tamen, quasi  
 ligata; & patiens laborum, audit vocem  
 barbarorum auro obediens. Documenta  
 longinqui rectoris remoti multum possunt  
 apud eas, & lingua herilis fungitur mu-  
 nere habena. Hæc lingua congregat eas lævè  
 dispersas, & dispergit congregatas: hæc resi-  
 net eas currentes, hæc jubet eas currere.  
 An jubet eas ire ad sinistram? vertunt pedes  
 ad latus sinistram. An mutavit vocem?  
 eunt per viam dextram. Neque serviunt ob-  
 lora, neque ferociunt ob libertatem suam:  
 soluta funibus, sunt tamen sub imperio.

## ANNOTATIONES.

3. *Cursus.* Alii legunt, *curvus*, id est, duras habenas. Sed repugnant;  
 6. *Pateant.* Colla solvantur, appa-  
 reant liberata à iugo, quæ sequuntur, *frænorūque vicem lin-*  
 7. *Patiēsq; laborum.* Alii legunt, *patiēsq; luporum*. Ut apud Ovidium de  
 Equo: Et placido duos accipis ore lupos,  
 9. *Longinqua.* Præcepta ex longinquo,  
 seu præcepta Agathonis longius remoti.

Consensuque

Consensuque pares, & fulvis pellibus hirtæ  
Esseda concordēs multisonora trahunt.

Miraris, si voce feras pacaverit Orpheus,

20 Cum pronas pecudes Gallica verba regant?

## INTERPRETATIO.

*Et similes animo, sed hispida pellibus fulvis, consentientes trahunt currum variè fridentem. Obstupefcis, si Orpheus demulserit feras voce suâ, cum vox Gallica moderetur pecudes dicto velut audientes.*

## ANNOTATIONES.

17. *Consensuque pares.*] Et velut quadam unanimitate consentientes ad trahenda esseda, quæ sunt vehiculi Gallici genus. Esseda autem apud Belgas primò inventa esse traduntur, unde Virgilius: *Belgica vel molli melius feret esseda collo.*

19. *Orpheus.*] De Orpheo alibi.

## EPIGRAMMA II.

DE SENE VERONENSI, QUI SVBVRBIVM  
nunquam egressus est.

## CARMEN LII.

Felix, qui patriis ævum transegit in agris,  
Ipsa domus puerum quem videt, ipsa senem:

Qui baculo nitens, in quâ reptavit arenâ,

Unius numeret secula longa casæ.

5 Illum non vario traxit fortuna tumultu,

Nec bibit ignotas mobilis hospes aquas.

Non freta mercator tremuit, non classica miles:

Non rauci lites pertulit ille fori.

## INTERPRETATIO.

*Fortunatus ille, qui consumpsit ætatem suam in campo patrio: domus ipsa, quem aspexit olim puerum, ipsa afficit illum senem: qui innitens baculo, in agro, in quo aliàs vepsit, recenset tempora longa casæ unius. Fortuna non agitavit illum impedimentis diversis: neque ille peregrinator vagus hausit aquas incognitas. Non ille negotiator timuit maria, non miles timuit tubas: non passus est lites fori clamor.*

## ANNOTATIONES.

1. *Felix.*] Sic Virgilius: *Felix qui potuit, &c.* Simile exemplum est apud Valerium Maximum, ex quo. Gygi Lydorum Regi ditissimo Oraculum Aglaum Sophidium protulit. Is erat Arcadum pauperrimus, sed ætate jam senior, terminos agelli sui nunquam exceperat, parvuli ruris fructibus contentus.

4. *Secula longa casæ.*] Numerat longas ætates, multos annos in unâ casâ traductos.

5. *Tumultu.*] Fortuna non illum agitavit variis curis, impedimentis, & sollicitudinibus tumultuosis: Sed illum suus ager occupat, felicemque reddit. Horatius: *Beatus illa, qui procul negotiis, Faterna rura bobus exercet suis.*

PPpp

- Indocilis rerum : vicinæ nescius urbis,  
 10 Adspectu fruitur liberiore poli.  
 Frugibus alternis, non Consule, computat annum:  
 Autumnum pomis, ver sibi flore notat.  
 Idem condit ager Soles, idémque reducit,  
 Meritúrque suo rusticus orbe diem.  
 15 Ingentem meminit parvo qui germine quercum,  
 Equævúmque videt contenuisse nemus.  
 Proxima cui nigris Verona remotior Indis,  
 Benacúmque putat litora rubra lacum.  
 Sed tamen indomitæ vires, firmisque lacertis  
 20 Ætas robustum tertia cernit avum.  
 Erret, & extremos alter scrutetur Iberos.  
 Plus habet hic vitæ, plus habet ille vitæ.

## INTERPRETATIO.

*Ille imperitus negotiorum : ignorans urbem finitimam, perfruitur conspectu patens ore cæli. Numerat annos per segetes alternas, non per consules; distinguit Autumnum per poma, Ver per flores. Idem campus recipit Solem cadentem, idem revocat orientem, & ipse agrestis definit diem suo orbe. Qui agrestis recordatur quercum proceram emeruisse ex glande exigua, & aspiciit sylvam aequalem sibi* consenuisse. Cui agresti Verona vicina est longior Indis coloratis, & existimat lacum Benacum esse mare rubrum. Attamen robur est illi invictum, & seculum tertium videt avum illum vigentem brachiis validis. Alius peregrinetur & rimetur Hispanos ultimos: hic peregrinator plus habet vitæ, ille senex Veronensis plus habet vitæ melioris.

## ANNOTATIONES.

13. *Idem condit ager Soles.* ] Ex eodem agro videt Solem occidentem & orientem.  
 14. *Meritúrque.* ] Definit diem suo orbe, seu non alium novit diem, nisi qui in suo orbe lucet.  
 16. *Equavum.* ] Sylvam suæ ætati æqualem.  
 17. *Verona remotior.* ] Qui non magis cogitat de Veronâ, quàm si æquè remota esset, ac Indi. Verona autem ad fluvium Athesin, vulgò l' *Adese*, vel l' *Adige*, est urbs Venetiæ à Gallis condita in Italiâ, olim dicta *Brenona*, quasi à Brenno Gallo condita: *Fruitur cælo saluberrimo.* & agro fertilissimo. Munsterus, Scaligeros Principes doctissimos tulisse prædicatur.  
*Benacum.* ] Non magis etiam cogitat de lacu Benaco, quàm si æquè distaret, ac mare Erythræum, seu rubrum. Lacus Benacus, quem Mincius fluvius Virgilio celebratus transit, dicitur hodie, *Lago di garda*: & abundat piscibus, ac præsertim carpionibus optimis.  
 20. *Ætas tertia.* ] Tertium seculum. Sed seculum minus intelligi puro, quod, ex Plutarcho, spatium triginta annorum continet. Sic Nestor explevit tria secula vivendo: & Ovidius, Siliusque Italicus meo iudicio hyperbolicis loquuntur, dum ille de Nestore hæc cecinit:  
*Vixi bis centum, nunc tertia vivunt ætas.*  
 Hic verò de Argonthonio Tartessiorum Rege:  
*Ter denos decies emensus belliger annos,*  
 Quanquam, si Gaguino, & aliis Historicis fides, Joannes, ut vocant, *de temporibus*, Caroli Magni armiger, trecentos & sexaginta vitæ annos expleverit.

## EPIGRAMMA III.

DE APRO, ET LEONE.

## CARMEN LIII.

**T**Orvus aper, fulvûsque leo coiëre superbis  
 Viribus: hic setâ, sævior ille jubâ.  
 Hunc Mars, hunc Cybele laudat. dominatur uterque  
 Montibus. Hercules sudor uterque fuit.

## INTERPRETATIO.

**A** Per ferus & leo ferus inter se consentunt robore indomito: hic aper terribilior feris, ille leo jubis, Mars prædicat hunc aprum, Cybele prædicat illum leonem. Uterque imperat in montibus, uterque fuit labor Herculis.

## ANNOTATIONES.

3. Dominatur. ] Uterque leo & aper tenent quoddam imperium in montibus. De leone nemo dubitat: de apro sic Oppianus, *μῆν' ἄρ' ὅχις ἐν ὕμνωσιν*. Valde excellens inter ferus. *Sudor.* ] Uterque, leo & aper, est labor Herculis, seu Hercules utrumque vicit, aprum scilicet in Erymantho monte, & leonem in sylvâ Nemcâ.

## EPIGRAMMA IV.

DESCRIPTIO ARMENTI; FRAGMENTVM.

## CARMEN LIV.

**N**On tales quondam species tulit armentorum  
 Tellus tergemino subdita Geryoni.  
 Non tales, Clitumne, lavas in gurgite tauros,  
 Tarpeio referunt quos pia vota Jovi.

## INTERPRETATIO.

**T**erra subdita Geryoni tricorpori non produxit olim tale genus armentorum: non abluis, ô Clitumne, ejusmodi tauros in aquâ tuâ, quos tauros ut pia vota reddunt Jovi Tarpeio.

## ANNOTATIONES.

2. Subdita Geryoni. ] Vel Hispania, vel Insulæ Baleares, & Ebusus, subdita Geryoni, armentis nobilitato, cuius, ut ait Livius, boves mirâ specie Hercules abstulit. De Geryone tergemino hæc Justinus: Geryonem non triplicis natura, ut fabulis proditur, fuisse ferunt, sed tres fratres tanta concordia existisse, ut uno animo regi viderentur.

3. Clitumne. ] Clitumnus est fluvius Umbriæ in Italiâ; cujus fluvii aqua pota candidos boves reddere dicebatur; & idem ex ejus pascuis deducebatur, Maxima Taurus victima, quæ Jovi Tarpeio, seu Capitolino immolabatur.

4. Referunt quos pia vota. ] Qui boves promissi ex voto, referuntur, solvuntur, maculantur Jovi.

P P p p ij



- Non talis Tyrias sparsisse juuencus arenas  
 Dicitur, optatum quando revexit onus.  
 Non Cretæus ager, nec amati conscia tauri  
 Gnosfos, nec similes paverit Ida feras.  
 Ipse & dispariles monstro commissus in artus,  
 Qui crimen matris prodidit ore novo.  
 Cres puer haud talem potuisset reddere formam,  
 Præstarent totum si fera membra patrem.

## I N T E R P R E T A T I O .

Non Taurustalis celebratur dispersisse pul-  
 verem Tyrium, cum retulit pondus ama-  
 bile. Non terra Cretensis neque Gnosfos  
 sciens Taurum amatum esse, neque  
 Ida nutrierit bestias ejusmodi. Ipse etiam  
 non talis est Taurus conjunctus cum por-

tento per membra dissimilia, qui figurâ  
 inusitatâ ostendit scelus matris suæ. Puer  
 scilicet Cretensis non potuisset exhibere  
 speciem similem, si membra ferocia re-  
 præstarent totum suum progenitorem.

## A N N O T A T I O N E S .

5. *Juuencus.*] Jupiter ipse mutatus in  
 juuencum seu taurum, dum in Phœni-  
 ciâ, ubi urbs Tyrus, sparsit arenam, &  
 rapuit Europam Agenoris filiam, sicque  
 revexit eam ut onus amabile.

7. *Cretæus ager.*] Ubi taurus ille Cre-  
 tensis portentosus, quem iratus Neptunus  
 in Cretam immisit.

8. *Gnosfos.*] Urbs Cretæ, ubi taurus  
 à Phaisiphæ amatus est.

*Ida.*] Mons Cretæ: est & alius mons  
 Ida in Phrygiâ.

9. *Ipse.*] Ipse Minotaurus conjunctus

cum monstro, quia ex fabulis erat par-  
 tim homo, partim taurus, prodidit novâ  
 specie, novâ voce crimen matris suæ Pa-  
 siphææ. Ovidius:

*Creverat opprobrium generis, factumque  
 patebat*

*Matris adulterium monstri novitate bi-  
 formis.*

11. *Cres puer.*] Minotaurus, etsi toto  
 corpore repræstaret taurum patrem,  
 non exhiberet tamen speciem hujus ar-  
 menti. *Cres*, Cretis, id est Cretensis,

## EPIGRAMMA V.

## C O N C H A,

## CARMEN LV.

**T**Ransferat huc liquidos fontes Heliconia Nais,  
 Et patulo conchæ divitis orbe fluat.

## I N T E R P R E T A T I O .

**N**ympha Heliconia transmittat huc fontes nitidos, & fluat per os patens concha  
 pretiosa.

## A N N O T A T I O N E S .

1. *Fontes.*] Fontem Castalium.

*Heliconia Nais.*] Nynpha, quæ colit  
 fontem Castalium propè Heliconem Pho-  
 cidis montem in Græciâ. *Nais* dicitur,  
 ἀπό τῆς ῥαίης, fluere, diffundi.

2. *Concha divitis.*] Conchæ argenteæ,

quæ tanta erat, ut in eâ lavaretur Serena  
 Siliichonis uxor, & Honorii Imperatoris  
 foetus. Sic foeminæ nobiles in cōchâ lavari  
 solebant, exemplo Veneris, cujus est præ-  
 ter cæteras concha nobilitata. Concha  
 marmorea Versaliæ nobilissima iudicem est,

Namque latex, doctæ qui laverit ora Serenæ,  
Ultra Pegaseas numen habebit aquas.

## INTERPRETATIO.

*Etenim aqua qua sparseris es Serena erudita, habebit divinitatem majorem, quam habet aqua Pegasea.*

## ANNOTATIONES.

3. *Doctæ Serena.*] Hæc sapiens ab eru- Serenam, majus habebit Numen quam  
ditione commendatur, aqua fontis Castalii, seu Pegasei, qui  
4. *Ultra Pegaseas.*] Aqua quæ laverit istu pedis Pegasi exiit.

## EPIGRAMMA VI.

DE CRYSTALLO, CUI AQUA INERAT.

## CARMEN LVI.

**P**ossedit glacies naturæ signa prioris :  
Et sit parte lapis, frigora parte negat.  
Sollers lusit hyems, imperfectoque rigore  
Nobilior, vivis gemma tumescit aquis.

## INTERPRETATIO.

**G**lacies retinet speciem aliquam natura prima, & partim sit rupes, partim non habet frigus glaciæ. Hyems sagax lascivit in hoc opere, & gemma pretiosior ob soliditatem nondum absolutam, turgēt aquis nativis.

## ANNOTATIONES.

1. *Glacies.*] Crystallus retinet quædam si totum esset solidum, signa naturæ prioris, ad eò ut ex unâ parte, 3. *Ludit.*] Quasi ludendo constringit, rupis instar, dure scat, ex alterâ non habeat frigus illud, seu istam soliditatem indurat. Est enim hic lascivientis naturæ ludus.  
lapis glaciati, & translucentis : quia Imperfectoque rigore nobilior.] Pulchrior, rigor seu soliditas videtur imperfecta, pretiosior, quia rigor seu soliditas lapidis propterea quòd aquæ gutta appareat instar glaciati non perfecta, ostendit velut gemmam turgentem aquis nativis.

## EPIGRAMMA VII:

DE EADEM CRYSTALLO.

## CARMEN LVII.

**L**ymphæ, quæ tegitis cognato corpore lymphas,  
Et quæ nunc estis, quæque fuistis aquæ,

## INTERPRETATIO.

**O** Aqua, qua operitis aquas tegmine simili, & qua nunc estis, & qua fuistis aquæ,

## ANNOTATIONES.

1. *Cognato carcere.*] In crystallo aqua tegit, inquam, inferius aquas non glaciata supra tegit quodam carcere co- ciatas.  
gnato, seu similis naturæ, id est, aquæ; 2. *Et qua nunc.*] Fuistis aquæ, prius

PP p p iij

Quod vos ingenium vinxit, quâ frigoris arte  
Torpuit, & maduit prodigiola flix?

5 Quis tepor inclusus securas vindicat undas?  
Interior glacies quo liquefacta Noto?

Gemma quibus claustris arcano mobilis æstu  
Vel concreta fuit, vel resoluta gelu?

## INTERPRETATIO.

qua natura constrinxit vos? Quâ indu-  
striâ hyemis rupes portentoſa induruit ſi-  
mul, & madefacta eſt? Equis calor ſe-  
cretus conſervat aquas ſine damno? quo

Auſtro glacies arcana ſolvitur? Quo in  
cave gemma agitata calore ſecreto, vel  
conſtricta fuit, vel glacie ſoluta?

## ANNOTATIONES.

quâm glacies vos conſtringeret; eſtis ad-  
huc aquæ, quia ex aquâ natæ, & quia  
formam, colorem, & frigus aquæ reti-  
netis. Plinius, contraria cauſa cryſtallum  
facit gelu vehementiore concreto. Nec alibi  
ceridè reperitur, quàm ubi maximè hyber-  
na nives rigent: glaciémque eſſe certum eſt.

4. Torpuit. & maduit.] Cryſtallus du-  
reſcit extrâ, cum tamen inferiùs adhuc  
maceat, dum non perfectè ſolida videtur  
ob aquam latentem,

8. Concreta.] Gemma concreta exte-  
riùs, vel reſoluta interiùs, gelu ſcilicet  
diſſoluto,

## EPIGRAMMA VIII.

## DE EADEM.

## CARMEN LVIII.

Solibus indomitum glacies Alpina rigorem  
Sumebat nimio jam pretioſa gelu.

Nec potuit toto mentiri corpore gemmam:

Sed medio manſit proditor orbe latex.

5 Auctus honos, liquidi creſcunt miracula ſaxi,  
Et conſervatæ plus meruiſtis aquæ.

## INTERPRETATIO.

Glacies Alpina exquiſita ob frigus im-  
modicum, capiebat jam ſoliditatem non  
ſuperandam, calore. Neque potuit ſimulare  
gemmam in toto ſuo corpore, ſed liquor in-

ſidus remanſit in orbe medio. Pulchritudo  
ejus crevit: prodigia rupis pellucida au-  
gentur, & vos ô aqua ſervata habetis  
plus pretii.

## ANNOTATIONES.

1. Solibus indomitum.] Glacies in cry-  
ſtallo, quam Solis calor non poteſt do-  
mare: id quod peculiare eſt, nam non-  
nulli dicunt ex rebus omnibus glacie con-  
cretis ſolam cryſtallum Solibus æſtivis non  
offendi,

2. Nimio pretioſa gelu.] Glacies eò pre-  
tioſior, quò magis induruit,

3. Mentiri.] Non potuit ſimulare, re-  
præſentare, nec tam gemmam, quàm  
ſpeciem gemmæ, quæ idcò falſa eſt, &  
velut mendax,

4. Proditor latex.] In medio orbe re-  
manet aquæ liquor, qui prodit & oſten-  
dit non veram eſſe gemmam, ſed guttam  
aquæ, quæ habeat ſpeciem gemmæ; &  
ex hac ſpecie, mendaci quidem, ſed gra-  
tiſſimâ, augetur honor, & glaciæ indu-  
ratæ, atque, ut ita dicam, latex, majus  
eſt, prodigium, major honor. Martialis  
de formicâ electo conſepultâ.

Sic modo qua fueras vitâ contempta reliſta,  
Etherebus facta eſt jam pretioſa ſua.

## EPIGRAMMA IX.

DE EADEM.

CARMEN LIX.

**A**dspice porrectam splendenti fragmine venam,  
 Qua trahitur limes lucidiore gelu.  
 Hic nullum Boream, nec brumam sentit opacus  
 Humor, sed varias itque reditque vias.  
 Non illum constrinxit hyems, non Sirius ardens:  
 Ætatis spatium non tenuavit edax.

## INTERPRETATIO.

**C**erne guttam extentam in frusto mi-  
 cante, quæ semita ducitur glacie ni-  
 zidiore. Hic liquor densus non patitur ul-  
 lum Aquilonem, neque ullam hyemem, *sed is & revertitur per vias diversas.*  
*Non hyems densavit illum liquorem, non*  
*Sirius torrens, non longitudo vorax tem-*  
*poris imminuit illum,*

## ANNOTATIONES.

1. *Venam.*] Videas guttam aquæ ex-  
 tentam, & instar venæ salientem in  
 fragmine crystallo micantis. *crystallo exteriore, in speciem fornicis;*  
*3. Hic nullum Boream.]* Quia gutta illa  
 remanet, nec est obnoxia frigoris, calo-  
 ris, temporisque injuriæ.  
*5. Sirius.]* De hoc alibi fusè.  
*Porrectam splendenti fragmine.]* Aliile-  
 gunt, *conseptam splendenti tegmine, for-*  
*nice, margine,* quia gutta illa cincta est

## EPIGRAMMA X.

DE EADEM.

CARMEN LX.

**C**lauditur immunis convexo tegmine rivus,  
 Duratîsque vagus fons operitur aquis.  
 Nonne vides, propriis ut spumet gemma lacunis,  
 Et refluos ducant pocula viva sinus,

## INTERPRETATIO.

**G**utta velut libera includitur in for-  
 nice curvato, & fons errabundus to-  
 gitur aquis concretis. An non aspicias, ut *gemma turgens in fossâ suâ, & pa-*  
*tora naturalis agat velut sinum reci-*  
*procansem?*

## ANNOTATIONES.

1. *Immunis.]* Rivus, vel rivi species  
 nullâ re impedita, *ac refluere videtur.*  
*Pocula viva.]* Naturalia, non arte  
 facta. *Pocula* vocat, quia humorem in-  
 tus habent, aut saltem habere videntur.

- 5 Udaque pingatur radiis obstantibus Iris,  
 Secretas hyemes sollicitante die?  
 Mira fílex, mirúsque latex qui flumina vincit,  
 Nec lapis est meritò, quod fluit, & lapis est.

## INTERPRETATIO.

An non aspicias ut Iris humida distingua-  
 tur radiis contrariis, die excitante frigus  
 arcanum? Lapis admirabilis est, & li-  
 quor admirabilis, qui colligat fluvios, ne-  
 que meritò rupes est, qua fluit, & ta-  
 men rupes est.

## ANNOTATIONES.

Unde cùm pueri bibunt, rati aquam esse  
 in fundo residuam, pateram sugunt, sic-  
 que deluduntur.

5. *Iris.* ] In crystallo apparet Iridis  
 imago, ob varios colores.

6. *Sollicitante die.* ] In illà Iridis specie,  
 dies excirat, ostendit vim arcanam hye-  
 mis & frigoris, quod glaciem seu crys-  
 tallum induravit.

8. *Nec lapis est.* ] Gutta illa in crystallo  
 quæ fluit, non est lapis, & lapis tamen

est, quia glacie concrevit. Heinſius conjicit  
*Mira fílex, mirúsque latex! quod flumina  
 vinxit,*

*Fert lapidis merito: quod fluit, est laticis.*

Quasi diceret, quod aquam vinxit, tri-  
 buendum est lapidi ita merenti; quod  
 fluit, ascribendum est latici. S. Augu-  
 stinus in Psalm. 147. *Quid est ergo crystal-  
 lum? nix est glacie durata per multos an-  
 nos, ita ut à sole vel igne facile dissolvi  
 non possit.*

## EPIGRAMMA XI.

## DE EADEM.

## CARMEN LXI.

- D**Um crystallà puer contingere lubrica gaudet;  
 Et gelidum tenero pollice versat onus;  
 Vidit perspicuo deprenſas marmore lymphas,  
 Dura quibus solis parcere novit hyems:  
 5 Et siccum relegens labris sitientibus orbem  
 Irrita quæſtis oscula figit aquis.

## INTERPRETATIO.

**D**Um puer latatur tangere crystallà  
 fragilia, & vertit pondus illud fri-  
 gidum pollice tenello, aspicias lymphas in-  
 clusas in lapide liquido, quibus unis hyems  
 aspera scit parcere, & tangens lepidis la-  
 bis sitientibus orbem aridum, imprimis  
 oscula vana aquis conquissitis.

## ANNOTATIONES.

3. *Perspicuo marmore.* ] Videt Nym-  
 phas seu Lymphas deprenſas & inclusas  
 in marmore liquido, pellucido, hoc est  
 in crystallo.

4. *Parcere.* ] Inter omnes aquas hyems  
 parcere videtur his guttis solis, quas non

indurat, quæque retinent speciem gut-  
 tarum fluentium.

6. *Oscula.* ] Figit frustra aquis oscula,  
 quia non sunt aquæ, sed species quædam  
 aquarum.

## EPIGRAMMA

EPIGRAMMA XII.

DE EADEM.

CARMEN LXII.

**M**Armorum ne sperne globum. spectacula tranſi-  
Regia, nec rubro vilior iſte mari.  
Informis glacies, ſaxum rude, nulla figuræ  
Gratia: ſed raras inter hæbetur opes.

INTERPRETATIO.

**N**E deſpice orbem marmoreum: ſu-  
peras ſpectacula regalia, neque ille  
ignobilior eſt mari rubro. Eſt nempe gla-  
cies impolita, rupeſ indigeſta: nulla ipſi  
venuſtas eſt figura: ſed tamen reponitur  
inter ornamenta preſioſa.

ANNOTATIONES.

1. *Marmoreum globum.*] Poculum rotundum ex cryſtallo, quæ lapideſcit, inſtar marmoris.
2. *Rubro mari.*] Non vilior eſt gemmis maris rubri.
4. *Raras.*] Et revera cryſtallus inter divitias exquiſitas poteſt meritoſ recenſeri. An fallor? an alicubi legi quendam olim inventum eſſe, qui cryſtalli ſic liquefacien-  
dæ artem reperiret, eam ut inſtar auri, argenti, ſtanni, aliorumque metallorum, malleo tractabilem, & ad quaſcumque formas ductilem efficeret: ipſumque artis eximieſ repertorem, cui præmia ampliffima decernenda fuiſſent, miſerâ morte fuiſſe mulctatum. Dignum ſanè aut Tiberio, aut Tiberiano aliquo Principe flagitium!

EPIGRAMMA XIII.

CARMEN LXIII.

ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΑΤΤΗΣ.

**Χ**Ιονίη χρύσαλλος ὑπ' αἵματος ἀσκηθῶσα,  
Δείξεν ἀκρωγείοιο παλάσιον εἰκόνα κόσμου,  
Οὐρανὸν ἄλγος ἔχοντα βαρυκτύπον ἐνδοθι πόντον.

ETIAM DE EADEM CRYSTALLO.

INTERPRETATIO POETICA.

**C**ryſtallus nivea, humano ſudata la-  
bore,  
Pulcræ immortalis variam notas icona,  
Cælum complexū, maris intus ſtagna ſonoræ.

INTERPRETATIO PROSA.

**N**ivea Cryſtallus ob opifice cla-  
borata oſtendit veri variam ima-  
ginem mundi, amplexum cælum intus  
reſonantem pontum.

ANNOTATIONES.

3. *Αἷμας ἔχων.*] In ulnis habere. am-  
plecti, apud Homerum sæpe legitur.
- Πόντον.*] Hyperbolicæ: vocat enim pontum ſeu mare, guttam illam aquæ, de quâ jam multa diximus. Quasi ſit ea Vatis ſententia, ut globus cryſtallinus exte-  
rius Cælum videatur exhibere, interius  
verò aquam ſeu mare concludere. Cæ-  
rum extant & in Anthologiâ Epigrammata  
Græca Claudiani, eâque nitida, ut qui  
Muſis Articis ſuas primitias conſecraſſet,  
ut diximus antea.

Q Q 9 9

## EPIGRAMMA XIV.

## CARMEN LXIV.

## ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΑΤΤΗΣ.

Εἰ μὲν αἶμα μοι κρύσταλλε, λίθῳ πεπυρασμένῳ ἔδωκε,  
 τίς πῆξεν; Βορέης. ἢ τίς ἔλυσε; Νότος.

## ETIAM DE EADEM.

## INTERPRETATIO PROSA.

**D**ic age, mihi Crystalle, in lapide densata aqua, quis densavit te? Boreas,  
 aut quis resolvit te? Notus.

## ANNOTATIONES.

1. Κρύσταλλε. ] Sic hoc Epigramma  
 traduxit Barthius:

*Dic age mi Crystalle, latex lapidescere  
 jussus:*

*Quis strinxit Boreas. Cui resoluta?  
 Noto.*

At sic Claverius:

*Quis lapidi cognato latex te stringere  
 quivis*

*Parte sui? Boreas, quis solvissit? Notus.*

Ita nempe est Poëtæ mens, ut dicat crys-  
 tallum posse indurari & velut lapidescere  
 vi Boreæ venti frigidioris: & glaciem illam,  
 unde fieri potest crystallus, posse resolvì  
 à Noto vento calido & humido; non verò  
 crystallum ipsam, si quidem dixit antea  
 crystalli rigorem solibus indomitum esse,  
 ac proinde minùs domari posse à Noto  
 seu Austro.

## OBSERVATIO DE CRYSTALLO.

**H**Æc Epigrammata explicavi ex opinione veterum, qui crystallum ex glacie  
 fieri putabant; at longè aliter sentiunt Philosophi recentiores; inter quos certè  
 illustrem locum obtinet nobilissimus vir Joannes Baptista Hamelius, cujus sunt hæc  
 verba in lib. 2. de fossilibus cap. 8. *Aqua in crystallum abis nunquam, neque ut gla-*  
*cies, & alia qua frigore coaluerunt, calore solvitur, sed ut ceteri lapides calcinatur.*  
*Purissima quidem in rupium & montium jugis reperitur; à sodinis quoque subterra-*  
*neis frequens erui solet: hexagonam, ut sæpe diximus, figuram assequitur: interim*  
*lapidibus aled tenaciter adhærescis, ut agrè divelli queat.* Sed & præter naturalem  
 hanc crystallum, alia est factitia, quæ ex lapidibus quibusdam igne & præsertim  
 Hammâ ardentissimâ vi salis infusi adjutâ liquefactis fieri solet; quod quidem artis  
 opus est admirandum.



## EPIGRAMMA XV.

## CARMEN LXV.

Ἰλαδί μοι, εἴλε φοῖβε, σὺ γὰρ θοὰ πύξα πταίνων  
Ἑλλάθης ἐπ' ἔρωτος ἐπ' ἀκμπύροισιν οἵστροις.

INTERPRETATIO POETICA. INTERPRETATIO PROSA.

**P**Arce, ὁ Phæbe pater: *velocia nam-  
que vibrantem*  
*Tela, Cupido furens celeri se perculit astro.*

**S**i mihi propitius, care Phœbe, ut  
Senim velocia jacula mittens, per-  
cussus es ab Amore velocibus sagittis.

## ANNOTATIONES.

2. Ἑλλάθης, ] Hinc Ovidius:  
*Primus amor Phœbi Daphnæ Penēia,  
quem non  
Sors ignara dedit, sed sæva Cupidinis ira.*  
Figat unus omnia, Phæbe,  
Te meus arcus, ait: Cupido scilicet.  
Ἀκμπύροισιν, ] Amor dicitur etiam à

Nonno *πυτοπόρος*, & à Muscō *πενδύ-  
ματωρ*, *omnia domans*. Virgilius:  
*Usque adeo genus in tectis hominūque  
ferarūque  
Et genus æquoreum, pecudes, pisceque  
volucres,* [idem.  
*In furias ignēque ruunt: amor omnibus*

## EPIGRAMMA XVI.

## CARMEN LXVI.

ΕΙΣ ΜΙΜΑΔΑ ΓΗΡΑΣΑΣΑΝ.

**Μ**αχλὺς εὐκροτάλοισιν ἀνυάζουσα χορείαις,  
Δίζυγα παλλομβόισι τινάσμασι χαλκὸν ἀράσσει,  
Τῆς μὲν ὑπεκλίπων πολὺν πόντον γέροντα μοίρης.  
Ἡλιεμάτις ἀκτῖσι χάρσασσεται ὄμματος ἄνρη.

IN MIMAM SENESCENTEM.

INTERPRETATIO POETICA. INTERPRETATIO PROSA.

**F**estivas celebrans mulier lasciva cho-  
reas,  
*Bina corniscanti quatit ara sonantia motu.*  
*Finisimos morti condens sub vertice canos.*  
*Ipse oculi vapor intuitu signatur inani:*

**M**eretrix crotalo resonantibus cho-  
reis tripudians, duplex vibrat  
concussibus æs quatit, occultans quidem  
canos etines vicinos morti; vanis ra-  
diis oculi vapor notatur:

## ANNOTATIONES.

1. Χαλκόν. ] Instrumentum aliquod ex  
ære quatiens, ut tintinnabulum, cymba-  
lum, idque duplex, aut geminatis hinc  
inde crummaris resonans; qualia non raro  
videntur in histrionum manibus.

4. Ακτῖσι. ] Radius seu vanis quibusdam

intuitibus, aut oculorum motibus, qui-  
bus se bellam & lepidam crederet mimæ  
senex.

Αὔρη. ] Vapor ex oculis fortè lippien-  
tibus, nisi fucus corrigat, exiens, aut sal-  
tem in vetularum oculis esse solitus. Quasi

QQqq ij



5 Ψευδῶδον δ' ἐρύθημα χετύχεν ἄχρους αἰδώς,  
 Ἀγλαΐη σέψασα κόθρη κατελυμένῃα ρυτίδα.

## INTERPRETATIO PROSA.

Pudor decolor delineat ruborem mentium, postquam coronavit splendore falso fucatas genas.

## INTERPRETATIO POETICA.

*Decolor affinxit falsum pudor pre ruborem. Pinxit ut accito vultus splendore micantes.*

## ANNOTATIO.

Poëta diceret, mima senex se pulchram putat, dum huc & illuc mobiles volvit oculos, instar puellæ; sed tamen, cum cavi & liventes sint oculi, ut in senibus esse solent, satis apparet hosce oculorum conjectus, esse radios vanos, & vaporem quendam emittentes, qui odium potius quam amorem conciliare possint. Vir quidam doctissimus legit non αἰδῶν, sed αἰγῶν, id est, *acies oculorum*.

5. Ψευδῶδον] Certè reponendum est Ψευδῶδον.

ἄχρους αἰδώς.] Est nescio quis in illâ

mimâ sene-pudor, sed ἄχρους decolor, seu falsus & affectatus, & nativo suo colore destitutus, ideoque falsus ille pudor, & ut ait Horatius, αἰδώς οὐχ ἀγνή, pudor ille non bonus, seu potius illa pudoris affectati umbra delineat in verulæ vultu, velut in tabulâ, falsum ruborem, ostenditque non eum esse naturalem, quem certè non possibile est aut accersere, aut imitari. Ut enim ait Seneca, *Artifices Scenici multa representant, sed ruborem sibi exprimere non possunt; nec prohibetur hic, nec adducitur.*

## EPIGRAMMA XVII.

## CARMEN LXVII.

\*ΕΙΣ ΔΟΥΛΟΝ ΤΥΠΗΘΕΝΤΑ ΠΑΡ' ΑΥΤΟΥ.

Εἶδον χαλκὸ πῆλ' ἀπὶ σκαδύροις ἐλκχῶτος  
 Ἐστῆκε δ' αὖ πον τις ὑπὲρ νότιο μμαγπῶς,  
 Οὐδ' ἔειπε μοχλοῦσι πορὴν ὀπίσθ' αἰδῶς.  
 Τούνηκα μὲν γῶρ' ἔξεν ἰὸν πλούμης ἀνάστα.

## IN SERVVM VERBERATVM AB IPSO.

## INTERPRETATIO PROSA.

Sellam xripedem in vestibulo Hesticonis statuerat famulus quidam, cum dorso portasset, neque volebat mihi laboranti dare in pretium cantus. Idcirco meum armavit telum ingeniosa necessitas.

## INTERPRETATIO POETICA.

*Æ* Ratis sellam pedibus pro portâ Hesticonis  
 Impositam servus dorso famulante locavit.  
 Et negat hanc fesso prabere in pretio cantus.  
 Hunc petis inde meis fors ingeniosa sagittis.

Per me licebit, hoc epigramma simpliciter accipias, hoc modo: Servum reperi, qui sellam gestaret: ab eo petii, eam ut mihi fatigato commodaret: malè recusantem, malè multavi. Necessitas & iram & vires ministravit.

In his interpretandis consului virum clarum Larium, linguæ Græcæ peritissimum.

## ANNOTATIONES.

\* Hoc Græcum epigramma in multis codicibus non extat; in hujus verbis & phrasi nulla difficultas, at cum acumen & sensus, qui maxime spectandus est, excutitur, Oedipo certe opus esse, non mihi tantum, id quod mirum non esset, sed & aliis longe eruditioribus ac perspicacioribus videtur. Claudianus forsitan agens pauperem aliquem Poëtam, cum irridet traducitque, quoddam cum nautum non haberet, cumque ad Heliconem, aut ad Templum Apollinis Palatini varum poemata audirurus, aut sua lecturus, venisset, & servo cuidam, qui sellas ad audiendum conduceret, versus seu cantus officiosè obtulerit, sperans hanc honoris homulo delati specie, sellam sese gratis posse obtinere. Quod, cum spei non respondisset, eò poëtam, ut est *genus irritabile vatum*, impulit, ut in servum illum *lucubrationis sue solum*, ut ait de Caligulâ Suetonius, *fringeret*. Quæ res arguit Poëtam pauperem & ridiculum; pauperem, qui pro pecuniâ mercenario

versus obtruderet, ridiculum, qui in istud hominis scriberet. En levis conjectura, cedo meliorem, & amplector. Ceterum eò me faciliè adduci patiar, ut cum viris quibusdam eruditis credam in hoc epigrammate latere aliquid obscuritatis & nequitiz, quæ non tam verbis, quam silentio, non tam luce, quam tenebris & igne piaculari digna sit judicanda.

1. *Ἑλικῶνος*.] Per Heliconem, ut dixi, intelligendum est Templum Apollinis Palatini, quod Augustus, Antonio & Cleopatrá devictis, ex marmore construxit, ubi Poëtarum illustrium imagines lambebant hedera sequaces.

3. *Ἐπὶ Καδμῶος*.] Vir quidam doctus legit *Ἐπὶ Καδμῶος*, accessum ad cantum, seu Parnassum.

*Πολύμνις ἀνάσσει*.] Ingeniosa necessitas. Ovidius:

O quantum subitis casibus ingenium est.  
Epithetum illud sæpe tribuitur Ulyssî Hæmerico, *πολύμνις ὁδυσσοίης*.

## EPIGRAMMA XVIII.

## IN SPHERAM ARCHIMEDIS.

## CARMEN LXVIII.

**J**uppiter in parvo cum cerneret æthera vitro,  
Risit, & ad Superos talia dicta dedit:  
Huccine mortalis progressa potentia curæ?  
Jam meus in fragili luditur orbe labor.

## INTERPRETATIO.

**C**um Juppiter videret cælestes orbes in vitro exiguo, subrisit, & dixit hæc verba Dis. An potestas solertia hominum processit huc usque? jam opus meum exhibetur velut per ludum, in globo ludibrio.

## ANNOTATIO.

1. *Vitro*.] Admirabile quiddam est, si illa Archimedis sphæra vitrea fuerit: forsitan ingenio suo vates indulsit, & Poëtarum quilibet audentium usus est privilegio. Sextus Empiricus memorat illam sphæram ligneam fuisse. Cælius Rhodiginus æream fuisse memoriz prodidit.

*Archimedis ingenium divinum, in mundi opificio Deum ferè ipsum laceßere visum est, quando tam concinne Cælum constrasse aneum memoratur, ut inibi septem viserentur Planeta, & ratione incomparabili etiam motus verissimè deprehenderetur.*

¶¶¶ q. iii.

- 5 Jura poli, rerumque fidem, legesque Deorum.  
 Ecce Syracusius transtulit arte senex.  
 Inclusus variis famulatur spiritus astris,  
 Et vivum certis motibus urget opus.  
 Percurrit proprium mentitus Signifer annum;  
 10 Et simulata novo Cynthia mense redit.  
 Jamque suum volvens audax industria mundum  
 Gaudet, & humanâ sidera mente regit.  
 Quid falso infontem tonitru Salmonea miror?  
 Æmula naturæ parva reperta manus.

## INTERPRETATIO.

*En senex Syracusius industriâ suâ hinc tranxit in terras jura cœli, fidem dispositionem rerum, & leges Deorum. Quædam velut intelligentia clausa servit sideribus diversis, & impellit opus mobile motibus statutis, Sol in Zodiaco falso pererrat annum suum, & Luna falsa revertitur mense*

*novo. Jamque ars temeraria versans mundum suum, triumphat, & moderatur sidera animo humano. Quid admiror Salmoneum innocentem ob fulmen fictum? manus exigua inventa est imitatrix operum naturæ.*

## ANNOTATIONES.

5. *Jura poli.*] Quod tantum pertinet ad Cœlum.

*Fidem.*] Fidelem rerum dispositionem, concordiam, harmoniam.

*Legesque Deorum.*] Leges, quibus adstringuntur. Antiqui enim fingebant Deos ab altorum & mundi legibus pendere. Alii legunt: *legemque dierum*; nec male. Cicero: *Archimedes Luna, Solis, & quinque errantium motus in spheram illigavit.*

6. *Syracusius.*] Syracusæ urbs Siciliæ, Archimede nobilis, Ovidius:

*Arte Syracusiâ suspensus in ære clauso  
 Stas globus immensis parva figura poli.*

*Transtulit.*] Expressit, & ex Cœlo in terras transtulisse videtur.

8. *Certis motibus.*] Sphæra Archimedis motus ipsos cœlestes, siderum ortus & occasus pari lege ac disciplinâ representasse dicitur: adeo, ut quidam spiritus, velut quædam *intelligentia* in orbe illo vi-


treo inclusa famulareretur sideribus, quorum varios motus mirificè regeret.

9. *Signifer.*] Sol in signifero seu Zodiaco. Continens pro contento ponitur, metonymicòs.

10. *Cynthia.*] Luna seu Diana, nata in monte Cyntho, qui mons est Deli insule in mari Egæo.

12. *Humanâ mente.*] Humana mens regit mundum, qui mente divinâ regi debet. Cæterum Plinius sphæræ inventionem, nunc Atlanti, nunc Anaximandro tribuit; Laërtius Musæo; alii aliis: sed communior sententia sphæræ inventorem agnoscit Archimedem.

13. *Infontem.*] Non enim adeo peccasse videtur, qui opus naturæ tentaret imitari. *Salmonea.*] Hic pontem æneum curru quatiebat, ad imitanda tonitrua; sed cum vero fulmine Juppiter deorsum ad inferos,



## EPIGRAMMA XIX.

DE POLYCASTE, ET \*PERDICCA.

## CARMEN LXIX.

**Q**UID non sævus amor flammæ numine cogat;  
Sanguinis affectu mater amare timer.

Pectore dum niveo puerum tenet anxia nutrix,  
Illicitos ignes jam fovet ipsa parens.

5 Ultrices pharetras tandem depone Cupido.  
Consule jam Venerem, forsitan & ipsa dolet.

## INTERPRETATIO.

**Q**uid non amor crudelis impellat facere potestate ignis sui? mater metuens amare ob charitatem maternam. At nutrix inquieta, dum completitur sinu candido puerum, jam ipsa mater nutrit flammæ illegitimas. O Cupido abjice tandem sagittas vindices, jam consule Venerem; forsitan & ipsa dolet.

## ANNOTATIONES.

\* *Perdicca*.] Hic longo venandi studio fessus, se terræ colendæ applicuit, ideoque dicitur amasse terram, quæ mater est omnium. *Polycaste* vocatur, ab aliis *Polycarpe*, quia multos fert fructus, πολὺς, multus, & καρπός, fructus.

1. *Flammæ numine*.] Potestate flammæ suarum, in quibus videtur esse numen aliquod; adeo impellit, cogitque aliquid facere.

2. *Sanguinis affectu*.] Amorem maternum amore libidinoso & incesto mutare timer.

3. *Nutrix*.] Eadem mater & nutrix, amore, quem horrebat, percutitur.

5. *Depone*.] Ne Venus ipsa Cupidinis amore flagret.

6. *Dolet*.] Cupidinis amore incenditur, doletque se tam impuræ flagrare libidine.

## EPIGRAMMA XX.

DE ZONA EQVI REGII MISSA HONORIO AVG.  
à Serenâ.

## CARMEN LXX.

**A**Ccipe parva tuæ, Princeps venerande, sororis  
Munera, quæ manibus texuit ipsa suis.

Dumque auro phaleræ, gemmis dum fræna renident;

Hac uterum zonâ cinge frementis equi.

## INTERPRETATIO.

**R**ecipe, ô Imperator Auguste, dona exigua sororis tuæ, quæ dona fecit ipsa manibus suis. Et dum phaleræ micant auro, & fræna micant margaritis, circumdâ hoc cingulo ventrem equi ferocis.

- 5 Sive illum Armeniis aluerunt gramina campis ;  
 Turbidus Argæâ seu nive lavit Halys ;  
 Sanguineo virides morsu vexare smaragdos ,  
 Et Tyrio dignum terga rubere toro.  
 O quantum formæ sibi conscius erigit armos ;  
 10 Spargit & excussis colla superba iubis !  
 Augescit brevis doni pietate Serenæ ,  
 Quæ volucres etiam fratribus ornat equos :

## INTERPRETATIO.

Seu pascua nutriturum equum illum in agris Armeniis, seu Halys tumens sparsit illum nive Argæi montis: illum meritis rodere dentibus smaragdos videntes, habere terga rubentia veste purpureâ. O quantum ille equus, velut cognoscens pul-

chritudinem suam attollit armos, & diffundit iubeas errantes in cervicibus elatâ ! Parvitas muneris crescit amicitia piâ Serenæ, quæ etiam decorat equos ceteros præ fratribus suis.

## ANNOTATIONES.

5. *Armeniis.*] Armenia Asiæ regio, equorum optimorum ferax ; sicut & mons Argæus ad Halyn fluvium, de quibus supra.  
 7. *Morsu vexare smaragdos.*] Ut mandando vexant equi spumantes fræna su-
- ragdis aut gemmis aliis micantia.  
 11. *Pietas.*] Infratrem & Imperatorem ; cuius & soror & socrus ; quia Serenæ adoptata fuerat à Theodosio, & mater fuit Mariæ, quam uxorem duxit Honorius.

## EPIGRAMMA XXI.

DE ZONA AB EADEM MISSA ARCADIO AVG.

## CARMEN LXXI.

- STAMINE resplendens, & mirâ textilis arte  
 Balteus alipedis regia terga liget,  
 Quem decus Eoo fratri, pignusque propinqui  
 Sanguinis Hesperio misit ab orbe soror.  
 3 Hoc latus adstringi velox opraret Arion ;  
 Hoc proprium vellet cingere Castor equum.

## INTERPRETATIO.

Cingulum micans filis, & textum industria admirabili, constringebat zona regalia equi velocissimi, quem equum soror Serenæ misit ex terrâ Hispaniâ fratri suo Arcadio Imperatori Orientis, honoris causâ, & velut monumentum sapientie propinquitatis. Arion equus expeteret latus suum ligari hoc cingulo : Castor expeteret circumdare equum suum hoc cingulo.

## ANNOTATIONES.

3. *Decus.*] Serenæ misit Balteum, ut decus & ornamentum futurum Eoo fratri, hoc est Arcadio populos Imperii Eoi, seu Orientis regenti, Arcadius autem erat frater Serenæ, quia hæc erat Theodosii magni filia adoptiva.  
 4. *Hesperio ab orbe.*] Ab Hispaniâ, ex qua Serenæ oriunda erat, vel potius ab Italiâ, in qua ipsa degebat, & quæ Hesperia sæpius dicitur, Virgilius :  
 Est locus, Hesperiam Græci cognomine dicunt.  
 5. *Arion.*] Equus Adrausti, celebratus apud antiquos.  
 6. *Equum.*] Cyllarum ex Servio.

## EPIGRAMMA

## EPIGRAMMA XXII.

## DE CHLAMYDE ET FRÆNIS.

## CARMEN LXXII.

**N**ON semper clypei metuendum gentibus orbem  
 Dilecto studiosa parens fabricabat Achilli:  
 Lemnia nec semper supplex ardentis adibat  
 Antra Dei nato galeam factura comantem:  
 5 Sed placidos etiam cinctus, & mitia pacis  
 Ornamenta dabat, bello quibus ille peracto  
 Conspicius Reges inter fulgeret Achivos.  
 Ipsa manu chlamydes ostro texebat & auro,  
 Frænâque, quæ volucrem Xanthum Baliûmque decerent;  
 10 Æquore quæsitis onerabat sedula gemmis.  
 At tibi diversis, Princeps altissime, certant  
 Obsequiis foceri. Stilicho Mavortia confert  
 Munera, barbaricas strages, Rhenique triumphos,  
 Reginæ contenta modum servare Serena,  
 15 In tua sollicitas urget velamina telas.

## INTERPRETATIO.

*M*ater amans Thetis non semper curabat fieri pro caro Achille orbem clypei formidandi populis: neque semper petebat cavernas Lemnias Dei ignei, rogans conflare cassidem jubatam pro filio, at donabat quoque ipsi vestes pacificas, & ornatus dulces pacis, quibus insignis ille Achilles bello perfecto micaret inter Reges Gracos. Ipsa Thetis texebat manu suâ chlamydes ex purpurâ & auro: & ipsa officiosa gemmis conquisitis ex mari gravabat frænâ, qua digna essent celeri Xantho & Balio. At verò Soceri tui, ô Imperator celsissime, contendunt ornare te variis officiis. Stilicho dat tibi dona Martia, clades Barbarorum, & victorias Rheni: Serena satis habens conservare moderationem Regina, texit impensius telas ad vestes tibi faciendas.

## ANNOTATIONES.

1. *Fabricabat.* ] Non semper Thetis curabat à Vulcano arma fieri, pro carissimo filio Achille.  
 3. *Lemnias.* ] A Lemno maris Ægæi insula, in quâ Vulcani officina, sicut & in monte Ætnâ.  
 9. *Xanthum & Baliûm.* ] Equos Achillis.

12. *Soceri.* ] Stilicho & Serena.  
 13. *Barbaricas.* ] Stilicho dat tibi arma, quibus stragem edas barbarorum, & ad Rhenum victorias illustres referas, quæ triumphum mereantur.  
 15. *Sollicitas.* ] Ipsa sollicita & anxia.



R R rē

## EPIGRAMMA XXIII.

DE FRENO, PHALERIS, ETCINGULO EQUI HONORII,  
à Serenâ missis.

## CARMEN LXXIII.

- O** Felix sonipes, cui tanti fræna mereri  
Numinis, & sacris licuit servire lupatis:  
Seu tua per campos vento juba lussit lberos:  
Seu te Cappadocum gelidâ sub valle natantem  
5 Argæ lavère nives: seu læta solebas  
Thessaliæ rapido perstringere pascua cursu:  
Accipe regales cultus, & crine superbus  
Erecto virides spumis perfunde smaragdos.  
Luxurient tumido gemmata monilia collo.  
10 Nobilis auratos jam purpura vestiat armos,  
Et medium te Zona liget variata colorum  
Floribus, & castæ manibus sudata Serenæ,  
Perfarum gentile decus. sic quippe laborat  
Maternis studiis, nec dedignatur equestres  
15 Moliri phaleras genero latura decorem.

## INTERPRETATIO.

**O** Equæ fortunatæ, cui contigit promereri habenas divinitatis tanta, & parere franis sacratis: seu juba tua diffusa est vento per agros Hispania: seu nives montis Argæ sparserunt te natantem in valle frigidâ Cappadocia: seu consueveras transilire saltu præcipiti præta pinguis Thessalia: recipe ornamenta Imperatoria, & superbiens juba sublatâ, sparge spumis smaragdos virentes. Monilia plena gemmis abundent in cervice tuâ superbâ: jam purpura insignis decoret armos tuos aureos, & cingulum confringat te modicum, cingulum distinctum variis coloribus, & elaboratum manibus Serenæ pudicæ, quod cingulum est ornamentum Gentile Perfarum. Ita enim Serena impendit curas maternas, neque respuit fabricare phaleras equestres, allatura Genero suo Honorio novum splendorem.

## ANNOTATIONES.

1. Mereri.] Ob præstantiam & generositatem.

2. Numinis.] Honorii Imperatoris, qui Numen quoddam est aspectabile, ut sunt Reges & Imperatores, qui etiam in sacrâ Scripturâ Dei vocantur.

Sacris lupatis.] Aded sacra omnia dicuntur quæ sunt Imperatorum. Nam & sacrum stibulum, sacrum præsepe, sacra lupata appellantur, quia consecrata sunt personis sacris, & usibus exempta

profanorum, seu plebis profanz.

4. Cappadocum.] Cappadocia, mont Argæus, Hispania, Thessalia, sunt totidem loca equis optimis foecunda.

10. Auratos armos.] Vestibus aureis ornatos.

11. Colorum floribus.] Variis coloribus, instar florum variè micantium.

13. Perfarum gentile decus.] Instar gentis Perfarum, qui equos gemmis & aureis vestibus ornant.

## EPIGRAMMA XXIV.

## DEPRECATIO AD ALETHIVM QVÆSTOREM.

## ARGVMENTVM.

**D**EPRECATUR Alethium, cuius versus reprehenderat, promittitque se deinceps plausurum esse ejus ingenio; sed ironice.

## CARMEN LXXIV.

**S**ic non Æthiopum campos æstate pererrem;  
 Nec Scythico brumam sub Jove nudus agam;  
 Sic non imbriferam noctem ducentibus Hædis  
 Ionio credam turgida vela mari:  
 Sic non Tartareo Furiarum verberare pulsus  
 Irati lædam carmina grammatici:  
 Nulla meos traxit petulans audacia sensus:  
 Liberior solito nec mihi lingua fuit.  
 Versiculos, fateor, non cautâ voce notavi,  
 Heu miser ignorans quàm grave crimen erat!  
 Orpheos alii libros impune lacerassunt,  
 Nec tua securum te, Maro, fama vehit.  
 Ipse parens varum princeps Heliconis Homerus  
 Judicis exceptit tela severa notæ.

## INTERPRETATIO.

**I**Ta, si vera dico, non peragrem agros Æthiopum per æstatem, neque ego nudus traducam hyemem sub aëre Scythico: ita non committam vela tamentis mari Ionio, Hædis afferentibus noctem pluviam: ita non offendam versus Grammatici succensentis, ego ipse impulsus æstro inferno Furiarum. Nulla temeritas, proci ab-ripuit animum meum, neque lingua mihi fuit liberior suo more. Reprehendi verbis non prudentibus carmina, confiteor, heu miser noscens quàm scelus atrox foret! Alii provocant iusd opera Orphei, neque fama tua, ô Virgili, te prestat tutum. Homerus ipse pater poetarum, & Dictator Heliconis, recepit istius asperos notæ censoria.

## ANNOTATIONES.

1. Sic non.] Formula attestandi: sic non peragrem Æthiopum agros arduos, si vera dicturus sum, vel si quemquam lædere volui, vel si ulla me temeritas abripuit. Sed hæc omnia ambigua, potest enim Claudianus his carere periculis, cum non statueris hæc adire loca; & non tantum cuncta commisit, ut exilium ipsi videatur esse pertimescendum.

3. Hædis.] Hi sunt duo astra nautis inimica, in manu Aurigæ, seu Heniochi signi Septentrionalis. Virgilius: Pluvialisbus hædis.

12. Maro & Homerus.] Habuerunt suos Zelos, suos censores.

R R r r ij



- 15 Sed non Virgilius, sed non accusat Homerus.  
 Neuter enim quæstor, pauper uterque fuit.  
 En moveo plausus, en pallidus omnia laudo;  
 Et clarum repeto tæque quaterque sophos.  
 Ignoscat placidus tandem, statûque remittat,  
 20 Et tuto recitet quodlibet ore: placet.

## INTERPRETATIO.

*At non Virgilius arguit me, non Homerus; etenim neuter fuit quæstor, uterque pauper fuit. Ecce igitur excito applausum, ecce timidus prædico cuncta tua opera.* & voce clarâ repeto ter & quater, Sophos. Alethius mistis tandem parcat, & minuat superbiam suam, ac legat buccis inflatis quidlibet: ego dicam, perplacet.

## ANNOTATIONES.

16. *Pauper uterque fuit.* Id certè constat de utroque, & præsertim de Homero, qui erat rerum omnium egenus. Unde Ovidius: --- Maonides nullas ipse reliquit opes.  
 17. *Pallidus.* Timidus, & quasi attonitus.  
 18. *Sophos.* Vox & laus summa plaudentium, σοφὸς, sapiens: vel σοφὸς, sapiens, est & doctus ille, qui omnia solertissimè facit.

## EPIGRAMMA XXV.

## IN CURETIUM.

## CARMEN LXXV.

- F**ALLACES vitreo stellas componere mundo;  
 Et vaga Saturni sidera sæpe queri,  
 Venturumque Jovem paucis promittere nummis,  
 Cureti genitor noverat Uranius.  
 In prolem dilata ruunt perjuria patris,  
 Et pœnam merito filius ore luit.  
 Nam spurcos avidæ lambit meretricis hiatus;

## INTERPRETATIO.

*Uranus pater Curetii sciebat conferre in orbe crystallino stellas mendaces, & sæpe conqueri de astro errabundo Saturni, & polliceri pro summâ exiguâ Jovem adfuturum nascentibus. Pœna mendaciorum patris reservata cadit in filium. & hic filius persolvit supplicium ore merente. Etenim lambit os infame meretricis capidæ,*

## ANNOTATIONES.

1. *Fallaces.* Quid enim fallacius, quàm ea omnia, quæ effutunt illi Genethliaci, seu qui prædicant aliquid de pueris nascentibus.  
*Vitreo componere mundo.* Solebat stellas Cœli componere, perpendere, earumque situs & dispositiones in sphaerâ vitreâ conferre, ut inde futura prædiceret de pueris nascentibus.  
 2. *Queri.* Solebat queri obesse Saturnum, sed superventurum Jovem, qui meliora daret, sicque faciebat fœcundum.

Consumens luxu , flagitiisque domum.  
Et quas fallacis collegit lingua parentis,  
10 Has eadem nati lingua refundit opes.

## INTERPRETATIO.

*exhauriens domum suam luxuriâ & pat divitias, quas lingua patris deceptoris  
criminibus suis, Et lingua eadem filii diffi-* *cumularvit.*

## ANNOTATIONES.

8. *Flagitiis.* ] Flagitium dicitur optimè *omne tale flagitium.*  
de inertia , & de omni crimine, quod est *9. Lingua.* ] Lingua patris mentiēdo  
cum turpitudine & dedecore conjunctum, *opes collegerat , lingua filii lambendo*  
Cicero ; *Stupra verò & adulteria . & meretricem opes dissipat.*

## EPIGRAMMA XXVI.

## IN EVNDEM.

## CARMEN LXXVI.

**S**I tua Cureti , penitus cognoscere quæris  
Sidera , patre tuo certius ipse loquar.  
Quod furis , adversi dedit inclementia Martis ;  
Quod procul à Musis , debilis Arcas erat :  
5 Quod turpem pateris jam cano podice morbum ,  
Fœmineis signis Luna , Venúsque fuit.  
Attrivit Saturnus opes hoc prorsus in uno  
Hæreo , quæ *scortum* lambere causa facit.

## INTERPRETATIO.

**S**I optas , ô Cureti , nosse perfectâ astrum *famem , anu jam albescente , Luna &*  
*tuum , ego dicam tibi verius quàm Venus faciunt signis muliebribus, Saturnus*  
*pater tuus. Crudelitas Martis fecit ut dilapidavit divitias tuas. Dubito tantum*  
*insanias : quod alienus es à Musis , Arcas in uno : quæ causa cogat te lambere me-*  
*eres languidus : quod perfers morbum in-* *retricem.*

## ANNOTATIONES.

2. *Sidera tua.* ] Diei tuo natali domi- *quantiz creditus.*  
*nantia.*  
*Patre tuo.* ] Qui id cæteros docere se *7. Saturnus.* ] Cujus astrum decoctores  
profitebatur, *facere dicitur.*  
4. *Debilis Arcas.* ] Debile erat astrum *8. Scortum.* ] Hoc vocabulum à nobis  
nati ex Arcadiâ Mercurii , qui Deus elo- *repositum in loco alterius infamis.*



## EPIGRAMMA XXVII.

\* IN IACOBVM, MAGISTRVM EQVITVM.

## CARMEN LXXVII.

PER cineres Pauli, per canilimina Petri,  
 Ne laceres versus, dux Iacobe, meos,  
 Sic tua pro clypeo sustentet pectora Thomas,  
 Et comes ad bellum Bartholomæus ear:  
 5 Sic ope sanctorum non barbarus irruat Alpes:  
 Sic tibi det vires sancta Susanna suas.  
 Sic quicumque ferox gelidum tranaverit Istrum,  
 Mergatur; volucres ceu Pharaonis equi.  
 Sic Geticas ultrix feriat rhomphæa catervas,  
 10 Romanasque regat prospera Thecla manus:  
 Sic tibi det magnum moriens conviva triumphum,  
 Atque tuam vincant dolia fusa sitim:  
 Sic nunquam hostili maculetur sanguine dextra.  
 Ne laceres versus, dux Iacobe, meos.

## INTERPRETATIO.

ORO te Duxtor Iacobe, per cineres Pauli, per templum Petri cani, ne lacies carmina mea: sic Thomas sustineat pro scuto pectus tuum, & Bartholomæus comitetur te ad bellum. Sic Barbari non irrumpant Alpes pulsi auxilia Sanctorum: sic sancta Susanna addat tibi vires suas. Sic quicumque hostis atrox trajecerit Danubium frigidum, submergatur, quemadmodum equi celeres Pharaonis merisunt: sic gladius vindex percutiat cohortes Getarum, & Thecla favens protegat exercitum Romanum. Sic conviva occisus donet tibi victoriam grandem, & dolia effusa extinguant sitim tuam. Sic dextra tua nunquam contamineatur cruore hostium; oro te, & Duxtor Iacobe, ne lacies mea carmina.

## ANNOTATIONES.

\* In Iacobum. ] Hoc Epigramma ironicus in Ducem Christianum quidem, sed vinosum hominem, scriptum est à Poëtâ Pagano, irridente Sanctorum in rebus bellicis implorationes. Quasi diceret, parce meis versibus, & sic tibi faveant sancti in bello, dum tu bibis egregie, & convivas bibendo occidis.

5. Sanctorum. ] Barthius legit, Sic ope Judithæ.

8. Pharaonis equi. ] Qui absumpti sunt in mari rubro.

9. Feriat. ] Alludit æsolan ad Historiam Angeli, qui percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. 4. Reg.

Rhomphæa. ] Græcè *ῥομφαία*, genus est teli, vel gladii longioris, quo præsertim Thracæ utebantur. Unde Aulus Gel-

lius: Rhomphæa genus teli est Thracia nationis.

10. Thecla. ] Martyr egregia.

11. Moriens conviva. ] Quem majoribus poculis invitatum superas, & tandem in ipso Bacchi theatro, bibendi certamine superatum extinguis; sicque de eo his poculis immanibus, & gladiatoria laterum firmitate triumphas.

12. Dolia. ] Sic hominem arguit violentum, ad cujus sitim extinguendam; vel dolia requirerentur.

13. Maculetur. ] Nunquam tibi contingat, ut dextera tua delicata, & scyphis tractandis assueta, maculetur hostili sanguine. Sic ipsi illudir, nam sanguine hostium maculata manus Ducis, decora est,

## EPIGRAMMA XXVIII.

\* RIMANTI TELVM IRA FACIT.

CARMEN LXXVIII.

**I**N jaculum quodcumque gerit dementia mutat.  
 Omnibus armatur rabies pro cuspide ferri.  
 Cuncta volant, dum dextra ferox in vulnera sævit.  
 Pro telo geritur, quidquid suggesserit ira.

INTERPRETATIO.

**F**ror convertis in telum illud omne | ciuntur, dum manus fera furit in plagas;  
 quod fert : insania armatur rebus | Id omne, quod ira suggerit, fertur pro  
 cunctis pro mucrone gladii. Omnia ja- | armis.

ANNOTATIO.

\* Rimanti. ] Ex Virgilio deprompta | Talis etiam illa est sententia, Jamque sa-  
 sententia. Sic enim ille, quodcumque re- | ces & saxa volant, furor arma ministras.  
 pertum est, Rimanti telum ira facit.

## EPIGRAMMA XXIX.

IN PODAGRVM.

CARMEN LXXIX.

**Q**UÆ tibi cum pedibus ratio? quid carmina culpas?  
 Scandere qui nescis, versiculos laceras.  
 Claudicat hic versus, hæc, inquit, syllaba nutat,  
 Atque nihil prorsus stare putat prodager.

INTERPRETATIO.

**Q**ua tibi res est cum pedibus? Quare | pe, hoc carmen claudicat, hac syllaba va-  
 reprehendis versus? Tu qui non po- | cillas, & tu podager existens, credis nihil  
 tes scandere, discerpis carmina. At nemo | penitus stare.

ANNOTATIONES.

2. Scandere. ] Lusus in verbo, quia po- | destitutus auxilio, non deberet amplius  
 dager præ nimio dolore pedum non po- | cogitare de pedibus, etiam si pedes essent  
 test scandere, puta cubiculum: & hinc | versiculorum.  
 ambiguitate traducitur ad podagrum, quasi | 4. Stare. ] Cum tu stare non possis,  
 non posset versus scandere. Sic & qua tibi | putas etiam nihil stare posse, ac proinde  
 cum pedibus ratio? Quasi podager pedum | etiam in versibus nihil non claudicare,



## EPIGRAMMA XXX.

DE THEODORO, ET \* HADRIANO.\*

CARMEN LXXX.

**M**ALLIUS indulget somno noctesque diesque.  
 Infornis Pharius sacra, profana, rapit.  
 Omnibus hoc, Italæ gentes, exposcite votis,  
 Mallius ut vigilet, dormiat ut Pharius.

I N T E R P R E T A T I O.

**M**ALLIUS Theodorus vacat somno per dies & noctes. Ægyptius Adrianus depopulatur res sacras & profanas. Opopuli Italia optate precibus canis, ut Mallius vigilet, & Adrianus dormiat.

A N N O T A T I O N E S.

\* Hadriano.] En Epigramma quo Hadrianum læserat, de quo diximus supra.  
 1. Pharius.] Hadrianuserat Ægyptius.  
 4. Dormiat.] Quia cùm dormiet, nihil rapiet, nihil furabitur: alter verò, cùm vigilabit, melius defungetur officio.

## EPIGRAMMA XXXI.

AD ÆTERNALEM.

CARMEN LXXXI.

**Q**UIDQUID Castalio de gurgite Phœbus anhelat;  
 Quidquid fatidico mugit cortina recessu,  
 Carmina sunt: sed verba negant communia Musæ.  
 Carmina sola loquor. sic me meus implet Apollo.

I N T E R P R E T A T I O.

**I**D omne quod Apollo emittit de fonte Castalio, id omne quod tripus remittit ex adytis prædicentibus futura, sunt versus. Musa non dant sermones triviales. Ego loquor solos versus. Sic Apollo favens afflat me.

A N N O T A T I O N E S.

1. Castalio.] De fonte Castalio supra, vel quoddam certa illic responsa Apollinis  
 2. Cortina.] Ex Servio: Locus unde oraculum datur, dicitur cortina; vel quoddam  
 3. Verba negant.] Barthius legit, non verba ferunt communia Musæ.



EPIGRAMMA

EPIGRAMMA XXXII.

AD MAXIMUM, QUI MEL MISIT.

CARMEN LXXXII.

**D**ULCIA dona mihi tu mittis, Maxime, semper,  
Et quidquid mittis, mella putare decet.

INTERPRETATIO.

**O** Maxime, tu mittis mihi semper munera dulcia, & id omne quod mittis, convectis credere esse mel, aut melleum.

EPIGRAMMA XXXIII.

DE LOCUSTA; FRAGMENTUM.

CARMEN LXXXIII.

**H**ORRET apex capitis: medio fera lumina surgunt  
Vertice. cognatus dorso durefcit amictus.  
Armavit natura cutem, dumique rubentes  
Cuspidibus parvis multos acue're rubores.

INTERPRETATIO.

**V**ertex ejus capitis asper est: oculi feri | mavis pellem ejus, & vepres rubri mucro-  
exsurgunt in medio capite. Tegmen | nibus exiguis ostendunt rubores plurimos  
simile induratum est in dorso. Natura ar- | acutos.

ANNOTATIONES.

2. Cognatus amictus.] Tegmen ejusdem | Heinſius legit: Dumique rubentis  
naturæ, ac dorsum, hoc est durum. |  
4. Rubores.] Extremitates rubeas. Cuspidibus pariunt multos acvepre dolores,

EPIGRAMMA XXXIV.

DE BALNEIS QUINTIANIS.

CARMEN LXXXIV.

**F**ONTIBUS in liquidis paullum requiesce, viator;  
Atque tuum rursus carpe refectus iter.  
Lympharum dominum nimium miraberis, hospes,  
Inter dura viæ balnea qui posuit.

INTERPRETATIO.

**Q**uia paulisper, & viator, in puris | & peregrinator, dominum aquarum, qui  
fontibus, & recreatus aquis perge ite- | construxit balnea in servias Asperas.  
rum viam tuam. Multum admiraberis,

SSC

## EPIGRAMMA XXXV.

## DESCRIPTIO PORTUS SMYRNENSIS.

## CARMEN LXXXV.

URBIS conspectum montana cacumina velant,  
 Tranquillo prætenta mari. ducentia portum  
 Cornua pacatas remonent Aquilonibus undas.  
 Hic exarmatum terris cingentibus æquor  
 Clauditur, & placidam discit servare quietem.

## INTERPRETATIO.

Ulcina montis opposita mari placido  
 regunt aspectum urbis. Cornua cur-  
 vantia portum tutantur aquas tranquil-  
 las à ventis Septentrionis. Hic mare pri-  
 vatum furore suo ob terras cingentes in-  
 cluditur, & discit conservare tranquillita-  
 tem dulcem.

## ANNOTATIONES.

2. *Ducentia portum.*] Et revera cornua illa, sive arcus, magnam in portu commoditatem afferunt: talis est portus Virgilianus, in quo objectus laterum cornua efficit.
3. *Remonent.*] Remonent Aquilones, seu ventos ab undis.
4. *Exarmatum.*] Mare suis armis, hoc est, fluctuum agitatione, & furore destitutum.

## EPIGRAMMA XXXVI.

## \*EST IN CONSPECTU LONGE LOCUS.

## CARMEN LXXXVI.

EST procul ingenti regio summotâ recessu  
 Insula, quæ resides fluctus mitefcere cogit,  
 In longum producta latus; fractâsque per undas  
 Ardua tranquillo curvantur brachia portu.

## INTERPRETATIO.

Locus est longè remotus in secessu ma-  
 gno, quâ insula cogit sedari undas  
 pigras, insula extenta in latus longum;  
 & velut brachia alta per aquas raptas in-  
 flectuntur portu placido.

## ANNOTATIONES.

- \* *Est in conspectu.*] Virgilius dixit:  
 Est in secessu longo locus, &c.
4. *Ardua brachia, &c.*] Intelligit etiam cornua, sive arcum.



## EPIGRAMMA XXXVII.

## DE QUADRIGA MARMOREA.

## CARMEN LXXXVII.

QUIS dedit innumeros uno de marmore vultus?

Surgit in aurigam currus, paribûsque lupatis  
Unanimes frænantur equi. quos forma diremit,  
Materies cognata tener, discrimine nullo.

5 Vir redit in currum: ducuntur ab axe jugales,  
Ex alio se quisque facit. quæ tanta potestas?  
Una silex tot membra ligat, ductûsque per artem  
Mons patiens ferri varios mutatur in artus.

## INTERPRETATIO.

*E* Cquis inculpsit facies varias ex uno  
& eodem marmore? currus attollitur  
in Aurigam. & equi concordēs reguntur  
frans similibus. Materia similis, absque  
ullâ differentiâ vinxit eos, quos figura  
discriminat. Vix auriga revertitur in cur-  
rum, equi ducuntur ex curru, quisque se  
format ex alio: quæ tanta vis est? unus  
lapis colligat tot corpora. & hic lapis vin-  
ctus ferro, & deductus per artificium, ver-  
titur in membra diversa.

## ANNOTATIONES.

2. *Surgit in aurigam.* ] Tortilis nempe  
& mutabilis in varios vultus machina ex  
curru pariebat aurigam, & ex aurigâ cur-  
rum. Nempe tanta fuit in veteribus auri-  
gandi insania, ut etiam fuerint qui in hoc  
negotio magicas artes adhibuerint.  
5. *Vir redit in currum.* ] Ex viro fit de-  
nuò currus, ex quo equi deducuntur. Et ]  
sic ex alio se quisque facit, ex curru au-  
riga, & ex aurigâ currus.  
8. *Mons.* ] Lapis ingens, & altus instar  
montis, patiens ferri, ferro cæsus, & vin-  
ctus ferro, mutatur in artus, modò equo-  
rum, modò aurigæ, pro variis machinæ  
motibus.

## EPIGRAMMA XXXVIII.

## FRAGMENTUM.

## CARMEN LXXXVIII.

SORDIDUS ex humeris nodo dependet amictus;  
Exercentur equis, & colla comantia pectunt.

## INTERPRETATIO.

*P* Alium deforme nodo suspensum est ex humeris, agitant equos, & pectunt cer-  
vicem jubatam.

## ANNOTATIONES.

Hujus fragmenti, vel potius centonis ex  
Virgilio desumpti sensus difficilis est. Ex  
Barthio illud it Curetio, & ejus patri, qui-  
bus primò exprobat sordes, & deinde  
obscœnitatem, per hemistichium exer-  
centur equis, quòd equus & adhinnire sym-  
bola sunt fœdæ libidinis. Vel forsân irridet  
homines pannis obritos, & qui tamen ni-  
mio equorum studio ducuntur, aded ut  
malint eorum colla pectere, quàm seipos  
lautiore, imò necessario vestitu induere.  
2. *Colla comantia pectunt.* ] Irridet fortè  
quosdam homines pallio tantùm & barbâ  
Philosophos.

S S f f ij



## EPIGRAMMA XXXIX.

## DE PAUPERE AMANTE.

## CARMEN LXXXIX.

**P**AUPERTAS me sœva domat, dirûsque Cupido.  
Sed toleranda fames, non tolerandus amor.

## INTERPRETATIO.

**P** *Auferies crudelis agitat me, & crudelis amor, sed pauperies tolerabilis, non amor tolerabilis.*

## EPIGRAMMA XL.

## DE EODEM.

## CARMEN XC.

**E**SURIENS pauper telis incendor amoris.  
Inter utrumque malum diligo pauperiem.

## INTERPRETATIO.

**E** *Go pauper famelicus uror flammis amoris: inter hac duo mala præfero paupertatem.*

## ANNOTATIO.

1. *Esuriens.*] Nihil tamen est, quodd nus, quæ sine Cerere & Libero frigere  
potentiùs caci stimulos auertat amoris, consuevit.  
quàm fames, quam vehementer odit Ve-

## EPIGRAMMA XLI.

## IN SEPULCRVM SPECIOSÆ.

## CARMEN XCI.

**P**ULCRIS stare diu Parcarum lege negatur.  
Magna repentiè ruunt: summa cadunt subito.  
Hic formosa jacet Veneris fortita figuram,  
Egregiùmque decus invidiàmque tulit.

## INTERPRETATIO.

**L** *Ege Parcarum recusatur formosis vivere diu: incentia statim evertuntur: alta statim decidunt. Hic jacet pulchra* *habens pulchritudinem Veneris, & multis honorem eximium simul & invidiam.*

## ANNOTATIONES.

1. *Negatur.*] Lucanus: *Summisque negatum stare diu.* *extincta, tulit, seu habuit honorem eximie pulchritudinis, sed passa est idcirco invidiam lethiferam.*  
2. *Veneris.*] Et idcirco ab hac zelotypâ

## EPIGRAMMA XLII.

## DE BIRRO CASTOREO.

## CARMEN XCII.

**N**OMINIS umbra manet veteris. nam dicere Birrum,  
 \* Si Castor niteat, Castoreum nequeo.\*  
 Sex emptus solidis, quid sit, jam scire potestis.  
 Si mihi nulla fides, credite vel pretio.

## INTERPRETATIO.

**S**Imulachrum velut quoddam remanet eluceat. Ille Birrus emptus est sex solidis:  
 nominis antiqui, etenim non possum jam potestis cognoscere quid sit: si non cre-  
 birrum appellare Castoreum, nisi Castor ditur mihi, credite saltem pretio.

## ANNOTATIONES.

Hoc Epigramma valde corruptum est: 1. *Umbra.*] Non res ipsa, scilicet vestis  
 de hoc alii alia sentiunt; sed sic explicari pretiosa, sed umbra tantum remanet.  
 potest, Birrus, seu Bibrus, est genus ve- 4. *Credite vel pretio.*] Quod tam vile  
 stis, quæ si nova & nitida fuerit, dicitur est, ut vestis illa non dicenda sit Casto-  
 Castorea, quia texta ex pilis Castoris, seu rea, sed birrus.  
 Fibri animalis exquisiti.

## \* EPIGRAMMA XLIII.

## DE HIPPOPOTAMO.

## CARMEN XCIII.

**U**TRAQUE fœcundo nutritur bellua Nilo:  
 Quæque vorat morfu, quæque sub ore fremit.

## INTERPRETATIO.

**B**Estia utraque alitur in Nilo feraci; & illa, quæ devorat dentibus, & illa quæ  
 infrendet ore.

## ANNOTATIONES.

\* Hoc epigramma non extat in quibus- alios huic belluæ hinnitum tribuentes,  
 dam Codicibus; at ne quid relinquamus neque jubam, neque hinnitum, neque  
 intactum, pauca hac de re dicemus. En ullam equi similitudinem tribuit doctissi-  
 etymologia Hippopotami: ἵππος, equus, mus vir Fabius Columna, Imò hæc fera  
 & ποταμός fluvius, quasi diceretur equus bovis magnitudinem aut excedit, aut  
 fluvialis, vel equus marinus: nam & adæquat, & cruribus ursum refert; caput-  
 ποταμός sumitur pro Oceano apud Ho- que habet quodammodo suillum, & sic  
 merum, Claudianus duplex ejusmodi bel- ἵππος non hic propriè significat equum,  
 luarū genus agnoscit, unum quod devoret, sed magnum: habet enim vim augendi,  
 alterum, quod fremit. Hæc tamen diffe- aded ut ἵπποπόταμος propriè idem sit ac  
 rentias non refert Aldrovandus Ulysses. prae grande animal fluvii aut maris. Fluvii  
 1. *Bellua.*] Hippopotamus scilicet, cui quidem, quia nascitur in Nilo, & maximè  
 tamen contra Solinum, Ælianum, & in lacu Dambea, de quibus supra; in

SSff iij

Nigro fluvio, Indo, & aliis: nascitur etiam in mari, si Plinio fides: unde & Poëtæ ἵπποπόταμος vocant etiam *Protei pecus*.

1. *Nilo.*] Nilus abundat Hippopotamis, qui pascuntur in pratis; accola lacus Dambez hoc venatu aluntur.

2. *Vorat.*] Hippopotamus est ex genere Amphibiorum, & partim in aquâ, partim in terrâ degit. Prata, agros, segetes, orizam depascitur: sed & homines, si quos invenit, devorat: sic Alexandri milites,

sociis videntibus ac flentibus, absumpserunt, ut ad Aristotelem ipse scribebat Alexander.

*Fremis.*] Intelligendum est nescio quod murmur, quod edat istud animal, de quo tamen nihil dixit Aldrovandus Ulysses. Ceterum viro doctissimo assentior, qui asserit in titulo legendum esse, *De Hippopotamo & Crocodilo*, sic enim facilis explicabitur Claudianus de utroque genere belluarum, quas Nilus alit.

## EPIGRAMMA XLIV.

*QUÆ IN MENSA DE SARDONYCHE LAPIDE.*

### CARMEN XCIV.

\* **M**ENSA coloratis Aquilæ sinuatur in alis,  
Quam floris distinguit honos; similisque figura  
Textitur. implumem mentitur gemma volatum.

#### INTERPRETATIO.

**M**ensa curvatur in pennis pictis aquila, quam mensam ornas pulchritudo floris: par figura intexitur: gemma repræsentat volatum sine plumis.

#### ANNOTATIONES:

\* Neque hoc etiam in quibusdam codicibus extat Epigramma.

1. *Mensa.*] Mensa est seu pluteus exiguus libro reponendo aptus, qui ornatur Sardonyche gemmâ: in quâ quadam & floris & aquilæ species repræsentari videatur.

2. *Similisque figura.*] Similis aut flori, aut aquilæ, aut utrique ob grandes scilicet maculas florem, vel aquilam exhibentes.

3. *Implumem volatum.*] Alas, explicatas & velut volatum tentantes, sed alas sunt implumes.

#### OBSERVATIO DE SARDONYCHE.

**V**ERBUM est compositum ex Sardâ & onyche, ex laudato doctissimo Hamelio Sardâ est ex genere gemmarum opaciorum, quæ ex parte pellucunt, hanc Carniolam, vel corruptâ voce cornalinam nominant, quâ subrubram carnem referat. Onyx verò id nominis obtinuit, quod unguem humanum colore, & splendore exprimat aliquando cum cornu politum resulget, & albis venulis inspergitur, qua vario plexu oculi figuram imitantur. Sardonyx ex Sardâ & Onyche quasi componitur: circulis, ut plurimum, nigris, albis, & sanguineis distinguitur. Magno certè in pretio habita fuit apud veteres Sardonyx, hac ut in sigillis uterentur: unde apud Juvenalem:

*Arguit ipsorum quos littera, gemmâque princeps*

*Sardonychum, &c.* Et apud Persium:

*Et natalitiâ tandem cum Sardonyche albus.*

Sardonyx, sola gemmarum, sculpta ceram non aufert. Primus autem Romanorum ex Plinio, Sardonyche usus est prior Africanus, &c. dicuntur etiam apud Juvenalem, Dens Sardonyches.

## EPIGRAMMA XLV.

## PASCHALE

## CARMEN XCV.

- C**HRISTE potens rerum redeuntis conditor ævi,  
 Vox summi sensûsque Dei: quem fudit ab altâ  
 Mente Pater, tantique dedit consortia regni.  
 Impia qui nostræ domuisti crimina vitæ,  
 5 Passus corporeâ mundi vestire figurâ,  
 Affarique palam populos, hominémque fateri:  
 Quénique utero inclusum Mariæ, mox numine viso  
 Virginei tumuère sinus, innuptaque Mater  
 Arcano stupuit compleri viscera partu,  
 10 Auctorem paritura suum. mortalia corda  
 Artificem texere poli, mundique repertor  
 Pars fuit humani generis; latuitque sub uno  
 Pectore, qui totum latè complectitur orbem;  
 Et, qui non spatii terræ, non æquoris undâ,

## INTERPRETATIO.

**C**hriste princeps mundi, reparator a-  
 tatis melioris, Verbum & Sapiencia  
 Dei supremi: quem Pater æternus pro-  
 duxit ex mente excelsâ, & dedit socia-  
 tem tanti Imperii. Christe qui extinxisti  
 scelera impia-vita nostra, ferens in orbe te-  
 indui corpore humano, & alloqui aperie-  
 populos, & confiteri te esse hominem: &  
 per quem in venire Maria clausum, An-  
 gelo mox annuntiante, sinus Virginis in-  
 tumuit, & mater innupta mirata est use-  
 rum suum impleri sætu secreto, paritura  
 creatorem suum. Viscera mulieris Mariæ  
 reperiunt opificem Cæli, & conditor mundi  
 undus fuit ex hominibus, & delituit sub  
 unis visceribus: ille, qui continet latè to-  
 tum mundum; & qui non comprehendit  
 vâstiatè terra, non aquis maris.

## ANNOTATIONES.

Hoc Carmen etsi elegans, ex multo-  
 rum, & præsertim ex Heinsii opinione,  
 non habet Claudianum autorem: multo  
 minus ea quæ sequuntur, Græca & Latî-  
 na, in Servatorem, in Christum, laudem  
 & miracula Christi, in Sirenas, laudes  
 Hercules: quæ omnia tamen operâ nô-  
 tis quibusdam illustrabimus.

2. *Fudit ab altâ.* ] Ita nempe fudit, ut  
 ab æterno fuderit, genuerit Verbum ad-  
 orandum Pater omnipotens.

5. *Corporeâ.* ] M. Ant. Muretus de  
 Christo, qui corporatus ac carne testus,  
 infinitis sese laboribus, cruciatibus,  
 arumnis, mori denique teterrima atque  
 acerbissima exposuit, quò sudore ac sanguine  
 suo ab animis nostris durissimum jugum

æterna depelleret servitutis.

7. *Numine.* ] Angelo Gabriele, qui suo  
 præmi Numinis vices agebat, cûm ad  
 beatissimam Virginem orator missus sa-  
 crâ légatione defunctus est.

*Quem tumuère sinus.* ] Id est, ob quem,  
 per quem tumuère virginei sinus.

8. *Innuptaque mater.* ] Falsò dicitur in-  
 nupta, quia scilicet vero legitimæ que ma-  
 trimonii nexu Virgo copulata est S. Jo-  
 sepho; sed forsan *innupta* dicitur, quòd  
 intactum Virginitatis florem conservavit,  
 non secus ac si fuisset innupta.

10. *Corda.* ] Præcordia, viscera: *Beatus*  
 venter qui portavit Christum, & texit,  
 occultavit.

- 15 Non capitur cœlo, parvos confluit in artus.  
 Quin & supplicii nomen, nexûsque subisti,  
 Ut nos subriperes letho, mortemque fugares!  
 Morte tuâ: mox ætherias evectus in auras,  
 Purgatâ repetis lætum tellure parentem.
- 20 Augustum foveas, festis ut sæpe diebus  
 Annua sinceri celebret jejunia sacri.

## INTERPRETATIO.

<i>non comprehenditur cœlo, descendit in corpus          exiguum. Quin etiam Christe, passus es          nomen servi, &amp; vincula, ut liberares nos          à morte, &amp; expelleres mortem nostram          morte tuâ: at deinde tu elatus in sedes</i>	<i>calestes, mundo expurgato redis ad Patrem          gaudentem, ô Christe, conserves Impera-          torem Augustum, ut sæpe in diebus festis          observet jejunia sacri sinceri.</i>
--	--

## ANNOTATIONES.

15. *Non capitur.* ] Id nempe, canit Ec-  
 clesia: *Virgo Dei genitrix, quem totus non  
 capit orbis, in tua se clausit viscera factus  
 homo.*
16. *Supplicii.* ] Servum intellige, qui  
 supplicii obnoxius est, & cujus vicem  
 sustinuit, ut nos liberali causâ assere-  
 ret manu. Alii legunt *mancipii nomen*, nec  
 malè. Cæterum hoc carmen Barthius at-  
 tribuit Damaso viro docto; id fieri non  
 debere Claverius negat. Quod adversus  
 attinet, ii certè Damasi versibus viden-  
 tur esse concinniores. In his Poëta pro  
 Imperatore precatur.



EPIGRAMMA

## EPIGRAMMA XLVI.

## CARMEN XCVI.

## \* ΕΙΣ ΤΟΝ ΣΩΤΗΡΑ.

Ω Φυγὸς ἀνάοιο σοφῶν ὠδὶνὰ φυλάσων,  
 Ἐμδιδάως κόσμῳ παλινδίντων ἀνάγκην,  
 Χεῖρὲ θεορρήτιο βίου θυσίζου πρὶν,  
 Πατρὸς ἀσημάτωιο θεοῦ φροντιστὸς φωνή,

## IN SERVATOREM.

## INTERPRETATIO PROSA.

**O** Qui ignis æterni sapientem partum in te servas, ingressus mundi turbulentam necessitatem, Christe, divinx vitæ alme fons, Patris æterni Dei primogenitum Verbum;

## INTERPRETATIO POETICA.

**I**gnis inexhausti custos, patrisque sagacis.  
 Qui refluxus mundi voluisti haurire labores,

Christe, immortalis fons fecundissime vitæ,  
 Primigeniumque Patris, qui temperat omnia, Verbum;

## ANNOTATIONES.

\* Εἰς τὸν σωτῆρα.] Hæc Epigrammata Græca non reperiuntur in vetustis codicibus, & hæc non solum, sed & carmina sequentia, ex Joannis Gamertis Codice prodisse putat Heinsius. Camers tamen hæc omnia ex antiquissimo Codice, Claudiano se asserere testatur. Nec est quod quis obijciat Poëtam hunc, cum paganicæ superstitioni deditus esset, nunquam sibi in mentem inducturum fuisse, ut res Christianas celebraret. Etenim assentatorem hominem Honorio Principi Christiano placendi cupiditas eò facile impulit, ut prædicatis Religionis nostræ mysteriis hujusce Imperatoris benevolentiam aucuparetur. Sic & Triboniani viri à Christianâ religione, Suidâ referente, alienissimi, ex Justiniani sententiâ, de Christo, & de summâ Trinitate multa sunt, si non piè cogitata, at dicta præclare. Quicquid sit, his inest etiam verbus & elegantia.

1. Πυρρὸς.] Ignis, per quem certè intelligendus est Spiritus sanctus; nam Christus conceptus ex Spiritu sancto; qui in sacrâ Scripturâ dicitur ignis: apud S. Lucam de Christo, ignem veni mittere in terram. & quid volo, nisi ut accendatur. Ubi SS. August. & Greg. ignem interpretantur Spiritum sanctum. Unde &

Ecclesia canit, fons vivus, ignis, charitas.

Σοφῶν ὠδὶνὰ.] Sapientem partum, nam ὁ δῶν & ὠδὶν significat dolorem partus: φυλάσων, custodiens, servans; hoc est, ὁ Christe qui servas & contines in te ipso partum & opus Spiritus sapientia; sic in Isaiâ legimus, *Requiesces super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientia & intellectus, Spiritus scientia & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini.*

2. Κόσμος.] S. Joannes: *Misist Deum Filium suum in mundum*, qui optimè comparatur cum mari turbulento.

Ἀνάγκη.] Necessitatem: Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?

3. Θυσίζου.] θυσίζου qui vitam producit, alimur, aut qui alit. S. Joannes, *Aqua, quam dabo ei, fiet in eo fons aqua salientis in vitam æternam.*

4. Ἀσημάτωιο.] Ionice pro ἀσημάτου. Ἀσημάτωιο autem est rectore carens, nullo signo notatus, qui à nemine pendet: cui nemo præest. Theologi vocant Deum independentem: & Ecclesia dicit, *Patrem omnipotentem, æternum.*

Φωνή.] Primogenitum Verbum, S. Joannes. *Deus erat Verbum, &c.*

T T c c

- 5 Ὅς, μέγα μῆτρ' ἔχον τεκνῶν ἐκκύματα φόρτον,  
 Καὶ γόνον ἀποτέλῃσιν ἀνυμφεύτων ὑμεναίων  
 Στήσας, ἀσσυρίης γένε' ἐπερόφρονα λύσας,  
 Ὀργα δὲ ἐδάλων κανῶν ψευδάγνυμα λύσας,  
 Αἰετός ἀμφεβέβηκας ἐφ' ἐπτάζωνον ὄχλα,  
 10 Ἀγγελικῶς περὺχασσιν ἐν ἀρρ' τοῖσι θαλάσσωι.  
 Ἰλαδι παγγενέτιο θεοῦ πρεσβήιον ὄμμα.  
 Φρυγὲ βίου, σῶπτερ μαρόπων, αἰδῶνος ἀνάσσει.

## INTERPRETATIO POETICA. INTERPRETATIO PROSA.

*Quo praegnans, mirum! quo facta puer-  
 peta Virgo,  
 Qui perfectam in te monstras sine conjuga  
 Gentis & Assyria rabiem & contraria vota,  
 Vanāq; falorum procul ejicis orgia Divūm.  
 Invenisti septemgemino super aethera curru,  
 Angelicisque premens, non fanda sedilia,  
 pennas, [parentis,  
 Eia fave, antiquum lumen Patris omni-  
 Custos vita, hominūq; salus, atq; arbiter avi.*

qui, ὁ prodigium! matris puerperae gravi-  
 dum onus, & prolem in se perfectam vir-  
 ginei matrimonii constituit; Assyriae gen-  
 tis aliter sentientem rabiem, & sacra Ido-  
 lorum vanorum falsa dissolvens, Caeli as-  
 cendisti ad septemgeminam portam,  
 in Angelicis alis innumeris nunc sedens;  
 fave ὁ omnipotentis Dei antiquus ocu-  
 lus, custos vitae, servator mortalium,  
 seculorum rex.

## ANNOTATIONES.

5. Μέγα. ] O rem magnam! ὁ prodi-  
 gium! Ἰλαίος, Dabit Dominus ipse vobis  
 signum.

6. Ἀνυμφεύτων ὑμεναίων. ] Matrimonii  
 virginis: Virgo enim Joseph habebat  
 conjugem, sed erat quasi sine conjuge,  
 si quidem virum non cognoscebat: & Vir-  
 go concepit & peperit.

7. Ἀσσυρίης. ] Ionicè pro Ἀσσυρίας.  
 In veteri Testamento Assyrii passim di-  
 cuntur hostes populi Dei atque adeo Ido-  
 lolatrar. Ieremias, Quid tibi cum viā  
 Assyriorum, &c.

8. Ὀργα. ] De his supra.

9. Ἐπτάζωνον ὄχλα. ] Ὀχλὸς, ὄχλος, vel  
 ὄχλος, retinaculum, lorum, & sic quo-  
 dammodo usurpāri potest pro curru, pars  
 pro toto: vel ὄχλος est vestis, pessulus  
 porta, & sic pro portā ponitur, pars etiam  
 pro toto. Hinc bifariam locum hunc  
 explicamus. Ascendis ad portam Caeli se-  
 ptemgeminam, vel circumambulās per  
 Caelum curru septemgemino. Id quod di-  
 citur à Poētā, quod numerus ille septe-  
 narius magni fiat in sacrā Scripturā. Mun-  
 di creationi finem imposuit Deus, die  
 septimo: Jacob servus septem annis pro  
 Rachel: Abraham statuit septem agnos,  
 Septem millia assignati in beatitudine: oculi  
 ejus sunt septemplex: septem plaga sep-  
 tem Angelorum, &c. Sed & per ἐπτά-

ζωνον intelliguntur septem cingula, se-  
 ptem virtutes, septem dores, quibus sese  
 Christus vestivit atque involvit: seu septem  
 dona Spiritus sancti, de quibus antea; &  
 quae faciunt, ut Ecclesia canat, Tu se-  
 tisformis munere.

10. Ἀγγελικῶς περὺχασσιν. ] Ezechiel,  
 Egressa est gloria Domini à limina templi,  
 & stetit super Cherubim: & elevantia  
 Cherubim alas suas, &c. S. Petrus:  
 Christus profectus in Caelum subiectus sibi  
 Angelis, &c. Sed & Christus, ambulat  
 super pennas ventorum ex Davide Rege.

11. Πρεσβήιον ὄμμα. ] Christus est ocu-  
 lus antiquus, vel potius æternus æterni  
 patris. S. Paulus de Christo, qui cum  
 sit splendor gloria, & substantia figura ejus.  
 12. Φρυγὲ βίου. ] Custos vita. S. Joannes  
 de Christo, Ego veni, ut vitam habeant,  
 &c. S. Matth. Servator: nam ex S. Matth.  
 Ipse enim saluum faciet populum suum à  
 peccatis eorum.

Αἰῶνος ἀνάσσει. ] Rex æternitatis &  
 seculorum. S. Paulus, Regi seculorum  
 immortalis.

Hæc Epigrammata Græca, à nemine  
 adhuc traducta, aut notis illustrata, plu-  
 ribus illustravimus, quod res divinas con-  
 tinerent, quibus certe aut nos totos de-  
 dere, aut ad eas, omnes nostras cogita-  
 tiones, & vigilias referre deberemus.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ XLVII:

CARMEN XCVII.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΕΣΠΟΤΗΝ ΧΡΙΣΤΟΝ.

**Α**ΡΡΩΔΕΣ ΠΟΛΙΟΔΩ, ΠΑΛΑΙΑΝΕΣ, ἢ ΝΕΟΤΤΕ,  
ΑΙΔΩΝ ΕΑΝ ΣΩΘΙΩΝΤΕ, ὙΠΕΡΤΑΤΕ, ὙΠΕΡ ΧΡΙΣΤΙ  
ΑΔΑΝΑΤΙΟ ΠΑΤΡΟΣ, ἢ ΟΜΟΧΩΡΟΝ, ΠΑΜΠΑΥ ΟΜΟΙΟ.

IN CHRISTVM DOMINVM.

INTERPRETATIO PROSA. INTERPRETATIO POETICA.

**N**uper apparens, urbium custos, ab  
omni ævo genite, puer recens à  
partu, semper existens & nascens, su-  
prême, ultime, Christe, immortalis Pa-  
tris & æquæque & omnino similis,

**L**ux noua, Rex mundi, puer omni  
gnatus ab ævo, [star  
Et nuper: semperque manens & sideris in-  
Exorians, supreme simul, simul ultimo  
Christe,  
Patri immortalis similis virtutis & ævi.

ANNOTATIONES.

1. Παλαιανέ. ] Ad verbum sonat,  
olim genite: sed maluit dicere ab omni ævo,  
ab omni æternitate. Nam, ut doctrinā &  
virtute spectatissimus & amicissimus mihi  
Callyus eloquentiæ ac Philosophiæ Pro-  
fessor Regius, cujus doctis & salubribus  
consiliis utor sæpissimè; me monebat;  
quā Arianus pessimus diceret de Christo;  
non erat, & inde impias conclusiones eli-  
ceret, repellenda est vel levissima veneni  
istius aura, quo veneno aliàs infectus est  
orbis ferè universus.

ΝΕΟΤΤΕ. ] Προσέquitur duplicem Chri-  
sti Nativitatem, unam scilicet ab omni  
æternitate, & alteram in tempore.

2. ὙΠΕΡΤΑΤΕ, &c. ] S. Joannes de Chri-  
sto: Ego sum α & ω, principium & finis.

3. ΟΜΟΙΟ. ] Consubstantialis, velejusdem  
substantiæ, ὁμοῦσος, id quod Arriani  
negabant. Hinc in l. 2. C. de Summā  
Trinitate, incorrupta Trinitatis indivisa  
substantia, qua Græco verbo ὁμοῦσος τε-  
τὰ ἐκδοκτικῶν δicitur.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ XLVIII.

LAUS CHRISTI.

CARMEN XCVIII.

**P**ROTES vera Dei cunctisque antiquior annis;  
Nunc genitus, qui semper eras, lucisque repertor  
Ante tuæ, matrisque parens: quem misit ab astris  
Æquævus Genitor, Verbique in semina fustum

INTERPRETATIO.

**O** Christe vere Fili Dei, vetustior se-  
culis omnibus, qui nunc natus es,  
qui semper eras, & creator prius luminis  
proprius, & pater parentis tuæ: Christe  
quem pater æquævus misit ex Cælo, &  
Verbum carnem factum jussit claudere in

ANNOTATIO.

4. Verbique in semina fustum. ] Christus  
missus est, & roris instar fustus ad spar-  
genda semina Verbi divini.

ΤΤ et ij



- 5 Virgineos habitare sinus, & corporis arcti  
 Jussit inire vias, parvâque in sede morari:  
 Quem sedes non ulla capit, qui lumine primo  
 Vidisti quidquid mundo nascente crearas.  
 Ipse opifex, opus ipse sui, dignatus iniquas  
 10 Ætatis sentire vices, & corporis hujus  
 Dissimiles perferre modos, hominémque subire,  
 Ut possis monstrare Deum, ne lubricus error,  
 Et decepta diu varii solertia mundi,  
 Pectora tam multis sineret mortalia seclis  
 15 Auctorem nescire suum. te conscia partûs  
 Mater, & attoniti pecudum sensere timores.  
 Te nova sollicito lustrantes sidera visu  
 In cœlo videre prius, luménque secuti,  
 Invenere Magi. tu noxia pectora solvis,  
 20 Elapsâque animas in corpora functa reducis;

## INTERPRETATIO.

utero Virginis, & intrare meatus corporis angusti, & manere in mansione exigua, quem nulla manus comprehendit: qui primo aspectu aspexisti ea omnia, qua produxeras, mundo exurgente. Ipse artifex sui, ipse opus suarum manuum, sustinuit ferre vicissitudines acerbæ temporis, & tolerare mutationes dispares hujus corporis mortalis, ac pati incommoda hominis, quod valeas ostendere Deum, ne

error fragilis, & prudentia orbis diversi diu delusa, permitteret animos hominum per tot secula ignorare suam creatorem. Mater tua, Christe, conscia partus te cognovit, & pecudes timentes & obstupescens agnoverunt te. Magi observantes oculis curiosis stellam novam aspexerunt te prius in Cœlo, & sequentes lucem reperrunt te. Tu sanas corda languida, & revocas in membra mortua animas effugientes.

## ANNOTATIONES.

11. *Modos.* ] Varias corporis hujus mutationes, quibus modò puer est, modò adolescens, modò juvenis; & pro variis illis ætatis mutationibus corpus quadam ratione mutari videtur.

*Hominémque.* ] Christus subiit hominem, dum se humano corpori obnoxium reddidit, ut omnibus Deum hominem, Deum aspectabilem ostenderet; sicque doceret alios, tanquam auctoritatem habens.

12. *Lubricus error.* ] Error qui reddit homines lubricos, & casui obnoxios, quasi per viam glacie lubricam incederent.

13. *Decepta solertia.* ] Id est prudentes vario errore delusi.

*Varii mundi.* ] Id est hominum diver-

sorum per orbem latè disperforum.

16. *Attoniti pecudum timores.* ] Timor pecudum attonitarum indicavit Deum esse qui nasceretur.

18. *In Cœlo videre prius.* ] Magi observantes in Cœlo novam stellam, inde conjecerunt justitiæ Solem nasciturum; & secuti eandem stellam invenerunt parvum cum Maria Matre ejus, in stabulo Bethlemítico, & procidentes adoraverunt eum. Magi autem erant Philosophi sapientissimi, iidémque sacerdotes ipsius Regibus venerandi, atque etiam Regum nomine cohonestati.

19. *Noxia pectora.* ] Tu solvis & sanas hominum corpora morbo laborantia, & præcipue animas vitiorum noxiâ peste infectas.

Et vitam remanere jubes. tu lege recepti  
 Muneris, ad Manes penetras, mortisque latebras  
 Immortalis adis. nasci tibi nam fuit unū  
 Principium, finisque mori: sed nocte refusā,  
 25 In cælum, Patrēque redis, rursusque perenni  
 Ordine purgatis adimis contagia terris.  
 Tu solus, Patrīque comes: tu Spiritus insons,  
 Et toties unus, triplicique in nomine simplex.  
 Quid, nisi pro cunctis, aliud? quis credere possit,  
 30 Te potuisse mori, poterat qui reddere vitam?

## INTERPRETATIO.

atque imperas vitam redire. Tu titulo provincia tibi demandata, descendis ad Inferos, & ipse mortis expertus intras ergastula mortis: etenim initium fuit tibi unū nasci, & finis mori. At tenebris mortis dissipatis reverteris in Cælum & ad Patrem, & iterum serio perpetuā eripis contagionem mundo repurgato. Tu solus es Filius. & comes Patris; Spiritus sanctissimus, & toties unus Deus, & simplex in nomine tergemino. Quid aliud, nisi pro omnibus personis dicam? Quis posset credere te potuisse mori, qui poterat restituere vitam?

## ANNOTATIONES.

24. Principium, finisque mori. ] Unī ut moreretur.  
 Christo initium fuit nasci, & laborum finis mori, moxque virtute propriā resurgere; vel Christus eo fine nasci voluit, ut moreretur.  
 Noctē refusā. ] Alii legunt *reclusā*, aut *retusā*, id est, discussā, seu mortis tenebris dissipatis.

## EPIGRAMMA XLIX.

## MIRACULA CHRISTI.

## CARMEN XCIX.

ANGELUS alloquitur Mariam, quo præscia verbo  
 Concipiat, salvā virginitate, Deum.  
 Dant tibi Chaldæi prænuntia munera Reges,  
 Myrrham homo, rex aurum, suscipe thura Deus.

## INTERPRETATIO.

Angelus Gabriel annuntiat Mariæ, oratione quā prius certa facta concipiat Deum, intactā virginitate. Reges Chaldæi Magi offerunt tibi, ô Christe, dona nuntiationis futuræ; tu ut homo recipis myrrham, ut rex aurum, ut Deus thura.

## ANNOTATIONES.

1. Alloquitur. ] In civitate Galilææ, cui nomen Nazareth.  
 2. Concipiat. ] Ecce concipies in utero, & paries, &c.  
 3. Dant Chaldæi munera Reges. ] Ecce Magi ab oriente venerunt ..... & aper-  
 tis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thur & myrrham.

T T t iij

- 5 Permutat lymphas in vina liquentia Christus :  
 Quo primum facto se probat esse Deum.  
 Quinque explent panes, pisces duo, millia quinque :  
 Et Deus ex parvo plus superesse jubet.  
 Editus ex utero cæcus nova lumina sensit,  
 10 Et stupet ignotum se meruisse diem.  
 Lazarus è tumulto, Christo inclamante, resurgit,  
 Et duræ mortis lex resoluta perit.  
 Nutantem quatit unda Petrum : cui Christus in alto  
 Et dextrâ gressus firmat, & ore fidem.  
 15 Exanguis Christi contingit fœmina vestem ;  
 Stat cruor in venis : fit medicina fides.  
 Jussus post multos graditur paralyticus annos,  
 Mirandum, lecti portitor ipse sui.

## INTERPRETATIO.

*Christus mutat aquam in vinum optimum; quo miraculo primum ostendit se esse Deum. Panes quinque & duo pisces satiant quinque millia hominum, & Deus ex tanta tenui cibo imperat plus restare. Homo cæcus sic natus ex matre recepit visum novum, & admiratur se promeritum esse lucem incognitam. Lazarus, Christo vocante, resurgit ex sepulchro, & lex mor-* *tis severa sublata evanescit. Aqua concutit Petrum labantem : cui Christus in ripari profundo confirmat manus pedes titubantes, & fidem suo ore. Fœmina amittens sanguinem tangit vestimenta Christi, & sanguis remanet in venis : fides fit ipsi remedium. Paralyticus jussu Christi ambulat tandem post annos complures, ipse gestans lectum suum, rem admirabilem!*

## ANNOTATIONES.

5. *Permutat lymphas in vina.* ] Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilææ, & manifestavit gloriam suam.
8. *Plus superesse jubet.* ] Collegaverunt ergo & impleverunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordacis, quæ superfuerunt. . . Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus & parvulis. Hoc miraculum editum est in deserto Bethsaidæ trans mare Tiberiadis. Aliàs Christus septem panibus, & quibusdam pisciculis pavit quatuor millia hominum extra parvulos & mulieres.
9. *Cæcus.* ] Cæcus ille natus sic loquitur de Christo, lutum mihi posuit super oculos, & laui & video.
10. *Meruisse,* ] Ex Misericordiâ dantis & fide : hos enim sua fides salvos faciebat.
11. *Christo inclamante.* ] Christus, voce magnâ clamavit, Lazare veni foras. Et statim prodit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes, &c.
12. *Lex dura mortis.* ] Quæ neminem finit resurgere.
13. *Petrum.* ] Hic ambulabat super aquam, sed cùm cœpisset mergi, clamavit dicens, Domine saluum me fac : & continuo Jesus extendens manum, apprehendit eum & ait illi, modica fidei, quare dubitasti?
15. *Exanguis.* ] Hæmorrhœissa, seu mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur, duodecim annis, nec ab ullo medico potuit curari, tetigit simbriam vestimenti ejus, & confestim siccatus est fons sanguinis.
16. *Fis medicina fides.* ] Confide filia, aiebat Christus, fides tua te salvum fecit.
17. *Paralyticus.* ] Sic dicitur, ἀνὴρ ὄνυχας, dissolvere, quod hic morbus resolvat membra, & ipsis sensum ac motum adimat. Hunc autem, quem per regulas submisserunt, sic Christus alloquutus est, surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Hinc dicitur, lecti portitor ipse sui.

## OBSERVATIO.

Sunt hæc Christi miracula, sunt autem & alia multa, qua fecit Jesus, qua scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

## EPIGRAMMA L.

## IN SIRENAS.

## CARMEN C.

**D**ULCE malum pelago Siren, volucrésque puellæ;  
 Scyllæos inter fremitus, avidamque Charybdin,  
 Musica saxa fretis habitabant dulcia monstra,  
 Blanda pericla maris; terror quoque gratus in undis.  
 Delatis licet huc incumberet aura carinis,  
 Implesséntque sinus venti de puppe ferentes,  
 Figebat vox una ratem: nec tendere certum

## INTERPRETATIO.

Siren, malum jucundum in pelago, & etiam amabilis in aquis. Quamvis venturæ virginis alata inter murmura Scylla, & Charybdidis rapacis incolebant rupes resonantes in freto: hæc Sirenes erant monstra grata, pericula dulcia pelagi, timor

etiam amabilis in aquis. Quamvis venturæ virginis alata inter murmura Scylla, & Charybdidis rapacis incolebant rupes resonantes in freto: hæc Sirenes erant monstra grata, pericula dulcia pelagi, timor

## ANNOTATIONES.

1. Dulce malum. ] Nautis jucundum, sed etiam inimicum.

Siren. ] De Sirenibus jam supra quædam diximus: sed hoc addatur ex diebus Genialibus laudati jam Alexandri ab Alexandro, Aiebat Theodorus Gaza vir Gracæ faciundia clarus, & Philosophia præceptis imbutus egregie... cum in Peloponneso ageret, & fœdâ maris tempestate obortâ durissimo tempore anni, nonnulla piscium monstra procella ad litus illisissent, inter cetera vidisse Nereïdem in litore fluctibus expositam, viventem jam & spirantem, vultu haud absimili humano, facie quoque decorâ, neque invenustâ speciei, corpore squamis hirsuto ad pubem usque... Sed eam, cum se in sicco destitutam videret, præ dolore gemitus spirantes & lacrymas uberes dedisse. At cum aquis admota esset, crescente fluctu ex oculis mirantium evanuit, Sirenes autem & Nereïdes inter se discrepant, Nereïdes non sunt alatz: secus de Sirenibus, quæ ab Euripide dicuntur ἡσέποποι καὶ νηαῖδες. Περὶ δὲ

alata puella Virgines. Porro Sirenes dicuntur non ἀπὸ τοῦ σῦρειν, trahere, et si cantu Nautas attrahere jactentur, aliqui contra veterem scribendi rationem, dicendum esset Syrenes: sed sic appellantur ἀπὸ τοῦ σῦρας, quod vinculum est & catena, quoddam suis concentibus vinctas audientium aures tenere atque irretire fingantur.

Volucrésque puella. ] Ita pingebantur, ut pulchræ inter puellas pulcherrimas, cantu gratæ inter aves canoras haberentur.

2. Scyllaos, Charybdim. ] Hinc fabula Charybdim & Scyllam peperere; hinc latratus auditus; hinc monstri credita simulachra dum navigantes magnis voracibus pelagi desidentis exterriti latrare putant undas, quas sorbentis æstus vorago condidit.

3. Fretis habitabant. ] Sirenes habitabant saxa in freto Siculo, sed Musicâ seu blando concentu resonantia.

6. Venti ferentes. ] Faventes, Virgilius: Expectet facilémque fugam, ventisquæ ferentes.

Delectabat iter reditûs, odiûmque juvabat:  
Nec dolor ullus erat. mortem dabat ipsa voluptas.

## INTERPRETATIO.

*reversionis, & odium gratum erat: neque erat dolor ullus: delectatio ipsa afferebat mortem.*



## \*ANONYMI POETÆ

## LAUDES HERCULIS.

## CARMEN CI.

**P**ERIDUM columen, cujus Parnassia magno  
Numine templa sonant, læto, præcor, huc age, Phœbe,  
Te conjunge choro: penetralia sancta sororum,  
Et nova Castalios latrices per rura petentem  
5 Hippocrenæum victorem insistere fontem  
Me fac. namque tuam non nunc novus advena turbam  
Ingredior, laurósque gerens, & florea fertis  
Tempora vincta tuis, doctorum munera vatum.  
Testor adhuc veteres quamvis desuetus honores.

## INTERPRETATIO.

**H**Uc verte te, & Appollo, qui es præsidium Musarum, cujus numine magno sacraria Parnassi resonant: & junge te cæni gaudenti, oro te: concede mihi adeunti templa sancta Sororum Musarum, & aquas Castalias per iter novum, ingredi fontem Hippocrenæum in morem triumphantis. Etenim ego non jam novus hospes venio in conssum tuum, ferens laures, & caput floridum coronatum floribus tuis, quæ præmia sunt Poëtarum eruditiorum. Ego profero in testimonium adhuc honores antiquos, etsi non assuetus amplius.

## ANNOTATIONES.

\* ANONYMI. ] Anonymus dicitur is, cujus nomen incognitum est, vel qui est sine nomine, ab *a sine* & *ἄνομα*, quod nomen sonat.

2. *Templa Parnassia.* ] Ipse est Parnassus, in quo velut in templo, & sanctis penetralibus Phœbus & Musæ, seu novem sorores habitant.

5. *Hippocrenæum.* ] De Hippocrenæo & Castalio fonte supra. Heinsius tamen mallet Hippocrenæos victorem insistere fon-

tes. Id quod etiam mihi magis arderet, *Insistere fontem.* ] Id est ingredi; ut apud Virgilium:

*Nulli fas casto sceleratum insistere limen.*

8. *Doctorum munera vatum.* ] Quæ sunt vel lauri, vel hederæ, ut apud Horatium: *Doctarumque hedera præmia frontium.*

9. *Testor.* ] Quasi diceret, ego non sum in Parnassi templo novus hospes, novus advena, cum possim id probare testimonio honorum, quos ego sum consecutus.

10 Alcides

- 10 Alcides mihi carmen erit. germana Tonantis  
Progenies, dignus credi post viscera Numen,  
Semper ob immensos invicti roboris æstus.  
Nec nasci potuisse vacat. nam lucis in ipsis,  
Inclite, principiis, tardo vix editus ortu  
15 Fecisti de patre fidem. sed cur mihi lentis  
Ludis adhuc Cyrrhæe modis, tenerumque resultans  
Luxuriante leves impellis pollice chordas?  
Pone habitum, quo mollis amas: & frondis amatae  
Linque nemus, mollique exutus tempora lauro  
20 Populeâ mecum carmen luctare sub umbrâ.  
Jam grave plus etiam, quàm ventris tempora vellent;  
Alcmenam tendebat onus. sed regia Juno  
Impedit, & partus prohibet, nascique vetabat;  
Ut metus ipse Deum monstret. nec vivida cæli

INTERPRETATIO.

*Hercules erit mihi argumentum versuum. Filius verus Jovis fulminantis, meritis haberi Deus post ortum suum semper propter impetus insuetos virium indomitæ. Nec licuit tibi potuisse nasci; nam in ipsis initiis vita, ô Hercules illustris, agrè amissus in lucem partu lento probasti patrem. At quare, ô Apollo, Cyrrhæe ludis adhuc cantibus aded mollibus, & resonans dulciter pulsas digitis lascivis chor-*

*das leves? Depono vestem, quâ agis amatorem. & desero sylvam arborum amicarum, & exuens caput lauro leni, conde versus mecum velut luctando sub arbore Herculeâ. Jam pondus grave distendebat Alcmenam plus etiam, quàm tempora paribus sinerent. At Juno regina obstat, & remoratur partum, ac prohibebat nasci Herculem, ut timor ipse illius ostendat Deum. Neque semina vigensia Deorum*

ANNOTATIONES.

9. *Desuotus.* ] Jam remotus à condendis carminibus, & defuotus artem reponeere videor.  
12. *Æstus.* ] Alii legunt *æstus*.  
15. *Fecisti de patre fidem.* ] Ostendisti te patrem habere Deum seu Jovem.  
16. *Cyrrhæe.* ] Alii legunt *Cyrrhæe* quasi diceret, ô Apollo cur ludis Cyrrhæa carmina seu more tuo amatoria sub latini regimine; cum debeas potius versus heroicis meditari sub umbrâ populeâ, quæ sacra est Herculi.  
*Tenerumque.* ] Et modo amatorio.  
20. *Carmen luctare.* ] Elabora potens, & inspira mihi, in laudem Herculis, sub umbrâ populeâ, quia populus est sacra Herculi.  
21. *Quàm ventris tempora.* ] Plusquam novem menses; nam cum esset in satis
- Eurysthei & Herculis; eum imperatarum esse, qui prius nasceretur, Juno Herculi infensâ, Eurysteum mense septimo nasci jussit; Hercules verò ortum in primum diem mensis decimi prorogavit.  
22. *Tendebat onus.* ] Ovidius de Alcmenâ:  
*Tendebat gravitas uterum mihi, &c.*  
24. *Metus.* ] Metus ipse Junonis arguit Deum esse Herculem.  
*Vivida cali semina.* ] Hercules vivo Jovis semine satus non potest amplius pati angustias uteri mortalis, nec moram, quam Juno necessebat; erumpit tandem, & obices omnes frangit. Hinc Juno ejus noverca irata, omni odio puerum persequitur, quod ipsam pudeat jam vincti coepisse.

Vuuu

- 25 Semina mortales norunt sentire latebras,  
Nec possunt sufferre moras. Datur inde novercæ  
Materies, gravibusque odiis augmenta ministrat;  
Quod vinci cœpisse pudet. mox improba binos  
In tua membra jubet, dum nasceris, ire dracones,  
30 Incumbunt celeres illi, squamosaque jussus  
Armat colla furor: nec quamvis maxima tractu  
Tardantur spiris. sequitur pars cætera pectus.  
Tristis Tartarcâ vibratur sibilus aurâ.  
Morte rubent oculi, trifidisque horrentia linguis  
35 Ora sonant, nigrumque fremens levat ira venenum.  
Quid nunc invictis fraudes innectere fati,  
Cælicolum Regina, juvat? cur objicis angues?  
Cur parvo geminos? anne unum posse necari  
Jam strato Pythone times? licet omnia mundi  
40 Monstra voces, ipsamque armes serpentibus Hydram;

## INTERPRETATIO.

possunt perferre angustias mortales, neque  
valens pati retardationem: hinc causa itæ  
præbetur novercæ Junoni, & suppediat  
incrementa odiis asporis, quod erubescat  
incepisse superari. Statim illa Juno ma-  
ligna imperat serpentes duos invadere in-  
tuum corpus, cum nasceris. Illi serpen-  
tes veloces incubant, & ira imperata as-  
parat colla eorum squamea: & licet  
longa sint reptatu, non tamen retardan-  
tur gyro. Pars reliqua corporis sequitur  
pectus. Sibilus funestus ob vaporem in-  
fernum emissivus ab ipsis. Oculi eorum ru-  
bescunt igne mortifero, & ora terribilia  
linguis trifidis resonant, & ira savientis  
attollit virus atrum. Quid nunc te de-  
lectat, & Regina Deorum intexere do-  
los fati indomitis? Quare immittis ser-  
pentes? Quare duos in infantem? An  
metuis unum jam occidi posse. Pythone  
extincto? Etsi advocas cuncta potentia  
Orbis, & arma Hydram ipsam colubris.

## ANNOTATIONES.

32. Sequitur pars cætera pectus ] Colla  
serpentum, quos Juno ad Herculem in-  
fantem devorandum immiserat, erant  
maxima: sed tamen non retardantur  
spiris & voluminibus: quod spectat ad  
cæteram corporis partem, ea pectus se-  
quebatur. Sic Virgilius de serpentibus  
geminis:

————— Pars cætera postum

Pondè legit. —————

34. Trifidis linguis. ] Virgilius quoque  
de serpente:

Linguis micat ore trifidis.

35. Levat ira venenum. ] Ira & rabies  
attollunt corpus tumens, & in corpore  
tumentis venenum atrum, quo homines

infecti livescunt atque nigrescunt.

36. Invictis fati. ] Heinsius scriben-  
dum putat, *invictis fati*, id est Junoni  
repugnantibus.

37. Regina. O Juno Deorum Regina  
cur te juvat innectere fraudes fati, seu  
velle fallere & avertere fata, quæ sunt  
invicta & indomita, quæ nullâ ratione  
averti possunt, quæque Herculem mon-  
strorum dominorem fore promittunt.

38. Anne unum posse necari. ] An ti-  
mes unum serpentem posse necari ab  
Hercule, ut Apollo ejusdem Jovis filius  
occidit Pythonem, ac proinde duos im-  
mittis, ne occidantur. De Pythone sq-  
uæ, sicut & de Hydram,

- Defendet natura Deum, patrémque probabit,  
 Quod non vis constare, Jovem. jámque irrita tētri  
 Jussa parant implere angues, miseróque furore  
 In tua fata tument. cernit tua membra petentes,  
 45 Horrescítque parens, numénque ignara creasse  
 Mortali pietate timet. Nil sancta superbæ  
 Pellicis insidias cælo modo freta tremiscas,  
 Néve hæc monstra tibi faciant, Alcmena, pavorem.  
 Sic mater potes esse Dei. jam tolle serenum  
 50 Læta animum, tantóque libens hæc adspice vultu,  
 Ut deceat genuisse Jovem. depone timorem  
 Indignum partu, natum quæ exemplar habebas.  
 Cui metuis, nil ipse timet. nam numine recto

## INTERPRETATIO.

*natura sua tutabitur Deum, & ostendet Jovem parentem, id quod non vis certum esse. Jamque serpentes atri apparant exequi imperium vanum, & tumescunt in mortem tuam rabie miserandâ, & Hercules, Mater tua, afficit & exhorrescit illos invadentes corpus tuum. & nescia sese edidisse Deum, metuis sensu pietatis humana, Sed, & sancta Alcmena nunc mu-* *nita Cælo non formides dolos Pellicis argantis, néve hac portenta incutiant tibi terrorem. Sic potes esse Mater Dei, Jam gaudens attollo animum hilarem, & volens vide hæc omnia, eo vultu, quo decorum sit peperisse Jovem alterum. Pone metum indignum partu, qua habeas exemplum in filio: ille, cui times, nihil timet. Etenim tu, & Dive Hercules*

## ANNOTATIONES.

41. *Defendet natura Deum.* ] Natura divina monstris omnibus fortior Deum defendet, Herculem scilicet, qui Deus est.  
*Patrém probabit.* ] Ostendet Patrem Herculis esse Jovem, cum Hercules elisis monstris se Jove dignum reddat.  
 42. *Irrita.* ] Inania, vana jussa; siquidem angues non devoraverunt Herculem, ut Juno jusserat.  
 45. *Numen creasse.* ] Alcmena nesciebat se peperisse numen, & idem non sine gravi quodam horrore videbat angues filium suum, invadentes. Creare optimè dicitur pro parere, ut supra vidimus.  
 46. *Mortali pietate timet.* ] Timet ut solent mortales.  
*Sancta.* ] Alcmena ex Jove gravida, & idem velut consecrata; vel quæ ab omni injuriâ defensa, ac munita esse debet. Marcianus L. 8. D. de rerum divisione: *Sanctum est quod ab injuriâ hominum defensum atque munum est.*  
 47. *Pellicis* ] Pellex *αγρυπνίης* per abusum hic sumitur: nam Alcmena Pellex est, non Juno, quæ est Jovis conjux. Pellex autem vel à *pellendo*, quod uxorem legitimam thalamo pellat: vel à *πῆς παλλακῆς* aut *παλλακίδος*, quæ voces notant *concubinam*, vel à pelliciendo, quod alienos ad se pelliciat viros.  
*Cælo freta.* ] Metonymicòs, id est Jove, qui in cælo est, freta nihil debes unquam pertimescere, ne ipsa quidem horribiliora monstra.  
 51. *Ut deceat genuisse Jovem.* ] O Alcmena debes ita adspicere hæc monstra, ut deceat te genuisse alterum Jovem, hoc est Herculem Jovi similem.  
 52. *Indignum partu.* ] Indignum tuo Hercule, quem peperisti, & quæ habes in nato non timente, exemplum ad metum deponendum.  
*Natum quæ exemplar habebas.* ] Alii legunt, *natumque exemplar habeto.*  
 53. *Numine recto.* ] Heinsius legit, *luminis recto*, & bene.

Vuuu ij



- Ridebas tū, Dive, trucēsque, animōsque superbos  
 55 De genitore tenes, votisque aptissimus Orbis  
 Gaudebas tantam jam tum meruisse novercam.  
 Corripis exiguis mox grandia guttura palmis,  
 Et quamvis teneris, cogens in brachia pondus;  
 Corripis, illidens prensos tellure dracones.  
 60 Efferat æthereum quantum volet Orbis in axem  
 Latoidas, verōsque probet sua fabula Divos,  
 Quod Delo jam stare licet. non æqua laborum  
 Gloria, nec parili serpentes sorte necarunt.  
 Illi unum ferro: geminos hic inermis, & unus.  
 65 His cœptis non ulla parat cunabula partūs  
 Diva tibi. sed cū totis jam bruma rigeret  
 Imbribus, & solidis hærent flumina lymphis;  
 Nudum prægelidis durando firmat in undis.  
 Utque rudis primo tentasti robore gressus,  
 70 Frondosæ deserta vagus penetralia silvæ  
 Securâ jam matre peris, telisque tremendis  
 Ludis, & ætherias adducto dejicis arcu,

## INTERPRETATIO.

divinitate verâ iridebas angues, & habes ex Patre spiritus feros & altos, atque idoneis desideriis Orbis latobaris jam tum meruisse novercam talem. Statim rapis guttura immania, manibus parvis, & quamvis tenellis, adducens onus in brachia, rapis serpentes comprehensos, & elidis ad terram. Orbis, quantum volet, extollat ad Cælum filios Latona, & fabula sua ostendat illos esse Deos veros, quâdâ concedatur nunc Delo stare: illis Diis gloria non est similis factorum; neque illi occiderunt angues fato pari. Etenim illi interfecerunt unum serpentem jaculis ferreis: hic, Hercules solus & inermis interfecit duos. His inceptis, mater diva nullas parat tibi curas post partum. At cū hyems jam berresceret pluviis omnibus, & fluvii constringerentur aquis coneretis, corroborat te nudum indurando in aquis glaciatis. Et statim atque expertus es primas vires ad incedendum, jam errabundus intraisti silvâ alicujus opaca, & ludis cum jaculis timendis, & arcu intento ant

## ANNOTATIONES.

55. *Votis aptissimus.* Aptissimus ex-  
 plendis votis hominum, te ad extin-  
 guenda Orbis monstra expetentium.

57. *Meruisse novercam* Gaudebas, & Hercules, meruisse novercam tantam, seu merito tuo tuâ virtute habuisse occa-  
 sionem fortitudinis exercendæ.

59. *Corripis illidens &c.* Heinſius ita  
 legit:

*Et quamvis crebris cogunt se in brachia  
 vadis.*

*Projicis, illidens &c.* nec malè; nam  
 supra jam præcellerat, *Corripis.*

61. *Latoidas.* Latonæ filios, Apelli-  
 nem & Dianam. Hinc Delos insula, mo-  
 bilis antea, immobilis facta est, ut vi-  
 dimus.

64. *Illi unum.* Apollo occidit Pytho-  
 nem serpentem,

Exhaustâ pendè pharrâ.

Ovidius.

68. *Prægelidis durando &c.* Alludie  
 ad illud Virgilianum:

Natos ad flumina primùm  
 Deserimus, sævæque gelu duramus &  
 undis,

- Aut fundâ violenter aves, noctemque sub astris  
Exigis, & puram fractis bibis amnibus undam.
- 75 Immanem interea Nemeæ per lustra leonem  
Ipsa Chimærazâ cretum de gente noverca  
In tua depastis armabat vota juvenis,  
Augebátque fero vires, rabiémque juvabat,  
Naturam minùs esse putans. heu quanta virorum
- 80 Funera! quàm multos stravit cum dentibus apros!  
Non illum magnæ viduatis mœnibus urbes  
Armorum fregère minis, Martique domando  
Assuetas morsu fudit graviore catervas.  
Hunc gravis Eurystheus (nam, te quocumque levares,
- 85 Imperium duri voluit sufferre tyranni,  
Sic mundo fortuna favens) hunc sternere letho  
Imperat. At nullum virtus reticenda per ævum,  
Dignaque sidereos post membra intrare recessus  
Posse mori quàm vile putat: námque impiger ultro
- 90 Vadis & immensæ scrutatus devia silvæ

INTERPRETATIO.

*fundâ sternis acrius volucres aërias, & tra-*  
*ducis noctem sub Dio, & potas aquam purâ*  
*fluviiis ruptis. Insuper noverca tua Juno ipsa*  
*armabat leonem portentosum per sylvas Ne-*  
*meas, leonem genitum de stirpe Chimærazâ,*  
*armabat autē in desideria tua tauris devo-*  
*ratis, & adjungebat animali fero vires, &*  
*adjuvabat furorem ipsius, existimans natu-*  
*ram non sufficere. Heu! quot mortes hominū!*  
*Quàm multos hic leo prostravit apros den-*  
*tibus suis! Urbes ingētes exhaustis manibus*

*non domuerunt illum leonem terrore arma-*  
*rum: imò ille delevit morsu atrocior et turmas*  
*assuescētes bello ferendo. Eurystheus acer-*  
*bis (etenim, quocumque ferres te, fatum sic*  
*auxilians orbi jussit te pati jussa, tyranni*  
*severi) jubet te, ô Hercules, mactare neca*  
*hunc leonem. At virtus tua per nullum ta-*  
*cenda tempus, & digna post corpus solutum*  
*ingredi sedes cœlestes, quàm parvi facit*  
*posse mori: etenim volens progredieris fer-*  
*vidus, & rimatus loca devia sylva magna*

ANNOTATIONES.

74. *Puram undam.*] Aquam crudam.
75. *Nemea.*] *Nemea* vel *Nemee* sylva  
Achaiz, in quâ Hercules leonem porten-  
tosæ magnitudinis confecit: unde & cele-  
brata Nemeæ, qui ludi erant in Hercu-  
lis honorem instituti.
76. *Chimærazâ.*] Hic Poëta facit leo-  
nem Nemeæum Chimærazâ fatum; alii  
faciunt Chimærazâ fratrem: alii dicunt eum  
ex globo Lunæ decidisse: alii alia afferunt,  
ut in re fabulosa fieri solet.
77. *Armabat.*] Juno *armabat leonem,*  
*naturam* minùs esse putans, hoc est: exi-  
stimans naturalem leonis feritatem mi-  
norem esse ad opprimendum Herculem,  
eum impellebat ad tauros devorandos,  
quibus devoratis aut depastis ferocior eva-  
deret: sed contingebat ex voto seu desi-
- derio Herculis, quod confecto monstro  
ferociore majorem gloriæ segetem esset  
collecturus.
80. *Funera.*] Quot homines occidit  
leo Nemeæus!
84. *Levares.*] Quocumque te leva-  
res, ferres, attolleres; ita fati volentibus  
imperabat Eurystheus, qui & dicitur  
*Tyrannus Argolicus*, quod esset Rex My-  
cenarum in Peloponēso, cujus pars est  
*Argia* seu *Argolis*.
86. *Mundo fortuna favens.*] Sic fortuna seu  
fatum favebat Mundo, quia forsā Her-  
cules non tot monstra exinxiſſet, nisi  
jussus ab Eurystheo.
89. *Ultrò vadis.*] Jussus tamen erat;  
sed ultrò & volens vadit ob studium re-  
ferendæ laudis.

V u u u ii)

- In nova sanguineos animasti vulnera rictus :  
 Admonitâ feritate, jubâ, visûque, cruentus  
 Excussis movet arma toris, dubiûmque residens  
 Infremit; invadis trepidum, solisque lacertis  
 95 Grandia corripiens eliso guttura morsu,  
 Imbellem fractis prosternis faucibus hostem.  
 Tunc & flavicomis radiantia tergora villis,  
 Ceu spoliûm fuso victor rapis. emicat omnis  
 In laudes mox turba tuas, longoque relicta  
 100 Currit in arva metu. juvat ire, & libera rura,  
 Defensôsq; videre locos, sylvâmque juveneis  
 Jam facilem, & nullis resonantes fletibus agros.  
 Mœnialium petis inde nemus, fletâmque colonis  
 Arcadiam, & steriles raro jam robore silvas.  
 105 Nâmque hîc immensâ membrorum mole cruentus  
 Indomitus regnabat Aper, soloque tremendus  
 Corpore lunatis findebat dentibus ornos,  
 Sternebâtq; suos lugentia rura colonos.

## INTERPRETATIO.

excitasti fauces cruentas ad novas plagas. Leo ferocitate provocatâ, terribilis villis, & oculis movet arma sua jubis excussis. & remanens quasi dubitando, infrendet: at tu irrumpis in eum tremementem, & brachiis unis rapiens fauces ingentes morsu impedito, sternis hostem quasi infirmum gutture rupto. Tum etiam leone victo triumphator arripis velut exuvias, pellem micantem jubis flavis. Statim omnis turba exiit ad te laudandum, & cursitat in agros derelictos ob longum timorem. Juvat properare. & cernere campos liberatos, & loca defensa. & salus jam faciles bobus. & arva nullis personantia questibus. Hinc, ô Hercules, vadis in sylvam Mœnialiam, & Arcadiam desertam ab agricolis. & sylvas jam infœcundas arboribus variis. Enimvero aper invictus, & crudelis ob magnâ corporis molem hic dominabatur, & formidandus corpore solo, funderet ornos dentibus curvis. & vastabat agros deflentes agricolâ suos.

## ANNOTATIONES.

93. Excussis movet arma toris. ] Virgil. Tum demum movet arma leo, gaudetq; comantes.  
 Excutens cervice toros. ———  
 Arma leonis sunt dentes, ungues, &c.  
 95. Eliso morsu. ] Id est elisis faucibus, quæ hiabant ad morsum & ad ipsum devorandum. Heinſius mavult, eluso morsu, id est elusis dentibus ad morsum exertis.  
 96. Imbellem. ] Leonem frangis & reddit inabilem. Virgilius:  
 Imbellem avertis Romanis arcibus Indæ.  
 98. Ceu spoliûm. ] Hercules occisi à se leonis pellem nullo ferro penetrabilem proſcuto geſtavit: & inde poſtea Heroes multi pro ſcutis, uti pellibus gloriantur.  
 100. Juvat ire. ] Sunt hæc ex Virgilio deſumpta:  
 ——— Juvat ire & Dorica caſtra.  
 Deſertôq; videre locos, liſtôq; reliſtum.  
 102. Fletibus. ] Miſerorum, agnos bovêſque ſæpius amittentium.  
 103. Mœnialium. ] In Arcadiâ, ubi Aper Erymantheus, ab Hercule conſectus eſt in monte Erymantho, ſed de his ſuprà.  
 107. Lunatis dentibus. ] Fulmineis. & inſtar crescentis Luna tantisper curvatis; nam cùm dentes aprorum nimium ſecurvi ſunt, minùs timendi ſunt.

- Horrebant trifidis nigrantia corpora fetis,  
 110 Duratósque armos scopulis, totósque per artus  
 Difficilis potuisse mori. non spicula in illum,  
 Nodosúmve rapis clavato pondere robur.  
 Armari viduatur honos. nec vulnera virtus  
 Extemplò tibi facta timet. jámque arripis ultro  
 115 Spumantem, cogísque diem sufferre tuendo,  
 Atque supinato mirantem lumine vinci  
 Argolici victor portas sub tecta Tyranni.  
 Fama celer toto victorem sparserat Orbe,  
 Auxiliúmque Dei poscebat Creta cruento  
 120 Victa malo. taurus medio nam sidere Lunæ  
 Progenitus Diæta Jovis possederat arva.  
 Fulmen ab ore venit, flammísque furentibus ardet  
 Spiritus, & terram, non cæli flamma perurit,  
 Sed flatus monstri: \* dextro jam Siria cessent  
 125 Sidera, Sólque licet glaciali frigore victus  
 Abstrusum mundo claudat jubar, aurea condens

INTERPRETATIO.

Corpus ejus nigrum horrescebat fetis tricuspidibus, & propter humeros induratos ad saxa, non facile poterat mori per corpus totum. Non arripis contra illum jacula, aut stipitem nodosum onere clava. Gloria Herois armati minuitur; neque virtus statim metuit plagas illatas tibi. Jamque sponte comprehendis spumantem aprum, & cogis hunc pati lucem videndo, & victor fers in domum Tyranni Argolici hunc aprum stupentem se vinci oculis inversis, Fama volans dispererat per totum Orbem nomen victoris Herculis, & Creta superata monstro crudeli orabat, opem Dei Herculis, Namque taurus natus ex medio astro Luna invaserat agros Diætas Jovis. Fulmen prorumpit ex ejus ore, & halitus ejusdem incendit vagnibus furiosis; & ignis Cæli non adurit terram, sed anhelitus portenti. Jam astra Siria desinant, & Sol superatus glacio hybernâ subducat Orbi radios occultos, regens lucem

ANNOTATIONES.

110. *Duratósque armos.* ] Aper ad prælium se parare dicitur vel ad arbores vel ad rupes armos indurando. Virgilius: — *Dentésque Sabellicus exacuit sus, Et pede prosubigit terram, fricat arbore costas,*  
*Atque hinc, atque illinc humeros ad vulnera durat.*  
 111. *Difficilis.* ] Tam ferox, támque durus erat ille aper, ut non facile ita percuteretur, totum ut corpus sternere-tur exanimum.  
 113. *Viduatur honos.* ] Minuitur, & privatur multâ laude, multo gaudio.  
 117. *Portas sub tecta.* ] Aprum illum quem Diana irata immiserat, victum; & humeris impositum, vivum detulit ad Eurystheum, qui ita territus est, ut æreo vase se occultarit.  
 120. *Taurus.* ] Cretensis scilicet, natus itidem ex Lunæ sidere, ubi majora animalia ali dicebant quidam Philosophi.  
 121. *Diæta.* ] Cretensia à Diæte monte Cretæ, in quâ Juppiter educatus est.  
 124. *Dextro.\** ] \*Locus deploratus, donec subsidium ferant Codices antiqui, vel Criticorum felix industria.  
*Siria sidera.* ] Canicula, de quâ suprà.

Lumina, & ignifluo stupefactus in orbe tepescat.  
 Æstus habet Cretam, pereunt silvæque, lacusque,  
 Graminæque, & fontes sacri, montesque perurit  
 130 Flamma ferox. Idam Superis spectantibus ignis  
 Dissipat, & magno cunabula grata Tonanti  
 Igne suo monstrum, si fas est dicere, vincit.  
 Tandem fama celer Dictæa ad litora magnum  
 Duxerat Alciden, cū Taurum dira minantem  
 135 Excipit, & sævum cornu, flammæque vomentem  
 Corripit, atque artus constringens fortibus ulnis  
 Ignifluos flatu, animamque in pectore claudit.

\*\*  
\*\*\*  
\*\*\*  
\**Desunt multa.*

## INTERPRETATIO.

*pulchram, & attonitus tepeat in globo igneo. Calor premis Cretam; sylva fatiscunt & lacus & herba. & fontes sacri, & ignis ardens torret montes: flamma consumit Idam, Diis afficientibus, & monstrum exuperat ardore suo, si licet dicere, cunctas jucundias summo Tonanti Jovi, Tandem fama velox perduxerat magnum Herculem ad litora Dictæa, cū invadit Taurum minitantem crudeliter, & rapit cornu atrox, & ipsum eructantem ignes, & comprimens brachiis robustis corpus ejus, suffocat in pectore spiritus igneos, & animam ipsam.*

## ANNOTATIONES.


130. *Superis spectantibus.* ] Ida mons est sacer Cybelæ matri Deorum, & tamen his inspectantibus monstrum halitu pestifero illum montem consumit, inestâtque etiam locum illum, qui consecratus est Jovis cunabulis.

Sed finis hic esto, & si ducendum est

*Ab Jove principium*, ab Jove etiam finendum est, vel potius à vero Deo, cujus benigno favore recreati, hoc Opere qualicumque absoluto, pro nostrâ virili parte, SRENNISSIMI DELPHINI gloriam & ejus virtutis incrementa feliciora prosequimur.

F I N I S.

INDEX



# I N D E X

## VOCABULORUM OMNIUM, QUÆ IN VARIIS CLAUDIANI OPERIBUS LEGUNTUR.

*Numerus prior Carmen, posterior usque ad lineam transversam,  
versum designat.*

### A.

- A** 1: 173 | 3: 56,  
180, 293 | 5:  
372 | 7: 10 | 8:  
48, 562 | 15:  
240 | 17: 8,  
284 | 18: 422 | 20: 146,  
452 | 21: 40, 198, 201  
22: 147 | 23: 1 | 24:  
16, 139, 270, 357 |  
26: 202, 512 | 29: 408,  
543 | 42: 15 | 76:  
4 |  
ab. 1: 156, 230 | 3: 120 |  
5: 205, 213, 278, 298,  
307, 348 | 7: 25, 96,  
111, 156 | 8: 196 | 10:  
220 | 13: 15 | 15: 82,  
253, 422 | 16: 14 | 17:  
87, 116, 296, 299 | 18:  
155, 196, 316, 318,  
412, 512 | 20: 24, 151,  
237, 331, 465, 569 |  
21: 72, 246 | 22: 34,  
234, 235, 367, 368,  
417 | 24: 93, 98, 251,  
266, 285, 310 | 26: 58  
88, 107, 244, 346,  
447, 455, 493, 611 |  
28: 31, 79, 90, 102,  
141, 217, 404, 416,  
437, 455 | 29: 129 |  
31: 21 | 33: 9, 213 | 34:  
9, 38, 40 | 35: 83, 126 |  
36: 127, 336 | 37: 88 |  
*Claudianus.*
- 40: 12, 15 | 46: 19 |  
47: 7 | 50: 38 | 71:  
4 | 87: 5 | 95: 2 | 98:  
3 | 101: 122 |  
abdidit. 1: 42 | 33: 179 |  
abdira. 17: 41 | 36: 44 |  
abditus. 5: 281 |  
abducere. 15: 144 |  
abducta. 18: 246 |  
abduxere. 36: 19 |  
abegit. 36: 190 |  
aberrat. 10: 6 |  
abest. 28: 517 | 45: 32 |  
abi. 35: 221 |  
abiect. 20: 140 | 26: 62 |  
36: 273 | 39: 4 |  
abies. 35: 107 | 36: 349 |  
abire. 28: 259 |  
abire. 15: 292 |  
abisse. 19: 4 |  
abit. 26: 281 |  
abjurata. 38: 110 |  
ablato. 19: 13 |  
abluir. 31: 100 |  
abnuat. 35: 80 |  
abnuat. 5: 72 | 28: 594 | 29:  
14 |  
abolere. 26: 99 |  
abolere. 15: 430 | 26:  
563 |  
abreptas. 35: 342 |  
abripit. 1: 153 |  
abruptum. 36: 160 |  
abrupta. 24: 302 |  
abrupto. 5: 23 |  
abruptum. 20: 424 | 49:  
40 |  
abruptura. 3: 212 |  
abscissos. 35: 143 |  
absconderit. 36: 140 |  
absens. 4: 11 | 5: 275, 403 |  
8: 447 | 36: 143 | 40:  
57 | 41: 20 |  
absentaverit. 36: 214 |  
absente. 48: 20 |  
absentem. 29: 229 | 46:  
19 |  
absentes. 15: 357 | 20: 330 |  
22: 46 |  
absentis. 51: 9 |  
absentum. 22: 147 |  
absolve. 28: 406 |  
absolvens. 29: 301 |  
absolvit. 3: 21 |  
abstrusa. 17: 148 |  
abstrusos. 8: 274 | 47:  
42 |  
abstrusum. 101: 116 |  
abstulit. 3: 20 | 5: 430 | 8: 92 |  
18: 54 | 36: 240 |  
absumpti. 26: 610 |  
abundans. 8: 112 | 20:  
380 |  
Abundantj. 18: 154 | *viri*  
*nomen.*  
abundantis. 26: 110 |  
abundat. 10: 269 |  
abus. 15: 267 |  
abusque. 20: 103 |  
ac. 1: 22, 213 | 3: 183, 301 |  
5: 441 | 8: 29 | 15: 227 |  
17: 42, 234 | 18: 291,  
305 | 20: 75, 187 | 22:  
111, 331, 436 | 26: 366,  
409, 432, 535, 638 |  
28: 523 | 31: 126 | 33:  
X X X X

# I N D E X

- 214 | 35: 163, 347 | 37:  
49, 111 |  
Academia. 17: 94 |  
accedere. 3: 183 | 18:  
319 |  
accedis. 21: 79 |  
accedunt. 8: 506 | 17:  
14 |  
accelerant. 50: 6 |  
accelerat. 33: 228 |  
acceleravit. 26: 589 |  
acceleret. 24: 275 |  
accendere. 5: 9 |  
accendit. 3: 300 | 5: 173, 296 |  
17: 78 | 28: 332 | 29: 189 |  
33: 253 |  
accenditur. 36: 357 |  
accensa. 26: 520 | 45:  
26 |  
accensa. 36: 256 |  
accensam. 20: 349 |  
accensas. 20: 472 |  
accensus. 10: 293 |  
accenso. 36: 446 |  
accensos. 28: 217 |  
accensus. 49: 74 |  
acceperit. 17: 242 |  
acceperit. 1: 209 | 36:  
391 | 101: 135 |  
accepta. 20: 500 |  
acceptis. 8: 123 |  
accepto. 26: 404 |  
acceptum. 10: 304 |  
acceperit. 15: 453 |  
acceperit. 8: 621 |  
accingar. 36: 316 |  
accingere, *imp. pass.* 3: 338 |  
10: 141 |  
accipe. 10: 259 | 26: 310 |  
35: 204 | 36: 425 | 44:  
53 | 70: 1 | 73: 7 |  
accipiat. 17: 336 | 22: 235 |  
accipit. 3: 194 | 8: 452 | 29:  
180 | 36: 13 |  
accipiter. 44: 81 |  
acciret. 29: 114 |  
acciri. 15: 352 | 33: 77 |  
accito. 20: 152 |  
accitus. 15: 171 | 28: 90 |  
acclamant. 5: 317 |  
accline. 44: 90 |  
acclines. 1: 115 |  
acclinis. 8: 138 | 26: 437 |  
31: 4 |  
accola. 8: 449 |  
accommoda. 3: 112 | 8: 326 |  
35: 107 |  
accommodat. 10: 285 | 15:  
426 | 35: 366 |  
accurrit. 26: 414 |  
accusat. 74: 15 |  
acer. 20: 380 | 21: 41 |  
acerbat. 3: 182 | 35: 208 |  
acerbi. 8: 359 | 36: 290 |  
acerbis. 10: 25 | 37: 19 |  
acerbum. 3: 168 | 18: 130 | 20:  
502 |  
acerbus. 15: 300 |  
acertima. 3: 330 |  
acervis. 20: 114 | 21: 186 |  
acervos. 8: 471 |  
achates. 10: 91 |  
Achazmenio. 10: 224 | 36:  
264 |  
Acheloides. 36: 254 |  
Acheloius. 29: 174 |  
Acheron. 33: 87, 226 |  
Acheronteos. 35: 351 |  
Achillea. 39: 46 |  
Achilleus. 8: 556 | 9: 19 | 10:  
16 |  
Achilles. 7: 60 | 39: 13 |  
Achilli. 5: 130 | 8: 366 | 11:  
7 | 21: 99, 268 | 72:  
2 |  
Achivæ. 20: 214 | 28:  
440 |  
Achivi. 5: 425 |  
Achivis. 10: 179 | 26:  
564 |  
Achivos. 72: 7 |  
acie. 6: 1 | 19: 17 | 21:  
238 |  
aciem. 17: 107 | 18: 511 | 24:  
147 | 32: 38 |  
acies. 1: 23 | 5: 186, 237,  
351 | 7: 94 | 8: 114,  
326 | 15: 387 | 18: 286 |  
20: 463 | 21: 151, 319 |  
24: 258 | 26: 634 | 28:  
51, 401, 463 | 36: 196 |  
44: 88 | 45: 17 |  
Acin. 36: 332 |  
acres. 24: 363 |  
acribus. 3: 91 |  
acrior. 3: 354 | 8: 540 |  
10: 54 | 15: 479 | 17:  
234 | 28: 331 | 47: 33 | 49:  
63 |  
acrius. 22: 134 |  
acta. 1: 57 |  
Actæa. 36: 54 |  
Actæona. 5: 419 |  
actam. 16: 3 |  
Actia. 26: 185 |  
actis. 18: 396 | 22: 31 |  
acto. 26: 122 |  
actu. 8: 480 | 29: 19 | 47:  
36 |  
actum. 20: 123 | 36: 296 |  
44: 28 |  
actus, *subst.* 3: 284 | 5: 481 |  
15: 291 | 17: 145 | 19:  
75 | 20: 120 | 21: 14 | 34:  
29 |  
acu. 10: 284 | 33: 248 | 35:  
16 | 44: 87 |  
acuere. 83: 4 |  
acumen. 35: 101 | 45:  
16 |  
acus. 8: 589 |  
acutæ. 18: 340 |  
acuti. 28: 628 |  
ad. 1: 58, 164, 185 | 2: 14,  
16 | 3: 21, 27, 113, 165,  
172, 240, 332, 345 |  
5: 104, 136, 167, 196,  
204, 241, 292, 306,  
377, 430, 435, 443,  
459, 479, 493 | 6: 5 |  
7: 6, 32, 98, 142, 158 |  
8: 157, 167, 290, 377 |  
10: 66, 127, 182, 196 |  
15: 18, 48, 86, 109,  
176, 224, 251, 281,  
376, 468, 490 | 17: 176,  
303 | 18: 267, 278, 331 |  
19: 27, 38, 60, 74 |  
20: 16, 98, 131, 133 |  
155, 196, 261, 281, 301,  
326, 353, 357, 369, 396,  
401, 515, 527 | 21: 15,  
187, 199, 291 | 22: 67,  
117, 129, 224, 227,  
312, 372, 404, 413,  
416, 441 | 24: 116,  
196, 276 | 26: 84, 149,  
547, 555 | 27: 4 | 28:  
38, 73, 109, 151, 199,  
285, 288, 339, 407,  
474, 537 | 29: 97, 99,  
114, 150 | 31: 25, 40, 81 |  
33: 14, 41, 179, 192,  
212, 277 | 34: 35 | 35:  
249, 259, 319, 346 |  
36: 262, 386, 390 |  
37: 52, 102, 116 | 40:  
22 | 44: 73 | 77: 4 |  
93: 22 | 101: 133 |  
adæquat. 8: 429 |  
adamante. 1: 99 | 3: 119 |  
5: 470 | 15: 202 | 20: 166 |  
22: 39 | 26: 213 |  
adamas. 22: 441 |  
adde. 17: 144 | 18: 187,  
205 | 22: 387 | 26: 544 |  
28: 481 |  
addebant. 28: 531 |  
addens. 28: 58 |  
addere. 1: 10 | 8: 510 |  
addi. 31: 93 |  
addicto. 17: 231 |  
addictus. 28: 279 |  
addidit. 18: 120 | 28: 573 |  
29: 109 | 40: 30 |  
addis. 22: 155 |  
addit. 5: 484 | 26: 240 | 28:  
611 | 33: 258 |  
addita. 26: 469 |  
addite. 8: 107 | 35: 372 |  
additur. 27: 21 | 44: 281 |  
Addua. 28: 195, 458,  
483 |  
adductis. 5: 439 |  
adducto. 101: 52 |  
adductus. 13: 513 | 26:  
161 |  
addunt. 33: 230 |

# VOCABULORUM:

- adeant. 51: 4 |  
 adēgīt. 29: 120 |  
 adēmi. 36: 420 |  
 adēmit. 24: 163 |  
 adēmptr. 28: 245 |  
 adēmptrā. 24: 81 |  
 adēmptrī. 18: 448 | 29: 110 |  
 adēmptrū. 36: 318 |  
 adēco. 1: 166 | 3: 218 | 5: 264 bis, 272 | 15: 420 | 17: 161 | 18: 227, 287, 426 | 20: 47, 594 | 21: 221 | 22: 264 | 26: 491 | 33: 111 | 36: 485, 374 | 39: 1 |  
 adērat. 9: 15 | 21: 116 | 24: 5 |  
 adēris. 8: 390 |  
 adērit. 3: 372 | 10: 45 |  
 adēs. 15: 232 | 31: 50 |  
 adēsse. 21: 24 | 33: 270 |  
 adēst. 22: 455 | 24: 5 | 26: 468 | 28: 30, 216 |  
 adēunda. 22: 425 | 28: 460 |  
 adēunt. 35: 324 |  
 adēore. 3: 321 | 20: 49 |  
 adēuit. 8: 171 | 28: 597 |  
 adhārens. 3: 35 |  
 Adhērbal. 15: 409 |  
 adhībēre. 18: 418 |  
 adhībēs. 22: 153 |  
 adhuc. 1: 31, 117, 188 | 3: 72 | 5: 381, 410 | 8: 199 | 10: 4, 17 | 15: 7, 173, 201, 360 | 18: 57, 417 | 19: 75 | 20: 220, 543 | 21: 49 | 22: 245 | 24: 71, 193 | 26: 450 | 28: 147, 284 | 29: 98 | 31: 57 | 36: 260, 340 | 37: 90 | 101: 9, 16 |  
 adibāt. 72: 3 |  
 adibō. 17: 181 |  
 adjectō. 5: 3 |  
 adjīcias. 1: 141 |  
 adimis. 98: 26 |  
 adire. 5: 308 |  
 adirēt. 28: 509 |  
 adis. 98: 23 |  
 adit. 8: 443 | 15: 518 | 18: 329, 377 | 28: 74 |  
 aditū. 28: 550 |  
 aditum. 1: 105 | 28: 278 |  
 aditū. 33: 160 |  
 aditus. 26: 287 |  
 adjūcta. 1: 128 | 8: 304 |  
 adjūngis. 28: 202 |  
 adjūnxī. 8: 212 | 21: 91 |  
 adjutus. 3: 263 |  
 admīrentur. 20: 227 |  
 admīscens. 10: 88 |  
 admīscēt. 18: 431 |  
 admīscēs. 35: 222 |  
 admīstī. 49: 34 |  
 admīssō. 36: 399 |  
 admīssus. 18: 142 |  
 admīttē. 20: 70 |  
 admīttentia. 39: 31 |  
 admīttēre. 8: 580 | 8: 250 |  
 admīttēt. 11: 15 |  
 admīttit. 28: 503 | 35: 114 |  
 admīttitur. 10: 62 |  
 admōdulctur. 12: 15 |  
 admōnēt. 28: 123, 257 | 44: 64 |  
 admōnitā. 101: 92 |  
 admōnitor. 22: 155 |  
 admōnuīt. 24: 97 |  
 admōto. 20: 348 |  
 admōverāt. 28: 443 |  
 admōvēre. 33: 51 |  
 admōverīs. 20: 12 |  
 admūgīt. 8: 575 | 36: 443 |  
 adolēscīs. 8: 124 |  
 adolētē. 10: 210 |  
 adolēverāt. 33: 150 |  
 Adonidēm. 11: 16 |  
 adoptrās. 28: 418 |  
 adoptat. 29: 104 |  
 adorabunt. 10: 278 |  
 adorant. 43: 80 |  
 adorantes. 8: 151 |  
 adorāt. 7: 122 |  
 adorātē. 28: 616 |  
 adoratur. 8: 160 |  
 adōrea. 21: 384 |  
 adōrent. 8: 257 | 28: 656 |  
 adōres. 22: 72 |  
 adōret. 28: 425 |  
 adōmatē. 20: 335 |  
 adōrti. 26: 251 |  
 adscribēre. 48: 81 |  
 adscribimus. 26: 419 |  
 adscribis. 22: 81 |  
 adfervabantur. 18: 448 |  
 adfider. 20: 371 |  
 adfīs. 24: 212 | 35: 79 |  
 adfīt. 3: 338 | 17: 290 |  
 adfēctū. 26: 397 | 37: 93 | 52: 10 |  
 adfēctum. 36: 302 |  
 adfēctura. 35: 238 |  
 adfēctus. 24: 58 | 28: 619 | 36: 193 |  
 adfērgit. 28: 174 |  
 adfērgis. 22: 170 |  
 adfērgisse. 5: 521 |  
 adfēxit. 17: 130 |  
 adipice. 3: 360 | 8: 427, 429 | 24: 2 | 26: 77, 78 | 50: 1 | 51: 1 | 59: 1 | 101: 50 |  
 adipicerem. 3: 13 | 28: 397 |  
 adipiceres. 29: 199 |  
 adipiciat. 5: 446 |  
 adipicīs. 7: 179 | 20: 119 |  
 adipicit. 5: 59 | 18: 486 | 28: 267 | 36: 171 |  
 adipirant. 18: 464 |  
 adipirat. 28: 192 |  
 adspiratē. 14: 16 |  
 adstant. 36: 375 |  
 adstīr. 8: 150 | 10: 251 | 15: 329 | 21: 326 | 33: 77 | 36: 234 |  
 adstīctis. 34: 18 |  
 adstīngi. 71: 5 |  
 adstīngit. 26: 327 | 28: 609 | 49: 45 |  
 adstīngunt. 8: 603 |  
 adsum. 38: 12 |  
 advēctē. 28: 431 |  
 advēctum. 18: 355 |  
 advēna. 20: 158 | 28: 496 | 35: 60, 222 | 101: 6 |  
 advēniat. 15: 372 |  
 advēniens. 26: 643 |  
 advēniēte. 28: 525 |  
 advēnio. 15: 31 | 20: 143 |  
 advēntare. 20: 470 |  
 advēntat. 28: 450 |  
 advēntu. 7: 122 | 10: 184 | 47: 29 |  
 advēntum. 1: 242 | 5: 125 | 20: 504 | 22: 388 | 24: 54 | 28: 333 | 33: 9 |  
 advēntus. 15: 487 | 26: 447 | 28: 125 |  
 advērsā. 3: 266 | 8: 410, 489 | 18: 238 | 36: 393 | 37: 109 |  
 advērsām. 8: 176 |  
 advērsas. 7: 94 |  
 advērsi. 15: 380 | 76: 2 |  
 advērsis. 1: 24 | 21: 286 | 36: 71 |  
 advērsō. 35: 256 | 37: 80 |  
 advērsos. 35: 182 |  
 advērsus. 33: 73 |  
 advērtē. 15: 388 |  
 advērtēre. 1: 196 |  
 advēxīssē. 36: 337 |  
 advēxit. 23: 19 |  
 advigilat. 20: 419 | 22: 140 |  
 adulāntes. 20: 79 |  
 adulter. 15: 166 | 17: 305 |  
 aduncis. 35: 62 |  
 adunco. 3: 381 |  
 advolat. 1: 174 | 7: 165 | 20: 187, 474 | 28: 152 |  
 advolūtē. 21: 7 |  
 advolui. 20: 66 |  
 advoluor. 36: 298 |  
 aduſque. 5: 37 | 28: 287 | 44: 97 |  
 aduſtē. 7: 52 |  
 aduſtis. 44: 48 |  
 aduſtus. 33: 259 |  
 adyctis. 21: 60 | 28: 33 | 33: 211 |  
 Æaciden. 26: 125 |  
 Æacus. 5: 456 |  
 ædes. 3: 215 | 17: 278 | 20: XXXX ij



# INDEX

- 340, 512 | 24 : 204 | 28:  
3, 49, 546 | 33 : 201 |  
edificent. 17: 321 |  
edificet. 22: 188 |  
edificetur. 10 : 215 |  
Ectam. 26 : 3 |  
Egeas. 10 : 133 | 32: 12 |  
Egei. 10 : 162 |  
Egeo. 21 : 287 | 46 : 38 |  
Egeon. 33 : 46 |  
Egeonis. 36 : 345 |  
Egeos. 20 : 246 |  
Egeus. 1 : 190 | 20 : 333 |  
37 : 117 |  
Egida. 7 : 193 | 8 : 163 | 20 :  
161 | 24 : 211 | 36 : 60,  
336 |  
egra. 10 : 14 | 21 : 184 | 33 :  
282 |  
egre. 15 : 63 |  
egris. 15 : 23 | 26 : 437 | 27 : 9 |  
44 : 9 |  
egro. 49 : 100 |  
egrum. 5 : 326 |  
Egypti. 3 : 148 |  
Egyptia. 8 : 574 | 35 : 61 |  
18 : 312 |  
Egyptius. 20 : 252 |  
Egyptos. 47 : 5 |  
Egyptum. 26 : 57 | 44 :  
89 |  
Eli. 28 : 429 | 29 : 56 |  
Eli vel Hemi. 3 : 340 |  
20 : 106 | 21 : 131 | 26 :  
574 |  
Emilios. 18 : 419 |  
Emo. 1 : 120 | 3 : 334 |  
10 : 309 | 18 : 196 | 20 :  
565 | 34 : 21 |  
Emonii. 26 : 165 |  
Emonis. 5 : 278 |  
Emonium. 37 : 66 |  
emula. 5 : 54 | 15 : 349 |  
24 : 36, 134 | 28 : 499 |  
33 : 136 | Ep. 18 : 14 |  
emule. 31 : 47 |  
emulus. 1 : 24 |  
Emum. 5 : 336 | 3 : 106 |  
26 : 166 |  
Emus. 20 : 162 | 26 :  
177 |  
Encam. 49 : 38 |  
aena. 7 : 134 | 22 : 447 |  
aenz. 17 : 317 |  
aeni. 35 : 96 |  
aenis. 33 : 243 |  
aenos. 33 : 73 |  
Eneas. 21 : 98 |  
Eoliis. 26 : 224 |  
Eolus. 5 : 23 | 7 : 97 | 33 :  
74 | 29 : 35 |  
equa. 101 : 62 |  
equabunt. 3 : 295 |  
equaeva. 8 : 121 | 26 : 54 |  
equavas. 20 : 373 |  
equavi. 28 : 547 |  
equavum. 1 : 220 | 52 : 16 |  
equavus. 98 : 4 |  
equale. 26 : 27 |  
equalem. 15 : 319 |  
equales. 15 : 61 | 35 : 239 |  
equali. 8 : 342 | 10 : 316 | 21 :  
143 | 35 : 37 |  
equalibus. 7 : 7 | 16 : 13 |  
equalis. 5 : 289 | 8 : 365 | 18 :  
479 |  
equande. 26 : 430 |  
equant. 10 : 266 |  
equantia. 24 : 290 | 48 :  
51 |  
equare. 5 : 422 | 8 : 542 |  
24 : 361 |  
equaris. 8 : 169 |  
equat. 8 : 276 | 35 : 302 |  
